





# BASIS
# PONTIFICIAE
## IVRISDICTIONIS,
## ET POTESTATIS
SVPREMÆ

*SIVE*

De Ejuſdem Origine, Fundamentis, & Succeſsiua Continuatione.

CVNCTIS

Tàm in Fori pulvere Sudantibus, quàm Subtilitatibus Theoricis addictis, Vtilis, ne dicam Neceſſaria.

*AVTHORE*

*Doct. D. Franciſco Fernandez de Miñano, I. C. ex Navarreo Regno Oppidi de Peralta, Apoſtolicæ Sãctitatis Prothonotario eĩuſque Hiſpanæ Nũtiaturæ Iudice è Numero Participantium: Catholicæ Majeſtatis à Sacris Privatis, Ejuſque Regiæ Capellæ, Domus, & Aulæ, Iudice Ordinario Eccleſiaſtico, Ipſiuſque Regiæ Capellæ Sancti Iſidori Agricolæ, Patroni Matriten. Majoris Sacellani pro Eminentiſſ. D. D. Cardinali Archiep. Toletano Vicegerente. Ipſiuſque Toletani Archi-- Epiſcopatus Iudice Synodali.*

BIBLIOTECA PROVINCIAL SORIA

Núnc primum prodit in lucem.

*MATRITI,*
*Ex Typographia Lucæ Antonij de Bedmar. Anno M. DC. LXXIV.*

S. Ambros. *in Psalm.* 118. *Serm.* 5. *vers.* 6.

*Sicut enim Symulachrum aliquod in Basi statuitur; & tunc majorem habet Gratiam quum in Basi statua fuerit collocata; standique accipit Firmitatem, &c.*

Plin. Iun. *lib.* 6. *Epistol.* 21.

*Sum ex His, qui mirer Antiquos; non tamen, ut quidam, temporum Nostrorum Ingenia despicio: neque enim quasi Lassa, & effæta est Natura, ut Nihiliam Laudabile pariat, &c.*


Eruditio
Veritas
Antiqua reduco
Obscura revelo
BASIS
PONTIFICIÆ IVRISDICTIONIS
ET POTESTATIS SVPREMÆ
SIVE
De Ejusdem Origine, Fundamentis
& Succesiua Continuatione.
AVTHORE
D. Francisco Fernandez de
Miñano, Catholicæ Maiestatis a sacris
priuatis ejusque Regiæ Capellæ, Domus
& Aulæ Judice Ordinario Ecclesiastico atq
ipsius Regij sacelli S. Isidori agricolæ Matri
en Maiori Capellano, Apostolicæ sanctitatis
Prothonotario et Judice ex numero parti
cipantium Hispanæ Nunciaturæ
HONOR ET GLORIA ET POTESTAS. Apoc. 5. 13. SEDENTI IN THRONO. ET AGNO BENEDICTIO. ET
Marcus de Orozco Presbyter Delineat
et Sculpsit Matriti Anno 1672.






# EMMO PRINCIPI

## D.D. PASCHALI DE ARAGON,

## S. R. E. PRESBYTERO CARDINALI

Tituli S. Balbinæ, Hiſpaniæ Protectori, Archiepiſcopo Toletano, Hiſpaniarum Primati, à Sacratiori Status Conſilio Catholicæ Majeſtatis, Caſtellæ Regnorum Chancellario Maximo, Totiuſque Hiſpanæ Monarchiæ Sex-Viro, Domino meo Clementiſsimo.

AD Eminentiæ tuæ Aras, *Munus, quale, quale ſit appenſurus, qua Fronte accedam? Siquidem, & Regio, & Sacro, quo* Dibaphæ (1) *ſplendes; non modo Mecænatem, verum, & Aqui-*

(1) Purpura Tyriabis tincta; Plin. *lib. 9. Natur. Hiſtor. cap. 31.* Eſſeque proprium tàm Regum, quàm Eminent. D. D. Cardin Indumentum dixit Anaſtaſi. Germon. *de Sacror. Immunit. lib. 3. cap. 6. num. 74. & ſeqq.*



*linos Obtutus, Iubaris excessu perstringis. Ast suauius* Benignitas *adlicit; quam vel tanta* Magnitudo *supplicem deterreat: imò quum in pari lapsu, &* Magnitudo *in Te, &* Benignitas *etot Castellæ, Aragoniæque Regibus, tamquam elimpidissimis Fontibus traduces deriuentur; ipsa sua Majestate Facilitatem præferunt, & ita amico fœdere copulantur, ut* Benignitas *Magna, Benigna ad fulgeat* Magnitudo. (2)

(2) De quo maximopere gloriabatur August. Imperator apud Leuin. Torrent. *in Horatij Epod. Ode. 1. Vers. 31.*

*An non Tu Iacobi illius, cui Fidei amplificandæ zelus Orthodoxæ potius, quam communis Plausus ab expugnatis tot Provincijs* Ter *glorioſum Expugnatoris Agnomen indidit, Inclyta, Germanaque Soboles, vt potè Excellentissimi D. D. Henrici Segobricensis, & Cardonæ Ducis, filius charissimus, & Clarissimus D. D. Luisij Fernandez de Cordova, Cardona, & Aragon Nepos; D. D. Ioan. Segobricēsis Ducissæ Proprietariæ Abnepos? Quidni? Plures alios Serenissimos referam Progenitores tuos; Henricum I. Ducem (qui & Infans Fortuna communiter fuit appellatus) Hēricum alium Infantem Aragoniæ: Ferdinandum Castellæ Infantem, Aragoniæque Regem: Petrum IV. Aragoniæ Regem: Alphonsum similiter IV. Aragoniæ Regem: Iacobum II. Petrum III. & Maximum Expugnatorem XII. Avum tuum?*

Ecquæ

*Ecquæ verò de Iacobo Scriptores litteris consignarum? Rarior Quinesciat, quam Quinorit: sed Vnum inter præclara Facinora seligo, quia meæ Tenuitati consultius; non quia Celsius, nam si totam ipsius Historiam percurreris, quocumque miseris oculum, id Tibi occurret quod eminere possit, nisi inter Pariale geretur.* (3)

(3) Luc. Senec. *Epistol.* 31.

*E Sarrazenorum Tyrannide Valentinum Regnum Sibi Idem subjiciens, imò Christo adserebat, quum ad Planitiemillam proprio nuncupatam Idiomate* Puig, *peruenit, inibi Tentoria fixit,* (4) *attamen ulterius in* Burrianam, *usque progredi postmodum Necessitas exigebat: signum instantis Profectionis de More datur. Cuncti Papilliones deponunt; Sarcinas coagmentant; Arma, Equosque, ut Itineri se accingant, expediunt. Sed ecce quum Palatini Conopæi Demolitionem Regij adgrediuntur, Vespertilionem in summitate nidificasse adspicuunt, ac Iacobo deferunt. Ecquid tunc Catholicus Mars?* Sinite (*inquit*) Tabernaculum, quousque plumescentes Fœtus Avis advolandum instruxerit, & sic Regia mea, ad quam, Protectione, confugit, ut parest perfruatur.

(4) Fr. Franc. Boyl. *in Historia D. N. del Puig, cap. 2.* referens Petr. Anton. Beuter.

*Multa in Iacobo Agareni Magnalia viderant; Plura Fama buccinante perceperant; sed nullam ipsis Spiritus planè Regij euidentius signum eluxit, quo qui-*

*dem fœrocientes illorum animos ita cicurauit, ut Tali se deinceps haud dubitauerint, qui vel Aviculæ ad Se confugienti opem Humanissimè ferret. Hinc que Valentinum Regnum Fidelissimum in proprij Stematis summitate Vespertilionem (Vernaculo sermone* Rat. Penat.*) quasi totum Scutum spansis alis Protegentem depingit.*

*Implumes, primariosque Ingenioli mei Fœtus (Eminentissimè Domine) non alio conlocare aueo, quam in Tuæ Apice Dignitatis, quatenus è Tuo Purpureo Conopæo pennati prodeuntes, una cum Clarissimi Nominis tui gloria, alas explicent, & qua latè patet Orbis ab strusiores exorientis, & occumbentis Solis angulos penetrent. Alij se morituros in Nidulo suo glorientur, (5) dum Ego in Nidulo meo; quia sub Tua Protectrice Vmbra concinnato Æternitatis, ut Fœnix candidatus conquiesco. (6)*

(5) Iob. 28. 18.

(6) B. Alredus Abbas *lib. 1. de Special. Charit.* ibi: *In disciplinæ Nidulo Anima plumescit.*

*Sed cujus speciei Pullum (inquies) Me confouere exambis?* De Ecclesiastica Iurisdictionis, & Potestatis Supremæ Origine, Fundamentis, & Succesiua Continuatione *Tractatum. Quæ in Te adeò illustris apparet, velut Nemo Alter, in Hispania nostra resplendeas. Quippè in Te Monarchiæ amplissimæ Moles in mensa, tamquam in indefectibile Fulcrum. (7) In Te Ec-*

(7) Toletanus Antistes dicitur in Hispania *Secundus à Rege*, Camill. Borrel. *de Præstant. Regis Catholici, cap. 76.* referens Siccul. Marinæ. *de Reb. Hispan. lib. 12. cap. 31.*

*clesiæ*

*cleſiæ Celſitudo, vt pote Maximum infra Romanum Pontificem,* (8) *recumbunt.*

*Vndè ſi Te Vtriuſque Mundi Sex-virum, qua Eccleſiarum Hiſpanicarum Primatem agis* (9) *circunſpiciam, neutiquam Adſentatoris à Prudẽtioribus ſeruili ſtigmate inurarſicum Bernardo* (10) *vocitem:* Formam Iuſtitiæ, Sanctimoniæ Speculum, Pietatis Exemplar: Adſertorem Veritatis. *Qua venerando, Sanctiſſimoque Supremo Fidei Tribunali præſediſti:* (11) Fidei Defenſorem: *Aſſuauiſſimo virtutum omnium concentu, quo Neapolitanum Regnũ moderatus es:* (12) Chriſtianorum Ducem, Amicum Sponſi, Sponſæ Paranimphum. *Ab Epiſcopalibus, quibus potius emicas Dotibus, Te ante Epiſcopatum, Epiſcopum augurantibus, & inaugurantibus:* (13) Cleri Ordinatorem, Paſtorem Plebium, Refugium Oppreſſorum, Pauperum Advocatum. Miſſerorum Spem, Tutorem Pupillorum, Iudicem Viduarum, Oculum Cæcorum, Linguam Mutorum, Baculum Senum, Vltorem Scelerum, Malorum Metum, Bonorum Gloriam, Virgam Potentium, Malleum Tyrannorum. *Et quia Regis noſtri Caroli II. in tenerrima Ætate quaſi Tutor ex iſtis:* (14) Regum Patrem, Legum Moderatorem. *Cardinalitia ſimul, & Primatiali Claritate ſplendeſcentem:* (15) Canonum Diſpenſatorem, ſal terræ, Vrbis etiam Lumen, Sacerdotem Altiſſimi.

(8)
Iacob. de Valdès *de Dignit. Reg. Hiſpan. cap. 21. num. 7.* ibi: *Vt autem ad priuatas Eccleſias, & templa deveniamus illa Baſilica* (Toletana ſcilicèt) *numquam pro Dignitate ſatis laudata, quæ ſecundum locum poſt Romanam obtinet, &c.* Omnibuſque notiſſimum eſt Sanctiſſimos Pium V. & Leonem X. dicere ſolitos: *Si à Romana Curia auellenda eſſet S. Sedes Apoſtolica, nullibi aptius collocari, quàm in Toletana Eccleſia poſſet,* Turtur. *in Regio Sacello, cap. 4. num. 47. pag. 78.*

(9)
Toletan. Antiſtitem Hiſpaniæ Primatem declaratum eſſe ab Vrban. II. & III. Paſchali, Gelaſ. Calixto, Honorio, & Lucio Secundis. Eugenio, Alexandro, Cœleſtino, Innocent. & Honorio Tertijs, teſte Caſtejon *tom. 1. de la Primacia de Toledo in Memor. ad Regem, & per totum opus.*

(10)
S. Bernard. *lib. 4. de Conſid. ad Eugen. Pap. III. cap. Vltim.*

(11)
S. Bernard. *d. cap. Vltimo.*

(12)
Idem Melifluus Doctor. *citato, cap. Vltimo.*

(13)
S. Bern. ipſe, *loc. cit.*

*Dum Alij tua, pro Dignitate recinunt Encomia Tibi Offero (Eminentiſsime Domine) Agelli noſtri tenui Primitias,* (16) *quas gratas tibi, ſi perſpexero ad Maiora Animos addes; Alacriores ad labores ſubeundos reddes: Ecquis enim ad litterarios Agones ſic vires excitare poterit, quam qui eo ardore Eoſdem ſuſcepit, ac ſi non Satus Regum Auitis Meritis ornare potius, quam ab Ipſis ornari poſſet?*

*Hoc Salmanticenſis Academia eiuſq; Vetus* (18) *S. Bartholomæi Collegiũ toto Orbe decantatiſsimum Lycæum,* (19) *quod Te Alumno* (20) *gloriatur. Hoc Suprema S. Inquiſitionis, Aragoniæque Conſilia, quibus obingentes Animi tui Dotes à Philippo IV. Magno Senator Prudentiſsimus ſimul* (21) *deſignatus es. Hoc Romana Curia, quæ Te Noſtri Potentiſsimi Monarchæ Oratore decorata eſt. Hoc Apoſtolicum Collegium, quod Te ad Sacrum euecto Pileum, honeſtatur: Hoc Parthenopeum* (22) *Regnum, quod Te Prorege omnibus auctum fœlicitatibus gloriatur: Hoc denique Vniuerſus Orbis Hiſpanus, Te Protectore Seruatus, de prædicant. Si igitur.* (23)

Gratus Alexandro Regi Magno fuit ille Cherillus, incultis, qui verſibus, & male natis,
Retulit acceptos Regale Numiſma Philippos.

*Alexandro Magnanimitate diſpar quum non ſis, nec Oblatum Tibi Opus Philippiada illa obiecti ergò inferius; licèt* Athenas Noctuas mittam (24) *gratum Tibi affo-*

re,

(14) Idem Sanct. Doct. vbi prox.

(15) Ipſe S. Bernard. toties citato, cap. vlt.

(16) Cyril. Alex. *lib. Aduerſ. Iulian. Igitur ò Theodoſi Rex Chriſtianiſsimè, dum Vobis Alij exhibent Victorias, gratulatoriaſque voces, & alia, quibus Regis Potentia Iure honoratur: Nos, qui Diuino fungimur Sacerdotio paruulum librum ad Diuinam Gloriam, offerre opus eſt.*

(17) Sic illud appellauit Vrban. VIII. vt ex Pluribus atteſtatur D. D. Franc. Ruiz de Vergara *in iſtius Collegij Hiſtor. cap. 18. pag. 63. & ſeqq.*

(18) Hoc Epitheto Collegium iſtud decorauit Paul. III. Summ. Pontif. vt ex pluribus oſtendit Vergara *d. cap. 18. pag. 63.*

(19) Vt liquet ex Cathalogo ipſius Collegij adducto à Vergara *loc. cit. cap. 20. Colleg. 525. pag. 353.*

(20) D. Franc. Vergara *dict. cap. 20. pag. 354.* ibi: *En el miſmo Diziembre del año de 650. le hizo merced ſu Mageſtad de la Fiſcalia del Conſejo de la Suprema Inquiſicion y con retencion della ſe la hizo tambien de Conſejero de Aragon, en Enero de 653.*

(21) Neapolis *Parthenope* dicitur à nomine *Sirenis*, ibi ſepultæ Plin. *lib. 3. Natur. Hiſtor. cap. 3.*

(22) Horat. Flacc. *lib. 2. Epiſt. 1.*

(23) Id eſt Rem, quo eius maxima copia eſt, mittam, Cicer. *Ad Quint. Fratr. lib. 2.*

*re, Munuſculoque iſto Antidoralem Ne-xum, Mihi ſoluturum ſpero, vt deinceps iam Lucifuga veſpertilio non deliteſcam.*(25)

Quum tot ſubſtineas, & tanta Negotia ſolus
In Publica Commoda peccem
Si longo ſermone morer tua Tempora Princeps.

D. O. M. E. V. COMMVNI BONO QVAM DIVTISSIME SERVET INCOLVMEN.

(24) per Translationem *Veſpertiliones* dicuntur *Debitores*, qui ære alieno grauati, inter diu domi deliteſcunt, metu Creditorum, Noctu tãtum prodeuntes, vt ex Alciato docet Ambroſ. Calepin. *in Dictionar. Verbo Veſpertilio.*

(25) Horat. Flacc. *d. lib. 2. Epiſt. 1.*

# LECTORI.

OMNIVM ſuper Iure Noſtro Pontificio, & Iuriſdictionalibus Materijs Scribentium Eccleſiaſticã Iuriſdictionem Scopũ eſſe, in quẽ collimant, perſpicuum eſt. Aſt quam Multi (proh dolor!) vel Ipſius amplificandæ ſpecie, vel reſtringendi libidine, fictilibus evaſionibus, ſiniſtris interpretationibus, ac tergiverſationibus, Iuridicas Sanctiones, Conſiliorum veneranda Decreta, Pontificumque Diplomata eneruare conãtes, turpiter Eundem proſcindunt, quem ne leuiter quidem attingunt.

Nec limitibus ſanè ullis huiuſmodi adverſus Eccleſiaſticam Iuriſdictionẽ Graſſantium potius, quam ſcribentiũ Peſtis circumcluditur. Serpit, & excreſcit cottidie. Penè Innumeri ſunt, quorum Vnus exit poſt Alium contra Philoſophorum (1) Præcepta, juxta quæ: *Nihil magis præſtandum eſt, quam ne Pecorum ritu, ſequamur Antecedentium Gregem, pergentes, non quà eundum eſt, ſed qua itur.* Vndè rari ſumus Authores, licèt Auctores plurimi, quia nõ Authographa, ſed Exceptoria cudimus. Nec Stoicorum (2) querella hæc adeò propria, quin eamdem, & Noſtrates, (3) & Theologi (4) ingeminent.

Quarè nil mirum, ſi in quavis controuerſia inter Iuriſdictionem Eccleſiaſti-

(1) Senec. *de Vita Beata, cap. 1. à princip.*

(2) Seneca *d. cap. 1. poſt princip.* ibi: *At qui nulla res maioribus Nos implicat malis, quã quod ad rumorem componimur, optima rati ea, quæ magno aſſenſu recepta ſunt; nec ad rationem, ſed ad ſimilitudinem viuimus, inde iſta tãta coaceruatio. Aliorum ſupra Alios ruentium.*

(3) Quorum plures adducit Martha *in Method. Conſulen. & Scriben. de Iure præfixa, tom. 1. Conſilior. num. 50.*

(4) Illuſtriſs. D. D. Ioan. Caram. ſanè ad ſtuporem doctus *in Apologem. de Probabil. opin. contra Proſper. Fagnan. & Merendã, Epiſt. 2. num. 95. verſ. Sanè primo.*

ſiaſti-

ſiaſticam, & Sæcularem, Profanam extendere, & coarctare Sacram contendentes per plures hujus furfuris Authores emergant, qui licèt à Prudétioribus tamquam Gregarij, & leuis Armaturæ aſpernantur, (5) ab Imperitis (quorum ſemper infinitus eſt numerus (6)) Triarij, & impenetrabiliter Cataphracti eſtimantur; Eorúque opiniones (licèt falſæ, utpotè Sacris Canonibus adverſantes) eo quod communiter ab Eccleſiaſticam Iuriſdictionem Vellicantium Caterva amplectantur: probabiles marcida Venæunt hædera.

(5) Alciat. Neuizan. Surd. Menoch. & alijs ſequutis à Martha *loc.cit.num.* 60.

(6) Eccleſiaſt. 1. 15.

Hinc naſcitur multas interdum opiniones cõmunes deuias eſſe: Quod enim omnes ſupponũt, & Nemo examinat, non habet authenticam Probabilitatem: (7) Docentibus quippè non decernere incumbit, ſed probare; tametſi Plures (ut Puſillanimi ſolent) Multitudini ſe ingerant, gregatim ut horrorem incutiant, ſingillatim qui ſpernerentur. (8)

(7) D. Caràm. *citata Epiſtol. 2. num.* 95. Elig. Baſſæus *in Summa, Verbo, conſcientia, num.* 8. *verſ. Vt opinio, tom.* 1. *in poſtrema Editione.*

(8) S. Athanaſi. *poſt Dialog. 2. in Epiſt. Præliminari, ſub titulo Aduerſus Eos, qui in Veritates.*

Rectè ideò Iuris Diſpoſitione, (9) & communi Doctorum (10) conſenſu, non à numero ſcribentium, ſed à validioribus rationibus põderanda eſt Iuſtitia: Si qua propterea Opinio Rationibus, & Fundamentis innitens cõtra Millenos pugnet Authores nõ debet à Veritatis Defenſione deficere, nec de Victoria deſperare: Tùm quia Veritatis oleum cæteris, quamtumvis præ-

(9) *L.* 1. §. *Sed neque, C. de Veter. Iur. Enucl. cap. Capellanus, de Ferijs,* ubi Abbas, & Canon.

(10) Philipp. Dec. *conſ.* 258. *num.* 1. *& conſ.* 499. *num.* 12. Martha *loc. citat. num.* 48. Loter. *in Apparat. de Re Benefic. num.* 112. Oſv. *ad Donell. lib.* 26. *cap.* 2. *litter. A. in Notis.*

tiosis Liquoribus supernatas: (11) Tũ quia qui cũque rectissimã sententiam, licèt singularis, edocet, Scriptoris Muneri perfectè satisfacit, quum ad Ipsum non rei exitus, sed consilium spectet. (12)

Ex illa ergò perperam Ratiocinantium Vmbratili probabilitate oritur, ut adversus Iurisdictionem, Venerabilemque Potestatem Ecclesiasticam, quamquã diuersis machinis una, & Orthodoxi militent Nõnulli, & Cacodoxi: Isti Schismatica, & hæreticaCõjuratione. Illi personata Amicitia. Ea propter haud raro dolemus Principem hanc, inter cæteras, Potestatem, ac primævã Iurisdictionẽ despectam à Catholico-Politicis, & jacentem, nec semel ab Aliquibus (forsan Proprijs) Regię adulandi Fusco irreuerenter pesundari. Quod ut cautius adsequantur, licèt Eam summis efferant laudibus, fulcra tamen, quibus inititur, quasi famelicę Teredines, corrodẽtes, totam ipsius structuram demoliri ad laborant. Quod Inimicorum genus, & antiquissimum, & pessimum habetur. (13)

Hæc sæpius in silentij mei diuturni, adfectatique secessu, voluens, amplius vocẽ sponte sua erumpentem nõ valui cohibere, quin volumina in ista prorũperet, haud omninò dissimili adfectu Filij illius Cræsi, qui quum videret Patrem Persoignotum ab eodem districto ense imprudenter invadi, etsi natus mutus vociferatus est: *Homo, ne perimas Cræsum.* Quo impetu sic linguæ illius vinculum solutum est, ut Elinguis extẽplo euaderet voceliss imus. (14)

(11) Cicer. *in Orat. pro Marco Cæcilio, & in Orat. pro Cluentio, & alibi pass im.*

(12) Cicero. *Philipp. 2.*

(13) Cornel. Tacit. *lib. 1. Histor. & in Vita Agricol.* Petr. de Ribadeneyra *in Princip. Christian. Epist. ad Lector. pag. mihi 16.*

(14) Herodot. Halicarnass. *lib. 1. Histor. pag. mih. 49.* Agell. *Noct. Attic. lib. 12, cap. 9.*

Ecquis

Ecquis potiori Iure, quam Ego (15) Iuriſdictionis Eccleſiaſticę Alumnus, Ejuſdem verè Filius, Ordine, adfectu, & Miniſterio ſilentium hoc interrumpet? Alias ſiquidē juſta Ingratitudinis Notà prodirem inuſtus, ſpeciali hujus Poteſtatis Supremæ vindicandæ Dictamini reſpondere recuſans.

(15) Franc. Suar. *in Proœm. & Ration. totius Oper. de Religione, verſ. Hæc præcipua*, ibi: *Mirum non eſt ſi animus, quo ſe gratum exhiberet ad illius Status commendationem properaret, ad quem Diuina Gratia Ipſum euexit, & per plures annos conſecrauit; ſicut enim conferre Gratiam bonum eſt, ita, & non referre duriſsimū, Ambroſ. &c.*

Vt ergò debitam rependam Gratiam, nulli peperci labori, ſperans ſaltē, his voluminibus editis fore, non impune adverſus Eccleſiaſticam Iuriſdictionem, Hæreticos blateraſſe, & Refractario efutijſſe gloriaturos: quamtumvis ſiquidem irrationabilis ſit Opinio, dummodo Ratio aliqua illi non objicitur, neutiquam à Pluribus (os citanter Authores euoluentibus) improbabilis reputatur, imò tamquam in pacifica Poſſeſsione, bona fide (dum non contradicitur) acquiſita, contra veritatem ipſam temporis decurſu præſcribit. (16) Non igitur Inutilem laborem noſtrum evaſurum eſſe arbitramur. I. nā Contrariorum Fundamenta haud ſemel evertentes, ut judicamus, ac ſæpiſsimè Eorum Objectionibus occurrentes, Eos in Iuriſdictionem, & Poteſtatem Eccleſiaſticam Injurios demonſtrabimus; Poſſeſsionemque malè partam Veritatis gladio ſuccidemus. (17) II. quia quum ſyncero, religioſoque Animo expendendorum iſtius Poteſtatis Fundamentorum partes ſuſceperimus, rectè inire viam, quam perſequi oportet, ad auertendam Eccleſię, & Regni Diſſenſionem, ultra quam quod

(16) D. Caram. *in dict. Apologem. de Probabilit. Opinion. Epiſtol. 2. verſic. In quarto dicam.*

(17) Capicius, Afflict. Covarr. Auguſt. Barboſ. & Alex. Ludoviſ. ſequuti à Mario Cutello *in Cōcord. inter Inquiſitor. & Official. Reg. cap. 3. num. 21. 44. & 50.*

Omnes

Omnes fateri tenebuntur, experimento demonſtratur; cottidie enim in his verſamur Negotijs, quę in confinio Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, & Regiæ poſita ſunt: nihil frequentius apud ſumma Curiarum Tribunalia his litibus, quæ Fori Præſcriptione continentur. Vndè non malè meremur de Republica, quando Sacrorum Finium Regundorum arcanam Diſciplinam in lucem emittimus, ne Aliquem lateat: Quæ Ratio his tenenda ſit quibus propoſitum, offenſiones ob confuſos Iuriſdictionum fines, & Origenes, viam ad veritatem obſtruentes præcauere; non enim aliunde nocentiora (18) contentionum zizania pullulare ſolent, quę in apertam Regnorum Conflagrationem haud raro ardent, & Schiſmaticam Diuiſionem in Eccleſiam important, inſtar Belli Sacri, in quo de Finibus diſceptabatur olim. (19)

Opus itaque hoc Trifariâ diuidimus in I. que Tractatu hujus Supremæ Poteſtatis ęternam Originem, utpotè D. O. M. (tametſi termino non ex Ideali abyſo producto) coeuam inveſtigamus. In II. autem ejus Fundamenta, tamquam Ædificij ſurrecturi cæmenta ſolide jaciuntur in III. denique in victam ipſius Poteſtatis, numquamque intermiſſam Succeſsionem demonſtramus. In eiſque omnibus maximè laborauimus: Ne à verbis, ſenſuque Sacræ Scripturæ, Conciliorum, & Patrum teſtimonijs, ac Supremæ Petri Cathedræ Oraculis, necnon ab Vniverſali Eccleſiæ Praxi, vel tranſverſo recederemus ungue,

(18) S. Gregor. Nazianzen. *in Oration. ad 150. Patres.*

(19) Plutarch. & Alij, apud Author. *Concord. Sacerdotij, & Imperij, lib. 1. cap. 1. num. 3.*

quem:

quemadmodum ipſa teſtimonia in comprobationem adducenda præſeferent.

Iſtius ergò Operis Authorem, non Authorum Amanuenſem Nos profitemur: num adſequuti ſumus? Aliorum relinquimus Criſi; monẽtes tamen, ut quamvis Omnia à Veteribus prædicta eſſe appareant: Hoc Vnum ęſtimari debet in Opere, Vſus nimirum, ſeu Inventorum ab Alijs Diſpoſitio, quæ verè Novum Opus conſtituunt. (20) Vt enim quis merito Artifex habeatur, non lapides calcem, & ligna (quod Creatoris eſt) conficere debet, ſed omnia ad artificioſam ſyntaxim coarctare ſufficit, cui Architectonicæ Coagmentationi non modo Venuſtas, ſed & Firmitas Ædificij merito adſcribitur. (21)

(20) Seneca *Epiſt.* 64.

(21) Clement. Alexandrin. *lib. 6. Stromat. cap. 1.* Hieronym. *in Præfat. Epiſt. ad Hebr.*

In tàm multiplici autem Rerum Varietate, tàmque diſsidentibus Doctrinarum Divortijs, citra Arrogantiæ Tumorem, cuncta perfectè legiſſe, affirmare nõ audemus. Id tamen (abſit verbo Philautia) (22) ſerio adſeueramus: Nos Omniũ Primos, tot inter ſenticeta, Viam ſtrauiſſe, Dumos ſtudij falce improbi reſecantes, ut qui Nos ſubſequi voluerint, ſemper progredi, numquam verò cogantur regredi. *VALE.*

(22) Alciat. *Emblm. 69.*

# CENSVRA

## *D. Licenciati D. Nicolai de Montaña, Prothonotarij, & Iudicis Apostolici è Numero Participantium Hispanæ Nunciaturæ Apostolicæ, Siculæ Monarchiæ Iudicis à Potentissimo nostro Rege Carolo II. nunc delecti.*

EX Remissione D. Vicarij Generalis Complutensis Basim hanc per legi, serioque consideraui, in eaque nihil contrarium Orthodoxæ Fidei, & Christianis Moribus reperi, imo plura legi quæ longissimam exposcebant recomendationem, cui Nos libenter dicaremus, ni Authoris Modestiam nostris encomijs offendendam certo affirmare possemus. Vnum nihilominus silentio prætereire nefas esset. Dissertissimum scilicèt Authorem hunc tali Dexteritate Pontificiam Iurisdictionem, & Potestatem propugnare, vel ut Nemo Alter ante Eum adsequutus est, & tamen nullum infert præ Iudicium Regiæ Potestati, quin potius sic Iura Regia cum Supremo Ecclesiæ Dominio fœderat, ut non solum Concordiam, sed Amicitiam indissolubilem inter Vtramque Potestatem stabiliat. Vndè dignum opus istud reputamus exoptata Licentia, ut in lucem, Communi vtilitati prodeat. Datum Matriti ex Musæo nostro, die 26. Ianuarij 1673.

*Licenciat. D. Nicolaus de Montaña.*

---

## Licencia de el Ordinario.

NOS el Doctor Don Iuan Chrisostomo Perez Davia, Dignidad de Capellan Mayor de la Santa Iglesia Magistral de esta Villa de Alcalà de Henares, y Vicario General en la Audiencia, y Corte Arçobispal desta dicha Villa, y en todo el Arçobispado de Toledo, &c. Por la presente, por lo que à Nos toca, damos licencia al señor Licenciado Don Francisco Fernandez de Miñano, Capellan de Honor de su Magestad, Iuez de su Real Capilla, Casa, y Corte, Protonotario, y Iuez Apostolico del Numero de la Nunciatura de España, para que pueda imprimir los dos Tomos que tiene escritos con el titulo: *Basis Pontificiæ Iurisdictionis, & Potestatis Supremæ*, atento à que por nuestro mandado se han visto, y reconocido, y se nos ha hecho relacion, que no ay en ellos cosa contra nuestra Santa Fè, y buenas costumbres, sino que antes contienen vna Doctrina muy solida, y necessaria. Dada en Alcalà à ocho dias del mes de Iunio de mil seiscientos y setenta y tres años.

*Doctor Chrysostomo Perez Davia.*

Por su mandado.
*Ioseph Lopez Magro,*
Not.

# CENSVRA

*D. Doctoris D. Ioſephi Fernandez de Retes, præclariſsimi I.C. Primarij Iuris Ciuilis in Salmantina Schola rudè Donati, S. Officij Inquiſitionis Conſultoris, in re Dominicæ Conſilio Regis Fiſcalis (dum Cenſuram ferebat) nunc Supremi Caſtellæ Senatus Fiſcalis Digniſsimi ex Delegatione Supremi Conſilij.*

SYntagma, quod Originem, Fundamenta, & Succeſsionem Eccleſiaſticæ Iuriſdictionis continet, Elaboratum à Viro Doctiſsimo D. Licenciato D. Franc. Fernandez de Miñano, vidi, & perlegi cenſoria cura, ne dixerim Moroſitate, ut obſecundarem præcepto Supremi Conſilij, quod in Me Ius, Pontificiumque habet, & ut injuncto Mihi muneri ſatisfaciam, operis, reique pretium Me, facturum exiſtimo, ſi paulo præſsius, quam hæ Probatoriæ poſcunt Quid de his libaminibus (ſic appello iſt hæc Fundamenta) promiſsi Apotheleſmatis cenſeam, & ſentiam.

Materies talis eſt qualis ſuſcepta Diſputatio de ea IV. ab hinc ſæculis monſtrat, multis contentionibus verſata, vexataque; neque ſine Studio Partium inter Maiora Europæ Nomina. Alijs Pontificiæ; Alijs Regiæ, Iuriſdictioni fauentibus. Nec Vnus ſenſus eſt omnium Nationum in his Quæſtionibus, quę ſaluis Orthodoxæ Fidei Regulis, alterinſecus exagitari poſſunt, ſed aliter hæc Natio ſen tit, & ſeruat: aliter illa. Fidenter dixerim nullam eſſe in toto Orbe Chriſtiano Nationem, quæ magis faueat, indulgeat magis Iuriſdictioni, Libertati, Immunitati Eccleſiaſticæ, hac noſtra, quę legem habet, ut aboleantur quęcumque Statuta quomodolibet his obviantia. Quare apud Nos immunes à cenſura ſunt libri, & in pretio habentur, qui Pontificiam Iuriſdictionem indubijs Quæſtionibus cottidie emergentibus, eleuant, & extollunt ſupra illorum Captum, & exiſtimationem, doctiſsimi ſint licet, qui maiorem circa illas ipſas quæſtiones veri ſpeciem (Probabilitatem vocat Schola) in Regia adſtruxerant. Quod ſerio teſtari poſſum aſſuetus, tàm ſub hoc ipſo Fiſcalis munere, quàm ſub Senatoris Officio in Chancellaria Valliſoletana, ubi Vtrumque Munus geſsi.

Quare licet Cenſorem agam ex præſcripto Regij Supremi Conſilij quæ paulo benignius pro pendent in Pontificiæ Iuriſdictionis fauorem approbare, laudare, atque extollere non dubitaui; nec illinc vllum detrimentum Regiæ noſtræ Iuriſdictioni, & Regalibus proſpicio, aut metuo. Res ipſa (ut de Re dicere incipiam) à Solertiſsimo Authore luculenter tractatur: multa Librorum paratura, multa Lectione. Ecquum Veteres illos Almaynum, Maiorem, Ochamum, & alios illius Sęculi, & Regionis euoluerit, ad Examen, incudemque reduxerit, multa indagine, nec minore pondere: Neothericos, quorum multos, præclaroſque Prolytas noſtra ætas tulit, ſic ſequitur, & inſectatur, ſic inter Se Se componit, & opponit; ſic ex varianti Eorum ſententia veritatem elicit, & aucupatur, ut non ſemel viſus ſit Clauam Herculi extorquere. Nec ſemper hæret viæ, quæ Regię deroget Poteſtati, licèt plerumque faueat Pontificiæ. In eius Lectione hoc laudo: Quod Doctores ſequitur, aut inſequitur, damnat, aut probat, non ex numero, aut Fundamentis, ut dicunt extrinſecis: ſed ex ipſis veri fontibus; hoc eſt Sacræ Paginæ Textibus, Pontificum Epiſtolis Decretalibus, Conciliorum, Decretis, & Sanctorum Patrum ſententijs, quæ certiſsimæ ſunt veritatis Regulæ, vel ex ipſa ratione, quam artite de promit Dialecticæ facultatis haud rudis. Laudo etiam illud quod Populi Chriſtiani in Veteratos Mores, Legeſque receptas non improbar, ut hac Tempeſtate ſolent Nonnulli male feriati Scriptores. Quod ut plenum Modeſtię, & bonæ mentis opus cenſeo: ſic quæ ritè ſuſcepta, receptaque ſunt in dubium reuocare, Legeſque à Chriſtianis Principibus latas, quibus diu Reſpublica vſa fuit,

non

non ſine quærella, ſine offenſione Sanctiſsimę Sedis de Impietate damnare Refractarium Acumen apello, quod apud Nos, quibus Fidentiam præbet Conſcientia, Riſu, & Sibilo traducitur: apud Alios verò durius excipitur. Sed præſtaret, ut per Sanctiſsimam Sedem his Vmbraticis Doctoribus Fibula imponeretur, tanquam Pernitioſæ Seditionis Ventilabris, & qui illiberali aſſentatione alios excitant ad contrarium affirmandum, dicendum, publicandum, & quod ſæpiſsimè accidit Neutris bene ſentientibus, quum in neutro Extremo ſit veritas, ſed in extremo tuto collocetur ab illis, qui ſemoto Partium Studio illam ambiunt, inveſtigant, quærunt, inveniunt.

Nonnullas Quæſtiones de concurſu Vtriuſque Iuriſdictionis Prudentiſsimus noſter Scriptor diſputat in hoc opere, inquas Lector incidet, & quum in illas ſententias feratur, quæ magis fauent Eccleſiaſticæ, quam Ciuili Iuriſdictioni; tamen ubi Legem, Statutum Regni, Vſum in veteratum Tribunalium ex oppoſito cernit; nihil contra pronunciare audet, nec Se Sapientiorem facit, aut fingit, quam Maiores ſuos; ſic innoxiè de Republica ſenſit. Suo ergò Merito poſtulat, ut ipſe, ſimlicet Regius Miniſter, & exhis, quibus commiſſa eſt legum, Morumque Tutela, bene de Ipſo ſentiam, & cenſeam, & ut pronuntiem nihil in hoc opere Legibus, aut publicis Regni Moribus otficere, & ex hac parte, nihil eſſe quod eius Publicationem morari poſsit.

Methodus, & Partitio operis artita eſt, diducta, diuiſa, conſtans Prœmijs, & Illationibus, concluſionibus, comprobationibus, omnibuſque illis partibus, quas recta Analyſis poſtulat, quas Rhetorica, & Dialectica præcipiunt. Sic Perſpicuitas comparatur, Lectoreſque retinent memoria facili, & fideli quę legunt, nec hæſitant in materia capienda. Hæc dos Scriptoris pluris in Scholis cenſetur, quam in Foro, inquo Deliciæ iſthæc nullius precij ſunt. Eſt quippe dos Magiſtri: Magiſterium in Dicaſterijs ſupponitur magis, quam exigitur. Vereor tamen, ne hac in parte Scholę præſtent Tribunalibus. Neque enim omnes, qui illis inſeruiunt, ſiue advocando, ſiue conſulendo, ſiue Iudicando, in tantum Magiſtri ſunt, ut aliquando diſcere non egeant. Imo & qui ſcribunt Forenſibus Controuerſijs aſſueti, nihil aliud ambiunt, quam Lectores ſuos docere, qui plerumque, & ipſi Forenſes ſunt. Docere autem ſine arte, ſine Methodo cui bono poteſt accidere? Sed ut verum fatear, & proloquar Ars dicendi Foro excidit: & illa Rhetorica, quæ Græcis, Romaniſque Foris comparata fuit, in ipſiſque tantum culta, vel Reis accuſandis, vel defendendis à Noſtro exulat, & ad Scholas migrauit, in quibus maiore cum penſiculatione Scientiæ quærunt & traduntur. Ab hac parte valde Mihi gratum eſt opus hoc; amaui quippe Artem dicendi, & compaginandi Materies, Perſpicuitatem, & Partitionem operis, quum Iuriſprudentiæ in Schola operatus fui. Quare nil mirum, ſiquas artes ambiui, & in Me probaui in hoc noſtro Scriptore laudem, ſed ſupra laudem pono illud: Hominem docendo in ſuetum, in Tribunalibus Eccleſiaſticis à primis annis verſatum, non minus dextre de Re, quam methodice, & luculenter dicere.

Phraſis etiam ab Schola eſt propria, Latina, quæ Rem ſine ambagibus exponit, nec Grammatici, aut Ariſtarchi Proprietatem in Dictione deſiderabunt. Certus ſcio quoſdam, qui exciderunt nævos non ab Authore eſſe, cui error hic imputari non debet; nocuit librarius illis, ut ipſe proteſtabitur: quum vnum, aliud ve erratum (nec ſunt plura) Lectoribus indicauerit. Leuidenſa ſunt hæc, ſed Cenſor de equo, & Ephipio cenſet, nihilque adeo leue eſt, ut fugiat ſaltem legentium cenſuram, maxime hoc inſæculo, inquo omnes nedum Cenſores, ſed, & ſaperdæ ſibi videntur.

Iam de Re; inqua quilibet ſincerus Lector verosimilia à veris ſciet ſeparare: Indiſciplinati quippe Ingenij eſt (inquit cum Ariſtot. S. Thom.) eandem in omnibus Rebus certitudinem exigere; quædam contenta ſunt ſola ſpecie. Spiritualis Eccleſiaſticæ, & Diuinę Poteſtatis Originem indagare in primis Rerum originibus, in quibus magis ſemina fuerunt, quam Subjectum Poteſtatum, conjectaneum totũ eſt, inquo aliquid audere de promere quod ſtatim non diſonet, aut abhorreat, plenum eſt laudes. Idem cenſendum de Statu illo, qui à Diuina maxime diſtat, ſi tempus Idolo-latriæ ſpectemus. Per hęc tempora ingenioſe Author diuagatur, & quo potis eſt modo certas Concluſiones deducit ab illis, inquibus vix certum aliquid poteſt diffiniri. Nec hęrendum eſt in verbulis; quoniam de Eccleſia Gentilica,

lica, & eius ceſſatione agit; *Eccleſia* quippe vox eſt Græca, quæ in primæua ſui inſtitutione quam libet Congregationem denotat, & verbum *Gentilica* ante Maxentium nihil commune habuit cum Idolo-latria. Vt ſic conſtet orationi ſuus ſenſus, & ab Authoris mente; qui Idolo-latriam numquam intelligere voluit ſub nomine Eccleſiæ; nec in eius animo fuit Docere, Scribere, aut Exiſtimare: Idolo-latriam omni Iure Diuino, Humanoque prohibitam ceſſare in tempore potuiſſe, aut ad tempus ſubſtineri. Cætera, quę à Iure Conſtituto proueniunt ſub Lege Scripta, aut Lege Gratię, certis propoſitionibus à SS. PP. & Eccleſiaſticis Doctoribus approbatis, aut confirmatis continentur. Inquibus, ut Sacerdotalem decet Statum, in quo cenſetur, quę magis pia ſunt, ſectatur, & tradit. Nil ergò obſiſtit noſtræ Sacro-Sanctæ, & Orthodoxæ Religioni; Nihil bonis Moribus, aut Reipublicę Statui: quin Dogmata Religionis apprime adſtruit, & confinia Vtriuſque Poteſtatis dextre diuidit, & componit.

De Authore opus eſſet dicere: ſi Cenſuræ liceret ultra præſcriptum diuagari; & poſſe, jucundum eſſet Mihi, ab Amicia, & Aſſuetudine, & qua ſtrenuum hùnc Virum proſequor, eiuſque Fratrem Germanum Virum doctiſsimum, & in hoc Munere Fiſcalis Conſilij Rei Dominicæ nuper Sodalem meum Diſſertiſsimum, acclamatiſsimum D. Licenciat. D. Petrum Fernandez de Miñano, quocum adſtrictiſsimam familiaritatem geſsi, ad idem Munus Fiſcalis Conſilij Supremi Indiarum tandem, licet non denique, euectum ſed abſtineo, ne videar Cenſoris Supercilij eludere ſeueritatem, & quæ dicta ſunt repræſentando, dignum opus cenſeo prælo & quouis pretio, inquo nec Fides, nec Mores, nec Ius Regium, aut Regalia, ullum ſubeant periculum Detrimenti. Sic cenſeo Matriti 6. Kalend. Nouembr. Anni 1673.

*Doctor D. Joſephus Fernandez de Retes,*
I. C.

---

# Suma del Privilegio.

TIENE el Autor deſte Libro Licencia, y Privilegio de ſu Mageſtad, para imprimir eſte, y el otro Tomo (que contiene lo reſtante de el Titulo de la obra) por diez años, con prohibicion para que ninguna otra perſona pueda ſin ſu conſentimiento imprimirlos, ni venderlos en eſtos Reynos, ſo las penas en èl contenidas, como conſta del dicho Privilegio, que para en ſu poder. Deſpachado ante Franciſco Carrillo, Secretario de ſu Mageſtad en 15. de Febrero de 1673. años.

---

# Suma de la Taſſa.

TAſſaron los Señores del Conſejo eſte Libro à ſiete maravedis cada pliego, y tiene docientos y tres, ſin Principios, Indices, ni Tablas, que à la dicha razon importan mil y quatrocientos y veinte y vn maravedis, al qual dicho precio mandaron ſe venda, como conſta de la certificacion de Roque Fernandez del Campo, Oficial Mayor de Luis Vazquez de Vargas, Eſcrivano de Camara, que por ſu enfermedad la deſpachò en 11. de Enero de 1674. que original para en poder del Autor.

# ELENCHVS QVAESTIONVM.


INTRODVCTIO Prooemialis.

§. I. *De Necessitate, & Vtilitate Præfationum,* pag. 1.
§. II. *Quid? & quotuplex Potestas sit,* 2.
§. III. *Qui à Potentia differat Potestas,* 7.
§. IV. *Potestas Quo à Iurisdictione differat? & an synonimæ vtrumque Nomen sit in titulo appositum,* 8.
§. V. *Ec quid Origo, Fundamentum, Continuaque successio,* 9.
§. VI. *Ne extra Forum Ius dicere videamur: scientiam Canonico Legalem commercium cum omnibus alijs habere scientijs late probamus,* 12.

TRACTATVS I.

De Sacro-Supremæ Potestatis Origine Materiali, & Formali.

*Manuductio,* 15.

Quæst. I. *Vtrum Sacro-Suprema Potestas Originem suam à Deo trahat ex Innocentiæ Statu,* 16.
§. I. *Ec quid? & quotuplex Status nomen in genere sumptum, quo ad omnes suas acceptiones sit? ibid.*
§. II. *Ec quis Innocentiæ, seu Originalis Iustitiæ fuerit Status,* 18.
§. III. *Quæstionis titulum aperiens, & resolutionem adducens,* 19.
Quæst. II. *Vtrum si felix ille Innocentiæ Status perseueraret affutura esset Sacro-Suprema Potestas? & qualis?* 22.
§. I. *Qualis affuturus esset Homo quo ad corpus, & animam, si felix ille Innocentiæ Status perseueraret?* 22.
§. II. *An illo Innocentiæ Statu permanente affutura esset Sacro-Suprema Potestas?* 25.
§. III. *Qualis affutura esset in Statu Innocentiæ Sacro-Suprema Potestas,* 26.
Quæst. III. *An, & quando incæperit Sacro-Suprema Potestas in Statu Naturæ lapsæ,* 29.
§. I. *Ec quis? quotuplex? quando nam incæperit? & quousque perseuerauerit Naturæ Status?* 30.
§. II. *An cum ipso Naturæ Statu incæperit exerceri Sacro-Suprema Potestas,* 31.
Quæst. IV. *An, & qualis fuerit Sacro-Supremæ Potestatis Origo in Lege scripta?* 34.
§. I. *Quando nam Legis scriptæ Status incæperit? & quousque perseuerauerit,* 35.
§. II. *An Sacro-Supremæ Potestatis Origo in Lege scripta omninò Diuina fuerit?* 38.
§. III. *An Origo Sacro-Supremæ Potestatis in Lege scripta, aliqua ex parte Humana pronuntiari possit?* 40.


Quæst.

Quæſt. V. *An, & quæ fuerit in Gentiliſmo falſæ Eccleſiaſticæ Poteſtatis, & Iuriſdictionis Origo?* 43.
§. I. *Ec quid Gentiliſmus? quando nam incæperit? & finitus fuerit?* 44.
§. II. *An cum ipſo Gentiliſmo Originem habuerit Sacro-Suprema Poteſtas,* 48.
Quæſt. VI. *Ec quæ fuerit in Lege Gratiæ Sacro-Supremæ Poteſtatis Origo,* 52.
§. I. *Ec quæ Lex Gratiæ ſit? Quis eius Author? Quæ eius Præcepta? Quando, & quatenus obligare incæpit? Et Anuſque ad finem Sæculi perpetuo ſit duratura?* ibid.
§. II. *Qui contemplandus eſt Chriſtus D. vt Legis Gratiæ Author, & Supremus Legiſlator,* 58.
§. III. *An in Chriſto Domino, vt Legis Gratiæ Authore, & Legiſlatore Supremo Originem habuerit Sacro-Suprema Poteſtas, & Iuriſdictio,* 60.

## TRACTAT. II.

De Sacro-Supremæ Poteſtatis, & Iuriſdictionis ſolidiſsimis Fundamentis, Materialibus, & Formalibus.

*Manudactio,* 63.

## FVNDAMENTVM. I.

Sacro-Supremæ Poteſtatis Eſſentiam, & Exiſtentiam aperiens.

*Proluſio,* ibid.
Quæſt. I. *Vnde? Quid, & quotuplex Iuriſdictio ſit in genere, & in ſpecie conſiderata?* 64.
§. I. *Ec quid Nominis, & Rei Iuriſdictio ſit? & quotupliciter in Iure accipiatur,* ibid.
§. II. *Quotuplex Iuriſdictio ſit abſolute conſiderata,* 67.
§. III. *Ec quid Iuriſdictio in genere ſumpta,* 72.
Quæſt. II. *Quotuplex Iuriſdictio, & Poteſtas Eccleſiaſtica ſit?* 75.
§. I. *Ec quid Poteſtas Ordinis ſit? & quæ ad Eam ſpecialiter pertineant?* 77.
§. II. *Ec quæ ſit Iuriſdictionis Poteſtati, & Quæ ad Illam ſpecialiter attineant,* 86.
§. III. *Quæ nam Legi Diœceſanæ priuatiue competant?* 91.
§. IV. *Quæ nam Legi Iuriſdictionis proprie accenſrantur?* 95.
Quæſt. III. *Ec quid Nominis, & Rei Imperium in genere, & ſpecie conſideratum? Quæ eius Eſſentia, Gradus, & Qualitas?* 101.
§. I. *Vnde? Quid? & quotuplex Imperium in genere conſideratum, & acceptum?* 103.
§. II. *Vnde, & quid Merum Imperium,* 105.
§. III. *Quot ſint, tam Eccleſiaſticæ, quam Sæcularis Poteſtatis Merij Imperij Gradus,* 113.
§. IV. *Quibus? Quo lure, & quare Merum competat Imperium?* 117.
Sect. I. *Quibus ſpecialiter Maximũ competat Imperiũ? Quid, & quotuplex illud ſit?* 119.
Sect. II. *Supremis Hiſpaniarum, & Indiarum, atque Galliarum Regibus Sũma, & Abſoluta Poteſtas,* Ma-

*Maximum Imperium, Altumque Dominium in omnibus ſuis Ditionibus, & Prouintijs omninò competit,* 127.
Sect. III. *Quos producat effectus Summa Poteſtas, Altumque Dominium?* 135.
Sect. IV. *Vnde Summa hæc Poteſtas Principibus Supremis competens prouenerit?* 142.
Sect. V. *Quibus competant alij Meri Imperij Gradus, & ſpecies?* 144
Sect. VI. *An Merum Imperiũ Magiſtratibus competens proprium Eorum ſit? An verò vſus, & Exercitium tantum?* 147.
§. V. *Quænam Pœnæ ad Merum Imperium ſpecialiter attineant?* 149.
Quæſt. IV. *Ec quid, & quotuplex Miſtum Imperium ſit?* 165.
§. I. *Vnde? & quid Miſtum Imperiũ, & an Diuiſibile ſit?* ibid.
§. II. *An, quot, & quales ſint Miſti Imperij Gradus?* 169.
§. III. *Quibus olim, & nunc, ac quomodo Miſtum competat Imperium,* 172.
Quæſt. V. *Ec quid, & quotuplex ſimplex Iuriſdictio, tertia Imperij adſignata ſpecies,* 174.
Quæſt. VI. *An? Quale? & quo Iure Merum Imperium Summum Eccleſiaſticæ cõpetat Poteſtati,* 176.
§. I. *Ec qui denegauerint Eccleſiæ vim Coactiuam, cui Merum hoc inuititur Imperium? Eorum Fundamenta damnata adducuntur,* ibid.
§. II. *Merum Imperium in Summo Gradu eſſe in Eccleſia ex Chriſti Inſtitutione probatur,* 178.
§. III. *Quotupliciter conſiderari poſſit Merum Imperium Pontificia Poteſtati, & Iuriſdictioni competens? Quibus, & quomodo conueniat?* 183.
§. IV. *An poteſtas Eccleſiaſtica per ſe, hoc eſt per Miniſtros ſuos Merum hoc poſsit exercere Imperium, irrequiſito Sæculari Auxilio?* 188.
Sect. I. *An Suprema Poteſtas Eccleſiaſtica, propria Authoritate exequi valeat Merum ſuum Imperium irrequiſito Sæculari Auxilio?* 189.
Sectio II. *Epiſcopis, & Archiepiſcopis Facultatem non competere exercendi Merum Imperium per proprios Miniſtros, irrequiſito Brachio Sæculari, qui ſenſerint, quibuſque innixi Fundamentis?* 192.
Sectio III. *Opinio affirmatiua, & eius Fundamenta adducuntur,* 191.
Sectio IV. *Opinio diſtinguens à Nobis ſequenda adducitur,* 201.
Sectio V. *Argumenta contraria omninò diluuntur,* 208.
Sectio VI. *An? Quomodo? & quando Auxilium hoc Sæculare impartiendum, & inuocandum ſit?* 213.
Sectio VII. *Quibus competat Iudicibus Authoritas hæc inuocandi auxilium?* 217.
Sectio IIX. *An, & quando Sæcularis Iudex Auxilium ab Eccleſiaſtico Iudice implorare poſſit, & an ad illud impartiendum Eccleſiaſticus teneatur?* 220.
Sectio IX. *An mutua hæc impartienda ſint ab Vtroque Magiſ-*

*giſtratu nullis examinatis Iudicialibus Actis,* 223.
Sect. X. *Ec quæ ſint in Foro Eccleſiaſtico cauſæ, in quibus abſque Proceſſus examine Sæcularis Iudex auxilium ſuum Eccleſiaſtico impartiri debeat? vel denegare poſsit?* 228.
Quæſt. VII *Quotuplex Iuriſdictio, & Poteſtas Eccleſiaſtica ſit? Quando, quibus, & à quo conceſſa,* 239
Quæſt. VIII. *Ec quid Sacro-Suprema Poteſtas, & Iuriſdictio Pontificia ſit?* 242.
§. I. *Nonullorum Definitiones adducuntur, & rejiciuntur, ibid.*
§. II. *Noſtrã adducens Definitionem, & eius, quo cõſtat genus explicãs, & quibus cum Sæculari Poteſtate per illud cõueniat demõſtrãs,* 244

## FVNDAMENTVM II.

*Differẽtias inter Eccleſiaſticam, & Sæcularem Poteſtatem, radicitus examinatas adſtruens,* 246.
Quæſt. I. *An hæ differant Iuriſdictiones, & Poteſtates?* 247.
Quæſt. II *Qualiter hæ differãt Poteſtates, & Iuriſdictiones?* 250.
Quæſt III. *An Eccleſiaſtica, & Sæcularis Poteſtas in eodem poſsint concurrere Subjecto?* 254.
Quæſt IV. *An, & quomodo Poteſtates iſtæ differant ratione Obiecti Materialis?* 267.
Quæſt. V. *An, & quomodo differat utraq; Poteſtas hæc ratione Formalis, & attributionis objecti?* 283
Quæſt. VI. *An, & Quomodo differãt Eccleſiaſtica, & Sæcularis Poteſtas ratione immediatæ Originis primariaq; Deriuationis?* 286.
Quæſt. VII. *An, & Quomodo differant Poteſtates iſtæ ratione Subjecti Imperantis?* 303.
§. I. *An Laici, quacumque Dignitate præfulgeãt, poſsint eſſe ſubjectum capax Sacro-Supremæ iſtius Poteſtatis? & opinio affirmans adducitur,* 306.
§. II. *Adducitur Opinio attribuens Principibus Sæcularibus Poteſtatem in Perſonas, Bona, & Dignitates Eccleſiaſticas, & Rationes ab Eius Aſſeclis Cauillatæ referuntur,* 312.
§. III. *Adducens Opinionem Catholicam de Fide tenendã denegantẽ in genere omnẽ Poteſtatem Eccleſiaſticam Sæcularibus Principibus,* 318.
§. IV. *Noſtra exhibetur opinio nedũ denegans Principibus Sæcularibus quamcũque Sacro-Supremã Poteſtatẽ in Perſonas, Cauſas, & Res Eccleſiaſticas, ſed Capacitatem etiam, illam adquirendi,* 328.
§. V. *In Incapacitas hæc Poteſtatis in Perſonas, Res, & Iudicia Eccleſiaſtica, quã Temporales Principes habere probamus, Diuino, an Humano Iuri accẽſenda ſit?* 344.
§. VI. *An Incapacitas hæc Temporalium Principum acquirendi Iura Spiritualia, etiam quo ad omnia Eccleſiaſtica Bona Iuri Diuino accenſenda ſit?* 350.
§. VII. *An Incapacitas acquirendi Spiritualia Iura, quam Temporales Principes habere hucuſque firmauimus, ad omnia Eccleſiaſtica Beneficia, & Dignitates, omninò extenda tui?* 360.
§. IIX. *An aliquãdo Tẽporales Principes fuerint Subjectum capax Poteſ-*

teſtatis, & Iuriſdictionis in Perſonas, Bona, & Dignitates Eccleſiaſticas, 378.
§. IX. An, & quali conſuetudine, vel Priuilegio Tẽporales Principes Iuriſdictionis, & Poteſtatis in Sacra, Subjectũ capax eſſe poſsint? 381.
§. X. An, & quali titulo Chriſtianiſſimis Galliæ Regibus Ius in Præbendas, & Dignitates ſui Regni, competat, 395.
§. XI. An, & quo titulo Eiſdem Sereniſsimis Galliæ Regibus Æconomiam, & Fructus Vacantium Eccleſiarum competere DD. Galli affirment? 406.
§. XII. An, & quo titulo Temporales Principes capaces ſint Iuris Nominandi, aut Præſentandi Perſonas Idoneas ad Prælaturas Eccleſiaſticas, 413.
§. XIII. An, & quo titulo Hiſpaniæ Potẽtiſsimi Noſtri Catholici Reges Iuriũ iſtorũ capaces ſint? 423.
§. XIV. Fœminas eſſe Iure Diuino incapax Subjectum Sacro-Supremæ Poteſtatis luculẽtiſsime demõſtratur, Erroribuſq; contrarijs, occurritur, & Argumenta, quibus innituntur, validiſsime comminuuntur, 438.
Sect. I. Quinã fuerint Authores ſuadentes Fœminas eſſe Capaces Sacro-Supremæ Poteſtatis, 439.
Sect II. Quibus innitãtur Fundamẽtis Capacitatem iſtam Fœminis attribuentes, 442.
Sect. III. Fœminas incapaces eſſe Poteſtatis Ordinis luculenter demonſtrans, 446.
Sect. IV. An Fœminæ Capaces ſint Poteſtatis, ſeu Iuriſdictionis ſpiritualis Iure Ordinario? 453.
Sect. V. An Mulierum Incapacitas Poteſtatis Ordinis ſit à Iure Diuino? & antolli poſsit Apoſtolico Priuilegio, vel alio titulo, 462.
§. XV. Argumenta Laicozephalorum, tam Laicos, quam Fœminas Capaces eſſe Eccleſiaſticæ Iuriſdictionis, & Poteſtatis Supremæ, defendẽtiũ, omninò diluũtur, 473.
Sect. I. Soluũtur Argumẽta adducta §. I. & II. huius Quæſtionis, ibid.
Sect. II. Argumenta diluuntur, §. XIV. ſect. II. adducta pro Fœminea Laicozephalia ſtabilienda, 482.
Quæſt. IIX. Quomodo hæ differant Poteſtates Acquiſitione, & Continuatione, 489.
§. I. An Actiua Summi Pontificis Rom. Electio ab exordio Eccleſiæ penes ampliſsimum S. R. E. Cardinalium Collegium priuatiue reſederit? vel à quo tempore? nunc; quere ſideat, 493.
Sect. I. Primus eligendi Modus fuit per Diuinam Inſtitutionem, ibid.
Sect. II. Secundus Eligendi Modus per ſubſtitutionem, aut ſubrogationem, cuius occaſione Propugnatur Authoritas Epiſtolæ S. Clemẽtis I. ad Iacobum Fratrem Domini, & quæſtio illa ſatis amplexa diſcutitur: An S. Clemens ſubrogatus ſit in Pontificatu à S. Petro, illique immediate in eo ſucceſſerit? & remiſsiue: An Rom. Pontif. poſsit ſibi Succeſſorem eligere? 495.
Sect. III. Tertius adducitur eligendi Summũ Pontificem Modus, per Clerum ſcilicet, & Senatum ſeu Populum, & Imperatorem Rom. diuerſimode obſeruatus, 502.
Sect. IV. An, & qualis Forma Eligen-

gendi Summum Pontificem ab Ecclesia præscriptus fuit, priori abrogata? & an legitime fuerit Populus ab hac Electione exclusus, omninòque rejectus, 507.
Sect. V. Postremus Eligendi Summum Pontificem Modus præscriptus in cap. Licet 6. de Elect. ca. Vbi periculum eod. in 6. Clem. Ne Romani eod. tit. luculenter exponitur, 512.
Sect. VI. An à Romano Pōtifice Forma præscribi possit futuris Electionibus? & an, & qualis præscripta, & determinata sit? 527.
§. II. An S. R. E. Cardinalibus priuatiue competat Passiua Summi Pontificis Electio? An verò omnibus Christi Fidelibus communis esse possit? 532.
§. III. Principale Quæstionis Assumtum concludens, 536.
Quæst. IX. An, & quomodo tā Ecclesiastica, quam Sæcularis Potestas Vnctione differat Sacra? Ec quid hæc in Vtraque sit? 538.
§. I. Quodnam Spirituale Ius Sæculares Principes ab Vnctione Sacra sibi competere affectent: & quam præjudicialis Ecclesiasticæ Potestati Eorum præsumptio sit? 538.
§. II. Ec quæ Pontificalis, & Regia Vnctionis Origo sit? 549.
§. III. Ec quæ Pontificalis, & Regiæ Vnctio sit? 547.
§. IV. Ec quæ Pontificalis, & Regiæ Vnctionis mysticæ significationes? 549.
§. V. An, & quali Præcepto, tam Pōtificalis, quam Regia Vnctio in Ecclesia Catholica stabilita sit? 552.
§. VI. An Pontificalis, & Regia Vnctio sint Nouæ Legis Sacramenta? An verò Sacramentalia tantum, 560.
Sect. I. Nonnulla pro istius Quæstionis Clariori intelligentia præmittuntur, ibid.
Sect. II. An Pontificalis Vnctio sit Ordo, & Sacramentum speciale à Sacerdotio, seu Presbyteratu realiter distinctum? 565.
Sect. III. An Regia Vnctio sit Ordo, & Noua Legis Sacramentum, 575.
§. VII. Ec qui Sacri Ritus Pontificalis Consecrationis, & Regiæ Vnctionis sint, tam materialiter, quam mystice considerati? 580.
§. VIII. Ec quæ Materia, & Forma Pontificalis, & Regiæ Vnctionis sit? & intra quod tempus perficienda Vtraque sit? 588.
Sect. I. Quando nam? Quibus? Quæ occasione introducta sit Methodus explicandi Sacramenta, per Materias, & Formas? & quibus cautionibus intelligenda? 589.
Sect. II. Ec quæ Pontificalis Vnctionis Materia, & Forma? 592.
Sect. III. An Regiæ Vnctionis Materia, & Forma propria sit? & impropria qualis, 595.

## Opportuna Dissertatio.

De Galliæ Regum peculiari Vnctione ab Aliquibus Gallis Scriptoribus excogitata, & ab aliis cæca credulitate admissa, & à Nonnullis Cordatioribus rejecta, 597.
Sect. I. Ec quæ sit Materia, & Origo Regiæ Vnctionis in Lege Gratiæ ab illis Gallis Authoribus excogitata, & quibus innitantur Fundamentis? 597.

Sec-

Sect. II. *Simpulli Remensis Historiæ I. Fundamentum ab Historijs petitum omninò eneruatur?* 600.
Sect. III. *Fundamentum II. ex testamento S. Remigij sumptũ, falsum quoque pluribus ostenditur,* 602.
Sect. IV. *Traditio, quæ III. est Fundamentum omninò diluitur,* 607.
Sect. V. *Ab Inueri similitudine, & contrarietate Falsitatis conuincitur commentum istud Miraculum,* 611.
§. IX. *Ec quis proprius sit Ordinarius, seu Extraordinarius Pontificalis, & Regiæ Vnctionis Minister?* 618.
Sect. I. *Ec quis Pontificalis Vnctionis Minister Ordinarius, vel Extraordinarius sit?* 619.
Sect. II. *An Iure Diuino tres Episcopi sint hujus Consecrationis necessarij Ministri: & An Numerus iste dispensari possit à Rom. Pontifice?* 623.
Sect. III. *Ec quis, & quo Iure introductus Regiæ Vnctionis Minister?* 631.
Quæst. X. *Quomodo hæ differant Potestates Forma, seu Modo Politiæ,* 636.
§. I. *Quid, & quotuplex Politia in genere sit?* 637.
§. II. *Ec quæ ex memoratis Politiæ Speciebus perfectior, & aptior sit, atque Reipub. vtilior,* 640.
§. III. *An sub aliqua ex memoratis speciebus ita proprie gubernari possit Sacro-Suprema Potestas, vt ratione illius conuenire, aut differre cum Sæculari, vel à Sæculari possit?* 645.
§. IV. *An sub Monarchia vna ex memoratis Politiæ speciebus gubernetur Sacro-Suprema Potestas? & qualiter ratione illius à Sæculari differat?* 647.
§. V. *An Regimen Ecclesiæ sit pure Monarchicum: An verò per mistum aliqua ex adductis Politiæ speciebus?* 649.

## Opportuna Dissertatio.

*An Romanus Pontifex ad ardua decernenda Eminentiss. D. D. Cardinalium Consilium, siue Consensum necessario requirere debeat?* 653.
Sect. I. *Aliqua pro totius Difficultatis clariori intelligentia prænotantur,* 654.
Sect. II. *An Rom. Pontif. Ordinaria vtens Potestate ad Ardua decernenda, Consilium aut Consensum D. D. Cardinalium necessario adhibere teneatur?* 692.
Sect. III. *An Roman. Pontifex de Plenitudine Potestatis, vel Plenitudine Potestatis, seu Absoluta vtens Potestate Ardua decernere possit absque Cardinalium Consensu, aut Consilio,* 697.
Sect. IV. *An Roman. Pontif. aliquo Diuino, vel Humano Iure teneatur ad Consilium istud requirendum ad Ardua negotia decernenda?* 672.
Sect. V. *An Roman. Pontif. Summus teneatur in Arduis decernendis ita omninò sequi Consilium Eminentiss. D. D. Cardinalium teneatur, vt alias Decisio sit nulla?* 694.
Sect. VI. *An Roman. Pontifex definiens Res Fidei, aut Morum non adhibito Consilio D. D. Cardi-*

dinalium, aut totius Ecclesiæ errare possit? & An omissio hæc excusset ab obediendis Decretis à Summo Pontifice latis? 704.
§. VI. An Mista Monarchia in Ecclesia vigens minuat, an verò augeat Summi Pontificis Authoritatem, & Potestatem? 720.
Quæst. XI. Quomodo Ecclesiastica Potestas à Sæculari differat, ratione proprij vniuscuiusque Territorij, 725.
§. I. Ec quid, & quotuplex Territorium sit, ibid.
§. II. Territorium an possit sine iurisdictione dari? 727.
§. III. Quænam specialiter competant Territorij Domino? ibid.
§. IV. Quodnam Ecclesiasticæ Potestatis Territorium, cuique eius Territoriale competat Ius? 729.
§. V. Quæstionis Difficultatis satisfaciens, 734.
Quæst. Finalis. An, & quatenus Vtraque hæc Suprema differat Potestas, Iudicijs, seu Iudiciaria Authoritate? 738.
§. I. Ec quid vox Iudicium præseferat? ibid.
§. II. Vnde? & quid Iudicium sit? & an idem quod causa? 740.
§. III. Quotuplex Iudicium seu causa sit? 747.
§. IV. An, & quale, & quo Iure institutum sit Ecclesiasticum Iudicium? 751.
§. V. Ec quid? & quotuplex Ecclesiasticum Iudicium sit? & quæ eius Materia proxima, & remota? 758.
§. VI. An, & quid sit Mistum Ecclesiæ Iudicium? 761.
§. VII. Ec quid proprium, & improprium Ecclesiæ Iudicium? 765.

# INDEX RERVM NOTABILIVM.

## A


Aaron quando Populo ad Idolatriam declinanti consensit, an fuerit iam Summus Sacerdos, pag 321.num.38.

Abbatis Benedictio non est Sacramentum, 574.38.

Abbatia Mulierum an sit Dignitas Ecclesiastica, 456. num. 371.

Abbatisa an Clericos sibi subjectos suspendere possit ab Officio, vel Beneficio, 457. num. 372.

Abbatisa inquirere potest de Regulæ Violatione, & Preceptum sub mortali obligans imponere ad reuelandum, 461. num.377.

Abbatisa an dispensare possit circa Ieiunium, 462.num.380.

Reliqua vide Verbo Fœmina.

Acta à quolibet Iudice contra Instructionem sibi à Principe datam, an valida sint? 763.67

Acta coram Iudice fidem non faciunt in Tribunali Ecclesiastico, 799.164.

Adamus mox vt agnouit Christum venturum, & sua carne nasciturum pro se, cunctisque Hominibus constitutus est Pontifex, Se, & illos verum Sacrificium offerendo, 20.16.

Alexander III. In Pontificem eligitur, & in eius Electione magna Dissidia orta, continuata, & sedata referuntur, 512.54.

Ampulla Remensis an è Cœlo Missa sit, pro Clodouei Francorum Regis I. Christiani Vnctione, 397.155.

Ampulla Remensis an ab Angelo, vel columba allata sit? 613. 198.

Anglorũ Error circa Potestatem Ecclesiasticam, & Iuramentum, quo se Principibus obstringunt, refertur, 306. 9.

Animalia aliquando ad exemplum, criminisque memoriã abolendam, plectuntur, 110. 37.

Annexum Rebus Spiritualibus, quomodo iudicetur? 398.227.

Annexa Rebus Spiritualibus eiusdem reputantur Naturæ, ac ipsa Spiritualia quo ad omnes iuris effectus, pag. 398. num. 227.

Apostoli omnes an habuerint Potestatem immediate à Christo; an verò solus Petrus, & alij ab Eo, 363.140.

Apostolicæ Sanctiones ab Apostolis tamquam Ecclesiæ Præsulibus latæ, ad Ius Diuinum non pertinent, sed Ecclesiastico accensentur, 629.135.

Appellatio à Sententia Præsulis tamquam Domini Temporalis latæ, ad Sæcularia Tribu-

nalia interponi debet, 192.48.
Arbiter nequit esse laicus in causis Ecclesiasticis, 805. 182.
Archiepiscopi, & si consecrati, ante Pallij receptionem suspensi sunt ab Ordinis Potestate, 83.24.
Archiepiscopi ante Consecrationem, & si Pallium receperint, non habent Potestatem Ordinis, 83.24.
Archiepiscopus nihil Ordinis supra Episcopum habet, sed maiorem superioritatem ad Ecclesiæ Regimen, 548.33.
Archiuium Ecclesiæ Metropolitanæ, authenticum est, 603. 175.
Arma deferre possunt S. Inquisitionis Ministri, quacumque Lege Sæculari non obstante, 191.45.
Armorum vsus an Naturali, Positiuo velure Ecclesiasticis interdictus sit? 193.52.
Armorum Temporalium vsum concedere Principibus Sæcularibus competit, 194.56.
Alia vide Verbo Clericus.
S. Athanasius quomodo accesserit ad Imperialem Audientiã in causa Ecclesiastica suæ Depositionis, 337 77.
Authori de Facto, vel consuetudine attestanti an credatur? 603.176.
Authores secundum Iura ab Eis allegata intelligi debent, 693. 65.
Auxilium Brachij Sæcularis an necessario petendum sit à Iudicibus Ecclesiasticis in Meri Imperij Exequtione? 188.38.
Auxilium Brachij Sæcularis, quãdo? & quomodo invocandum, atque impartiendum sit? 213. 108.
Auxiliũ Brachij Sæcularis Episcopus inuocare inuitus non tenetur, 214.112.
Auxilium Brachij Sæcularis à quocumque Iudice peti potest, & an à Præfecto Militiæ? 116.115.
Auxilij Inuocandi Ius quibus Iudicibus competat? 217.116.
Auxilium suum Iudices Ecclesiastici impartiri tenentur Iudicibus Sæcularibus? & antipari obligatione, qua Sæculares Ecclesiasticis tenẽtur, 220. 124.
Auxilium ad extra Iudicialia non præstatur, 238.183.
Auxilium quibus Casibus iusse alter alteri deneget Magistratus? 238.184.
Alia vide Verbo Ecclesia, Episcopus, Iudex.

## B

Banni Pœna ad Merum attinet Imperium, pag. 155. num. 192
Banni Pœnna non nisi à Supremo Principe, vel Generali Lege imponi potest, 155.192.
Bannitus impune occidi potest, 156.193.
Baptismus verus efficitur absque aliqua Vnctione, 612.197.
Barbari significatio, 45.3.
Bello acquisita anita propria Capientis fiãt, vt numquam restitui debeant antiquis Dominis, 129 87.

Bel-

Bellum prohibitum Eccleſiaſticis, 193.52.
Benedictio Monachorum, & Monialium non efficit Eccleſiaſticos, 488.444.
Reliqua vide Verbo Clericus.
Beneficiorum Inſtitutio, & Collatio Fœminis conceſſa à Roman. Pontifice in ſola Nominatione ſubſiſtit, 470.399.
Vide Verbo Fœmina.
Bigamus nequit eſſe Vicarius Epiſcopi niſi diſpenſatus, 456.370.
Bigamiæ vide Fœmina.
Bona Laici ſemper exiſtunt in alieno Territorio reſpectu Iudicis Eccleſiaſtici, 205.84.
Bona Eccleſijs ſemel donata prohibita ſunt alienari, 351.113.
Bona immobilia à quo tempore Miniſtri Eccleſiæ poſsidere cæperunt? 353.119.
Bona Eccleſiaſticorum an Iure Diuino exempta ſint à Principum Sæcularium Poteſtate? 350.111.
Blaſphemia duplex eſt, ſcilicet pure Eccleſiaſticum, & Miſti Fori Delictum, 231.153.
Breuiarium Romanum quam authoritatem habeat ad probandas res in eo contentas, 499.24.

## C

Canonici Iuris ſcientia Iuris Ciuilis Notitiæ adjungi debet in Prooem. pag. 12. num. 44. & 45.
Canonicum Ius neceſſarium cõmertium cum Iure Ciuili, & alijs ſcientijs habere oſtenditur, 13.46. ad 53.
Capitulum Sedevacante non ſolum in Iuriſdictione, ſed etiã in Adminiſtratione Prælato ſuccedit, pag. 408. num. 251.
Canon. *Hadrianus 63. diſt.* imprudenter, & incaute à Gratiano Decretorum libro inſertus, 473.421.
Can. *In Synodo*, & Can. *cum longe*, Can. *Valentinianus 63. diſt.* explicantur, pag. 480. nu. 423. & 424.
Can. 1. 23. diſt. notatur 505.38. & ſeqq.
Carceris perpetui Pœna Iure Canonico admiſſa, Iureque Ciuili prohibita, 116. 57. & 157 num. 195.
Carceris Cuſtodis deſignatio ad Merum attinet Imperium, 156.194.
Carceratio an ad Merum attineat Imperium? 156. 194. & ſeqq.
Carceratio perpetua libertatem adimit, & inteſtabilem reddit, 157.195.
Cardinales Diaconi an ſint Apoſtolorum ſucceſſores? 317.28. & 481.427.
Cardinalium Collegium habet Ordinariam Eccleſiæ Vniuerſalis Repræſentationem, 511.52.
Cardinalium qualitates, 511.52.
Cardinales an delegare poſsint Facultatem Eligendi Summ. Pontificem? 520.23.
Cardinales abſentes ancitari debeant ad Summi Pontificis Electionem? 521.75.
An expectari debeant citati, & an

an vocem ſuam Alteri committere poſsint? ibidem.
Cardinales pronuntiati tantum an vocem habeant in Electione Summi Pontificis, 523.78.
Cardinales licet quacumque Eccleſiaſtica cenſura inodati reperiantur ad Electionem tamen Pontificis admittuntur, pag. 524. num. 79.
Cardinales, qui ſaltem Diaconatus Ordine inſigniti non ſint Actiua, & Paſsiua Summi Pontificis Electione carent. 524. 80.
Cardinalium Collegium appellatur Senatus Eccleſiæ, 694. 66.
Non aſsiſtit Papæ per modum limitationis Poteſtatis, ſed inſtar Miniſterij, 697.68.
Cardinales an vnum corpus cum Papa efficiant? 695. 66. & 697.68.
Cardinalatus Officium an à Lege Veteri trahat Originem? 684.82. & ſeqq.
Carolus Magnus numquam Hiſpanias debellauit, imò id tentans infracto caſu, & effracto capite receſsit, 418.276.
Carolus Martellus an, & quare ad Inferos damnatus? 606. 184.
Cathaphrigorum error refertur, 439.328.
Cathedraticum quo Iure Epiſcopis debetur? 91.45.
Cauſæ Eccleſiaſticę quæ? & quales, pag. 228. num. 146. & ſequentib. atque pag. 269. 3. & 273.14.
Cauſæ quæcumque ad Eccleſiæ Statum, Fidei Catholicæ, & Chriſtianæ Religionis conſeruationem ſpectantes ad Iudicium Eccleſię priuatiue pertinent, 270.7.
Cauſa an ſit Spiritualis nec ne? Eccleſiæ Iudicio decernere reſeruatur, 273.14.
Cauſa quid ſit? 746.25.
Cauſa quotuplex ſit? 747.26.
Cauſæ Spirituales, Quæ, & quales, 760.59.
Character imprimitur in Ordinis Sacramento, pag. 561. nu. 67.
Characteris Definitio, 568.68.
Character ab Eccleſia impediri non poteſt, 564.72. & ſeqq.
Character Epiſcopalis an diſtinctus ſit à Sacerdotali? 565.77. & ſeqq.
Character Sacerdotalis an ab Eccleſia extendi poſsit, vt alium Sacerdotem Ordinare queat? 573.88.
Character Spiritualis tribus tãtum Sacramentis confertur, 578.100.
Charitatiuum Subſidium ab Eulogijs Originem accepit, 93. 50.
Charitatiuum Subſidium an Monaſteria exempta præſtare teneantur, ibidem.
Chriſmatis nomine omne Oleũ, ſeu Vnguentum ad Sacra delinienda comprehendi ſolet, 78.11.
Chriſmatis Delibutio in Epiſcopi Conſecratione an ſit de eſſentia? 581.106.
Chriſmatis Vnctio facta ante Libri Euangeliorum Traditionem

nem an invalidam Episcopi consecrationem reddat? 582. 107.
Chrisma in Episcopi Consecratione an ab Episcopo benedicendum, 582.108.
Christus propria manu nihil scripsit præter Adulteræ sententiam Digito in terra exaratam, 56.12.
Christo D. fuit datta omnis Potestas, tàm Ecclesiastica, quàm Sæcularis non qua Deus, sed qua Homo, 255.3.
Christus Ecclesiasticam, & Sæcularem Potestatem Supremam habuit, 261.14.
Clauium Regni Cœlorum appellatione Quæ? & quanta compræhendantur, 324. 45.
S. Clemens an immediatè S. Petro Successerit in Pontificatu? 498.21.
Clerici ratione Ordinis Nobiles efficiuntur. 164.214.
Clericorum nomine Cardinales, & Episcopi non compræhenduntur, 194.54.
Clerici pro Defensione priuata rerum suarum Arma de ferre possunt, & suscipere, 197.67.
Clericis licèt permissum non sit Arma suis manibus tractare; alienis tamen eis permittitur, 200.75.
Clerici Consilio Belli præfici à Regibus possunt, & suffragiũ pro Bello indicendo absque Irregularitatis periculo ferre valent, ibidem.
Clerici Diuino, an Humano Iure exemti sint à Sæculari Potestate? 282.25.
Clerici in Temporalis Principis Territorio, non verò de eo dicuntur, ibidem.
Clericus Negotiator an, & quomodo Immunitatem amittat circa Bona, & de eis Gabellam soluat? 358.128. & seqq.
Clericus mox ut ordinatur efficitur Res sacra, & in sortem Domini transit, 380.180.
Clerici numquam Romanis Imperatoribus subjecti fuerunt, 380.181. cum seqq.
Clericus quilibet in Romana Curia conueniri potest, sed non vbicumque Pontifex inueniatur, 729.11.
Clericus absque proprij Episcopi licentia nequit Iurisdictionem alterius Iudicis protogare, etiam Ecclesiastici, 773. 94. & seqq.
Clericus gaudens Fori Priuilegio etiam de Episcopi consensu nequit prorogare Iurisdictionem Iudicis Sæcularis, 775.97.
Clericus prorogans Iurisdictionem Iudicis Sæcularis quibus subjiciatur pœnis? 778. 104.
Clerici Iure Diuino immediatè subjecti sunt Ecclesiasticę Potestati, 792.147.
Clerici primæ Tonsuræ etiam Vxorati Iure Diuino, subjecti non sunt Sæculari Potestati, 791.144.

Clericus cum Habitu Clericali non incedes, delictisque enormibus se immiscet an gaudeat priuilegio Fori? 792.145.
Clerico litiganti in Foro Sæculari obseruandum est tempus Instantiæ lute Canonico præfixum, 800.164.
Clodoueus Francorum Rex primus Christianus vbi baptizatus? 600.166. Quando? ibid. 168.
An Chrismate cœlitus accepto à S. Remigio in Regem Sacratus? 601.169.
Clodoueus an ex Vnctione sacra, an verò Iure Sanguinis Regnum adeptus fuerit? 605. 180.
Collatio Beneficiorum est Ius Spirituale Solis Ecclesiasticis competere valens, 361. 136. & 404.241 cum sequentibus.
An ex Immemorabili Consuetudine possit Principibus Sæcularibus adquiri? 362. 137.
Nequit Sæcularibus competere etiam ex Immemorabili, aut conditione apposita in limine Fundationis, 405.243.
Concilium Toletanum XII. annis 60. ante Carolum Magnũ celebratum, 418.272.
Concilium Generale ab Alexãdro III. celebratum refertur, 517.68. & seqq.
Concilium Generale an aliquando Papam eligere possit? 519. 71. & seqq.
Concilium Vniuersale à Romano Pontifice Infallibilitatem suam recipit, 718.154.
Conclauis Introductio in Summi Pontificis Electione quando in cæperit, 528.87.
Confirmatio nullum Ius de nouo tribuit Rei confirmatæ, 461. 377.
Confirmationis Sacramentum subrogatus est in locum Manus impositionis ab Apostolis fieri solitæ, 82.20.
Consecrationis Episcopalis Ritus enarrantur, 580.103. & seqq.
Conseruatio sui à quo Iure descendat? 293.19. & 20.
Consilium à consensu quomodo differat? & quando peti tantum debeat, quando ve etiam sequi teneatur petens? 689. 57. & seqq.
Consilium quid sit? 690.60.
Consilium quo tempore peti debeat? ibid.
Consilium in Rebus leuioribus non requirendum, sæpius ad Ardua, 691.61.
Consuetudo legitime præscripta Iurisdictionem attribuere valet Ecclesiastico Iudici in Laicos, 202.80. & qualis sufficiens dicatur? 203.81.
Consuetudo Immemorabilis à Laico tollere nequit Incapacitatem Iuris Spiritualis, 362. 137.
Consuetudo contra Immunitatem nullo Temporis decursu præscribit, 381.185.
Consuetudo Immemorabilis vim Priuilegij habet, 382.188.
Non suffragatur quoties vsurpatio præsumitur, 405.244.
Consuetudo Immemorabilis non suf-

ſuffragatur quoties Incapacitas eſt in ſubjecto, 433.314.
Neque quoties de illegitimo titulo,& iniquo principio conſtat, 434.315.
Conſuetudo nulla admittitur cõtra Ius Diuinum, 383.188.
Conſtantius Imperator hæreticus Arrianus fuit, 337.77.
Conſtantinus Imperator quomodo ſe geſerit in cauſa Cæciliani Epiſcopi Carthaginenſis, 338.79.
Conſtitutio vide Decretum.
Coronarum Eruditio remiſsiue, 875.131.
Coronationis Regiæ cæremoniæ,& plura de Materia, 586.12.& ſeqq.
Crimina Eccleſiaſtica quæ? & qualia ſint? 228.146.
Crimina non mere Eccleſiaſtica ecquæ ſint? 231.155.
Crimina mere Temporalia, vel miſta quæ ſint? 232.156.
Vide cauſa.

## D

Damnatio in Metallum ad Merum attinet Imperium, 155.91.
Damnatio ad Triremes an etiam ad Merum attineat Imperium? 162.208.
Damnatio ad Triremes an irrogetinfamiam, 163.212.
Damnatio ad Remigandum fieri debet ad Triremes Principis cui condemnans ſubditur, non alias, 162.209.
Decimarum Quarta quo Iure Epiſcopi debeatur? 91.46.
Decimarum, tum Prædialium; tum Perſonalium ſolutio Epiſcopo debetur, 100.78.
Decretum Summi Pontificis quando è Cathedra S. Petri emanare dicatur? 720 158.
Defenſio propria an Iuris Naturalis, vel Gentium ſit? 293.20.
Delegatus Summi Pontificis, quando in Dignitate Eccleſiaſtica cõſtitutus eſſe debeat? 777.1.& 3.
V. Verbo Iudex.
Delicta atrocia propter quę tor; queri poteſt, ecquę ſint? 158.197.
Deportationis Natura explicatur, & à Relegatione differẽtia traditur, 150.183.
Deportatio ad Merum Imperiũ anolim,& hodie attineat? 150.182.
Dignitates Eccleſiaſticæ Maiores Sedi Apoſtolicæ reſeruatæ, 435.317.
Dignitatum in Curia Romana quomodolibet vacantium S. Sedi reſervata eſt Proviſio, 436.319.
Dignitas Eccleſiaſtica nulla per ſe adnexam habet Iuriſdictionem Eccleſiaſticam; 457.371.
Dignitas Eccleſiaſtica reputatur quodlibet Officium vel Beneficium habens Iuriſdictionem Eccleſiaſticam, ibidem.
Diœceſis non ſignificat proprie Iuriſdictionem, ſed tantum Adminiſtrationem, 90.41.
Diœceſis proprie quid ſignificet? 209.95.
Diœceſum Diuiſio à quo facta?

ta? 212.103.
Dioeceſum fines alterare Principibus Laicis prohibitum, 213.106.
Diſpenſare præſumitur Pontifex aliquid prohibitum coram ſe facere permittens, 581.97.
Diuiſio in æquiuocis definitionē præcedere debet, 63.2.
Diuiſio Iuriſdictionis in genere conſideratæ traditur, 67.11.
Doctorum creatio ad Epiſcopum ex Lege Iuriſdictionis attinet, & an hodie facultas hæc obſeruetur? 101.78.
Dominium altum ſolis Supremis Principibus competere poteſt, 119.68.
An illud Supremis Hiſpaniæ, & Galliæ Monarchis competat? 127.81. & ſeqq.

# E

Eccleſia initium habuit in Statu Inocentiæ, 21.18.
Eccleſia vera, eiuſque Poteſtas, tàm in Lege Naturæ, quàm veteri meritis Chriſti venturi innixa eſt, 62.28.
Eccleſia Epiſcopos priuare poterit ob aliquod crimen: Ne Sacramentalia in particulari cōſecrent, 84.26.
Eccleſia nulla ædificari denuo poteſt, aut vetus alio transferri abſque Epiſcopi Dioeceſani licentia, 91.47.
Eccleſia, an, & quomodo in actus internos Poteſtatem habeat? 182.22.
Eccleſia habet Ius Gladij, 187. num. 33.
Eccleſiæ injuria illatæ magnis ſupplicijs à Deo vindicatæ, 279.23.
Eccleſia Remenſis eſt Metropolitana, 603.175.
Eccleſia Vniverſalis diſpenſare nequit in his, quæ ad Sacramentorum ſubſtantiam pertinent, 622.218.
Eccleſia Militans ad inſtar Triūphantis inſtituta eſt, 700.76.
Reliqua vide verbo Poteſtas.
Eccleſia nullum uſquam errorem, nequidem materialem in Rebus Fidei admiſit, 717.151.
Eccleſiaſticus Iudex Merum Imperium ſuum exequi poteſt irrequiſito Sæculari Brachio, ubi id conſuetudine admiſſum eſt, 191.46.
Eccleſiaſtici Magiſtratus habentes Temporale Dominium, pro eius exequutione Familiam habere poſſunt, 191.47.
Eccleſiaſtici Magiſtratus Dominium Temporale habentes nequeunt Sæcularia Iubere, aut prohibere ſub pœnis Eccleſiaſticis, 192.50.
Eccleſiaſticis Iudicare quatenus permiſſum eſt? 266.20. & 21.
Eccleſiaſtici Miniſtri in Primitiua Eccleſia de Oblationibus alebantur, nulla poſsidentes Bona, 351.112.
Eccleſiaſtici an ſoluere teneantur onera Realia, quibus res iam affecta erat, priuſquam ad Eorum deueniſſet Dominium, 356.123.
Eccleſiaſticum Regimen an ſub aliqua ſpecie Politiæ gubernetur?

netur? & an ſub ea conuehiat, aut differat? à Sæculari? 645. 21. & ſeqq.
Eccleſiaſticum Regimen Monarchichum eſt, & qualiter à Sæculari differat? 647. 27. & ſeqq.
Eccleſiaſticum Regimẽ à Chriſto D. immediatè inſtitutum fuit. 648. 27.
Eccleſiaſticum Regimen an purè Monarchichum? an verò alijs Politiæ ſpeciebus miſtum? 649. 32.
Electio aliquando pro Poſtulatione accipitur. 480. 423.
Electio Pontificis Maximi quomodo pro temporum varietate celebrata? nuncque celebretur? 493. 10.
Electio Summi Pontificis à quo Cardinalibus tantum rejecta? 507. 44. & ſeqq.
Electio Summi Pontificis ad Cardinales priuatiuè attinet. 519. 70.
Electio Summi Pontificis celebrata à Duobus Cardinalium Partibus concordibus an valida ſit, licèt fiat ante x. dierum præfixum terminũ? 521. 76.
Electio ad Vniverſum Collegium ſpectans, an in Vno cõſeruetur? 521. 77.
Vbi an hoc procedat in Summo Pontificis Electione?
Electio Summi Pontificis ad quos ſpectaret, ſi Omnes Cardinales in Conclaui deceſſeſſiſſent? 523. 77.
Electionis Sũmi Põtificis forma quæ hodie obſeruatur refertur. 528. 87.
Electio Paſsiua Summi Pontificis an priuatiuè ad Cardinalium Collegium pertineat? 532. 93. & ſeqq.
Electio Summi Pontificis non eget Confirmatione. 525. 82.
Electioni Summi Pontificis nulla exceptio opponi poteſt præter notoriam Hæreſim, 524. 81.
Enunciatiua verba Intereſſe habentium nihil probant. 297. 30.
Epiſcopis quæ competant ratione Poteſtatis Ordinis? 77. 10.
Epiſcopis ratione Ordinis propria quę ſint? 78. 12.
Epiſcopis ſolis competit ratione Poteſtatis Ordinis Clericos ſolemniter degradare, & Epiſcopos conſecrare, 81. 17.
Epiſcopi conſeruant Omnia eis ratione Poteſtatis Ordinis cõpetentia, licèt in Hæreſim cadant. 83. 23.
Epiſcopis competere nequeunt ante Conſecrationem, quæ ad Poteſtatem Ordinis ſpectant, ibid.
Epiſcopus in his, quæ ad Poteſtatem Ordinis ſpectant ęqualis in ſua Diœceſi Summo Pontifici reputatur. 84. 27.
Epiſcopus procedere poteſt in quoslibèt exemptos, ut Eccleſias reparent. 92. 47.
Epiſcopo, quæ ſpecialiter competant ratione Legis Diœceſanæ? ibid. 45.
Ecquæ ratione Legis Iuriſdictionis? 95. 33.
Epiſcopo ex Lege Iuriſdictionis priuatiuè competit Curam

Animarum demandare in Vniuerſa Diœceſi, & quomodo hoc intelligendum ſit? 96. 57.
Atque etiam Cognitio omnium Cauſarum ad Curam Animarum, & Sacramentorum Adminiſtrationem quomodolibèt attinentium etiam in Exemptos. 97. 59.
Epiſcopo ex Lege Iuriſdictionis competet concurſus ad Proviſionem Parochiarum, & alia recenſita. ibid. 60.
Atque nonnulla alia recenſita, 98. 65.
Epiſcopus omnibus Parochis in Adminiſtratione Sacramentorum præfectus, quia eſt Parochus Vniverſalis in tota Diœceſi, 99. 71.
Epiſcopis Merum competit Imperium, variæque referuntur pœnæ, in quibus illud exercent. 184. 26. & ſequentibus.
Epiſcopis non competit Ius Gladij. 188. 37.
Epiſcopi Iuriſdictio in ſua Diœceſi quanta ſit? 86. 29. & ſeqq.
Epiſcopus ratione Adminiſtrationis forum internum ſibi ſubjectum habet, 90. 43.
Epiſcopi an irrequiſito Brachio Sæculari, Merum ſuum Imperium exercere valeant per Miniſtros ſuos? 192. 51.
Epiſcopis Ius Immittendi in Poſſeſſionem, & Carcerandi habent. 199. 71.
Epiſcopi torquere, & fuſtigare, condemnare poſſunt. 200. 74.
Epiſcopi Bellum indicere pro ſuæ Eccleſiæ defenſione poſſunt. 200. 75.
Epiſcopi Temporalem Iuriſdictionem habentes à Iuſto Bello pro ea defendenda non prohibentur. 201. ibid.
Epiſcopus Major eſt quocumque alio Magiſtratu Sæculari. 201 77.
Epiſcopi in tota Diœceſi inquirere, cognoſcere, & punire crimina poſſunt. 204. 82.
Epiſcoporum Electio licèt in actu ſit penes Papam, habitu tamen apud Canonicos reſidet. 317. 28.
Epiſcopi ſunt Eccleſiæ Magiſtratus. 366. 145.
Epiſcoporum Electio quomodo olim penes Populum reſederit? 368. 151. & ſeqq.
Epiſcoporum Electio quomodo, & quando ad Synodum Provincialem delata? 370. 154.
Epiſcoporum Electio ad Populum, ſeu Principem Sæcularem attinere non poteſt. 371. 158.
Epiſcoporum Electiones in Gallia olim an Plebi, vel Clero competierint? 399. 230.
Epiſcopi in Hiſpania ſunt Regij Conſiliarij ex munere. 431. 304.
Epiſcopus nequit eſſe qui Preſbyter non fuerit. 562. 69.
Epiſcopus verus nemò conſtituitur ex ſola Pontificis voluntate, niſi accedente Conſecratione. 619. 214.
Epiſcoporum trium Numerus an ſit? de Iure Diuino neceſſarius in Epiſcopi Conſecratione,

ne & an à Romano Pontifice diſpenſari poſsit? 621.217.
Epiſcopus à mortuis reſurgens an ſit Ordinarius Ordinis Miniſter? 631.139.
Epiſcopi ſine Conſenſu Capituli Ardua decernere nequeunt. 694.66. & ſeqq.
Epiſcopus an in Cauſa ſuæ Eccleſiæ Iudex eſſe poſsit? 746.23.
Epiſcopus an ligetur Conſtitutione Synodali à ſuo Prædeceſſore facta. 690.93.
Reliqua V. Vnctio.
Epiſcopæ V. Fœminæ.
Epiſcopatus Romanus annexus eſt Summo Pontificatui. 506.41.
Epiſcopatus an ſit Ordo? 560.66. 561.71.
Et an ſit realiter à Presbyteratu diſtinctus. 565.77. & ſeqq.
Epiſtolæ Imperatorum ſive præceptiuis, ſiue deprecatorijs conceptæ verbis, Iuſſa ſemper appellatę, & quarè? 330.62.
Epiſtolæ S. Clementis Papæ. I. ad Iacobum Fratrem Domini, cujus Fidei ſit diſcutitur? 496.15. cum ſeqq.
Epiſtola Hoſmiſdæ Papæ ad S. Remigium falſa demonſtratur. 601.170.
Eulogia quid ſignificat? 92.48. & ſeqq.
Excommunicatio pro publica vtilitate, ad Meri Imperij gradum, quod Majus appellatur, pertinet, ſæcus ſi ad alicujus petitionem. 115.55.
Excommunicatio eſt mors Canonica ſi in pœnam imponatur. 116.55.
Excommunicatio ſi in Medicinam imponatur Relegationi ęquiparatur, ſæcus ſi ad inſtantiam partis. 116.59.
Exilium à Paradiſo fuit peccati pœna. 49.14.
Exilium vndè dicetur, & an hodie Deportationi ęquiparetur? 152.184.
Enunciatiua verba Intereſſe habentium, nihil probant. 297.30.

## F

Familia armata. Vide Iudex. 1.
Fœminę Capaces ſunt Iuriſdictionis. 304.1.
Fœminę incapaces ſunt Iure Diuino Ordinis Sacri. 363.139.
Fœminę eodem Iure incapaces ſunt Sacro-Supremę Poteſtatis. 438.326.
Fœminę ſunt incapaces Characteris Ordinis. 446.347.
Fœminę Deo Conſecratæ non licèt incenſum ad Altare adolere. ibid.
Fœminis, neque docere, neque prædicare, neque de Fide diſputare permittitur. 447.349.
Fœmina ad ſubjectionem à Deo condemnata eſt. 450.353.
Fœminę ſolemniter benedicere non poſſunt, neque Confeſſiones audire, neque Evangelium publicè explicare, licè in Matutinis Legere prohibitum non ſit. 451.356.
Fœminæ an prima Tonſura initiari poſsint? 451.157. & ſeq

Fœmina ex Animalibus in Holocauſtis non offerebatur. 449 352.
Fœminæ an capaces ſint Iure Ordinario Poteſtatis, & Iuriſdictionis Spiritualis. 453. 359.
Fœminæ incapaces ſunt Magiſtratus Eccleſiaſtici. 455. 369.
Fœminæ fungi nó poſſunt Prælatura adnexam habente Eccleſiaſticam Iuriſdictionem. ibidem.
Fœmina bigama an eligi in Abbatiſſam poſsit? 456. 370.
Fœminæ, licèt Prælatæ ſint excommunicare nequeunt, ſed Superioris Officium implorare, ut Inobedientes excommunicet. 458. 373.
Fœminæ Prælatæ an in virtute Obedientiæ, vel Spiritus Sancti aliquid jubere poſsint. 459. 373.
Fœminæ Prælatæ, nihil extra Poteſtatem Æconomicã imperare poſſunt. 460. 375.
Fœminæ Prelatæ imponere nequeunt Pœnas Spirituales, ibidem.
Fœminæ Prælatæ in virtute Obedientiæ ipſis promiſſæ imponere poſſunt præcepta temporalia, ad quorum obſeruationem ſub mortali Moniales tenentur juxta qualitatem Materiæ. 460. 376.
Fœminæ Prælatæ an aliqualem Iuriſdictionem habeant ab ipſa Regula, ſeu ejus Conditore? 460. 377.
Fœminæ Prælatæ an vota Monialium commutare, diſpenſare, vel irritare poſsint? 461. 378.
Fœminæ Prælatæ an declarare poſsint ceſſare obligationem Ieiunij. 462. 380.
Fœminę Prælatæ an diſpenſare quo ad Subditos poſsint, ut in diebus prohibitis Carnes, & Lacticinia edant? 462. 379.
Fœminæ Prælatæ an circa Regulam, aut Conſtitutiones Ordinis diſpenſare valeant? 461. 379.
Fœminarum Incapacitas quoad Poteſtatem Ordinis indiſpenſabilis. 464. 385.
Fœminæ an capaces ſint Iuriſdictionis Spiritualis ex Pontificis Delegatione. 466. 391.
Fœminæ quomodo ex Pontificis Delegatione inſtituere, & conferre Beneficia cenſeantur. 469. 397.
Fœminæ an ex Pontificis Delegatione, excommunicare, ſuſpendere, aut interdicere poſſint. 470. 400.
Fœminæ Donum Prophetiæ recipere poſſunt. 483. 432.
Fœminæ quo ſenſu Epiſcopæ olim appellatæ, vel Presbyteræ, Diaconæ, Hypodiaconæ, & Subdiaconæ, & an aliquem Ordinem, vel determinatum Munus habuerint? 484. 436.
Fœminæ Epiſcopæ, &c. antequam Viri Ordinibus initiarentur Caſtitatem vovebant. 485. 437.
Fœminæ Diaconiſſæ, quamuis Ordinationes recipent, Sacramentum tamen, aut Characte-

racterem nõ recipiebant. 488. 443.
Fœmina nequit in Sũmum Pontificem eligi, ubi ſtupida Ioannæ Papiſſæ Fabula rejicitur. 535.101.
Fœminarum Incapacitas. 8. in fine.
Reliqua. Vide verbo Abbatiſſa, Sacerdotiſſa.
Fori Eccleſiaſtici Priuilegium quo Iure introductũ ſit? 782. 119.
Fori Eccleſiaſtici Priuilegium an ad Ius publicum referri debeat? ibid.
Fori Eccleſiaſtici Priuilegium Immunitas potius, quam Exemptio dici debet. ibid.
Fori Eccleſiaſtici Priuilegium an Pontificia, vel Regia Conſtitutione tolli poſsit. 794. 150.
Friderici Æneobarbi Imperatoris Diſsidia cum Alexandro III. referuntur. 512.54.
Fundamenti ſignificatio. 9.33.

## G

Galliæ Reges. Vide Reges Galliæ.
Gentilium acceptio, & Ethymon. 45.3.
Gentiliſmi origo. 45.4.& ſeqq.
Gentiliſmus quando finitus eſt. 48.12.
Gentiliſmi origo in diuerſis Prouincijs. 48.10.
Gladij nomine ſeuerior Poteſtas, & omnes grauis pœna continetur. 109.32.
Gladium accipere Reges ab Antiſtitum manu pervetuſtus mos. 578.132.
Guillelmi OKam errores referuntur, & damnatio affertur. 314.20.& ſeqq.

## H

Hæreſis quorumdam aſſerentiũ Legem Veterem à Malo Deo præſcriptam refertur, & reputatur. 39.17.& ſeqq.
Hæretici attribuentes Fœminis Capacitatem Sacro-Supremę Poteſtatis referuntur, & rejiciuntur. 439.327.& ſeqq.
Hinc mari Teſtimonium pro Ampulla Remenſi falſum demonſtratur. 600.165.
Hiſpani nullo externo mutuato auxilio ſeſe à Sarrazenorum oppreſsione liberarunt, & antiquam libertatem recuperatunt. 129.87.& ſeqq.
Hiſpaniæ noſtræ Regibus Suprema, & abſoluta Poteſtas, altumque Dominium in omnibus ſuis Ditionibus competit, & nullum Superiorem in Temporalibus recognocit. 127.81.
Hiſpaniæ Regna ceſſerunt Alarico Gothorum Regi Arcadius, & Honorius, 128.86.
Hiſpanię Reges in Mediolanenſi Ducatu Supremam exercent Poteſtatem. 139.117.
Hiſpaniæ Reges in Sicculo, & Neapolitano Regno Supremam habent Poteſtatem. 141. 122.
Hiſtoria in aliqua Narrationis parte ſuſpecta tota omninò

ſuſpecta redditur. 600.165.
Homines in Statu Innocentiæ imperfectionibus, & erroribus expoſiti. 19.14.
Homines in Statu Innocentię, tàm ex parte Corporis, quàm Animę dotes recenſentur. 233. & ſeqq.
Homines an aliquando Ferarum more in Montibus, & Syluis aberrauerint. 295.25.

## I

Idiomatum Communicatio in Perſona Chriſti quæ dicatur? 58.20.
Idiomatum Communicatio in Perſona Chriſti quid operetur. 59.22.
Idolo-latrię Origo traditur. 45.4. & ſeqq.
Idolo-latria eſt Origo, & radix vani cultus. 48.13. & ſeqq.
Immunitas Eccleſiaſtica an ſit de Iure Diuino, vel Humano? 345.96. & ſeqq.
Immunitas Eccleſiaſtica an à Pontificibus, vel Imperatoribus conceſſa. ibid.98.
Imperatores Romani an Iudices Eccleſiaſticos, qui de cauſis Epiſcopum cognoſcerent dare potuerint? 338.79. & ſeqq.
Imperatores an aliquam legitimam partem habuerint in Romanorum Pontificum Electionibus? 482.428.
Imperatores an ſi aliquod Priuilegium habuerunt Eligendi Summum Pontificem, illi renunciauerint. 502.37.
Imperatori Inuncto conceditur, ut Sacris indutus Veſtibus Subdiaconorum Munia exerceat. 576.94.
Imperator Romanus antiquitus tribus Coronis coronari, tribuſque Vnctionibus inungi ſolitus. 579.101.
Imperator in ſuo Regno eſt qui Superiorem nullum recognoſcit. 735.21.
Imperator an fuerit actu, & habitu Mundi Dominus? 736.19.
Imperij in genere conſiderati varię referuntur acceptiones. 103.8. & ſeqq.
Imperij Æthimologia. ibidem. 6.
Imperij Definitio. 105.17.
Imperium Merum, aut Miſtum ſine actione, aut accuſatione, regulari ter exerceri nequit. 108.26.
Imperium Miſtum, vndè? 166.3. & ſeqq.
Imperij Miſti Diuiſio an aliqua aſſignari poſsit? 167.6.
Imperij Miſti definitio traditur. ibid.7.
Imperij Miſti Gradus quot, & quales ſint? 169.11. & ſeqq.
Imperium Miſtum quibus olim, & nùnc competat? 172.21. & ſeqq.
Imperium Miſtum Iure Magiſtratus an competat? 174.29.
Imperium quam neceſſarium ad Reipublicę conſervationem? 637.4.
Imperium appellatur Politia. ibidem.
Imperium Miſtum quale ſit? 649.33.

Incapacitas Poteſtatis Eccleſiaſticæ in Principibus Sæcularibus an à Iure Diuino, vel Humano proveniat? 344.92.
Incapacitas hæc quoad Bona Clericorum à quo Iure proveniat? 351.111.& ſeqq.
Vide Princeps, & Conſuetudo, Incorregibilis quis dicatur? & an poſt cenſuras in eum latas, ſi non reſipuerit Curiæ Sæculari tradi poſsit? 800. 166.
Inquiſitores habent Familiam Armatam, per quam Merum exercent Imperium irrequiſito Brachio Sæculari. 190. 44.
Inquiſitores etiam in Supremos Principes Merum Imperium exercere poſſunt in cauſis ad Fidem attinentibus. 191.44.
Inſtitutio Beneficiorum eſt quid Spirituale, & non niſi Eccleſiaſticis Prælatis competere valens. 404.241.
Inſtrumenta ab Archiuio Authentico extracta, etiam ipſa authentica reputanda ſunt. 603.175.
Inſtrumenta ab Archiuio extracta quibus requiſitis muniri debeant, ut plena Fides eis adhibeatur? 603.177.
Inveſtituræ nomen nondum ſub Caroli Magni Regno auditum. 479.442.
Irregularitatē an inducat Damnatio ad triremes? 164.213.
Iudex qui ſententiam ſuam exequi poteſt etiam alteri exequendam committere valet, etiam ſi ad exequutionem vi uti opus ſit? 201.76.
Iudex Eccleſiaſticus, tàm in Cauſis Ciuilibus, quàm in Criminalibus attento Iure Communi ſententias ſuas exequi valet irrequiſito Brachio Sæculari, atque etiam ubi Conſuetudine id receptum ſit. 202. 79.& ſeqq.
Iudices Eccleſiaſtici Capaces ſunt Iuriſdictionis Temporalis in Laicos. 203.80.
Iudex Eccleſiaſticus quoties criminaliter in Laicos legitimè procedit, nullo indiget Auxilio Brachij Sæcularis. 204. 82.
Iudex Eccleſiaſticus ad exequutionem ſententiæ in cauſa ciuili cogere Laicum nequit, ejus bona capiendo, aut in poſſeſsionem ejus Bonorum alium mittendo irrequiſito Brachio Sæculari. 204.83.
Iudex Eccleſiaſticus Merum Imperium exercere poteſt in Clericos ſibi Subditos nullo requiſito Brachij Sæcularis Auxilio. 206.87.
Iudex Sæcularis Auxilium ſuum impertiri renuens Eccleſiaſtico quomodo ab eo compellēdus ſit? 215.114.
Iudicibus Delegatis an Auxiliū imploraudi Ius cōpetat? 217. 117.& ſeqq.
Iudex Eccleſiaſticus Auxilium ſuum impertiri renuens Sæculari quomodo, & à quo cogendus? 222.127.& ſeqq.
Iudex requiſitus annullo examinato Proceſſu exequi valeat? 224.134.& 136.

Iudex

Iudex Sæcularis an impertiri Auxilium Eccleſiaſtico debeat nullo Proceſſus examine facto? & quid in Degradatione? 223.130.& ſeqq. atque 236.175.& ſeqq.
Iudex Sæcularis tenetur Auxilium ſuum impertiri in cauſa hæreſis nullo facto Proceſſus examine. 236.175.
Iudex Sæcularis Familiam ſuam accomodate omninò tenetur pro cujuslibèt ſententiæ, vel Præcepti Iudicis Eccleſiaſtici, abſque vllo Proceſſus examine. 237.179.& ſeqq.
Iudex Eccleſiaſticus Auxilium ſuum impertiri Sæculari non tenetur ante Proceſſus examen. 238.181.
Iudex Sæcularis Auxilium ſuũ impertiri tenetur ſi Appellatio interpoſita ab Eccleſiaſtici ſententia friuola appareat. 239.185.
Iudicis Arbitrio relictum cenſetur quidquid in Iure expreſſum non reperitur. 716.148.
Iudex in propria cauſa Ius dicens eam omninò perdit. 745.22.
Iudex Sæcularis an cognoſcere poſsit de Quæſtione facti in cauſa Spirituali? 556.57.
Iudex Ordinarius quis propriè dicatur? 795.74.& ſeqq.
Iudex Delegatus quis dicatur, & in quibus differat ab Ordinario. 768.82.
Iudex Eccleſiaſticus non tenetur ſtare Proceſſui Iudicis Laici. 799.164.
Vide Acta.
Iudicij variæ ſignificationes. 738.2.& ſeqq.
Iudicium ante litis conteſtationem an ſit? 740.6.
Iudicij nomine quid contineatur? ibid.7.
Iudicium quid, & an idem quod cauſa? ibid.8.
Iudicium quotuplex. 746.26.& ſeqq.
Iudicia Ordinaria an hodie ceſſauerint? 747.27.& ſeqq.
Iudicium Ciuile, Criminale, & Miſtum? quale? 748.30.& ſeqq.
Iudicium Eccleſiaſticum quid, & quotuplex? 758.54.& ſeqq.
Iudicij Eccleſiaſtici, quæ ſit Materia proxima, vel remota? ibid.
Iudicium Spirituale, quale ſit? 756.57.
Iudicium Eccleſiæ Miſtum an; & quid ſit? 76163.& ſeqq.
Iudicium Eccleſiæ proprium, & improprium quid ſit? 765.73.& ſeqq.
Iudicium Ordinarium quale ſit? ibid.
Iuriſconſulti in Legum Deciſione aliquos errores admiſerunt. 171.16.
Iuriſdictionis à Poteſtate Differentia ecquę ſit? 8. à 27. ad 31.
Iuriſdictionis Ethymon. 65.5.& ſeqq.
Iuriſdictionis abſolutè conſideratæ Diuiſiones. 67.11.& ſeqq.
Iuriſdictionis varię Definitiones recenſentur, & rejiciuntur, & noſ-

& noſtra adducitur. 72. 27. & 73. 34. & ſeqq.
Iuriſdictionis ſpecies non ſunt diſcutiendæ juxta Romani Iuris Principia. 118. 65.
Iuriſdictio numquam priuatiuè, ſed accumulatiuè conceſſa cenſetur. 143. 149.
Iuriſdictio priuatiuè cenſetur conceſſa quando fauore illius in quem exercenda eſt conceditur. 144. 151.
Iuriſdictionis ſimplicis Definitio adducitur. 174. 1. & ſeqq.
Iuriſdictio Suprema Directiua, & Coäctiua in Eccleſia reſidet. 179. 8. & ſeqq.
Iuriſdictionem Eccleſiaſtici Laicus prorogare poteſt attento Iure Communi. 203. 8c.
Iuriſdictione conceſſa, non ſolum neceſſaria, ſed etiam commodiora ad illam exercendam conceſſa cenſentur. 214. 110.
Iuriſdictio Eccleſiaſtica quotuplex ſit? 239. 1. & ſeqq.
Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ definitiones variæ referuntur, & reſelluntur, noſtraque adducitur. 242. 1. & ſeqq.
Iuriſdictioni Eccleſiaſticæ etiam Temporalis ineſt. 246. 18.
Iuriſdictionem alienam perturbantes læthaliter peccant. 253. 9.
Iuriſdictio Eccleſiaſtica, & Sæcularis in eodem ſubjecto concurrere poſſunt. 256. 4. & ſeqq.
Iuriſdictio non acquiritur vnico actu. 377. 133.
Iuriſdictio omnis Spiritualis datta eſt à Chriſto D. 378. 177.
Iuriſdictio acquiritur Conſuetudine Immemorabili. 433. 313.
Iuriſdictio Spiritualis Clauium Poteſtati adnexa eſt. 456. 371.
Iuriſdictio voluntaria extra territorium exerceri poteſt, non autem contentioſa. 743. 15.
Iuriſdictio Inquiſitorum eſt Delegata, & accumulatiua. 762. 64.
Iuriſdictio Vicariorum Archi-Epiſcopatus Toletani, an, & quomodo præueniri poſsit. 763. 67.
Ius Canonicum. Vide Canonicum Ius.
Iuris Canonici, & Ciuilis ſcientiæ, cum alijs commertium oſtenditur. 13. 46. & ſeqq.
Iuris Diuini duplex acceptio. 38. 15. & ſeqq.
Iura Majeſtatis, ita diuidi poſſunt, ut aliqua in Principes transferantur reſeruatis aliquibus Populo, & Optimatibus. 143. 150.
Ius Naturale eſt, Ius Diuinum. 293. 21.
Iuris Gentium Diuiſio in primarium, & ſecundarium an ſubſtineri poſsit? 295. 26.
Iure Gentium prouenit Hominibus quidquid eos à cæteris Animantibus diſtinguit. 296. 27.
Iuris Gentium Naturali differentia. 296. 28.

Ius Naturale purè consideratum quale propriè sit? 643.17.
Ius Territoriale quid sit? 726. 2.
Ius complicatum, & ad Duos spectans sine Vtriusque Consensu renuntiari nequit. 774. 95.
Iustitia Originalis in Statu Innocentiæ Adamo collata an fuerit Habitus realiter distinctus à Gratia Sanctificante. 18.12.

## L

Laici quacumque Dignitate præfulgeant incapaces sunt Iurisdictionis Ecclesiasticæ. 306.8. & seqq.
Laici ne Ius quidem Patronatus Ecclesiastici possidere juste possunt, nisi ex Ecclesiæ concessione. 362.137.
Laici incapaces sunt Omnium Iurium Spiritualium. 386. 192.
Laicus Vxoratus, an, & quomodo eligi possit Summus Pontifex. 535.100.
Laus propria probo Viro indigna, & à Sanctis omninò rejecta. 605. 181.
Legatiâ Latere Merum suum Imperium per Se, hoc est per propriam Familiam Armatam, exequi possunt, irrequisito Brachio Sæculari. 190. 42.
Legati à Latere, an Sanct. Sedis Apostolicæ nomine contineantur? ibid. 43.
Leuitæ secundas Decimas, seu Decimarum Decimas Aäroni, & Sacerdotibus rependebant. 353.18.
Legis Scriptæ Status quando incœperit? & quo usque perseuerauerit? 36.8. & seqq.
Lex Scripta diuisa fuit in Præcepta Moralia, Cæremonialia, & Iudicialia, & quæ ista fuerint? 41.24.
Lex Vetus ad Ius Diuinum omninò pertinuit. 40.18.25. & seqq.
Lex Gratiæ à Christo D. lata. 52. 3. & seqq.
Legis Gratiæ qualia Præcepta à Christo instituta? qualiaque Vicarijs ejus tradenda reliquerit. 52.5. & seqq.
Lex Gratiæ quando obligare incœperit? 55.9.
Lex Gratię perpetuo duratura est. ibid. 10.
Lex Gratiæ Hominum cordibus à Christo inscripta est. 56. 12.
Lex quælibèt quomodo cessare possit? ibid. 13.
Lex Vetus quo sensu æterna dicta fuit? 57.16.
Lex Diœcesana, an eadem sit, ac Iurisdictionis Potestas, & qualiter Vna ab alia distinguatur? 88.33. & seqq. ad 51.
Legis Diœcesanæ ecquæ propria sint Munera. 92.47.
Legi Iurisdictionis, quæ propriè conveniant? 95.53. & seqq.
Leges Regiæ obligationem imponentes Prælatis Ecclesiasticis invocandi Sæculare Brachium explicantur, & interpretantur. 208.92. & seqq.

Lex à Conſtantino Magno ſancita Clericos à Sæcularium Poteſtate eximens, ne à Diuino Cultu arceantur. 26. 5. 18.
Lex Salica, an vera ſit, & ex ſuppoſitione, quod aliquando fuerit, an ad Gallos pertineat? 304. 5.
Lex in aliquo offendens Eccleſiaſticam Libertatem nequit à Laicis ferri. 354. 120.
Lex 1. tit. 6. lib. 1. Recopilat. Caſtellę latiſsimè illuſtratur. 425. 292. & ſeqq.
Liber Pontificalis S. Damaſi nomine communiter circumlatus, an ipſius Pontificis ſit, & cujus authoritatis. 497. 18.
Libertas Eccleſiaſtica etiam læditur quando à Principibus Sæcularibus aliquid immediatè ſtatuitur circa Perſonas, aut Res Eccleſiaſticas, licèt Eorum Lex fauorabilis ſit. 315. 24.
S. Linus, immediatè ſucceſsit S. Petro in Pontificatu. 499. 24.

# M

Materia Sacramentorum. Vide Sacramentorum Materia, & Forma.
Matriculariæ Mulieres, quæ fuerint in Primitiua Eccleſia? 485. 438.
Martyrologij Romani authoritas ecquæ ſit? 499. 24.
Membri alicujus abſciſio an pœna capitalis ſit? 149. 177. & ſeqq.
Merum Imperium vnde dicatur? 105. 17. & ſeqq.
Meri Imperij Definitio quædam adducitur, & rejicitur. 107. 20. & ſeqq.
Meri Imperij vera aſſignatur, & explicatur Definitio. 109. 30. & ſeqq.
Merum Imperium non niſi præuia cognitione exerceri poteſt. 113. 48.
Meri Imperij Gradus, & Munera eis correſpondentia referuntur. ibid. 49.
Merum Imperium Maximum quibus competat? 119. 18. & ſeqq.
Meri Imperij Gradus Minores quibus competant? 144. 154.
Merum Imperium Magnum cõpetit Principibus Supremis, Ciuitatibus liberis, & Magiſtratibus Prouinciarum. 145. 158. & ſeqq.
Merum Imperium Magnum cõpetit Magiſtratibus Ciuitatũ, qui illud conceſsione, aut Præſcriptione acquiſierunt Rectoribus Vniverſitatum, Epiſcopis in ſua Diœceſi, & Abbatibus Iuriſdictionẽ quaſi Epiſcopalem habentibus. 145. 160. & ſeqq.
Merum Imperium habere poſſunt Municipia Caſtra, & Vici, ex conſuetudine, aut Præſcriptione. 146, 163.
Merum Imperium Magiſtratibus competens an eorum proprium ſit, an verò vſus tantum? 147. 166.
Merum Imperium quas pœnas ſpecialiter comprehendat? 149. 173. & ſeqq.

Merum Imperium in ſummo Gradu eſſe in Eccleſia ex Chriſti Inſtitutione probatur. 178. 5. & ſeqq.
Merum Imperium in genere conſideratum Epiſcopis, Archi-Epiſcopis, & Patriarchis competit. 184. 26. & ſeqq.
Metus fuit cauſa Societatis Humanæ, & Origo Ciuilis Poteſtatis. 287. 5.
Metus nomine quid comprehendatur? 288. 7.
Metus externuat Libertatem, culpamque minuit. 321. 38.
Miniſter Eccleſiaſticus, & Sæcularis, quibus Virtutibus polleꝛe debeat? 303. 3.
Miniſter Ordinarius, & Extraordinarius Pontificię, & Regiæ Vnctionis, quis ſit? 618. 12. & ſeqq.
Miraculum quid ſit? 657. 52.
Miſsioni Poſſeſsionem, an ad Miſtum attineat Imperium. 170. 14. & ſeqq.
Mithologiæ notitia ad Iuris Vtriuſque ſtudium pertinet. 14. 50.
Moyſes an fuerit Sacerdos. 474. 408.
Moyſes an Materiali Vnctione fuerit Vnctus? 556. 65.
Monarcha primus quis fuerit? 643. 17.
Monarcha quælibèt, licèt ardua decernere poteſt nullo Procerum petito conſilio, niſi pacto, vel conſuetudine aliter cautum ſit. 654. 46 & ſeqq.
Reliqua. Vide verbo Princeps, Rex.
Monarchia præſtantior eſt omni alia Regiminis ſpecie. 640. 11.
Monarchia antiquior omnibus alijs Politiæ ſpeciebus. 643. 17.
Monarchiæ Regimen à Iure Naturali deſcendit. ibid.
Monarchia miſta an detur. 644. 19.
Monarchia Eccleſiæ an miſta ſit, & an ob id minuatur ejus Authoritas, & Poteſtas? 720. 161. & ſeqq.
Moniales non tenentur Obedire Prælatæ extra Poteſtatem Æconomicam præcipienti. 460. 375.
Vide Fœminæ.
Montani ſtarum error circa Poteſtatem Eccleſiaſticam Mulieribus attribuendam. 439. 328.
Mulctæ Iudicio an ad Merum Imperium ſpectet? 159. 199. & ſeqq.
Mulctam imponere quibus liceat, & quomodo facienda eſt applicatio à Magiſtratibus Eccleſiaſticis. 159. 201. & ſeqq.

## N

Nobiles ad Triremes damnari non poſſunt. 162. 213.
Nominatio. Vide Præſentatio.
Notarios creãre, & examinare intrabileſque ſuſpendere ad Epiſcopalem Iuriſdictionem pertinet. 100. 74.
Notio quid propriè ſignificet? 744. 19.
Nutus ecquis ſit, & quomodo in

Sum-

Summo Pontifice Supremam præſeferat Poteſtatē. 264.16.

O

Objectum Poteſtatis Eccleſiaſticæ quale ſit. 267.2.& ſeqq.
Objectum Materiale Eccleſiaſticæ Poteſtatis comprehendit Omnes Fideles, nulla Imperialia, aut Regia Dignitate excepta. 273.15.& ſeqq.
Objectum Formale, & Attributionis Eccleſiaſticæ Poteſtatis adſignatur,& explicatur.283.1.& ſeqq.
Objectum Formale, & Attributionis Sæcularis Poteſtatis quale ſit? 285.8.
Officium Iudicis nobile commune eſt omnibus Iuriſdictionis ſpeciebus. 108.27.
Officium Iudicis nobile definitur. 108.28.
Officij Iudicis Nobilis, & Mercenarij Diuiſio refellitur.108.29.
Oleum duplex in Baptiſmo ſolemni adhibetur. 615.204.& ſeqq.
Oleum, quo in Lege Veteri Reges ungebantur, quale? 633.147.
Ordinis Sacramentum Vnum tantum. 564.74.
Ordinis nomen ecquid propriè, & rigoroſſe? ibid.75.
Ordinare in Regem, quid? 605.180.
Ordinationis nomen quid propriè? 370.154.
Ordinationes Mulierum, veluti Diaconiſſarum Sacramentum non erat, neque Characterem aliquem conferebant. 488.443.
Ordinationum Formę imperatiuæ eſſe debent. 593.146.
Ordinatus ab Epiſcopo Hæretico valide ordinatus eſt, ſed ab Ordinum exercitio ſuſpenſus. 80.15.& ſeqq.
Originis inveſtigandæ Vtilitas. 9. 32.
Originis propria ſignificatio, ibidem. à 34. ad 38.

P

Papa conſentire nequit, neque Priuilegium concedere, ut Immunitati omnium Perſonarum Eccleſiaſticarum alicujus Regni, aut Provincię in Vniverſum præjudicium inferatur. 382.187.
Papę Tolerantia quando non ſufficit ad Ius tribuendum alicui? ibidem.
Papa Ius Diuinum declarare poteſt. 391.206.
Papa an diſpenſare poſsit in Iure Diuino? 392.208.& ſeqq.
Papa an Omnes Clericos Vnius Regni Principi Sæcularis Poteſtati ſubjicere poſsit? 329.207.& ſeqq.
Papę obtemporum anguſtias Epiſcoporum Electiones aliquibus conceſſere. 400.231.
Papa an diſpenſare poſsit, ut Fœminę Sacris Ordinibus initientur? 452.358.
Papa an poſsit Mulieribus delegare Spiritualem Iuriſdictionem? 466.391.

Papa quoties alicui incapaci Poteſtatem Spiritualem concedit, ejus Adminiſtrationem tantum concedere intelligendum eſt. 468. 397.
Papa diſpenſare non poteſt in his, quę ad Sacramentorum Subſtantiam pertinent. 622. 218.
Papa diſpenſare poteſt innumero Epiſcoporum neceſſario ad Conſecrationem alterius Epiſcopi. 221. 217.
Papa an diſpenſare poſsit in his, quæ ab Apoſtolis inſtituta ſunt. 630. 136.
Papa gubernare poteſt Eccleſiam Dei, nullo requiſito, aut expectato Conſilio. 650. 34.
Papa an ad ardua decernenda Conſilium, vel conſenſum Cardinalium neceſſario requirere debeat? 653. 44. & ſeqq.
Papa in Collegio Cardinalium ad numeratur, tamquam ipſius Caput. 694. 66.
Reliqua. Vide verbo Romanus Pontifex.
Patronis Laicis, non competit Electio Prælatorum Eccleſię ſui Patronatus. 414. 267.
Patronatus Ius deſtruitur, ſi Patronus permittat Eccleſiam deſtrui, & ab alio reædificari. 137. 95.
Patronatus Ius antiquo Patrono perit, ſi Dos etiam abſque culpa ſua conſumpta fuerit, & Re dotanti acquiritur. 131. 95.
Patronatus an ſufficiat ad Præſentationem Dignitatum Majorum. 435. 317. & ſeqq.
Peccatum ab Hominibus commiſſum in Turri Babylonica ędificanda quale fuerit? 47. 9.
Permutandi Beneficia ſuæ Diœceſis Epiſcopus facultatem concedere valet. 99. 67. & ſeqq.
Perſona. Vide Clericus.
Perſonæ Eccleſiaſticæ, vel Spirituales, quæ dicantur? 345. 95.
Perſonæ Eccleſiaſticæ ciuilibus, Legibus non ſubjiciuntur, quoad vim coäctiuam, licèt fauorabiles ipſis ſint, ſæcus quoad vim directiuam. 477. 416.
S. Petrus inſtituit Senatum Vigintiquatuor Presbyterorum, & Diaconorum, cum quibus Negotia Eccleſię expedirentur. 503. 32.
S. Petro an ſucceſſerit Clemens, vel Linus. Vide Clemens, & Linus.
Petrus Lombardus dictus communiter Sententiarum Magiſter, quo tempore floruerit. 590. 137.
Petri de Marca nomine Concordia Sacerdotij, & Imperij ab Stephano Balucij, anno 1663. evulgata à Sacra Congregatione Indicis omninò damnata. 302. 45.
Philoſophiæ cum vtroque Iure commertium. 14. 49.
Philoſophi Sapientiores, & pluris habiti, in turpiſsimos errores contra Naturam inciderunt.

runt. 50.17. & ſeqq.
Piarum Diſpoſitionum, tàm inter Viuos, quàm ex ultima voluntate Epiſcopus eſt exequutor. 100.75.
Pœnę ſpecialiter ad Merum attinentes Imperium recenſentur. 149.178. & ſeqq.
Pœnarum tres gradus referuntur. 149.178.
Pœna pecuniaria ad Merum attinet Imperium. 154.189.
Pœna Corporalis loco pecuniariæ ſubrogata, an ad Merum ſpectet Imperium. 162.207.
Pœnæ variæ referuntur, quibus Epiſcopi coërcere poſſunt. 184. 26. & ſeqq.
Pœnæ pecuniariæ an Epiſcopis permiſſæ. 185.29.
Pœna Detruſionis in Monaſterium an adhùc in vſu ſit? 186. 30.
Pœna Mithræ (Vulgo Coroza) à Iudice Eccleſiaſtico imponi poteſt, & corporalis judicatur. ibid.
Pœna Flagellorum Clericis imponi nequit. ibid. 28.
Politica Prudentia à Iuris vtriuſque cognitione adjuuatur. 13. 97.
Politiæ Definitio. 637. 4. & ſeqq.
Politiæ ſpecies. 640. 7. & ſeqq.
Politiæ ſpecies ecquæ perfectior, atque Reipub. vtilior? ibid. 11. & ſeqq.
Reliqua. Vide Reſpublica.
Potentiæ variæ acceptiones, & à Poteſtate differentiæ. 7.22. & ſeqq.
Poteſtatis in abſtracto definitio. 2.
Poteſtatem Sacro-Supremam exercuit Dei Filius in ipſo Mundi Creätionis momento. 120. 15.
Poteſtas hæc prouenit ab ipſo Innocentiæ Statu. 19.14. & ſeqq.
Poteſtas iſta affutura eſſet, ſi Status ille perſeueraret. 25. 10. & ſeqq.
Poteſtas Ciuilis, & profana etiã tùnc affutura. 26.13.
Poteſtas Sacro-Suprema qualis tùnc affutura? 26.14. & ſeqq.
Poteſtas Sacro-Suprema quando exerceri cœpit in Naturæ Statu? 31.5. & ſeqq
Poteſtatis inſtitus Origo in illo Statu, an Diuina potius, quam Humana dijudicanda? 33. 10. & ſeqq.
Poteſtas hæc in Lege Scripta viguit. 34.11.
Poteſtas iſta in Virga Moyſis expreſſa. 35.6.
Poteſtas Sacro-Suprema in Lege Scripta Originem purè Diuinam habuit. 40.19. & ſeqq.
Poteſtas hæc an tùnc aliqua ex parte Humanam habuerit Originem? ibid. 22. & ſeqq.
Poteſtas Sacro-Suprema, an, & qualis fuerit in Gentiliſmo, & quando incœperit? 48.13. & ſeqq.
Poteſtas Sacro-Suprema in Lege Gratiæ Originem habuit in Chriſto, ut Legis Gratiæ Authore, & Supremo Legiſlatore. 60.26. & ſeqq.

Po-

Potestas Ecclesiastica diuiditur in Potestatem Ordinis, Iurisdictionis, & Legem Diœcesanam. 77. 7. 88. 33. & seqq.
Potestati Ordinis Ecquæ competant specialiter? 77.10.& seqq.
Potestas Ordinis Episcopis competens, etiam si Hæretici illi sint, adhuc eis inhæret. Vnde valide, quamuis illicite illam exercent. 79.13.& seqq.
Potestas hæc numquam ab Episcopis auelli potest, licèt in Hæresim incidant. 83.22.
Potestas conficiendi, & administrandi Sacramenta, & Sacramentalia alijs quam Episcopis commiti à Papa potest. 85, 28.
Potestas Iurisdictionis Ecclesiasticæ ecquæ? & quanta sit? 86. 29. & seqq.
Potestas Iurisdictionis à Lege Diœcesana, an, & qualiter distinguatur? 88.33.& seqq.
Potestas Summa, vel Absoluta à Nulla alia Potestate Temporali pendere potest, nec debet. 119.68.& seqq.
Potestas Summa, vel Absoluta solis Principibus Superiorem non recognoscentibus competere potest. ibid.
Potestas Suprema illis tantum competit, qui Legibus soluti reperiuntur. 120.71.& seqq.
Potestatis recta significatio. 123. 74.
Potestas absoluta quæ? 125.77.
Potestatem coäctiuam habet Ecclesia à Christo D. 176.2. & seqq.
Potestas Suprema Directiua, & Coäctiua in Ecclesia residet. 179.10.& seqq.
Potestas Ecclesiastica, an irrequisito Brachio Sæculari Merum Imperium exequi valeat? 188.38. & seqq.
Potestas Ecclesiastica quotuplex sit? 239.1. & seqq.
Potestas Ecclesiastica quando, quibus,& à quo datta? ibid.
Potestatis Sæcularis qualis sit finis præcipuus? 245.16.
Potestates Ecclesiastica, & Sæcularis à Christo D. diuisæ. 247. 2. & seqq.
Potestas Ecclesiastica qualiter à Temporali differat? & an ei opponatur contradictoriè? 250. 1. & seqq.
Potestas, tàm Ecclesiastica, quàm Sæcularis intra terminos sibi præfixos se continere debet. 253. 10.
Potestas hæc vtraque an in eodem Subjecto concurrere possit? 251.1. & seqq.
Potestas Sæcularis propter Ecclesiasticam instituta. 257. 4.
Potestas Ordinis nullam repugnantiam habet ad Potestatem Sæcularem, nec è conuerso. 258.7.
Potestas Sæcularis nullam repugnantiam dicit cum Administratione Potestatis Ecclesiasticæ. 260.12.
Potestas Ecclesiastica, & Sæcularis Suprema in eodem Subjecto multoties concurrit in

Lege

Lege Veteri. 261. 13.
Potestas Suprema Ecclesiastica, & Sæcularis quomodo Papæ competat? 262. 14. & seqq.
Potestas Ecclesiastica, & Sæcularis quomodo differat ratione objecti Materialis? 267. 1. & seqq.
Potestati Ecclesiasticæ Supremę an competat Superintendentia Negotiorum Sæcularium? 263. 3.
Potestas Ecclesiastica, & Sæcularis quomodo differant ratione objecti formalis? 283. 1. & seqq.
Potestas vtraque quomodo differat ratione Originis, primariæque Deriuationis? 286. 1. & seqq.
Potestatis Ciuilis Origo, & Causa examinatur. 287. 4. & seqq.
Potestas Ciuilis an à Deo immediatè, vel à Populo? 289. 8. & seqq.
Potestas Ciuilis primo à Romanis traslata in Romulum, aliosque Reges, eisque Roma pulsis, iterum concessa fuit Augusto, & Imperatoribus alijs. ibid.
Potestas Temporalis immediatè à Deo tradita fuit Christo, & in ejus Persona Petro, & Successoribus suis legitimis in Pontificatu, ab eisque in Imperatorem translata. 292. 17.
Potestas Suprema Ecclesiastica à Christo D. immediatè procedit. 299. 37. & seqq. & 491. 6.
Potestas Ecclesiastica Subjecto Visibili Imperante indiget. 303. 1.
Potestas Ecclesiastica quibus cõpetere possit? ibid. 4.
Potestas Suprema in Lege Veteri, an competierit Principibus Temporalibus? 324 44.
Potestas Ecclesiastica, tàm actiua, quàm passiua Characteri est adnexa, ita ut sine illo perpetua detur incapacitas illam acquirendi. 326. 51.
Potestas Ecclesiastica nunquam à Populo, vel Principe pependit, sed immediate à Deo. 379. 179.
Potestas Ecclesiastica, & Sæcularis, quomodo differant acquisitione, & continuatione? 489. 1. & seqq. 536. 103. & seqq.
Potestas Ecclesiastica, non nisi mediante Ordinis Sacramento verè acquiritur. 490. 2.
Potestatis Ecclesiasticæ acquirendę modus arbitrio Ecclesiæ relictus à Domino. 492. 7.
Potestas Ecclesiastica Electione acquiritur, & continuatur. ibid. 8 & seqq. & 536. 103. & seqq.
Potestas Sæcularis Successione acquiritur, & continuatur. 492. 103. & seqq.
Potestas Ecclesiastica, & Sæcularis, quomodo differant ratione Sacræ Vnctionis? 538. 1. & seqq.
Potestas Pontificia Ordinis non confertur sine Ordinatione, & Consecratione. 618. 212.

Potestas conferendi Ordinis non penes Populum, sed penes Ecclesię legitimos Ministros residet. 619. 213.
Potestas Ecclesiastica, & Sæcularis, quomodo differat Formà, seu Modo Politiæ. 636. 1. & seqq.
Potestas Sacro-Suprema, an sub aliqua ex Politiæ specie à Sæculari differat Potestate, vel cum ea conueniat? 645. 121. & seqq.
Potestas Sacro-Suprema sub Monarchicho Regimine exercetur. 647. 26. & seqq.
Et qualiter ratione illius à Sæculari differat. ibid.
Potestas Ordinaria, & Absoluta, an in Principe Temporali resideat? 654. 48.
Potestas hæc residet in Roman. Pontif. 656. 51.
Et Absoluta tripliciter consideratur. ibid.
Et aliter in Romano Pontifice, quàm in Principibus Sæcularibus considerandà. 657. 52. & seqq.
Potestas Ecclesiastica quomodo differat à Sæculari ratione proprij Vniuscujusque Territorij. 725. 1. & seqq.
Potestas Temporalis Christi super Vniversum Orbem probatur. 730. 12. & seqq.
Potestas Temporalis quatenus in Ecclesia resideat? 731. 15. & seqq.
Potestas Sacro-Suprema quatenus à Temporali differat ratione Iudiciarię authoritatis? 738. 1. & seqq.
Potestas Iudiciaria, an sit Iure Diuino in Ecclesia, tàm in Personas, quàm in Bona Ecclesiastica priuatiuè, quoad omnes Mundi Dynastas? 752. 38. & seqq.
Potestas Ecclesiastica an competat Iure Diuino, & ex primæua Ecclesię Praxi in Res, & Personas Sæculares. 756. 48. & seqq.
Potestas Ecclesiastica quomodo differat à Sæculari Materia, Forma, & Modo Iudiciario? 799. 162. & seqq.
Potestatis multiplex Diuisio, & significatio. 2. à 4. ad 21.
Potestatis variæ acceptiones, & à Potentia Differentiæ. 7. 22. & seqq.
Potestatis à Magistratu differentiæ. 8. 26. & seqq.
Potestatis à Iurisdictione Differentiæ. 8. à 27. ad 31.
Præcepta Veteris Legis, tàm Moralia, quàm Cæremonialia, an à Iure Diuino rigorosè sumpto descendant? 40. 22. & seqq.
Præcepta Moralia Veteris Legis cur post Euangelij promulgationem non cessauerint? 322. 40.
Præcepta Legis Veteris an iterum ab Ecclesia suscitari valeant. 555. 53.
Præcepta in Lege Gratiæ qualia à Domino instituta? 53. 5. & seqq.
Præceptum Diuinum mox, ut promulgatum est obligare incipit, & quando obligare desinat? 556. 63.

Præfationis Vtilitas, & Neceſsitas, in Procem. 1. à 1. ad 3.
Præſcriptio immemorabilis, an obliget Principes Supremos? 132. 99.
Præſcriptio immemorabilis nihil juuat contra Diuinum Ius. 183. 138.
Præſcriptio. Vide Conſuetudo Princeps, & Priuilegium.
Pręſes Provinciæ, an deportare poſsit?. 152. 185. & ſeqq.
Præcedentiarum cognitio inter quos cumque Exemptos pertinet ad Epiſcopum in ſua Diœceſi. 100. 73.
Presbyterę Fœminæquę? 484. 436. & ſeqq.
Præſentatio Eccleſiaſticorũ Beneficiorum Laicis competere poteſt. 361. 136.
Præſentatio Vnica Titulum nõ præſtat, ut ex ea Ius Patronatus allegari poſsit. 377. 174.
Præſentatio an ſit Ius Spirituale? 413. 265. & ſeqq.
Præſentatio an conferat Ius in re, vel ad rem, & Poteſtatem adminiſtrandi tribuat? ibid. 266.
Præſentatio legitima, ita Ius tribuit Nominato, ut inſtitui debeat à Papa, vel quolibèt alio Collatore ſi nullum Canonicum Impedimentum obſtet. 414. 268.
Reliqua. Vide Reges.
Præventio inter Epiſcopum, & Inquiſitores an dari poſsit? 762. 64.
Præuentio vndè dicatur? & quando detur? ibid. 66. & ſeqq.
Præuentio, ut legitima dicatur quibus indigeat requiſitis? 764. 70.
Præuentio datur inter Iudicem Eccleſiaſticum, & Sæcularem in Miſtis Iudicijs. ibid. 69.
Præuentio an detur in Beneficialibus, & inter quos? ibid. 71. & ſeqq.
Principia Generalia Luminis Naturalis omnibus nota ſunt. 50. 17.
Princeps Supremus an, & quibus Legibus ſolutus? 121. 72. & ſeqq.
Principes Supremos, an ligent, Præſcriptionis Leges. Vide Præſcriptio.
Principes Supremos Ius Gentium, & Pax publica Ligant. 134. 105.
Principes, quibus Suprema competit Poteſtas habent quoad illam intentionem ſuam fundatam in omnibus Prouincijs quouis titulo ſibi Subjectis, & in Bonis quo vis colore ad Regiam Coronam ſpectantibus. 135. 107. & ſeqq.
Principes Supremi pręſumptionem pro ſe habent ad eos pertinere locum ſuis limitibus circumvallatæ, ſi de eo quæſtio moveatur. 137. 111.
Princeps Supremus nihil ſtatuere poteſt in Caſtris alicui Ciuitate Subditis ipſa inconſulta Ciuitate, abſque cujus conſenſu illa eximere non poterit. 146. 182.
Principes Sæculares pro Eccleſiæ Bono ad Pontificij Summi Num Gladium ſtringere

tenentur. 266.14. & ſeqq.
Principes Sæculares ſuis Legibus Pontificum Decreta juuare tenentur. 271.11. & ſeqq.
Principes Sæculares Supremi an in Temporalibus à Papa dependeant? 273.16. & ſeqq.
Principes Sæculares nedum Sacro-Supremam Poteſtatem exercere valent, ſed illius omninò incapaces ſunt. 328.55. & ſeqq.
Principes plures incapacitatem iſtam confeſsi ſunt. 332. 68. & ſeqq.
Princeps Sæcularis an prædia omnia Sibi ſubjecta, ita tributaria efficere poſsit, ut etiam ſi ad Eccleſiam deuenerint, adhùc Tributis obnoxia reputari debeant? 353. 121. & ſeqq.
Princeps Sæcularis an incapax ſit acquirendi Ius in Beneficia, & Dignitates Eccleſiaſticas? 360. 134.
Principes Sæculares an aliquando Capaces extiterint Poteſtatis, & Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ? 378. 177.
Principes Sæculares, an, & quali Priuilegio, Conſuetudine, aut Præſcriptione Capaces Iuriſdictionis, & Poteſtatis in Sacra eſſe poſsint? 381. 183.
Principes Sæculares non ſunt incapaces Delegationis Iuris Eccleſiaſtici. 391. 206.
Principes Sæculares, an Iure Communi poſsint habere curam, & Cuſtodiam Prouentuum Eccleſiarum Sede Vacante? 407. 249. & ſeqq.
Principibus Supremis an ex Iure Communi cõpetat Ius Patronatus omnium Eccleſiarum Cathedralium. ibid. 251.
Principibus Sæcularibus quo Iure Præſentatio ad Prælaturas Eccleſiaſticas competat? 413. 265. & ſeqq.
Principes Sęculares quid facere poſsint abſoluta utentes Poteſtate? 688. 53. & ſeqq.
Principum etiam Impiorum, & Infidelium Legibus obtemperandum, ſi juſtæ ſint. 706. 128. & ſeqq.
Priuilegium an præſumatur ex Immemorabili quoties adeſt Incapacitas. 433. 314.
Priuilegium probatur ex Communi Opinione. 434. 316.
Priuilegiũ eligendi Summũ Pontificem quod Carolo Magno conceſſum dicitur falſum eſt, & eſto quod extiterit invalidum. 505. 36.
Vide Imperator.
Probationes imperfectæ ſimul jũctæ perfectè probãt. 500. 24.
Proceſſus. Vide Acta.
Pronomen *Duo* diuerſitatem ſignificat. 247. 4.
Prorogatio Iuriſdictionis potius qualitas, quàm Iuriſdictio eſt. 7. 69. 85. & ſeqq.
Prorogari an poſsit Iuriſdictio Delegata. 770. 86. & ſeqq.
Proviſiones Regię, ut Capitulũ Eccleſię Cathedralis Sedem Vacantẽ non declaret, donec Prælatus eam derelinquat, vndè Iuſtificetur? 407. 250.
Publicatio Bonorũ an ad Merum Imperium attineat? 161. 205.

Q

Quarta Decimarum, & Mortuariorum quo iure ad Epiſcopum pertineat? 91.46.

R

Regalia à Iuriſdictione differũt. 118.66.

Regalia præſcribi an poſsint? 139.115.

Regina Galliæ aliquando inunctæ fuerunt. 579.101.

Regna acquirendi varij modi. 489.1.& ſeqq.

Relegatio an ad Merum attineat Imperium. 153.187.& ſeqq.

Religionis Diuerſitas internam Animi, & externam Reipublicæ Vnitatem corrumpit. 46.8.

Res Eccleſiaſticæ quo Iure à Temporali Poteſtate exemtæ? 282.25.

Res Sacræ ab omni Temporali Poteſtate exemtæ. 380.180.

Reipublicæ eſſentiæ non pendet à Malitia, vel Bonitate Inhabitantium; ſed in quo? 637.3.& ſeqq.

Reſpub miſta an, & qualis detur. 644.18.& ſeqq.& 649.33.

Reſtitutio in integrum ad Merum attineat Imperium? 170.14.& ſeqq.

Rex in ſuo Regno eſt fons, & Origo totius Sæcularis Iuriſdictionis. 297.29.

Regum Vetuſtiſsima Inſtitutio apud omnes Gentes. 298.33.& ſeqq.

Reges Galliæ. Vide Galliæ Reges.

Rex Hiſpaniæ primus fuit Thubal. 298.34.

Reges Supremi an Poteſtate Eccleſiaſtica fruantur? 306.8 & ſeqq.

Regum Aſſenſus in Epiſcoporum Electionibus peti ſolitus. 401.233.

Reges an Prælatum Sibi ſuſpectum in Regno ſuo non admittere poſsit? ibid.234.

Regibus Galliæ an, & quo Titulo Ius in Præbendas, & Dignitates competat? 393.212.& ſeqq.

Regibus Galliæ an, & quo Titulo Æconomia, & Fructus Vacantium Eccleſiarum competit. 406.246.

Reges Gallię an Beneficia Sede Vacante conferre poſsint? 411.260.

Reges Hiſpaniæ, & Galliæ Iure Nominandi Epiſcopos gaudens, etiam ſi Epiſcopatus in Romana Curia vacent. 437.320.

An autem Ius hoc illis à Iure Communi proueniat, an verò ab Apoſtolico Priuilegio. 414.268.& 421.284.& ſeqq. 423.287.& ſeqq.

Regibus Inunctis an competat Epiſtolam ſolemniter canere Summo Pontifice celebrante? 576.94.

Reges Galliæ aliquando pluries inuncti. 579.100.

Reges Galliæ an neceſſario coronari, & inungi Rhemis debeant, ob Ampullæ Miracu-

culum? 608.189. & ſeqq.
Reges Hiſpaniæ per plura Sæcula inuncti. 635.152. & quare laudabilem iſtam Conſuetudinem à ſe ablegauerint? 552.46.
Reges ecqui Iure communi attento inungi debent? 636. 154.
Rex Hiſpanię in omnibus ſuis Ditionibus Imperator eſt. 735. 2. & Idem dicitur de Rege Galliæ. ibidem.
Romanus Pontifex alijs quam Epiſcopis Sacramentorũ, & Sacramentalium Adminiſtrationem commitere poteſt 85. 28.
Romanus Pontifex in Deciſione Cauſarum Ciuilium erraſſe preſumi, & affirmari poſsit? 171. ibid.
Romano Pontifici competit Ius Gladij. 187.33. & ſeqq.
Exequitur Merum Imperium irrequiſito Principum auxilio. 189.40. & ſeqq.
Eoque ad ſuum arbitrium uti poteſt in Vniverſo Orbe, quamuis ab eo ſe abſtineat in terris ſibi non ſubjectis in Tẽporalibus. 190.41. Compellere poteſt Principes ut pro ſuo Nutu illum ſtringant. 262. 14. & ſeqq.
Romani Pontificis Tribunal. idem cum Chriſto. 275.19.
Romanus Pontifex punire quãdo, & quomodo poſsit Temporales Principes etiam Superiorem non recognoſcentes. 277.21.
Romano Pont. competit omniũ Eccleſiaſticarum Rerum Adminiſtratio, & Supremum Dominium. 280.24.
Rom. Pont. quomodo loquebantur olim de obligatione Principum Sęcularium in Eccleſiam? 330.62.
Roman. Pontifex eſt caput omnium Sacerdotum. 366.146.
Origo omnium Dignitatum Eccleſiaſticarum. 367.148.
An ab Eccleſia deponi poſsit? 496.15.
An Suceſſorem ſibi eligere poſſit? 500.26. & 520.73.
An formam futuris Electionibus præſcribere poſsit? 527.83. & ſeqq.
Quid facere poſsit abſoluta Poteſtate? 688.55.
An Conſilium Cardinalium adhibeat ex immemorabili? 692. 62.
An eius Aſſertioni ſtandum? 698.68.
Romanus Pontifex juxta Ordinariam Poteſtatem Neminem ſua Poſſeſsione priuat. 696.68.
Romanus Pontifex an ſine Cardinalium Conſilio Plenitudine Poteſtatis uti poſsit? 700. 70. & ſeqq.
Romanus Pontifex an aliquo Iure Cardinalium Conſilium adhibere teneatur ad ardua decernenda. 702.80.
Romanus Pontifex definiens res fidei, aut morum non adhibito Cardinalium Conſilio an errare poſsit, & an omiſsio hæc ab obedientia Decretorũ eius excuſſet? 703.118.

Romanus Pontifex eſt verus, & Legitimus Petri Succeſſor, & è Cathedra definiens errare nequit. 704. 121.
Romani Pontificis putatiui quæ facta teneant? 705. 122.
Romanus Pontifex authoritatem, & infallibilitatem Generalibus Concilijs tribuit. ibid. 123.
Romani Pōtificis Decreta è Cathedra emanata ſunt infallibilia etiam non adhibito Cardinalium Conſilio. 706. 125.
Romani Pōtificis Decreto ſtandum eſt etiam datta Hypotheſi quod infallibiliter non definijſſe liquido conſtaret. ibidem. 127. & ſeqq.
Romanus Pontifex, etiam ut Pontifex, & adhibito Cardinalium Conſilio errare poteſt in particularibus Facti Controverſijs, quæ ab hominum informationibus, & Teſtimonijs pendent. 910. 139.
Romanus Pontifex, ut particularis Doctor, errare poteſt in omnibus Iuris quæſtionibus, tàm ad Fidem, quàm ad Mores pertinentibus. 711. 139.
Romanus Pontifex in Concilio Generali errare nequit condendo Decreta ad Fidem, vel generaliter ad Mores pertinentia. ibidem. 140.
Romanum Pontificem temere definire Deum non permiſſurum. ibid. 141.
Romani Pontificis arbitrio relictum à Domino eſt quanta, & qualis Diſcuſsio adhibenda eſt, ut vitetur temeritas in definiendo. 715. 147.
Romano Pontifici aſſerenti ſufficientem Diſcuſsionem, & Conſilium ad ardua decernenda adhibuiſſe credendum eſt. 716. 148.
Romanus Pontifex ſolus abſque Cardinalium Conſilio è Cathedra loquens Eccleſiam Vniverſalē repræſentat. ibid. 150.
Romani Pontificis Definitiones in Rebus Fidei, & Morum infallibilitatem ſemper continent. 718. 154. & ſeqq.
Romanus Pontifex cum quolibet Ordinario in Beneficiorum Collatione concurrere poteſt. 735. 19.
Romanus Pontifex ubique cognoſcere poteſt in prima Inſtantia. ibidem.
Romanus Pontifex ad ardua decernenda an ita Cardinalium Conſilium ſequi teneatur, ut alias Deciſio ſit nulla? 694. 101. & ſeqq.
Roman. Pontifex an licentiam concedere valeat, ut Clerici Iuriſdictionem Laici prorogare poſsint? 777. 103.

## S

Sacerdos ſimplex an Papæ authoritate alium Sacerdotem Ordinare poſsit? 573. 88.
Sacerdoti Summo tantum in Lege Veteri permiſſum erat attrectare quæ in Tabernaculo aſſeruabantur. 633. 147.
Sacerdos Summos in Lege Veteri an infallibilitatis dono à

Domino insignitus? 717.152.
Sacerdotissæ apud Gentiles creatæ fuerunt exercentes Iurisdictionem, & Administrationem habentes. 439.327.
Sacerdotium etiam futurum esset si Innocentiæ status perseuerasset. 25.12.
Sacerdotium duplex. 562.69.
Sacramenta non essent si Status Innocentiæ perseueraret. 25.12.
Sacramentorum Administrationem alijs quàm Episcopis Pontifex committere potest. 85.28.
Sacramentorum Administratio cuicumque Presbytero committi potest. 100.72.
Sacramentum Confirmationis administrandi Potestas acquiri nequit à simplici Sacerdote etiam consuetudine, aut Præscriptione Immemorali. 385.192.
Sacramentorum per Materias, & Formas explicatio quando, à quibus, & qua occasione introducta? 589.135.& seqq.
Sacramentalium Administrationem alijs quàm Episcopis Papa committere potest. 85.28.
Sęcularis. Vide Iudex, & Laicus.
Sacrificia affutura esse si Innocentiæ Status perseueraret. 25.12.
Sacrificia pro peccatorum expiatione Adamus post lapsum instituit, ab eoque Abel, & Cain edocti fuere. 32.6. & seqq.
Salomon Rex non obtulit immediate per se Sacrificia, sed per Sacerdotes, in Templi Dedicatione. 475.412.
Salomon Rex quomodo Abiatharem Pontificem Summum exauthorauit? 476.413.
Samuel extraordinario Iure, hoc est Diuina Dispensatione, non autem Iure proprio obtulit Sacraficia. 475.12.
Salvus Conductus à Principibus Temporalibus, dattus Laicis, ut ad Concilia Generalia veniant, an juuet Hæreticos Pertinaces? 181.13.
Saul propter Sacrificium à se immediatè oblatum Regno priuatus à Deo est. 475.412.
Schisma magnum in electione Alexandri III. exortum, latè refertur. 512.54.& seqq.
Scientiæ omnes mutuo se connectunt vndè Encyclopædia nascitur. 14.51.
Secretum in Tribunalibus omninò seruandum. 724.169.
Senator vndè dictus? 708.90.
Sententiæ reuisio ex supplicatione ad Principem, & Præfectum Præfectorio ad quem Imperij gradum attineat? 69.13.
Sententia Iudicis Delegati numquam habet paratam exequutionem. 768.85.
Societas Humana Iuris Gentiũ est. 295.25.& seqq.
Spirituales Res vnde nomen istud sortitæ? 396.223.
Spiritus siue Boni, siue Mali an Ministri Sacramentorum esse possint? 631.139.
Spiritus Sanctus an aliter suggerat Prophetis, & Euangelistis,

ac Romano Pontifici è Cathedra definienti? 709.136.
Status acceptio, & Diuiſio. 16. 6. & ſeqq.
Status Innocentiæ quo tupliciter conſiderandus? 17. 10. & 11.
Status Naturę duplex acceptio. 31.2. & ſeqq.
Status Naturæ, quo uſque perſeuerauit? 31.4. & 36.8.
Stylus Anteceſſorum in concuſum Legem pro Succeſſoribus inducit. 696.68.
Succeſsionis continuatæ in veſtigationis vtilitas. 9.32.
Succeſsionis acceptio. 9. à 39. ad 41.
Superioritas à Regalibus differt. 118.16.
Vide Suprema Poteſtas.
Suprema Poteſtas à Iuribus Regalibus differt. 118.66.
Supremę Poteſtatis Diuiſio. 124. 76. & ſeqq.
Suprema Principis Majeſtas legibus præſcriptionis adquiritur. 132.99.
Suprema Poteſtas quos producat effectus? 135.7. & ſeqq.
Suprema Poteſtas à Regia Dignitate auelli non poteſt, & ideo numquam conceſſa cenſetur. 137.112. & ſeqq.
Suprema Poteſtas in prę ſcriptibilis eſt. 138.115.
Suprema Poteſtas an transferri poſsit in alium eam habentem in alio Territorio? 140. 118. & 120.
Suprema Poteſtas in uno Regno extenditur ad alias Provincias denuo acquiſitas, licèt in Feudum coronæ adjungantur? 139.117.
Suprema Poteſtas penes duos inſolidum reſidere nequit. 141.121.
Suprema hæc Poteſtas vndè emanauerit? 142. 143. & ſeqq.
Suſpenſionis nomen quid, & quotuplex ſit? 471.402.
Syndicus ab Epiſcopo conſtitui poteſt in Monaſterijs exemtis, ſi eorum Prælati negligentes in Adminiſtratione fuerint? 98.64.

## T

Terminorum Tractatus intelligentia omninò neceſſaria. 1.1.
Territorium in rigoroſa acceptione ſumtum habent Epiſcopi. 200.74. & 213.107.
Territorium quid, & quotuplex ſit. 725.1. & ſeqq.
Territorium an poſsit ſinè Iuriſdictione dari? 727.5.
Territorij Domino quænam cõpetant ſpecialiter? ibidem 6. & ſeqq.
Territorij Dominus habet intentionem ſuam fundatam in omni ſuperioritatis, & Iuriſdictionis lure. 728.7.
Territorium Poteſtatis Eccleſiaſticæ quodnam ſit, cuique eius Territoriale Ius competat? 729.9. & ſeqq.
Teſtamentum S. Remigij incomprobatione m Miraculi Ampullæ Remenſis confictũ à Gallis oſtenditur. 602. 173. & ſeqq.

Teſtis in aliqua Narrationis parte falſi ſuſpectus in tota ſuſpectus redditur. 600. 165.
Teſtes in verosimilia deponentes de falſo ſuſpecti ſunt. 612. 196.
Teſtis Laicus adverſus Clericum admitti non debet. 800. 164.
Theologiæ cum Iuriſprudentia commercium. 13. 48.
Tonſura prima initiatus eligi in Vicarium Generalem Epiſcopi poteſt. 451. 357.
Tortura an ad Merum Imperiũ pertineat? 156. 196. & ſeqq.
Torturæ condemnatio Epiſcopis, eiuſque Vicarijs licita. 200. 74.
Throni Eruditio remiſsiue. 588. 133.
Traditio Ampullæ Rhemenſis falſa demonſtratur. 607. 187 & ſeqq.
Traditionis definitio. 609. 191.
Tributa noua ſine Principis authoritate imponi nequeunt. 387. 197.
Triremium pœna, ad Merum attinet Imperium. 162. 208.
Triremiũ pœna ſucceſsit Damnationi in Metallum. ibid.
Triremium pœna, an, & quando ad Miſtum poſsit attinere Imperium? 163. 211.
Triremium pœna infamiam inducere latè probatur contra R. P. Mach. de Moya nouiſsimè contrarium defendentem. 164. 213. & 214.
Tutoris datio an ad Iuriſdictionem pertineat? 70. 21.
Tyrannis quæ? 642. 16.

# V

Vaſalli grauati ab Eccleſiaſtico Domino Temporali ad Principem Secularem eiuſque Tribunalia recurrere debent pro Grauaminis reparatione. 192. 49.
Vicarij Generales Epiſcopi in Dignitate Eccleſiaſtica conſtituti ſunt, vndè poſſunt eſſe Summi Pontificis Delegati. 457. 371.
Vicarius Foraneus ad Vniverſitatem Cauſarum electus, an in Dignitate Eccleſiaſtica cõſtitutus ſit? ibidem.
Viduæ antiquitus in Eccleſia quæ dicerentur? 485. 439. & ſeqq.
Viſcoactiua per peccatum originale introducta. 29. 21.
Viſcoactiua, & Directiua in Legibus quæ 124. 75.
Viſcoactiua an, & quomodo in Eccleſia reſideat? 176. 2. & ſeqq.
Viſcoactiuæ, & Directiuæ differentia. 477. 416.
Viſitatio totius Diœceſis ex Lege Iuriſdictionis ad Epiſcopũ pertinet. 100. 77.
Vnctionis Regiæ Ius illis tantum Principibus competit, quibus à Romano Pontifice conceſſa ſit. 363. 139.
Vnctio hæc an aliquod Spirituale Ius Principibus Sæcularibus conferat? 538. 2 & ſeqq.
Vbi præcipue de Regum Galliæ vnctione differitur.
Vnctionis Pontificalis, & Regiæ

Origo refertur. 544. 20. & seqq.
Vnctio Pontificalis, & Regia qualis? 547. 29 & seqq.
Vnctionis Pontificalis, & Regiæ mysticæ significationes. 549. 37 & seqq.
Vnctio Pontificia; & Regia an, & quali præcepto in Ecclesia stabilita? 552. 47. & seqq.
Vnctione Sacra an Episcopi in Græci vsi fuerint? 552. 49.
Vnctio Pontificalis ab Ecclesiæ exordijs vsitata fuit. 557. 58.
Vnctio an aliquod Ius in Ordine ad Dignitatem Imperatori, aut Regibus conferat? 559. 63.
Vnctio Pontificalis an sit Ordo realiter distinctus à Presbyteratu? 578. 100.
Vnctio Regia est tantum Ecclesiastica Cæremonia nullam Spiritualem Potestatem conferens, neque Characterem imprimens. 579. 102.
Vnctio Regia an sit Ordo, & Sacramentum. 579. 92. & seqq.
Vnctio Regia iterari potest. 578. 100.
Vnctionis tàm Pontificiæ, quàm Regiæ Ritus considerantur, & exponuntur. 580. 103. & seqq.
Vnctio in Consecratione Episcopi adhibenda, an alio quàm Pollice Digito, vel medio alio instrumento fieri possit? 582. 107.
Vnctionis Pontificiæ, & Regiæ Materia, Formaque disquiritur. 588. 134. & seqq.
Vnctio Pontificia, & Regia intra quod tempus perfici debeat? ibidem.
Vnctio Regum Gallię an sit peculiaris, & miraculosa? 397. 155.
Vnctionis Vtriusque quis ordinarius, & extraordinarius Minister. 618. 212. & seqq.
Vnctio Regum in Lege Veteri solemnis, & priuata fuit. 632. 145.
Vnctio Regum Iudæorum ubi, & quo Ritu celebrari solita. 633. 148.
Vnctio Regum Hispaniæ antiquior Vnctione Regum Galliæ. 635. 152.
Vnione æque principaliter facta quę libet Res vnita suam specialem Naturam conseruat. 141. 121.
Vnio reddit vnita eiusdem Naturæ, & essentiæ. 141. 120.
Vsurpatio Iurium Ecclesiasticorum præsumitur in Principibus, & Dynastis Temporalem Iurisdictionem habentibus. 405. 244.

# Errata corrigenda.

PAGINA 14.col.2.num.51.linea. 38. Canonicarum, corrige, Canoniſtarum: ibidem.lin.vlt corrige,fuerunt. Pag 27.col.2. num. 16. lin. 5. luxta, corrige Iuſta. Pag 54.col.2.lin.25.præceptum,corrige,præcepta.Pag.100. col.2.lin.15.Diæceſim,corrige,Diæceſum.Pag.108.col.1.lin. 10. Rem, corrige, Res.Pag.115.col.2.lin.5.vitæ,corrige,vita.Pag.144.col.1.lin.10.Reſtitutionem, corrige, Reſtrictionem.Ibidem,col.2 lin.34.Diſcuſſe, corrige, Diſcuſſum. Pag. 150.col.2.lin.35.attinet,corrige, attinent.Pag.169.col.2.lin.20 Maximi, corrige Maximus.Pag 185.col.2.lin.15.inuere,leg,inurere.Pag.205. lin. Forum, leg. ad Forum.Pag.215.col.2.lin.3.Sæcularis, leg.Sæcularibus.Pag.216.col.2 lin 17. Typæus,leg.Zypæus.Pag 229.col.2. lin. Harum criminium, leg. Horum criminum.Pag.236.col.2.lin.18.cognoſcentes, leg. cognoſcentibus.Pag.252.col.1.lin. 29. deficiens,leg.deficiente.Pag 258.col.1.lin.17.Hac,leg.Hæc. & col.2. lin. 23. Ad,leg.An neſcitis,Pag.281 col.2.lin.27.ligare,corrige ligari.Pag.282.col.1.lin. 10 num.594.leg.394.Pag.287.col.1.lin.7.lite,corrig.late,Pag.288.col. 1. lin. 20. Conſeruari,leg.Conuerſari.Pag.303.col.2.lin.4 Eccleſiæ,leg.Eccleſia. Pag. 315. col. 2. lin. 9. conibus, leg.Canonibus.Pag.320.col.2.lin.19.Delinquẽtes,leg. delinquẽtis.Pag.323.col.2.lin 36.n.29.leg.19.& lin.39.prouidebit leg. Præſidebit, & lin.41.ante illud ad Regis,adde quæ.Pag.399.col.2.lin.31. Actus, leg. Auctus, Pag.422.col.2.lin 18.Idoneos,leg.Idoneor.Pag.450.col.2.lin.7.valere,leg.velare. Pag.466.col.1.lin.25.Deputandis,leg.Deputandas.Pag.476.col.1.lin.18. Pontificibus,leg.Principibus.Pag.499.col.1.lin.8.1.q.8.leg.8.q. 1. & lin. 9. Princepes, leg.Princeps.Pag.504.col.1.lin.5.abilitum, leg.abolitum.Pag.507 col.1 lin.9. faciles,leg. facilis,& lin.15.congregaret,leg. congregare.Pag.546.col.2.lin. 38. limitatione leg. imitatione.Pag.585.col.1.lin.38 Apoſtolica,leg. Apoſtoli eà. Pag. 628.col.1.lin.1.Apoſtolis,corrige,Apoſtolus,Pag.709.col.1.lin.1. Fuiſſe demonſtraauimas corrige, Fuſſe demonſtravimus. Pag.722 col. 1.lin. 4. Proverb. 15. leg.17.& ſeruius,leg.ſeruus.Pag 736.lin.vltim. Repulcre. leg. Repulere.Pag 737. lin. 10.Omittendum,leg.omitendam.Pag.739.lin.18.Iuſtitiæ, leg. Iuſticia, & lin. 29.cicens,leg.dicens.Pag.744.lin.38.Iudicis.leg.Iudices.Pag.752.lin.25.Ecclæleg.Eccleſiæ.Pag.756.lin.8.Eccleſiaſtico,leg.Eccleſiaſtica.Pag.762.col.2.lin. 24. quomoꝛto, leg.quomodo.Pag.765.lin.19.Epiicopurum,leg. Epiſcoporum.

Eſte libro intitulado *Baſis Pontificiæ Iuriſdictionis, & Poteſtatis*, corregidas eſtas erratas,concuerda con ſu original, Madrid,y Diziembre 22.de 1673.

*Lic.D.Franciſco Forero de Torres.*




# INTRODVCTIO PROÆMIALIS.

## §. I.

## De Neceſsitate, & Vtilitate Præfationum.

OMNES graviſsimi I. C. qui Tractationẽ aliquam perficiẽdam ſuſcepe-runt, è re arbitrarunt eſſe, ſi quædam priùs de ſignificatione vèrborum, & de Inſcriptione Tituli præmitterent. Tùm I. quia reprehenſibile eſt Scriptori vocis proprietatem ignorarè, vlteriuſq; progredi in tractatu, priuſquam ipſius terminos intelligat, ut per Text. *in l. Domitius, ff. de Teſtam. & in l. ut reſponſum, C. de tranſact.* docuit Angel. *conſ.* 100. *ſub num.* 10. *verſ. Et antequam veniam*, & poſt eũ Mantic. *in tract. de coniect. vltim. volunt. lib.* 1. Melchior. Lotter. *de Re Benefic. lib.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 14. & cum eis Gabr. Pareja *de Vniuerſ. Inſtrum. Edit. tom.* 1. *tit.* 1. *reſol.* 11. *num.* 2. ubi quod ex ignorantia terminorum plurimos (aliùs grauiſſimos, & doctiſsimos Viros) in infinitos impegiſſe errores, aſſe-

2 II. Quia Caij præceptũ eſt *in l.* 1. *ff. de Orig. Iur.* ſolemniſque Interpretum conſuetudo (quà ſuademur in tradendis Iuris argumentis, aliquà priùs præfanda eſſe ut res, de quà agitur cognitu fiat facilior) id poſtulare videtur *l.* 1. *ff de Reb. credit. & ſi cert. pet. l.* 1: *de Iuſt. & Iur. l.* 1. *ff. de Teſtam. §. His itaque, Inſtit. de Iuſt. & Iur.* & millenis in locis tùm Pontificij, tùm Cæſarei Iurij relatis à Hieron. Buccaron. I. C. Macèratenſi *in Præmiſ. ad Tract. de Differentijs inter Iudicia Ciuilia, & Criminalia, membr.* 1. *&* 2. Hector. Fœlic. *in Proœm. ad Tract. de Societat. num.* 1. *&* 2. ubi Philoſophorum quoque præceptum eſſe demonſtrat ex Ariſt. *lib.* 10. *Phiſicor.* Ioan. Leicirier *in Præfat. Tract. de Iur. Primogen.* Benincaſ. *in Præfat. ad Tit. de Action. num.* 59. *cum ſequentib.* Anton. del Rio

*ad l. tranſigere, num. 5. C. de Tranſact.* Ioſeph. Maſcard. *de Probation. vol. 1. in Præfat. num. 3. & ſeqq.* Quibus omnibus addo Plin. Iunior *lib. 5. Epiſt. 6.* expreſsis iſtis idipſum ſcribentem verbis, ait enim: *Primum quidem Scriptoris Officium eſſe exiſtimamus, ut Titulum ſuum legat, & idemtidem interroget ſe quid cœperit ſcribere? Sciatque, ſi materiæ immoretur, non eſſe longum; longiſsimum ſi aliquid accerſit, atque attrahit.*

3 III. Quia Præfationes libentiùs Nos ad lectionem propoſitæ materiæ perducunt, & quum eo peruenerimus, evidentiorem eius præſtant intellectum, prout in ſimili ſcripſit I. C. *in d. l. 1. ff. de Orig. Iur. l. Vnic. verſ. Nulla enim, C. de imponend. lucrat. Deſcript.* eò maximè; quià à Procœmio, ſeu Præfatione tamquam à cauſa finali res tractanda declaratur, iuxta tradita à Bar. Tiraquell. Lud. Gom. Quintil. Mand. Hieron. Gonçal. Lud. Molin. Menoch. & alijs adductis à Monèta *de Commut. vlt. volun. cap. 4. concl. 1. num. 22. & cap. 11. nu. 69.* Quorum ſententia exornari poteſt plurimis, quæ de Præfationum Vtilitate, & rebus ex ſuis primordijs deducendis, & explicandis cumularunt Zaſ. Coraſ. Euerlin. Anton. Mornaci. Bart. Iaſ. Tiraq. Maſcard. Mareſc. Bobad. Claud. Prat. Gnoſeon. Mendoça, Marc. Anton. Peregrin. Tuſc. & Seraph. adducti à DD. Ioan. Solorç. & Pereyra *de Iur. Ind. tom. 1. lib. 1. cap. 1. num. 6. & ſeqq.* cui addo Michaël Gom. de Arellano *de Iur. & Ration. Imper. lib. 1. cap. 1. nu. 7.* ubi hæc elegantiſsima Platon. adducit verba: *Primi comparandæ ſcientiæ gradus in Nominis Notione conſiſtunt, &c.* Moxque ſubdit: *Notionem appellat Cicero in Topicis, quam Græci, tùm Eunomiam, tum Prolepſim dicunt, ea eſt inſita, & antè præcepta cuiuſque formæ cognitio emendationis indigens, &c.*

## §. II.

## Quid, & quotuplex Poteſtas ſit?

4 PRO huius §. reſolutione, præmittendùm Nobis eſt duppliciter Nos conſiderare Poteſtatem, in Abſtracto, ſcilicèt, & in Concreto. In 1. ſignificatione *eſt Principium, per quod Bonitas, Magnitudo, Duratio, Virtus, Veritas, Sapientia, Voluntas, & Gloria habent ius eſſendi.* Quæ Poteſtas, etiam in hac conſideratione dupliciter ſubdiuidi poteſt, prout videlicet in Deo reſidet, & tunc infinita eſt. *Gen. 17. 1. Eſai. 40. 10.* Proùt autèm Creaturis competit eſt finita; adequata etenim eſt Bonitati, Magnitudini, Durationi, Virtuti, Veritati, Sapientiæ, Voluntati, & Gloriæ, quarum omnium Æquitas, Concordantia, Vnio, & Relatio, Ius eſt, & hæc Poteſtas, ſeù Potentia finita eſt duplex, Naturalis, & Legitima: Naturalis eſt *Ius quod eſt in omnibus rebus naturaliter eſſendi, & ope-*

*& operandi; Legitima verò est Ius soli homini insitum, quia relictus est in manus consilij sui, & elegit Ius aùt Iniuriam, Potentiam, aùt Impotèntiam,* ut optimè docet Arellano *de Iuris, & Rationis Imper. lib. 1. cap. 2. nu. 15.*

5 Hæc Diuisio obscuritati obnoxia est propter eius subtilitatem; & Iureconsultis parum vtilis, & obuia. Vnde aliã magis communem, & familiarem indagare opus fuit, & clarissimis Iuris nostri testimonijs comprobatam iuxta quę.

6 Potestas latissimè, late, & strictè sumitur. Latissimè tunc sumitur quum significat Potestatem, & facultatem illam quam vnusquisque habet de rebus suis disponendis, ut probatur ex Text. *in l. Verbis Legis, l. Potestatis verbo,* ubi Alciat. & Rebuff. *ff. de ver. sign.* In eàdemque significatione accipitur, quum aliquid in nostra Potestate esse dicimus, hoc est Nobis licere, vel licentiam dattam esse aliquid agendi, *l. Imperũ, in fine, ff. de Iurisdict. omn. Iudic. iuncta l. à Iudice, C. de Iudicijs.*

7 Potestas latè sumitur, ut significat Merum, Mistum Imperium, ac simplicem Iurisdictionẽ. Pro Mero Imperio sumitur, *in l. 2. §. Fractis deinde Regibus, ff. de Orig. Iur.* ubi omnem Potestatem in Dictatorem translatam I. C. ait. Hic autem animadvertere poterat in Facinorosos, quod Merum præsefert Imperium, *l. Imperium, ff. de Iurisdict. l. lege Iulia, ff. ad l. Iuliam, de vi pub.* Pro Misto Imperio sumitur *in l. si quis missus, ff. Ne vis fiat ei,* ubi Potestas appellatur, qui mittit in Possessionem, sed hoc ad Mistum pertinèt Imperium, *d. l. Imperium. versic. Mistum,* & clarius *l. seq. ff. de Iurisdict.* In ipsa significatione Iurisdictionem quoque Potestatis nomen præseferre respondit Vlpian. *in l. 1. ff. de Offic. Proconsùl.*

8 Potestas stricte sumpta facultatem significat, in qua nec Animadversio, neque cognitio, aut definitio inter contendentes de re pecuniaria versatur, *l. Nec Magistratibus, in fine, ff. de iniurijs.* Hoc suppositio.

9 *Facultas super alios alicuius habentis auctoritatem, & eminentiam ad eorum regimen, & gubernationem èst Potestas in Concreto generali accepta, ut deducere potui ex l. 1. ff. si quis Ius dicenti non obtemper. l. 3. ff. Ne vis fiat ei cui, &c.* Zas. *lib. 1. intellect. cap. 2. & lib. 1. Emendat. cap. 7.* Ioann. Robert. *lib. 2. recept. senten. cap. 8.* Menoch. *de retin. possess. rem. 1. n. 84.* Nostras Egregius Franc. Victoria (cuius doctrinam, & laudes meritò extollit. Dominic. Bañez 2. 2. *q. 1. art. 7.*) *in Tractat. de Eccles. Relict. 1.* Nostras etiam communis Canonistarum Parèns Martinus ab Azpilcueta. D. Nauarrus *ad Text. in cap. Nouit, de Iudic. notab. 3. Coroll. 16.* cõsentaneè ad S. Thom. *in 4. distinct. 24. q. 2. ad 3.* Molin. *de Iust. & Iur. tom. 1. tract. 2. disp. 21. n. 1. & tom. 6. tract. 5. disp. 2. num. 1. vers. Aliq verò,* Bris. *de verb. Iur. lib. 14. fol. 516. pag. 2.* Illig. sanè dolendus *in not. ad Donell. lib. 17. Comment. cap. 7. in not. lit. E.* Sueton. *in Calig.* ibi: *Fuitque per triennium sine Suprema Potestate Respublica;* ubi plura cumulat Casaubon. *in Not. pag. m. 24.*

Quæ descriptio, ut commodiùs percipiatur.

10 Trifariam usurpari Potestatem sub hab generalitate accèptam Titulo respõdèmus. 1. Pro libertate agendi, vel non, hæcque genuina est, & propriori significatione conuenientior : deriuatur enim à verbo *Possum*, veluti Potentia, ut Calepin. docet *in suo Diction. verbo Potestas in edit. Paserat. tom. 2. pag. 327. column. 1. & 2.* ubi plures amœnioris litteraturæ Patronos allegat, & ex Nostris docent Bar. *in l. 1. num. 3. ff. de Iurisdict.* Nauarr. *dicto Not. 3. num. 31.* Petr. Greg *lib. 11. Syntag. Iur. cap. 2. num. 3.* Ioann. à SS. Sacramento *de Offic. & Potest. Prior. Claustralis part. 1. princip. 3. num. 47.* Orationesque, in quibus verbum *Possum* ponitur elegantèr efferũtur per nomen *Potestas*. Terent. *in Adr. Cuius tibi Potestas summa seruandi datur*, ideſt, *Quem potes seruare*, ibidem: *Potestas fuit liberiùs viuendi, ideſt, potuit liberiùs viuere.* Cicer. *pro Quint. Potestas tibi fuit quotidie hominem admonendi*, ideſt, *Potuisti admonere*, cum alijs passìm. Vnde conuertibilia esse nomina hæc, apparet.

11 Verbum autem *Possum* in eius stricta significatione hanc in vtroquè conseruat Iurè, Canonico quidem, ut patet ex Text. *in Canon. Faciat homo 15. 22. q. 2.* ubi celebris Gloss. verbo, *Quod Potest*, subdit: *Quandoque hæc Dictio Posse, simul dènotat Potentiam Iuris, vel Facti : quandoque Potèntiam Facti tantùm ; quandoque ad honèstatem refertur ; quandoque ad Commoditatem, &c.* & concinit Text. *in cap. tum tenèamur 6. de Præbẽd. & Dignit.* ubi etiàm Gloss. *verbo, si non Potest. cap. si vere 34. in fine, de sent. excommun.* ibi: *In quibus eorum communionem non potueritis euitare*, & ibi Glos. Fin. plura cummulat Carol. Marant. *resp. 23. num. 15. 16. & 17. pag. 5.* Abb. *cons. 67. num. 2. circa fin. pag. 2.* Caualer. *decis. 494. num. 5* qui testimonia Iuris Ciuilis quoque adducunt, & præcipuè Tex. *in l. Hac demum 38. ff. de oper. libert. l. Nepos Proculo 125. ff. de Verb. Signifi. l. Filius is, ff. de Condit. Instit.* & præ omnibus expendo Text. *in l. sæpè audiui 8. ff. de Offic. Præsid.* èx quo Verbum hoc liberam denotare volũtatem probatur, ait enim I. C. *Eum qui Prouinciæ præest adire potest, non imponi nècessitatèm. Nam per Verbum Potest* (addit Gloss. *ibidem*) *liberam dat Potestatem, l. 1. ff. ad l. falcid. l. Proculus, ff. de damn. infect.* & cum pluribus tàm Iureconsultis, quàm Philosophis, èt Oratoribus. Budeus *in l. Vsufructuarius, ff. de Vsufruct.* Moneta *de Commut. Vltim. Volun. cap. 3. num. 7.*

12 In hac quoque acceptione sunt testimonia, sacra & præcipuè Ioann. 10. 19. *Potestatem habeo iterum sumendi eam*, & ibidem 19. 10. ubi Pilatus Christo Domino dixit: *Nescis quia habeo Potestatèm crucifigere te, & Potestatem habeo dimittere te?* & Ioann. 1. 12. *Dedit eis Potestatem Filios Dei fieri.*

13 In ipsaque significatione *Potestatem* diuidit Caram. *tom. 3. suæ Theolog. fundam. lib. 1. de leg. Natur. seu Pontific. cap. 4. disp. 8. num. 137.* in Destructiuam, Directam, & Indirectam. Directam rur-

rursùs tripliciter subdiuidit, in purè Physicam, purè Moralem, & Mistam, quam optimè explicat, eiusque verba non grauaret apponere, ni diffusum hunc, §. redditura esse perspicem; ad notare tamē ea (licet obiter) volui, quià maximopere conducunt ad aliquorum Iurium intelligentiam, & præcipuè Text. *in Can. Nequesiquis* 9. 14. q. 15.

14 II. Autèm *Potestas* accipitur pro Virtute sanandi corpora, miracula operando, ut per Matth. 10. 1. Marc. 3. 15. & 6. 7. Lucę 9. & 10. 19. In quibus, & alijs *Potestas* sumitur, & interpretari debet pro *Gratia* gratis datta ad Miraculorum patrationem, Bordonus *in Sac. Tribunal. cap. 2. q. 1. num. 3. tom. 1. suor. oper. in Edit. Lugdun. 1665. quà utimur.* Quæ quidem interpretatio singulariter probatur ex Augustin. *lib. 3. de Baptis. contra Donatist.* relato in *Can. Multæ autèm operationes* 38. q. 1. dicente circa medium: *Cum ergo aliud sit Sacramentum quod habere etiam Simon Magus, aliud Prophetia quæ in malis hominibus etiam fieri potuit, ut in Saul: aliud oporatio eiusdem Spiritus, quam nisi Boni habere non possunt, &c.* Clariùsque Ambros. *lib. 1. de ijs, qui Mysterijs initiantur,* relatus in Can. *Re vera* 69. *de Consecr. dist. 2.* & pluta congerens Troyl. Maluezius *de Canoniz. Sanctor. cap. 3. num. 38. & seqq.*

15 III. Denique *Potestas* accipitur à cunctis Scriptoribus prò *Superioritate* facultatiua, tùm Priuata, Plaut. *Aul. scen. 5. act. 3.* hinc inde proferens: *Quæ in dotata est in Potestate est Viri,* idest, ei omnino subijcitur. Seneca *de Consol. ad Marti. cap. 15. In Potestate Fortunam suam non habent Cæsares, ut alienam,* & *cap. 13. de Tranquill.* Plaut. Capt. *scen. 1. act. 5.* & *in Most. scen. 2. act. 1.* Tùm Publica ad aliquos regēdos, vt probatur ex illo *Dan. 4. Tu es Rex, qui magnificatus es, & inualuisti, & Magnitudo tua creuit, & peruenit usque ad Cælum, & Potestas tua in terminos uniuersæ terræ, & eodem cap: Regnum tuum tibi manebit, posiquam cognoueris Potestatem esse Cælestem, &c. Ad Rom. 13. Omnis anima Potestatibus sublimioribus subdita sit, &c. Qui Potestati resistit, Deo resistit.*

16 Frequentissimèque in hoc sensu vsurpatur ab Ecclesiæ Luminaribus August. *contra Faust. relato in Can. Quid culpatur in Bello* 4. §. *sed si humana* 23. q. 2. *Non enim est Potestas, nisi à Deo, siue iubente, siuè sinente.* Hieron. *in Can. Audaciter.* 18. 8. q. 1. ubi notat Gloss. *verbo, Et non per Me,* & rursus Aug. *in Can. Qui resistit* 97. 11. q. 3. & *in Can. quæ contra mores Hominum* 2. *in fine, dist. 8.* ibi: *Sicut enim in Potestatibus societatis Humanæ Maior Potestas Minori ad obediendum præponitur, ità Deus omnibus, &c.*

17 Hinc communiter Sanctissimi Patres Vniuersum Orbem à Duabus regendum esse *Potestatibus* clamitant, Pontificià videlicet, & Regia, ut ex Ambrosi. refert Gelas. Papa, Anastasio Impèr. scribens in *Can. Duo sunt, quippe Imperator* 10. *dist. 19. circa fin. Can. si Imperator* 21. *distinct. 5.* Isidor. *lib. 3. de Summo Bon. in Can. Princeps sæculi* 20. *ad med.* 23. *quæst. 5.* Symach. Pap. in

Synodo Roman. *in Can. cum ad verum 6. diſtinct.* 96 cum alijs copioſè paſsim adducendis.

18 In quo quidem ſenſu acceptionem iſtam probant relata Iura, ut ſuademur ex communi, & Angelico totius Theologię Præceptore *in* 4. *diſtinct.* 24. *art.* 1. *q.* 2. *ad* 3. docẽte: *Poteſtatis* nomen præter Potentiam ad actionem, dicere quamdam præheminentiam, & Auctoritatem, & tunc idem eſſe de *Poteſtate* loqui, ac inquirere de vi, & facultate auctoritatiuà ad aliquid agendum Spirituale, vel Temporale ſecundum ſubiectam materiam.

19 Cuius mirificam èxplicamus doctrinam, ut ſub hoc nomine, & Dignitas ipſa, cui competit *Suprema Poteſtas* comprehendatur. Auguſt. *Sermon.* 6. *de Verbis Dei, in Can. Qui rèſiſtit* 97. 11. *q.* 3. *Can. Nèc mirum* 14. *§. Præſtigium, verſ. Hæc Poteſtas* 26. *q.* 5. *cap. Solitæ, de Maiorit. & Obed. cap. Omnis, de Cenſ.* Et pro *Perſona* ipſam gerente *Poteſtatem*, dict. Can. *Abſit, in princ.* ibi: *Hic ſane contèmne Poteſtatem timendo Poteſtatem, cap. Tua nos, §. Manè, de Homicid.* & cum alijs Aluarus Pelag. *de Planct. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 58. & comprobatur ex Innocen. Ciron. *in V. Decretal. compilatione, tit.* 1. *cap.* 7. *litt. A. in Notat.* referente, quod antiquis Populis Latij, nomen hoc *Poteſtas* communiſsimũ fuit, illud pro *Ducibus*, & *Prætoribus* accipiendo, quos pleræque Ciuitates (excuſſo Romani Imperij iugo) ſibi conſtituerunt, illos vernaculo ſermone, *Podeſtà* appellantes, & apud illius æui, Authores frèquentiſsimam, & Græcam eſſe vocem ſingulariter, & eruditè probat, ſicque illos appellatos fuiſſe, quia penès ipſos ſummam Populi conſtituerant Iuriſdictionem, demonſtrat, & colligitur ex Epiſt. Honorij III. à qua deſumptus Textus ille refertur, accinuntquè Sueton. *in Claud. Iuriſdictionem de fideicommiſsis quot annis, & tantum in Vrbe delegari Magiſtratibus ſolitam in perpetuum, atque etiam per Prouincias Poteſtatibus demandauit.* Plin. *lib.* 29. *cap.* 4. *Pingue Draconis in pede dorcadum neruis ceruinis ad ligatum, in lacerto victoriam iudiciorum conferre exiſtimant: primum ſpondylum aditus Poteſtatum mulcere.*

20 Latiùs autèm acceptum nomen hoc *Poteſtas* ſignificat *Imperium* nulli adiunctum qualitati. Forcatul. *in Aviar. cap.* 6. Ial. *in §. Rurſus, verbo, Poteſtate, in princ. Inſt. de Action.* In qua quidèm acceptione eo uſus eſt Lipſ. *in notis ad Tacit. lib.* 1. *Annal. num.* 4. *pag. mihi* 2.

21 Corroborentur denique omnia hæc verbis Saluiani *lib.* 5. *& lib.* 7. *de Prouident. Poteſtas quippè magna, & potentiſsima, quæ inhibere, ſcelus maximum poteſt, quaſi probat debere fieri, ſi ſciens patitur perpetrari.* Quæ de Præfecto Vrbis Præſide, & Pro-Conſule dicta eſſe ſuſpicatur Iacob. Ræuard. *lib.* 4. *var. cap.* 20. *in fine.* In poſtremis acceptionibus conſideratum nomen hoc, noſtro deſeruire Tractatui ex dicendis liquidò demonſtrabitur.

§. III.

## §. III.

### Qui à Potentia, & Magiſtratu differat Poteſtas?

22 QVùm ſint (ut nuper vidimus) vterini (liceat ſic loqui) duo termini iſti *Potentia*, & *Poteſtas*, utpote ab uno verbo trahentes originem; quùmque *Poteſtas*, & *Magiſtratus* in famoſiori non differant ſignificatione, imò paſsìm æquiuocentur (ut nuper dicebam, & ulterius probo ex *Liu. 6. ab Vrbe condita*, ubi *Poteſtate* tranſacta, pro *Magiſtratu finito*, uſus eſt; Suet. *in Aug. cap.* 40. & *in Nerone* 36.) Quùmque etiam diuerſas habeat Vtrumque Nomen ſignificationes, mox à principio quibus differant, oſtendere neceſſarium duxi; ne legentis imperitia in detrimentum vergat Authoris.

23 *Potentia* ergo, & *Poteſtas* dupliciter debent conſiderari, in materiali ſcilicèt, & formali ſignificatione. In illa quidem differunt *Potentia*, & *Poteſtas*, quod hæc magis pro *vi* accipitur: *Potentia* pro *Dominatione*, Cic. *lib. 3. Offic.* ibi: *Qui omnia certa, & honeſta negligunt, dùmodo Potentiam conſequãtur.* Plin. *lib. 3. Epiſt. 7. cap. ultim.* In formali verò ſignificatione præcipuè differunt, quod *Potentia* dicitur in genere entis, proueniens à Natura, per quam ordinatur ad actus naturales; in quo ſenſu Materia dicitur pura *Potentia*, & habere *Potentiam*, non *Poteſtatem*, ad formam, quia ad hanc ordinatur non liberè, neque ex voluntate, ſed ex Naturæ matris inſtitutione. *Poteſtas* verò in genere moris extra ſe eſt, ut adnotauit Bordon. *in Sac. Tribunal. cap. 2. q. 1. in princ.* Quam diuerſitatem explicat ab effectu Victor. *d. Relect. 1. q. 1.* prænotans, quod Materia, Senſus, & Intellectus, atque Voluntas, non *Poteſtates*, ſed *Potentiæ* appellantur, è contra verò Magiſtratus, Sacerdotia, & Impèria, *Poteſtates* potiùs, quam *Potentiæ* appellantur.

24 Cuius ratio eſt, quià *Potentia* dicit aptitudinem remotam, vel proximam ad aliquem actum, non verò ſignificat actum ipſum, quem quidem formaliter denotat *Poteſtas*, ut ſingulariter adnotauit Oſvv. *ad Donell. lib. 19. Comm. cap. 1. litt. D. in not.* addens, quod *Poteſtas* præſentem tantùm reſpicit facultatèm, attenta rigoroſà verbi ſignificatione, à quo immediatè deriuatur, quod idem dixit Brunus Chaſaing. *de priuileg. Regul. p. 1. tract. 2. prop. 1. in princ. pag. mihi* 60. docens: *Poteſtatem* dicere actum, & formam, qua ille, qui ea pollet, conſtituitur, & informatur.

25 Ex hac ergò aſsignatà relatione à *Poteſtate* actuante ad formam actuatam, tot in Iure *Poteſtatum* reperimus formas; nam in perſona Patrum, *Patria Poteſtas* appellatur; in Dominorum: *Dominica. l. Poteſtatis 215. ff. de verb. ſignif.* Scipio Gentil. *de Iuriſdict. lib. 3. cap. 1. mox à princ.* In perſona Mariti

Æco-

*Æconomica* appellatur, in Tutoribus *Propria*, & in Curatoribus *Impropria* dicitur, ut latè proſequitur Ioſeph Vela *diſſert. Granat. tom.1. diſſert.1.nu.40. per plures ſeqq.* Duaren. *in PP. tit. Qui teſtament. fac. poſſ. pag.m.325.* Briſſon. *de Verb. Iur. lib. 14. pag.517.*

26 Inter *Magiſtratum*, & *Poteſtatem* nullam video à Doctoribus aſsignari differentiam; quum tamèn notoria ſit, quam ut adſtruã præſupponendum Nobis eſt, quod licet Poteſtas præſisè, & in rigore accepta iuridico, ad Magiſtratum referatur (ut iam dixi, & nunc addo Scip. Gent. *dict. lib.1. cap.1. in princ. ex dict. l. Poteſtatis 215. ff. de Verb. ſignif.* Lotèr. *de Re Beneſi. lib.1. q.21. num.2.*) Rè vera tamen *Magiſtratus* nomen, etiam in illo rigore à Poteſtate diſtinguitur; Iſta enim ſupremos tantùm comprehendit *Magiſtratus* analogicè, & abſolutè prolata; Illud verò *Magiſtratus* tantum comprehendit, qui Vrbis intra fines Ius dicunt, *l.1. §.1. ff. Quod quiſque Iur. l.20. ff. de Stat. hom. l.3. §. ultim. ff. de recept. arbitr. l. penult. ff. de Iudic. l.26. in princ. ff. de pignor. l.12. ff. de accuſat. d. l.3. §.1. ff. de Iuriſd.* Decian. *Tract. crim. tom.2. lib.4. cap.2. nu.6. & 7.* Oſvv. *ad Donell. lib.17. Comm. cap.7. litt. L. in not.* qui aliorum reijcit diſtinctiones, præter quas aliam adducit Gloſſ. *in d. l.1. §.1. verſ. Qui Magiſtratum, ff. Quod quiſque Iur. nomine.* Videlicet *Magiſtratum* Municipalem intelligi; Per *Poteſtatem* verò eum, qui Merum habet Imperium, cui conſonat Cuiac. *lib.8. obſeru. cap.22.* qui non multùm à Nobis differunt.

## §. IV.

## Poteſtas, quo à Iuriſdictione differat, & an ſynonime Vtrumque Nomen ſit in Titulo appoſitum?

27 QVamuis in latiſsima ſignificatione *Iuriſdictio*, & *Poteſtas* confundãtur, & vnum multotiès pro alio uſurpetur Aug. Barboſ. *in Rub. de Offic. & Poteſt. Iudic. Deleg. num.14.* & probatur ex Senec. *lib.1. de Clement.* quem allegat Scip. Gentil. *de Iuriſdict. lib.1. cap.1.* mox à princ. adducentes illud Romani Principis: *Quæ ruant Vrbes, quæ oriantur, mea Iuriſdictio eſt*, ubi *Iuriſdictio* pro *Poteſtate* accipi docent.

28 In ſtricta tamen ſignificatione, *Poteſtas* à *Iuriſdictione* in multis differt. I. Quià *Iuriſdictio* ſimpliciter prolata pro Ius dicendi facultate ſumitur, ut infra dicam; *Poteſtas* verò authoritatem, & eminentiam abſquè Ius dicendi facultate denotat, ut iam dixi.

29 II. Differt in eo quod *Poteſtatis* nomẽ Latiùs patet, quã *Iuriſdictionis*; In *Poteſtatè* enim compræhènditur Imperium, ut ſupra innui; in *Iuriſdictione* non item. Oſvv. *d.l.8. Comm. cap.8. litt. V. in not.*

30 Nec

30 Nec obstat, quod multotiès in eademet latitudine accipiatur *Iurisdictio*, & *Potestas* (ut nuper dicebam) quia tunc non accipitur *Iurisdictio* pro ipsius exercitio, actu, seù probatione actuali Iuris, sed pro Facultate, & *Potentia* habituali ad eam èxèrcendam, non quidem remota, aut posibili, sed proxima, ut singularitèr adnotauit Molin. *de Iust. & Iur. tom. 6. disp. 2. num. 1. vers. Alij verò*, addens tunc sinè distinctione Vtrumquè possè usurpari nomèn, abstractum pro concreto accipièndo, indequè *Potestatès* publicas appellari Magistratus eam habentes *Iurisdictionem*. Quod ipsum priùs dixerat *tom. 2. tract. 2. disp. 21. num. 1.*

31 Quùm ergò diuersam habeant significationèm *Potestas*, & *Iurisdictio* in suis proprijs rigorosisque acceptionibus, licet in aliquibus latioribus pro uno eodemque nomine accipiantur, Vtrumque titulo adiunxi nostro, ut commodiùs Operis materia percipèretur, eleganti edoctus Tèxt. *in §. Alio quoque 4. vers. Hoc autem. Instit. Quib. mod. testam. infirm.* His verbis: *Sed qnià sanè commodiùs erat singulas causas, singulis appellationibus distingui*, & accinit *Princip. Instit. de Hæred. quæ ab intest. deferunt in l. 1. ff. de Iniust. rupt. & irrit. testam. l. Labeo, §. fin. ff. de Supell. leg.* Mysing. *in d. §. Alio, num. 7.* Don. *lib. 1. Comment. cap. 6. vers. Sèd diffinitio, post med.* & faciunt tradita à Pinel. *in l. 1. p. 2. in princ. C. de Bon. matern.* Morla *in Empor. Iur. p. 1. tit. 1. in præmissis, num. 16.*

## §. V.

## Ecquid Origo, Fundamentum, continuaque Succesio?

32 NON materiali tantum Nominum disquisitioni isthæc deseruit inuestigatio, sed substantiali quoque Operis formæ necessaria est; Vnũ quippe èx efficatioribus nostræ Veræ Religionis, eiusque Supremæ Potestatis argumentum, Origo, Fundamentum, atque Continua Succesio reputatur, ex eaquè in Heterodoxos irrefragabiliter insurgitur. Optat. Milcuit. *lib. 2. contra Parmen.*, ubi eos èx defèctu Originis, & succesionis his conuincit verbis: *Vestræ Cahedræ Originem ostèndite, qui vobis vultis Sanctam Ecclesiam vèndicarè.* Tertull. *de Præscript. aduèrs. Hærèt: Cedant Hæretici; Origines Ecclesiarum suarum euoluant; Ordinem Episcoporum, ita per Succesionem ab initio deccurrentem, ut primus ille Episcopus aliquem èx Apostolis, vel Apostolicis Viris habuerint Authorem.* Eodemque argumento passim alij utuntur Patres Irenæus *lib. 3. cap. 3.* Epiphan. *Hæresi 27.* Hier. *contra Luciferian.* Aug. *contra Epist. fundam.* Leonard. *Læs. in Opusc.* Quæ *Fides, & Religio sit capessenda, consid. 9. rat. 2. pag. mihi 101.* In re ergo adeo vtili ab ovo semper incipiemus.

33 Nomen, *Fundamentum*, propriè, & rigorosè loquendo, de mate-

materialibus tantùm prædicatur Ædificijs, ad quę propriè acceptum refertur; *l. Is, qui puteum 11. §. Interdictum 5. verſ. Sed Interdictum, ff. Quod vi, aut clam.* Metaphoricè tamen, ſeù minùs propriè ad opera intellectus ad omniaque cuiuſque ſcientiæ, intellectualiſque Operis primaria principia adaptatur: elèg. Text. *in l. 2. § Poſt hoc 39. ff. de Orig. Iur.* ibi: *Poſt hos fuerunt Publius Mutius, & Brutus, & Manilius, qui fundauerunt Ius Ciuile.* In qua acceptione illud Titulo noſtro appoſuimus.

34 *Origo* etiam dupliciter ſumitur, propriè, ſcilicèt, & rigoroſè pro quolibet phiſico, & reali initio, principio, cauſa, ortu, ſtirpe, ſeminè, fonte naturali, & Patria, *l. 6. & l. fin. §. pen. ff. ad municip.* cum alijs copioſè congeſtis à Carleual. *de Iudic. tom. 1. lib. 1. tit. 1. diſp. 2. q. 2.* tota, cui addo Thom. Sanch. *conſil. Moral. tom. 1. lib. 2. cap. 1. dub. 9* Eſcobar de Loayſa *de Pontifi. & Reg. Iuriſdict. in Studia Generalia, cap. 1. à num. 5.* Cic. *de Vniuerſit.* ibi: *Nullius enim rei cauſa remota reperiri origo poteſt*, & probatur ex Virg. *lib. 3. Georg. verſ.* 49. ubi ad denotandum (ſecundum Germanum Poetæ Interpretem, & alios) Cæſarem à Iulia Gente deſcendere, cecinit:

*Tithoni prima, quod abeſt ab origine Cæſar.*

35 In qua quidè acceptione, nō ſolùm hominibus, ſed cunctis conuenit creaturis, tum inanimatis, in eiſque tàm collectiuis, ut Ciuitatibus. Saluſt. *Bell. Iugurtin. 67.* ibi: *Hæque Vrbes breui multum auctæ, pars originibus ſuis, præſidio, aliæ decori fuere*, &c. quam etiā ſingularibus *l. 8. C. de ſeruit. & aqua*, ubi aquam originem trahere dicitur undè naſcitur, & Virg. *lib. 2. Georg. verſ. 336.* ad denotandum Mundi principiū, eo uſus eſt nomine.

*Non alios prima crèſcentis ab Origine Mundi.*

36 Tùm etiàm animantibus Brutis, quorum genus per *Originis* nomen deſignatur. Plin. *lib. 10. Nat. hiſt. cap. 37.* dum ait: *Multi Nobilitatem ſingularum Columbarū, & Origines narrant*, idemque Maro canit. *lib. 3. Georg. verſ. 123.* de equo iàm experto.

*Quamuis ſæpè fuga vèrſos ille egerit hoſtes,*
*Et Patriam Epirum referat; fortèſque Mœcenas*
*Neptunique ab ipſa deducant origine Gentem.*

37 Quod idem ferè, eiſdemque dixit terminis Græcus Poeta *Calabrus*, & Orator Dio Chryſoſth. adducti à Ioann. Ludou. à Cerda *in notis ad relata Virgil. Carmina nu. 16. pag. 369. col. 2.*

38 Impropriè autem, ſeu in metaphorica acceptum ſignificatione nomen hoc *Origo* ad res metaphyſicas, putèque Ciuiles adaptatur; ſic actiones ex delicto *Originem* trahere pro deſcendere in Iure dicuntur, *l. 9. ff. de reb. auct. Iud. poſſid.* & ex bona fide, *l. 2. ff de petit. Hæred.* & communiter trahere *Originem* pro naſci actionem adhibetur, *l. 1. § ultim. ff. de Intur.*

39 *Succeſſio* verò actus ſuccedendi denotat, & utrumque ſignificat, quoduno ſublato alius ſubrogatur. Iul. Cæſ. *lib. 5. de Bell. Gall.*

*Sta-*

*Stationesque dispositas baberent, atque alios alij deinceps exciperēt, integrique, & recentes defatigatis succederent.* Cicer. *lib.* 3. *Officior.* Ouid. *lib.* 1. *Trist. eleg.* 1. *&* 13. *Metamorph.*

*Quis magno meliùs succedat Achilli.* *Liu. lib.* 2. *Bell. Punin.* Cic. *lib.* 8. *Epist. Cœl. ad Cicèron. &* 1. *de finibus.*

40 Adiectiuum illud *Continua* in Titulo denotat numquam defecisse in Mundo à prima sui formatione Diuinà *Potestate* hanc Ecclesiasticam, licet non semper ea omnibus patefacta fuisset, ut per Opus constabit. Nomen enim *Continuum*, significat tempus, quod omnibus, eorū dierum, quibus experiendi Potestas fuit, nulla subductione factà, currit, & ignorantibus quoque cedit, *l.* 8. *ff. de His, qui not. infam. l.* 31. *§.* 1. *ff. de Vsucap. l.* 1. *ff. de Quadr. præscrip. l. ultim. C. de tēpor. in integ. rest. l.* 2. *ff. de Collus. detegen. l.* 6. *ff. de Vsufr. leg. l.* 24. *ff. ad Velleian. l.* 38. *ff. de excus. Tutor. l.* 31. *ff. de Adult. §. Qui excusare. Inst. de excus. Tutor.* Hinc annus continus 365. diebus de momento ad momentum reputatis cōstans appellatur, nullis agendi obstaculis interim exceptis, ut in Vsucapionè, *l. Namque, §.* 1. *de Vsucap.* & continuæ seruitutes, quæ nullam admittunt intermissionem, aut factum Hominis èxigunt, nuncupantur, *l. Foramen. ff. de seruit. Vrban. Prædior.* Paul. Castren. *in l.* 2. *num.* 3. *ff. de seruit. & aqua*, qui sic appellari eas ait, quia semper seruiunt, pro cuius doctrina, & ratione comprobanda, videnda elegans Gloss. *in l.* 1. *verb. semper, & verb. vbique, ff. solut. matrim.* Ias. *cons.* 55. *col.* 2. *vers. Quarto facit, lib.* 3. Grat. *discept. Forens. lib.* 1. *cap.* 94. *num.* 3. ubi dictionem *semper* verificari debere docent, non solum in omni tèmpore, sed in omni casu, *l.* 1. *ff. solut. matrim. l. Quia semper, ff. de in ius vocan. cap.* 1. *de in integ. rest.* copiosè Barbos. *Dict. Vsu freq.* 361. *num.* 2. ubi ex pluribus id probat *& num.* 12. idem quod *Continuè* denotare demonstrat.

41 Notanter adièci substantiuum *Successio*, non autem *Hæreditas.* I Nam licet priscis illis tēporibus Patriarcharum in quibus, quasi Hærèditaria hæc Potèstas Ecclesiastica extitit, ut in lege Scripta; non tamen rectè verificari Successionem posse apparet; nàm in Hæreditate Legitima Successio non est, ut discimus ex Paulo *lib.* 4. *Sent. tit.* 8. & ex Iustin. *in §. Placebat. Instit. de Legit. Agnat. Success.* Vnde non verificatur continua huius Potestatis Successio, attenta nominis proprietate; hoc tamen in rigorosa accipitur significationè; in lata namque *Successio* dicitur cum priore subducto de Potestate, suo Hærede, ulterior in proximum succedit locum, *l.* 28. *§.* 1. *ff. de Liber. & posthum.* Et *succedere* pro in sui hæredis locum subrogari, sublato de medio eo, qui præcedebat, accipitur *l.* 29. *§. Videndum est, §. Ille casus, ff. de Liber. & Posth. l.* 2. *ff. de Vulg. & Pupill. l.* 6. *§.* 1. *& l.* 13. *ff. de Iniust. rupt. & irrito testam.* II. Quia Opèris Titulus nobiliori debet parti deseruire: At nobilior est in Opere ea pars, quæ de hac Potestate iàm prouecta in Lege Euangelica disserit, utpote

cuius

cuius intelligendæ cauſa, omnes alię fuerunt adhibitæ argum. *Princip. Inſtit. de Iur. Perſonar.* Ergo ei præcipuè debet Titulus deſeruire, ſed in hac lege Poteſtas hæc non hæreditariè, ſed ſucceſsiuè continuatur, ut *fundam.* 1. *q.* 3. §. 5. latè probabo. Ergò non Hæreditas, ſed *Succeſsio* debuit Titulo adijci.

## §. VI.

## Ne extra Forum Ius dicere videamur Scientiam Canonico-legalem commercium cum omnibus alijs habere Scientijs latè probamus?

42 LEcto Operis Elencho tot, tantæque omnigenæ litteraturæ moniméta prę-ferente, neſcio, quis integerrimus harum Profeſsionum arbiter, oblatranti murmure auribus inſuſurrat. Quid Canoniſtæ cum Sacræ Theologiæ, & alijs propoſitis commentationibus? Quid cum Pallio Toga? Videat qui pennas nido maiores extèndit, & in alièno Foro Ius dicit, nè per erroris iniuriam debitas ibidèm pœnas dependat. Procliue eſt extra Chorum pſallerè, vel pedem in alieno Choro ponere, ut Veteres ferunt Paræmiæ, apud Paul. Manut. *in noua Adag. collect. Lugdun.* 1608. *pag. mihi* 502. *col.* 1. *&* 2.

43 Quæ contumelioſa èxprobratio, iniurioſaque obiurgatio, quum inde decus, & opprobrium, tùm noſtrum, tùm præcipuè noſtræ Profeſsionis cedat, ipſam præocupare, præuiſamque retundere operæ pretium eſt.

44 Eamq; ideo iniuſtam adſerimus nam ſubtiliùs philoſophata, purèquè Theologica, necnon ex adytis Politicorum penitioribus èruta, atque ex ſuperſtitioribus deriuata Mythologis, quantumvis à Nobis extranèa æſtimèntur, non difficulter à Iuriſprudentiæ fontibus traduci poſſunt, nàm quùm ipſa ſit *Diuinarum, atque Humanarum rerum notitiæ Emporium*, nil non ex ea, tamquam ex immenſo litterarum Occeano deriuari, atque primeuam trahere originem poteſt; ſi præcipuè Pontificij Iuris ſtudio, Imperialis Scientia adiungatur, prout ſempèr adiungi debere docet Franc. Duar. *in Præfat. de Benèfi. Eccleſ.* Cuiac. *in cap. Quoad conſultationem, de Sent. & Re iudicat.* Vultej. *in Iuri ſprudent. Rom. Prolegom.* Arturus Duck. Anglus *de Autheritate Iur. Ciuil. Roman. lib.* 1. *cap.* 7. §. 19. *num.* 73. Aliàs etenim Canonica Scientia ſine legali notitia nullatenus acquiri poteſt, ut ex Salced. Farinac. Mènoch. Caniſ. & alijs quam plurimis docet Barboſ. *in cap. Super ſpecula, num.* 3. *Ne Clerici, vel Monachi.* Quod iam diu Bald. dixerat *in Proœm. Decret.* ibi: *Iuris Canonici ſanctiones, Iuris Ciuilis ſubtilitate decorari, ita ut in Paræmiã ierit: leges ſine Canonibus parum valere, Canones ſine legibus, Nihil.* Rom. *ſingulari* 654. Texto *in d. cap. Super ſpe-*

*ſpecula*. Duaren. *in Præfat. de Beneſ. Eccleſ.* Guillelm. Benedic. *in cap. Raynut. princip. de teſtam.* Burg. de Paz *in Proœm. ll. Tauri*, Innocen. Ciron. *in Præfat. ad Paratit. lib. 5. Decretal.* Arturus *d. § 19. à num. 72. ad 77.* A Iuriſque Ciuilis docendi prohibitione ob hanc tantu modo rationem diſpẽſata inuenitur Pictauienſ. Schola (teſte Baptiſta à S. Blaſio *in Rubr. Decret. num. 78. tom. 1. Repetit. Canonic. pag. 11. Dicente: Studium Pictauienſe priuilegium habet, quod Clerici poſsint audire Ius Ciuile per quinquennium ad eorum inſtructionem, ut facilius capere poſsint doctrinam Iuris Canonici.* Vtriuſque ideò Iuris ſtudium præſentię priuilegio proſecutus eſt Bonif. IIX. in Romanæ Vniverſitatis erectione, ut patet ex *cap. Cũ diuerſis 2. de priuileg. in 6.* & probat Barboſ. *lib. 3. voto 88. num. 19. tom. 2.* Vtinam Prohibitio hæc ab Inſigni Complutenſi Schola auferretur, in eaque legum Cathedrę inſtituerentur, ut inter celebriores Orbis abſolute prędicaretur, quæ limitatam hodie laudem iſtam audit propter Theologiã, & Medicinã.

45 Prædicta omnia confirmantur atteſtatione Lucij III. *in cap. 1. de nou. oper. nuntiat.* ubi mutuam inter Canones, & Legès correſpondentiam eſſe dixit, de qua Nos aliqua infra alio fundamento fuſiùs diſputabimus. Nunc que ideo ulterius non progredimur.

46 Vtriuſque Iuris Sciencię erudito, omnes aliæ ſunt Sciẽtiæ, & Profeſsiones litterariæ communes, quãdoquidèm ipſę à Iuriſprudẽtia Canonico Legali perfectionem accipiunt. Quod probatur.

47 1. Politices namque ſubiectum eſt Reipublicę conſeruàtio, ut docuit Ariſt. 1. *Æconom. cap. 1.* S. Thom. 1. *Polit. in princ.* Henning. Arniſæus *de doctrina Polit. cap. 1. verſ. Subiectum igitur, pag. mihi 42.* Huiuſmodi autem cõſeruatio, pace, legibus, & bello armis comparatur. Vtramque ideò in Imperatore deſiderauit Iuſtinianus dum *in Proœm. Inſtit. protulit: Imperatoriam Maieſtatem, non ſolum armis decoratam, ſed etiam legibus eſſe armatam oportet. Et l. Vnic. C. de Iuſtin. C. confirm. Nouell. 24. de Præſide Pyſidiæ, Nouell. 25. de Prætore Lycaoniæ, Nouell. 26. de Prætore Traciæ, cap. 1. circ. fin. tit. 55. lib. 2. Feud.* Pet. Greg. *de Rep. lib. 16. cap. 1. & ſeqq.* Adam Contezèm. *lib. 4. Polit. cap. 11. §. 2. verſ. Numquam, pag. mihi 234.* Quibus accinunt Cicèr. *lib. 1. Officior.* ubi ait: *Parum conducere foris arma eſſe, niſi conſilium domi ſit.* Hoc vèrò à legibus prouenit. Horat. *lib. 2. Epiſt. 1. ad Aug.*

*Quum tot ſuſtinèas, ac tãta negotia ſolus*
*Res Italas armis tuteris, moribus ornes,*
*Legibus emèndes.*

48 Thèologia etiam communis eſt Canonico Legalis Sciẽtiæ Profeſſori, nam quum ipſa ex Viſceribus Sacrorum Canonum, Conciliorum, Patrum, & Pontificum Decretis deſumpta ſit (ut omnes fatentur ex Text. *in cap. Qualiter, & quando 2. de Accuſat.*) Canonico Legiſta ab ipſius Theologiæ fontibus Scientiam hanc

ebibit. Imo Theologus illos adire fontes tenetur. Adam. Contzem. *lib. 6. Polit. cap. 11. toto, & aliquot seqq.* Loter. *de Re Benefi. lib. 3. q. 7. num. 97.* Barbos. *de Potest. Episc. alleg. 1. q. 1. num. 72.*

49 Philosophia quoque principaliter ad nostrã pertinet Scièntiam Canonico Legalem; referentè namque Vlpian. *Nos veram Philosophiam non simulatam affectamus, l. 1. §. 2. vers. Publicum, ff. de Iust. & Iur.* & Sanctam Philosophiam Nos profiteri, vel Sanctissimam Scientiam. Vlpian. Idem *in l. 1. §. 5. ff. de var. & extraordinar. cognit.* decidit.

50 Mithologiam etiam ad nostrum pertinère Institutũ apertè probamus ex Natali Comite *in Mitholog. lib. 1. cap. 1. circa finem*, ibi: *Quis est enim per Deos Immortales adeò Disciplinarum Contemptor, qui ea Sapientiæ præcepta scire non magnoperè cupiat, quæ ne exirent in Vulgus fuerunt sub varijs figmentis ab antiquis Sapientibus occultata? Verumtamen, nèquis illud à Nobis expectet, quod scribentibus iniucundum, legentibusque foret inutile, &c.* Moxque paucis interiectis, subdit: *Quùm eas tantùm fabulas simus ex planaturi, quæ homines ad rerum Cœlestium cognitionem exigunt, quæ instituunt ad probitatem, quæ deterrent ab illegitimis voluptatibus, quæ patefaciunt arcana Naturæ, quæ vel ad Scientias denique rèrum necèssariarum Humanæ vitæ, vel quæ ad integritatem perducant, & quæ plurimum faciũt ad optimos quosque Scriptores rectè intelligendos*, &c. Quæ omnia Iurisprudentiæ nostræ aptiùs, quam alijs Scientijs accommodanda sunt.

51 II. Autem assertionem nostram probamus, ex quo omniũ Disciplinarum complexum quendam Veteres statuere; easque inter se inuicem talem communionem habere reputarunt, ut ferè nulla perfectè sciri queat, nisi simul omnium aliqualis saltim cognitio adsit. Hincque est decantatus ille Disciplinarum circulus, seu Orbis, quem *Encycopædiam* vocant, quæquæ methodicam, & talem singularum Artium, atque Scientiarum proponit institutionem, ut vnius cognitio ad aliam pariter viam sternere, ac ad Doctrinæ perfectionem iunctim omnes requiri videantur. In eaque Encyclica Disciplina Prisci olim cuncti, qui adhuc hodie Magni, & Eruditi habentur, instituti fuere. Ludou. Cressolius, è Societ. Iesu *in Theatr. Rethor. lib. 4. cap. 5.* Iul. Bell *in Hermet. Polit. fol. 115.* Christophor Besold. *in Præcognit. ad Synop. Doctrin. Polit. num. 4.* Vbi postquàm discursum hunc efformauit concludit his verbis: *Quo, & intuitu Vlpian. in l. 10. ff. de Iust. & Iur. Iurisprudentiam Diuinarum, atque Humanarum rerum Notitiam Vocat; Italique Vulgari Prouerbio dicunt: Merum Legistam, Merum Asinum esse.*

52 III. Denique, & assertionèm probamus, & hucusque adducta in eius comprobationem corroboramus, grauissimorum, tùm Theologorum, tùm Canonicarũ testimonio; quorum scripta eorum commendant authoritatèm, omnèmque tollunt è medio suspicionem affectionis; illisque præcipuè, qui ex Theologis adducti fuerit.

Franc.

53 Franc. Valente *in Epist. ad Lector. Concord. Iur. Pontifi. cum Sacra Theologia*, hanc inter Philosophiam, & Theologiam, atque Canonico-Legalem Scientiam, mutuam probauit his verbis correspondèntiam: *Qui enim hanc* (loquitur de Scientia Legali) *ab illis* (Theologia videlicèt, & alijs Professionibus) *separati; filiam à matris sinu, complexuque se iungit, cuius eruditione nutriri, & disciplinà expedit educari; nisi eam velit ab Ingenuitatis propagine ad syluestre Rusticitatis sarmentum traduci, & bonam seminis frugèm in Graminis inutilem herbescere viriditatem. Nam quid* (quæso) *sunt Iure Consultorum Placita, nisi prudentissima Naturalis Philosophiæ Documenta? Vnde nata Sanctissimorum Patrum, & Conciliorum Decreta, nisi ex Sacræ paginæ Spiritus Sancti concèptu fœcunda Matrice? Vbi nutrita, nisi in Sacrosanctæ Theologiæ cunabulis! Itaquè nullus Philosophus, & Theologus sui Officij partibus perfectè satisfacit Diuini, & Humani Iuris ignatus. Nemo verus Philosophiæ, ac Theologiæ Professor Iurè nominetur, qui Iurisprudentiam pèr illustrem sobolem nesciat, eiusque consortio, & familiari commercio non utatur; sicut nec insignèm Canonici, & Cæsarei Iurisperitũ vidi, qui idem Philosophiæ, & Theologiæ saltim moralis studium non adamarit.* Placuit his elegantissimis exponere verbis commercium hoc intèr Iurisprudentiam, & Sacros Canones, atquè alias Scientias, ut gratior omnibus èxpositio sit; Pro eorumque corroboratione videndi sunt. Suarez *in Procem. ad Tract. de Legib.* Innocen. Hostien. Anton. de Butrio, Card. Abb. & alij Canonistæ *in cap. Cum in cunctis, de Elect. & in cap. Nisi cum pridem, de Renunt. & in cap. 1. de Consang. & Affin.* Cosm. Guimer. *in Pragm. Sanct. tit. de Collat. §. Taliter.* Ioann. de Anania *in cap. Qui non nullis, de Magistr.* Augustin. *de Ancon. de Potèst. Eccles. q. 108. art. 3.* S. Antonin. *in Summ. 3 p. tit. 5. cap. 2.* Aluar. Pelagius *de Planct. Eccles. lib. 2. cap. 20.* & præ omnibus Melch. Canus *de Locis Theolog. lib. 8. cap. 7.* Ioann. Corras. *de Iur. Ciuil. in art. redig. p. 1. cap. 5. tom. 2. pag. mi. 441.* Angel. Matthæac. *de Via, & Ratione Iur. lib. 2. cap. 12. num. 22.*

# TRACTATVS I.

## De Sacro Supremæ Potestatis Origine. *Materiali, & Formali* Manuductio.

1 A Principijs in Scientijs initium esse sumèndum, docet Logicus, nec dissentit Phisicus, qui eidem præceptor inhæret ex Philosopho 1. *Phisic. Text.* 1. & nè per singulas abire cogamur Scientias, & Artes, tamquam generale principiũ ab omnibus amplectendum statuimus; Nullam dissertationem perfectè

efformãdam esse, ipsius principijs altius non repetitis. Piccolomin. *Ethic. grad. 2. cap. 1.*

2 Hinc Sacro-Supræmæ Potestatis essentiam, vim, & authoritatem (Deo dante) exponere cogitantes, principia omnia, quæ deseruire huic fini quoquomodò possint, præmittere decreuimus; tùm generali hoc præcepto ducti, tùm etiam præmoniti ab Eminentiss. Card. Paleoth. *in Pastoral Bononien. p. 1. cap. 1. mox à principio*, id ipsum præcipiente.

3 In collocandis tamen Tractatibus anxius aliquãdiu hæsi; nam Fundamenta originem præcedere suadebant adducta à Caram. *in Theolog. fundam. tom. 2. num. 2067.* Pro origine autèm præmittenda ipsum rerum ordinem, & communem Iureconsultorum stilum militare videbam: priùs enim est probare aliquid præèxistere, quam de eius qualitatibus, ipso ignoto, perquirere. Vnde Iureconsulti prius de Origine Iuris, quam de Iurè ipso disseruerunt, quos proinde subsequi tutissimum esse, resoluimus.

## QVÆSTIO I.

### Vtrum Sacro-Suprema Potestas Originem suam à Deo trahat ex Innocentiæ Statu?

4 QVÆESTIO hæc basis, & cardo aliarum Quæstionum est, præcipuèque ad earum commodiorem intelligentiam, necèssaria; ex his namque, quæ ad istius resolutionem firmanda sunt, lucem accepturas omnes alias docènt Roder. Arriaga *in 1. 2. S. Thom. 2. tom. aliàs 4. in Tract. de Diuin. Gratia, disp. 36. sect. 5. num. 32.* Non leui ideò eã lustrare manu dècreuimus.

5 Vt primordialis Sacro-Supremæ Potestatis principij illimi claritudine cognita, obloquentium ora obturentur, qui rerum naturam peruertentès. Hanc à Prophana deriuari nugantur, hunc suscipimus enodandum Tractatum, cuius scopus (in quèm colli maturi sumus) erit probare, Sacro-Supremam Potèstatem immediatam à Deo originem mutuatam esse, ab eaque potius essentiam suam recepisse Sæcularem, quam è converso.

## §. I.

### Ecquid, & quotuplex Status nomen in genere sumptum, quoad omnes suas accepttiones sit?

6 PLVRIMI in istius nominis acceptione esse possemus; ast, quia breuitati consulimus; relictà multiplici significacione, sub

qua

qua tam Philoſophi, quam Oratores hoc nomine uſi ſunt, videnda apud Marcell. Donatum *in Theſauro Critico, tom. 6. pag. mihi 928. in fine*, & apud Iure Conſultos *toto Tit. ff. de Stat. Homin. & de Stat. Defunct. & in l. Cognitionem 5. ff. de Extraordin. cognit. l. fin. ff. de Cap. dimin.* Vultej. *in §. Minor. Inſtit. Eodem*, & Canoniſtas *ad Tit. de Stat. Monach.*

7 Status quoad rem, generaliter, & ſtrictè ſumitur; In latiori ſignificatione accipitur pro quauis Vitę conditione; in qua homo ad tempus, vel perpetuò ſtat, & permanet, aliqua proportione ſeruata in ordine ad ultimum finem, iuxta Diuinæ Prouidentiæ ordinem. Suarez *de Gratia Dei, tom. 1. Prolegom 4. cap. 1 nu. 1.* Hinc explicationèm adducens Scoti. *1. diſt. 3. q. 4. art. vltim.* Sìc Statum in hac ſignificatione definientis: *Status eſt ſtabilis permanentia Legibus Diuinæ Sapientiæ firmata*; èt in hoc ſenſu Status Innocentiè, Naturæ, & Legis, tàm Moſaicæ, quàm Euangelicæ appellatur. Leonard. Leſſ. *de Iuſt. & Iur. lib. 2. cap. 41. dubit. 1.* Strictè autem Status nomen acceptum conditionem Vitę immobilem præſefert, per quam altèri obſtricti ſumus, ut firmitatem denotèt; Quaquidē acceptione retētà, tres tantum modò conſiderat Status S. Thom. *2. 2. q. 183. & ſeqq.* Scilicet Epiſcoporum, Religioſorum, & Coniugatorum; nam Epiſcopi perpetuo ſunt vinculo adſtricti obſequio ſuæ Eccleſiæ, Religioſi obſequio Diuino, & Coniuges mutuo obſequio. Ex his, duo priores Spirituales ſunt, & Perfectionis Status vocantur; Tertius Secularis eſt. Status verò Eccleſiaſticus, Liberorum, Seruorum, Viduarum, & aliorum ad priorem pertinet acceptionem, teſte Leſſ. *d. dubit. 1.* & ab eo Andr. Vvalen. *in Paratitlis ad Ius Canon. lib. 3. tit. 35. num. 1.*

8 In qua quidèm ſignificatione, prolixìs aliquibus relictis Diviſionibus, videndis apud Arriagam. *dict. ſect. 5.* Dicaſtill. *de Sacrament. tom. 1. Tract. 1. de Sacram. in genere, diſp. 1. dub. 14. num. 209.* Ioann. Bapt. Gonet. *in clypeo Thomiſt. tom. 9. tract. 7. diſp. 1. & ſeq. & præcipuè diſp. 3. art. 3* & ante omnes iſtos Suar. *d. Prolegom. 5. cap. 1. 2. & 3.* & ex noſtris prolixiùs omnibus Thomas Bozius *de Iure Stat. ſiuè de Iure Diuino, & Naturali Eccleſiaſt. Libertat. & Potèſtat. lib. 1. cap. 1. pag. m. 38. per plures ſeqq.* quæ potius ad poſsibilitatem, quam ad factum attinent.

9 Quadruplicem aſsignamus Mundi, ſeù Humanæ Naturæ Statum. I. Innocentiæ, in quo à Deo creata eſt, & perſeuèrauit uſque ad primi Parentis lapſum. II. Abipſo luctuoſiſsimo incipiens lapſu, uſque ad Legem Scriptam, generaliter perſeuerans, poſt ipſamque adhuc, cæteris à Populo Iſraël, immobilis permanens (Lex enim Scripta, ſi naturalia precepta excipias, non omnes obligabat, ut paſsim ſacræ paginæ Interpretes aſſeuerant) & communiter Status Naturæ appellatur. III. Cū ipſa Lege Scripta exoriens, adueńtuque Legis Gratiæ omninò interemtus. IV. Denique Legis

Gratiæ, qui ineffabili Chriſto Domini beneficio eſt Nobis collatus, in perpetuumque duraturus, Sanguine ſuo Pretioſiſsimo ſtabilitus. In quibus indagandam Sacro-Supremæ Poteſtatis Diuinam Originem, præſenti ſuſcipimus Tractatu, ipſo Statuum ordine ſeruato.

## §. II.

## Ec quis Innocentiæ, ſeu Originalis Iuſtitiæ fuerit Status?

10 EVNDEM fuiſſe Originalis Iuſtitiæ, ac Innocentiæ Statum in titulo ſupponimus edocti à Franc. Suar. *d. Prolegom. 4. cap. 3.* non diſtingui affirmante. Hìc autem dupliciter conſiderari poteſt, iuxta Henric. Gandav. *Quodlibet. 6. cap. 11.* I. Enim ſumìtur innocentia negatiue, & ſic contemplatus ſolùm præſèfert carentiam culpæ, & hoc modo omnis anima à Deo creäta conſiderari poteſt pro priori illo antequam corpori uniatur, & ſic in Statu Innotentiæ crèatur; quæ ideò Innocentia originalis, *appellari poſſet*, quia originèm à Deo trahit, qui peccati author eſſè numquam poteſt. In qua quidèm ſignificatione Homo à Deo immediatè crèatus, ſiuè in natura integra, ſiue in pura natura, poterit dici in Originali Innocentia creätus, & quandiù non pèccauerit in Originali Iuſtitia perſeuerans, rectè appellabitur; vt diſſertis verbis, & rationibus probat Suarez *dict. Prolegom. 4. cap. 3. num. 2.*

11 II. Autem conſideratur Innocèntia, ſeu Originalis Iuſtitia (à qua Innocèntiæ, ſeu Originalis Iuſtitiæ Status appellatur) poſitiue. Quatenus non ſolum carentiam culpæ, ſed etiam habitum Iuſtitiæ Originalis ultra habitum Gratiæ adeoque ſit ratio interior ſuperiori ſubiecta motuſque appetitus peccati, ut aptiſsimus ſit ad Gratiam conſeruandam, nec deffectum aliquem ex his, quæ nunc culpæ ſunt effectus, admittat. Qui quidem Status antonomaſticè Innocentiæ Status, vel Originalis Iuſtitiæ rectè ideò nominatus eſt. Huius doctrinæ ſoliditatis rationes Suarez *dict. Prolegom. 4. cap. 3. à num. 2. ad 8.* Salian. *Annal. Veter. Teſtam. tom. 1. Ann. 1. die 6. num. 59. per a liquot ſeqq.* Bellarm. *lib. Vnic. de Gratia primi Hominis, cap. 5. tom. 4. Controuerſ.* Pèrer. *in Geneſ. lib. 8. num. 88. & ſeqq.*

12 Diſputari etiam hìc poterat: An Iuſtitia Originalis, quæ Adamo in Statu Innocentiæ pro ipſo, & eius Poſteris collata fuit, eſſet habitus realiter diſtinctus à Gratia ſanctificante? Quia ab iſtius difficultatis rèſolutione, pluta èxhauriri potèrant, quæ ad ſequentiũ reſolutionem iuvare poſſent; aſt quia hoc eſſet Nos implicare purè Theologicis, ab ea abſtinerè decreuimus; Videndi tamen ſunt Caietan. *1. p. q. 95. art. 1.* Sot. *de Natur. & Grat. lib. 1. cap. 5.* Mèdina *1. 2. q. 83. art. 2.* Suar. *lib. 3. de Hominis*

Creä-

*Creatione, cap.* 20. Salmanticen. Carmelitan. *in Tractat. de peccatis, disput.* 16. *dub.* 1. *num.* 7. Ioan Bapt. Gonet. *d. tom.* 9. *tract* 7. *disp.* 3. *art.* 1.

## §. III.

### Quæstionis Titulum aperiens, & resolutionē adducens.

13 TITVLI Emphasim in hoc §. aperire promittimus quam hoc ipso contineri in eo supponimus, Vtrumque facilè præstabimus, præmonentes ex Lugo *de Sacram. in gener. disp.* 3. *sect.* 1. *num.* 3. duplicem sensum habere posse dubiū in quæst. præpositu. n. I. Vtrum illo primo tempore, quo de facto Status Innocentię durauit antè peccatum, Originem habuerit Sacro Suprema hæc nostra Potestas? II. Est: Vtrum si Status ille Innocentiæ diuturnior esset, affectura esset Sacro-Suprema Potestas pro hominibus, tunc extituris ad finem supernaturalem (cui creati à Deo erant) regendis? De primo sensu nostra procedit Dubitatio; De secundo autèm sequenti differemus quæstione, pro illaque sit unica conclusio.

14 *Ab ipso Innocentiæ Status exordio Diuinam Originèm ducit Sacro-Suprema hæc nostra Potestas, Nos ad finem supernaturalem dirigens.* Quam sic probamus: Dèus ex primo suo Decreto, Mundum in Statu Innocentiæ pèrmansurum, ordine, & præfectura constantem creauit, Chrysostom. *Epist.* 1. *ad Corinth. Homil.* 34. Christophor. Besold. *in dissertat. Philolog. de Principatu in Statu Innocentiæ, num.* 3. *post princ.* Ordinem autem hunc, & Præfecturam Mundus habere non posset, si Sacro-Suprēmæ Potestatis directione careret, ergo, posito primo illo Decreto, irrefragabiliter sequitur, èxortam cum eo esse in Mente Diuina Sacro-Supremæ Potestatis existentiā. Consequ. patet. Minor probo: Homines in illo Statu impèrfectionibus, & erroribus essent obnoxij, ut latè probat Iacob. Bonfrerius *in Genes.* 3. 2. *vers. Nihilominus tamen, pag. mihi* 128. *col.* 2. *in princ.* Publicus quoquè affuturus esset Dei cultus, & quidem extèrnus, publica authoritate exhibèndus. Vt ex Suar. docet Lugo *dict. sect.* 1. *num.* 8. & Nos latiùs seq. dicèmus quæstione. Ergò adhunc præscribendum, & ad illos dirigèndos Sacro-Suprēmam Potestatem instituram eodem tèmpore, quo homo à Deo crèatus est, in illo Innocentiæ Statu perseueraturus, tuto affirmari potest.

15 II. Autem conclusionem hanc solidiùs probamus: Eodèmmet decreto, quo Deus Opt. Max. & Angelos, & Mundum Vniuersum creāre decreuit, constituit etiam omnia hæc Filio suo Primogenito subijci; ipsumque in omnia hæc Suprèmam exercere Potestatem, vt ex illo *Prouerb.* 10. *Dominus possedit me in initio Viarum suarum*, docent Irenæus, Athanas.

Gre-

Gregor. Nazianzen. Cæſareus, Clemens Roman. Ambroſ. Grègor. Nyſſen. Hilar. Hieronym. Chryſoſtom. Epiphan. Cyrill Alèxandrinus, Auguſtin. Concil. II. Hiſpalèn. Fulgènt. Idacius Clarus, Baſil. Ioann Damaſcèn. Galatin. & alij Laudati à Thom. Boz *dict. lib. 1. cap. 10. mox à princip.* plura etiam Loca Sacra in comprobationem ſub inducentè, & in hoc ſenſu explicante. Potèſtas autèm hæc ad Humani Generis ſalvationem ordinabatur, ut diſſertè explicauit S. Irenæus *lib. 3. cap. 33.* atque ex eo, & alijs Thomàs Boz. proximè citatus; inferens, quod ab initio fuit Chriſtus Mediator, pèr quem cuncta pèrfecta ſunt, ac modo ſuo Diuinitati coniuncta, Patrique ſibi, & Eccleſiæ ſubiecta, moxque probare pergit. *pag. 39. verſ. Primum tempus*, quod in ipſo Mundi exordio, eodemque momento, quo ille creätus eſt, Vnigenitus Dei Filius exèrcuit Sacro-Supremam Eccleſiaſticam Poteſtatem; primo, & immediatè in Angelos Bonos, & malos; poſt deinde Bonorum Angelorum miniſtèrio in omnes res creätas, & viſibiles. Idquè fuſè explicat *uſque ad pag. 41. in cuius principio, vèrſ. Secũdo id circo*, èx Sancto Thom. *in Ioan. & 3. p. art. 9. & art. 11.* & S. Fulgènt. *lib. 2. ad Thraſamundum, cap. 3.* clariſsimè hoc aſſerit, & probat, eiuſquè aſſertionem perſpicuiorem reddemus ex adducèndis ſtatim.

16 III. Probatur ex Apoſt. *Ad Hebr. 5.* ſcribentè: *Omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in ijs, quæ ſunt ad Deum, ut offerat Dona, & Sacrificia pro pèccatis*; ſed Adamus mox, ut agnouit Chriſtum venturum, & èx carne ſua naſciturum pro ſe, cunctiſque hominibus conſtitutus eſt in ijs, quę ſunt ad Deum, ſe nimirum, èt illos Verum Sacrificium offèrendo. Suar. *in 3. p. S. Thom. q. 1. art. 3.* Thom. Bozius *dict. lib. 1. cap. 10. fol. 41. pag. 2.* Ergo in ipſo Adamo, ipſiuſque creätionis momènto exorta eſt Sacro-Suprema Poteſtas. Tum quià ſi ante ipſum alij peccaſſent Homines, poſſet Iure ſuo, & authoritatè Diuinitus tradita offerre pro eis Sacrificia, & Dona, quibus eòs expiaret; Vt *ſèq. dicemus quæſtionè.* Tùm, & quia ab illo ſubiectionis actu, quo ſe, ſuoſque obtulit Poſteros, naturali Iure, Supremam hanc Poteſtatem, mox debitam, & conceſſam à Domino eſſe. Boz *loc. cit.* affirmat id, præcipuè probans ex illo Eccleſiaſt. 13. *Deus creäuit de terra hominem, & ſecundum imaginem ſuam fecit illum, èt conuertit illum in ipſum, & ſecundum ſe veſtiuit illum virtute, numèrum dierum, & tempus dedit illi, & dedit illi Poteſtatem eorum, quæ ſunt ſuper terram, &c.* Ergo à primo Innocentiæ Status momento originèm habet Sacro Suprema Poteſtas. Plures alias conſiderationes in comprobationem adducit Thom. Boz. *præcitat. cap. 10. fol. 42. pag. 2. verſ. Iam verò Adamum fuiſſe.*

17 IV. Originem hanc in illo Statu probamus ex Apoſt. *Ad Roman. 5.* docènte: Adamum in illo Innocentiæ Statu typum, & figuram fuiſſe Domini Noſtri Ieſu Chriſ-

Christi: Quod etiam comprobatur nam sicut ex Adami latere fuit Eua formata, ut eius esset Sponsa, & coniux, *cap. Gaudemus, §. Verum, de Divort. Can. Nec illum otiosum 23. q. 5.* sic ex Christi latere èius Sponsa S. Mater Ecclesia efformata est, seu potiùs reformata, & ad perfectiorem gradum evecta. *Clem. 1. de Summ. Trinit. & Fide Cathol.* Confirmaturque nam illa breui morula, quà Adamus ante Euam fuit creàtus, quùm Ecclesiæ Vnitatem designaret, pèr eum omnino Christus rèpræsentabatur; hanc que repræsentationem, formatà Euà conservavit; nam quum Eua in illo Innocentiæ Statu Sanctam præsignaret Ecclesiam, mox Adamus eius fuit caput factus, ut èx Apost. 1. *Ad Corinth. 11. & ad Ephes. 5.* colligitur, & explicat Text. *in cap. Cum caput 23. quæst. 5.*

18 V. Denique probamus Conclusionem nostram communi Patrum, & Doctorum consensu, affirmantium initium habuisse in hoc Statu Veram Ecclesiam, Alber. Pighy. Dried. Hostien. Sanderus, Simianc. Medina, & alij, sequuti à Suar. *de Fide, disp. 9. sect. 2. num. 3.* Valentia *tom. 3. disp. 1. q. 1. punct. 7. q. 1.* Pineda *de Eccles. Monar. lib. 1.* Aluar. Pelag. Epiphan. Irenæ. & Nicephor. apud Suar. *l. c.* Quos non impugnare sententiam istam affirmat, & præcipuè formata iàm Eua; quià quum essent Duo, in quibus vèrificari poterat nomen: *Ecclesia*, quod collectiuum èst, & in Vno consistère nequit. Turrecrem. *in Summ. lib. 1. cap. 27.* Alens. *3. part. q. vltim. membr. 5. art. 2.* Abulèn. *Prolog. super Matth. q. 7.* Formatà iàm Eua in Statu Innocentiæ, erat Fidelium numèrus, qui posset Collectio, seu Congregatio dici; ergo & Ecclesia, *cap. Nullus, de Elect. iunctà Gloss. ibidem,* Ioan. Bapt. Fragoso *de Rep. Christiana, tom. 1. Introduct. Proœm. §. 2. num. 18.* & præ omnibus Nicolaus Sander. *de Visib. Monarchia, lib. 2. mox à princ. pag. mihi 198.* ibi: *Adam formatus est, 1. Ad Corinth. 11. Deinde cum ille obdormisset, costa ex eius latere sumptà in Mulierem ædificata èst. Gèn. 2. Adam verò statim ut evigilavit, ex soporè illo suo prophetauit de perpetuo nexu, qui futurus erat inter Virum, & Vxorem; quod magnum Sacramentum est in Christo, & Ecclesia. Ephes. 5. Fidèlis igitur Prophèta, & Ecclesiæ Christi prima origo in terris, Adam fuit. &c.* Moxque addit verba Sanc. Martial. *in Epist. ad Burdegalen.* scribentis: *Ex quo primus Homo cœpit, à Dèo formatus de limo, congregatio Filiorum Dei quæ iàm congregatur, in illo sæculo proclamabatur,* apertiusque loquèntem Epiphanium subinducit *lib. 1. contra Hæres.* ibi: *Sancta, & Catholica Ecclesia principium omnium est. Adam nouit Patrem Deum, & Filium, & Spiritum Sanctum; Propheta enim erat, neque circumcisionem habèns, nèque Simulacra colens, sed Christianismi formam ostendens;* ergo tunc etiam originem habuit hæc Suprema Potestas. Cõseq. probo, tum ex Text. *in Can. Hæc imago 13. 33. q. 5.* ibi: *Hæc imago Dei est in Homine, ut vnus factus sit quasi Dominus, èx quo cæteri oriantur; habens Imperium Dei, quasi Vicarius eius, &c.* At Vicariatus iste veri-

verificari non poſſet, niſi Sacro-Supremam Poteſtatem accepiſſet, quæ Filio Dei erat competitura: arg. Text. *in l. Filius, Decurio 7. iuncta l. Vicarius 13. ff de liberat. legat.* & concinit Text. *in §. Præterea 3. verſ. Cum autem quæritur, Inſtit. de Action.* Sbroz. *de Vicar. Epiſc. lib. 1. q. 1. n. 3.* Aluar. Pelag. *de Planctu Eccleſ. lib. 1. cap. 51.* Suar. *contra Reg. Angl. lib. 3. cap. 6. num. 4.* Ergò quum Vicarium Dei eius Imperium gerentem Adamum Auguſtinus appellat in illo Innocèntiæ Statu, Sacro Supremæ Poteſtatis Originẽ in illo ipſo Statu apertè cõprobat.

19 Noſque vlterius corroboramus, tàm cõcluſionem, quàm præiactas conſiderationes, deductaſque conſequentias, hac breui, efficaci tamen ratiocinatione. Sacèrdotium, Sacrificium, Eccleſia, & Sacro-Suprema Poteſtas ſunt correllatiua; & ità inter ſe connexa, ut unum abſque alio prædicari nequeat, Vnoque conceſſo, aliud nègari non poſsit, ut ex Apoſtolo *Ad Hebr. 7. & cap. Tranſlato, ae cõſtit.* docet Alphonſ. à Caſtro *aduerſus Hæreſes, lib. 10. verbo, Miſſa, Hærèſi* 2. Ergo ſi in Statu Innocentiæ originèm habuit Eccleſia, in illo etiam Statu originem ſuam adepta eſt Sacro Suprema Poteſtas.

## QVÆSTIO II.

### Vtrum ſi fœlix ille Innocentiæ Status perſeveraret, affutura eſſet Sacro-Suprema Poteſtas, & qualis?

1 LIcèt ad Tractatus intègritatem, neceſſaria omnino nõ ſit quæſtio hæc; maximè tamen conducit ad comprobationem præcedentis reſolutionis, quam ad Tractatum pertinère dubitabit nemo, ut iudicamus; Deſeruiet etiam præſentis quæſtionis diſquiſitio Operis ornatui, & Legentis diuerſioni, & leuamento. Vtque commodiùs utrumque aſſequamur, ſit?

## §. I.

### Qualis affuturus eſſet Homo quoad corpus, & animam, ſi fœlix ille Innocentiæ Status perſeveraret?

2 NVLLO apriori medio pèrcipiendam eſſe propoſitam difficultatẽ cenſemus, quàm explicatà Hominis Natura in illo Innocentiæ Statu, ei quoad corpus, & animam competente; quum namque Homo ſit Vniuerſæ Poteſtatis obiectũ, tàm actiuè, quam paſsiuè (ut alibi probamus) agnità eius necèſsitate, vel capacitate, mox agnoſcendum eſſe cẽſemus, an futura eſſet hæc Sacro Suprema Poteſtas, ſi fœlix ille Innocẽtiæ Status perſeueraret.

Lu-

3 Luculentam, & elegantiſsimam Hominis in Statu Innocentiæ deſcriptionem tradit S. Thom. *opuſc. 2. tract. 2. cap. 186.* verbis: *Homo in ſui conditione taliter inſtitutus fuit à Deo, ut corpus omnino eſſet animæ ſubiectum; rurſumque inter partes animæ, inferiores Vires rationi abſque repugnantia ſubijcerentur. Et ipſa ratio Hominis eſſet Deo ſubiecta. Ex hoc autem, quod corpus erat animæ ſubiectum, contingebat, quod nulla paſsio in Homine poſſet accidere, quæ Dominio animæ ſuper corpus rèpugnaret: Vnde nec mors, nec infirmitas in Homine locum habebat. Ex ſubiectione verò inferiorum Virium ad rationem, èrat in Homine omnimoda mentis tranquillitas; quià ratio humana nullis inordinatis paſsionibus turbatur. Ex hoc verò quod voluntas Hominis erat Deo ſubiecta; Homo referebat omnia in Deum, ſicut in vltimum finem, in quo eius Iuſtitia, & Innocentia conſiſtebat. Horum autem trium vltimum erat cauſa aliorum: non enim hoc erat ex natura corporis. Si eius componentia conſiderentur, quod in eo diſſolutio, ſiné quæcumque paſsio vitæ rèpugnans locum non haberet; quùm eſſet in contrarijs Elementis compoſitum. Similiter non erat ex natura animæ, quod Vires etiam ſenſibiles abſque repugnantia rationi ſubijcerentur, quùm Virès ſenſibiles naturaliter moueantur in ea, quæ ſunt delectabilia ſecundum ſenſum, quæ multoties rectæ rationi repugnant. Erat igitur hoc èx virtute ſuperiori, ſcilicet Dei, qui ſicut animam rationalem corpori coniunxit, omnem proportionem corporis, & corporearum virtutum, cuiuſmodi ſunt Vires ſenſibiles, tranſcendens, ità dedit Animæ rationali virtutem, ut ſupra conditionem corporis ipſum continere poſſet, & Vires ſenſibiles ſecundum quod rationali Animæ competebat. Vt igitur ratio inferiora ſub ſe contineret, oportebat, quod ipſa firmiter ſub Deo continèrentur, à quo prædictam virtutem habebat ſupra conditionem Naturæ. Fuit ergo Homo ſic inſtitutus, ut niſi ratio eius ſubduceretur à Deo, neque corpus eius ſubduci poterat à nutu Animæ, neque Vires ſenſibiles à reductione rationis; Vnde quædam immortalis vita, & impaſsibilis erat; quia ſcilicet nèc mori, nec pati poterat, ſi non peccaret. Peccare verò poterat voluntate eius nondum confirmata per adeptionem vltimi finis. Et ſub hoc euentu poterat mori, & pati.* Hucuſquè Angelicus Præceptor, ex cuius verbis, omnem Hominis in Statu Innocentię qualitatem percipiendam demonſtrabimus.

4 Ex èis namque. I. Conſtat in maxima corporis, & Animæ fœlicitate Hominem fuiſſe creätum; quod ipſum innuere voluerunt Concil. Arauſican. II. *Can.* 1. & Tridentin. *Seſſ. 5.* dècidentia primum Hominèm per peccatum in deterius mutatum fuiſſe ſecundum corpus, & Animam, amittendo nimirum immortalitatem; cæteraque Dona etiam ſupernaturalia, ab Angelico Doctore recenſita, & à Nobis ponderanda, & exponenda.

5 Infertur III. ex præallegatis verbis Iuſtitiam, originalem pèrfeciſſe Humanam Naturam ſecundum omnès ſuas partes; ſuperaddens omnibus illis perfectionem, quam Naturalia principia ſecun-

secundum se non præstarent, tollensque defectus, quos illa re inquerent; nam corpori tribuebat immortalitatem, & impassibilitatèm; passibilitatèm, & corruptibilitatem eius impedientes, Parti verò sensitiuæ omninò subordinabat rationi quoad omnes potèntias. Hacque subordinatione seruata, perpetua esset concordia inter ipsam partem sensitiuam, & rationem, intèr quas summa constitueretur pax; carnis rebellio cõtra Spiritum nulla agnosceretur. Alijs etiam fruèretur priuilegijs Rationalis Pars, quibus perfectè ad Deum ordinaretur, scilicèt intèl lectus illuminatione, voluntatis robore, & ratificatione; quibus Deum saltem, ut Authorem Naturæ super omnia perfectè diligèret, totamque naturalem legem obseruaret, ut rectè exponit Gonet. *dict. Tractat. 7. disp. 3. art. 3. in Corollar.*

6 Notandum tamen est, & ponderandum id, quod èx verbis S. Thomæ nuper adductis clarè elicitur. Omnia scilicet hæc non fuisse Homini naturalia, hoc est Hominis Naturæ, ratione suæ creätionis debita; sed gratuito Conditoris beneficio ei conlata esse, ut ex communi Sanctorum Patrum Sentèntia per singula discurrẽs probat Guillelm. Herincx. *in Summa Theolog. Scholast. & Moral. 1. p. disp. 6. q. 10. à num. 69. per aliquot seqq.*

7 IV. Ex præcitatis colligimus verbis, cunctas Perfectiones, quas Deus primo concèssit Parenti; ita concatenatas, & inter se connexas fuisse; ut inferiores ex superiori consequerentur, & ab èa in esse, fieri, & conseruari, penderent; itaut tandiù, & non amplius illæ permanerent in parte sensitiua, & in corpore, quandiù ista perseueraret in mente, & voluntate. Gonet. *in dict. Corollar. pag. mihi 215.*

8 V. Denique prædicto docèmur loco: Perfectionem Iustitiæ Originalis ex se non habuisse facultatem confirmandi volũtatem Hominis in bono, quia id peculiare est Visionis Beatificæ; sed relictum esse Homini liberum arbitrium in quèmcumque protendens actum, atque Bonum, & Malum specificare valens. Hincque Adamo accidit quod licèt de facili in bono perseuèrare posset, poterat etiam in malum deflectère, peccandoque omnia illa Priuilegia nupèr recensita pro se suisque Posteris à Deo concessa amittère, ut infœlix demonstrauit effectus, Gonet. *loc. cita.* cui addimus suffragantem Augustinum *lib. 14. de Ciuit. Dei, cap. 10.* dicèntem: *Quam fœlices èrant primi Homines, &c. tàm fœlix uniuersa societas esset humana; sinec illi malum, &c.* Nec quisquam ex eorum stirpe iniquitatem committeret, quæ damnationem reciperet: suadetque ratio, iuxta quam id magis congruit Viatorum libèrtati, seù statui viæ, ac meriti, ut notat Henr. Herinc. *dict. disp. 6. q. 11. num. 90.* ubi explicat Gregor. *lib. 4. Moral. cap. 36.* asserentem: *Si primum Parentem nulla peccati putrèdo corrumperet, nequaquam ex se filios gehennæ generaret; sed hi, qui nunc*

per

*per redemptionem saluandi sunt, soli ab illo electi nascerentur, &c.* Quæ quidem verba intelligenda esse ait sub hac distinctione: Aliud scilicet est electum esse, & aliud Iustitia confirmatum. Potuisseque proinde omnes esse electos, & tamen non nullos, aut etiam multos peccare; quorum tamen nullus in statu peccati persisteret, libero arbitrio gratiæ cooperante.

9 Conspirat etiam validior Doctorum pars affirmare: In illo statu Homines affore nascituros sine Scientia infusa, eamque proinde paulatim ipsos acquisituros, faciliori tamen studio, leuiorique applicatione, docendos, nihilominus, & instruendos ab alijs esse, nuper citati Authores probabilius affirmant.

## §. II.

## An illo Innocentiæ Statu permanente affutura esset Sacro-Suprema Potestas?

10 Affuturam esse Sacro-Supremam Potestatem, perseuerante Innocentiæ Statu, ex hucusque dictis liquido demonstratur. Vlteriusque probamus. I. Authoritate Francisc. Victoria *de Potest. Eccles. Relect. 1. q. 4. nu. 1. fol. 22. pag. 2.* Molin. *de Iust. & Iur. tom. 1. tract. 2. disp. 21. num. 1.* Quos, tantumodo (ex his in quos hucusque incidi) quæstionem attigisse repèri; hicque affirmare conueniunt affuturam esse Eccleſiasticam Potestatèm Supremam; si fœlix ille Innocentiæ Status perseuèraret: discrepant tamen in aliquibus circũstantijs, de quibus seq. differam §.

11 II. Autem probamus assertionem nostram hoc irrefragabili discursu: Si status ille pèrseueraret, affutura esset Respublica, omni perfectione, & ordine constans; sed perfectionem, & ordinem nequit habere Respublica, attento Naturæ lumine; nisi adsit Sacro-Suprema Potestas; Ergò si affutura esset temporalis Respublica, afforet quoque Sacro Suprema Potestas, conseq. ex præmissis sequitur, Maior. latè docent S. Thom. *1. p. q. 96. art. 3. & seqq.* Bellar. *de Laic. lib. 3. cap. 7. toto.* Besold. *in Præcognit. Polit. cap. 6. & synop. Doctrin. Polit. Præcognit. num. 40. & in dissertat. Philolog. An, & qualis futura esset Resp. in Innocentia Statu, præcipuè num. 6.* Minorem verò probat Thom. Boz. *dè Iure Status, siue de Iure Diuino, & Naturali Ecclesiast. Potest. & libert. lib. 1. cap. 12. pag. 61. & lib. 6. cap. 5. & toto.*

12 III. Perseuerante Innocentiæ Statu, esset Sacerdotium, & Sacrificium. Ledesm. *2. part. q. 19. art. 1.* Victoria *num. 1.* & alij sequuti à Card. Bellarm. *lib. 1. de Laic. cap. 7.* contra Sotum *in 4. dist. 20. q. 1. art. 2.* Henric. Henriq. *in Summa, lib. de Missa, cap. 1. & de Rom. Pontif. Claue, dict. lib. 1. cap. 2. §. 2. litter. O.* apertè docens, quod

licet in illo Statu, futura non essent Sacramenta, afforet tamèn Sacerdotium, & Sacrificium, *& lib. 4. cap. 6. §. 1. litter. L.* asserit; quod in illo statu præinstituèrentur Leges, & Ritus colendi Deũ, & sacrificandi, quod (docente Victoria sæpiùs allegato, & nouissimè Gerard. Ioan. Vosius *in Theolog. Gentil. tom. 1. lib. 1. cap. 1. mox à principio*) præsuponit affuturum quoq. in illo Statu Pontificem Summum pro Sacrificijs, rebusque Sacris. Idque demonstrat ex pluribus Henriq. *dict. lib. de Sacrifi. Miss. cap. 1. & de Rom. Pontifi. Claue lib. 4. cap. 6. §. 1. litter. L.* Sed omnia hæc præsupponunt, seu includunt, & præseferunt Sacro-Supremam Potestatèm. Ergo, &c.

13 IV. Denique: In illo Statu affuturus esset Magistratus Politicus, & profana Potestas. S. Thom. 1. *p. q. 96. art. 3. & 4* Bellarmin. *de Laic. dict. lib. 1. cap. 7.* Petr. Gregor. *de Rep. lib. 1. cap. 2.* & pluribus relatis Besold. *in dict. dissert. Philolog. mox à principio*, cui addo Gerard. Ioann. Vos. *tom. 6. suor. Oper. loc. de Magistrat. Politic. num. 25.* Ergo, & Vrgentiori ratione affutura esset Sacro Suprèma Potestas. Consequentia probo. Si Status ille perseueraret, Homines in spiritualii quiete degentes ab omni negociorum, & contractuũ strepitu subducti viverent, solumque Dei Cultum perpetuò exambirent. Hèinriq. *dict. cap. 6. §. 1. litt. G. H. & I.* cui addo Lactanct. Firmian. *Diuinar. Instit. lib. 1 cap. 5. & lib. 5. cap. 5.* Iacob. Salian. *Annal. Veter. Testam. tom. 1. Anno Mundi 1. die 7. num. 14. & aliquot seqq.* Vbi in comprobationem allegat August. *lib. 14. de Ciuit. Dei, cap. 10. & 17. & lib. 4. de Amiss. Gratiæ, cap. 81. & lib. 9. de Genes. ad litteram, cap. 19.* S. Bernardi *Serm. 35. in Cantica Canticor.* S. Gregor. *lib. 5. Dialog. in princ.* sed ad hoc magis confert Sacro Suprema Potestas, etiam nuda, & destituta, quam Sæcularis præpotens, & magnifica, ut latè probat Thom. Boz. *de Iur. Stat. lib. 4. cap. 11. pag. 381. & seqq.* Ergo si Sæcularis solum fere adornatum, & perfectionem Reip. instituenda à Deo erat, multo fortius fateri oportet instituendam esse Ecclesiasticam Potestatem: quia illa ad rectam Fidelium directionem, & perfectiorem Dei Cultum, opus erat, ut mox videbimus.

## §. III.

### Qualis affutura esset in Statu Innocentia Sacro-Suprema Potestas?

14 DIfficultatem hanc attigerunt Victoria *d. q. 4.* & Molina *dict. disp. 21. num. 5.* Resolvuntq; Potestatem Sacro Supremam, quæ (si fœlix ille conseruaretur status) affutura erat, non coërcitiuam, aut coäctiuam, sed directiuam, & gubernati-

notiuam tantum, affore ad id ſolum inductam, ut vitaretur rerum confuſio, & inordinatio deformis, utque eſſet decora Eccleſia, & Diuinus Cultus conformis. Eamdem ſententiam amplexus eſt Chriſtophorus Beſoldus *d. Diſſert. Philolog. num.* 5. docens: in illo ſtatu, affuturas non eſſe Leges coërcentes, ſed dirigèntes tantum, & ad bonum inducentes, & prouocantes.

15 Quorum doctrinam probamus communi Patrum, & Doctorum (quos *præcedenti §.* adducimus) conſenſu affirmantium, Adamum pro illo fœlicis Status breui tempore, quo in Paradiſo demoratus eſt Dono Iuſtitiæ cum Virtutibus concomitantibus plenum habuiſſe vigorem, quo omnèm poſſet tentationèm vincere, & per longiſsimum vitæ tempus in gratia perſeuerare, peccataque omnia vitare, tàm mortalia, quam vènialia, etiam collectiuè ſumpta, adduntque, quod perſeuerante illo fœlici ſtatu, omnes eumdem infuſum priuilegiorum habitum haberemus. S. Thom. 3. *p. q.* 61. *art.* 2. Richard. 1. *diſt.* 2. *q.* 2. Vbi etiam Duran. *eadem q.* 2. Palud. *q.* 3. ſequuti à Paulo Laimman. *in Summa tom.* 2. *lib.* 5. *Tract.* 1. *cap.* 3. *num.* 2. cui addo Henric. Henriq. *de Sacram. in genere, cap.* 5. *§.* 2. *litt. I. & de Rom. Pontifi. Claue, lib.* 4. *cap.* 6. *§.* 1. *litt. L.* Molin. *dict. diſp.* 21. *num.* 5. *mox à princip.* Marc. Serra. *in* 3. *p. S. Thom. q.* 2. *art.* 1. Ergo ad rectè, beatèque viuendum nulla afforet coäctiua Poteſtas; quia ad id neceſſaria non erat.

16 Conſequentiam probo, diſcurſumque corroboro: Homines in illo ſtatu eſſent omnino iuſti, quia ex habitu, ſeu deſtinato animi propoſito, iuxta facere, & velle perpetuo inſtructi eſſent, ut iam vidimus, ſed in hoc conſiſtit eſſentia Iuſti. Ariſt. 5. *Ethic.* 10. Ergo nulla eſſet coäctiua Poteſtas, illo perſeuerante ſtatu. Conſeq. probo ex Apoſt. 1. *Ad Timoth.* 1. ſcribentè: *Lex Iuſto non eſt poſita, ſed iniuſtis, & non ſubditis, impijs, & peccatoribus*; cuius verba in primo ſenſu ſic exponenda eſſe docent S. Auguſtin. *lib.* 1. *de Gratia Chriſti, contra Pelag. & lib.* 1. *Retract. cap.* 24. *& de Natura, & Gratia, cap.* 57. S. Ambroſ. *lib.* 3. *Officior. cap.* 5. Philo. Indæus *l.* 5. *Allegoriar.* Caſtro, Mèdices, Vega, Hoſius, & Socrates, ſequuti ab Henriq. *de Rom. Pontifi. Claue, lib.* 1. *cap.* 2. *§.* 3. *litter. S. pag.* 7. *col.* 2. Paleotus *in Paſtoral. Bononien. p.* 1. *cap.* 1. *verſ. Cuius quidèm*, & concinit Text. *in l. Proſpiciendum* 11. *ff. de pœnis.* Addoque ſingularem Tèxtum Apoſt. *Ad Roman.* 13. ſcribentis: *Vis autem non timere Poteſtatem? Bonum fac, & habebis laudem ex illa*; *Dei enim Miniſter eſt tibi in bonum.* Ex quo apertè demonſtratur nullam in Iuſtos vim nunc habère Poteſtatem; ſed ſolum contra iniuſtos animaduèrtere; Iuſtis autem præmia, & laudèm eſſe parata.

17 Sed in reſolutionem iſtam, èiuſquè comprobationes ſic inſtari poteſt: Si Innocèntiæ Statu permanente, nullam cogentèm vim habitura erat Sacra Suprema Poteſtas; ut quid ergo Poteſtas

hæc, quæ abſque coäctione inutilis evaderet; quùm potiſsima vis eius conſiſtat in iure præſtituendi, & inferendi delinquentibus pœnas, præcèdente cauſæ cognitione, legitimoque habito proceſſu? *L.3. ff. de Iuriſdict.* Franc. de Clapperis *de Imper. & Iuriſdict. concl.4. num.2. & ſeqq.* cui addimus ſuffragantem Textum *in l.1. ff. de Offic. eius cui, l. Solent.6. ff. de Offic. Proconſ. & Legati.* Chaſan. *in Conſuet. Burgundiæ, §.1. verbo, Haud Iuſticiar. num.5.* Loriot. *in Axiom. Iur. tit. de Iuriſdict. Axiom.2.*

18 Hanc præoccupauit inſtantiam Beſold. *in dict. diſſert. Philolog. num.5.* monendo, quod licet de naturà legis ſit coërcere, & punire *l.7. ff. de Legibus*, & in eo ſtatu nullæ affuturæ eſſent coërcitiuæ leges, eſſent tamen veræ, verique nominis leges; quùm pœna, & coërcitio actualis haud requiratur ad eſſentiam legis, ſed coërcitio in Poteſtate, ideſt, ut lex natura ſua ſit coërcitiua, & coërcere poſsit, ſuppetente matèria peccati coërtione digna. Quæ cum defutura fuiſſet in eo ſtatu, ideo per accidens tantùm, & ex eventu fuiſſent, in illo ſtatu lègès non coërcentes. Quod probari affirmat, ex quo lex præceptiua, & eventu aliter punitiua primis Parentibus, impoſità à Deo eſt. Quod autèm de legibus reſpondet Beſoldus ad Poteſtatem Sacro Supremam referendum eſſe facilè apparet, quũ Poteſtas legibus innitatur, & ipſæ à Poteſtate eſſentiam rècipiant. Ex dictis ergo euanet inſtantia, & quæſtio hæc reſoluta manet, & explicata, addere tamen libuit nonnulla profana teſtimonia hucuſque dicta, optimè comprobantia, quę dũ de aureo ſęculo loquũtur, Innocentiæ Statũ de pingũt.

19 Producendus in primis Cornel. Tacit. *lib.3. Annal.* dicens: *Vetuſtiſsimi Mortalium nulla mala libidine* (rectiùs innata Dorlean. reponit) *ſine probro, ſcelere, eoque ſine pœna, aut coërcionibus agebat, neque præmijs opus erat; quùm honeſta ſuopte ingeniò peterentur, & ubi nihil contra morem cuperènt, nihil per metum vetabantur, &c.* in cuius notis Ludouic. Dorleans. *pag. 566. col.1. num.4.* ſubdit: *Auctor fictitius belli Troiani ſub falſo nomine Cornelij Nepotis, hæc excquitur his vèriſsimis, & magno Vate non indignis:*

*Quin Vetus effluęret in Regnum mobile Mundus,*
*Terrarumq; notas Victrix detergeret vnda*
*Emerſit cum ſole fides; mox cætera dudum*
*Natta fugam Virtus terris offenſa profanis.*
*Iam Mũdo meliore redit: prudentia numquam*
*Velox, indulgèns piëtas patientia Victrix*
*Strenua ſimplicitas, hilaris pudor, ardor agendi*
*Sobrius, & nullo nutans conſtantia caſu.*
*Non vaga pax aderat, rerum concordia cuſtos,*
*Iuſtitiæ, Rectique tenor, ſine Iudicè ſtabant.*
*Viſuræ Populos, & Dèucalione Sorores,*
*Poſcebantque, Ducem.*

Ex

20 Ex quibus rectè infertur, quod si status ille integritatis, seu Innocentiæ (quod Profani *Sæculum Aureum* appellabant) perseuerasset, nullam affore cogentem vim, quia sæculo illo, nec litèm, nec controuersiam, nec arma extitisse; sed omnia placidè, & tranquillè per meram directionèm Iuris sine vi à Superioribus administrata fuisse, prodit. Ouid. 1. Fast. canens:

*Proq; metu Populum, sine vi pudor ipse regebat.*
*Nullus erat Iustis, reddere Iura labor.*

Rursusque 1. Metamorph.

*Aureâ prima sata est ætas, quæ Vindice nullo,*
*Sponte sua sine lege fidem, rectumq; colebat:*
*Pœna metusque aberant.*

21 Per peccatum ergo, & cum eo coactiua vis erupit, & in Mundo agnita est, atque introducta, ut scribit Tacitus, nuper allegatus, illic: *At postquam èx vi æqualitas, & pro Modestia, ac Pudore, Ambitio, & Vis incedebat, prouenere Dominationes, &c.* Vbi Dorleans *num.* 7. 8. & 9. cui addo Lactant. Firmian. *Diuin. Instit. lib.* 1. *cap.* 11. Besold. *in dict. Dissert. Philolog. num.* 13. ubi Goldastum adducit *de Maiorat. lib.* 3. *cap.* 8. *à princip.*

22 Et iuxta hanc intelligentiam, seu rèsolutionem nostram exponendum esse monemus. Ioan. Drièd. *in lib. de Libert. Christian.* docentem, neque Potestatem Iurisdictionis Spiritualis; neque Sæculare Imperium esse à Deo, Humanum genus instituente. Eum ideò inconsiderati nota Besold. inurit *in dict. Dissert. num.* 1. *circa finem*; Nos autem illum excusari posse arbitramur, intèlligèndo asserere voluisse: Deum ex primo Decreto Mundum in Statu Innocentiæ pèrmansurum, cõdidisse; quo perseuerante nullà opus èsset Potestate Spirituali, aut Temporali, prædita cogente vi. Sed propter peccatum vim coactiuam inductam esse ab ipso Deo; sed non à Mundi exordio; si autem expositionem hanc malè feriati admittèrè renuant, Besoldi censuræ se subscribant, vel euasionem aliam excogitent, eligant quod maluerint.

## QVÆSTIO III.

### An, & quando incœperit Sacro-Suprema Potestas in Statu Naturæ lapsæ?

1 PRIMARIAM Sacro-Supremæ Potestatis originem Diuinam fuisse, & Statui Innocentiæ adscribendam, iàm supra ostendimus, eamque qualem affuturam demonstrauimus, si fœlix ille perseuerasset status. Ast quià per peccatum fœlicitate illa Homo priuatus est; atque ex Sacro-Supremo Monarcha, infœlix reus effectus est. Sacro-Supremam Potestatem, quæ

tunc illi competebat, extinctam in eo fuiſſe, rectè ſequitur; quamuis ipſa per ſe, utpote à Deo proueniens, & in Chriſti Venturi meritis radicata, perire non potuèrit. Hinc ideò huius Poteſtatis originem quoad Homines iterum indagandam eſſe cenſemus. Et quidem mox, ut Innocentiæ Status interijt. Quæſtio ergò hæc non procedit de habituali Sacro-Supremæ Poteſtatis origine, ſed de actuali, quatenus ſcilicèt primo viſibiliter in Mũdo exerceri cœpit?

## §. I.

## Ecquis? quotuplex? quandonam incœperit? & quouſque perſeuerauerit Naturæ ſtatus?

2 DVplicitèr ſtatum Naturæ conſiderari poſſe monemus ex Suar. *de Legibus, lib.4.cap.2.* Roder. de Arriaga *in 1.2.S.Thom. tom.2.alias 4. diſp.18.ſect.2.ſub ſect.1.num.5.* & alijs communiter. I. Scilicet, prout de facto fuit, quia licet in eo Homines eleuati fuerint ad finem ſupernaturalem, & in hoc ſenſu fuerit ſtatus, & lex ſupernaturalis; dicitur tamèn Naturæ ſtatus, quia in eo non agnoſcuntur aliquę ſpeciales leges, præcepta, aut Sacramenta à Deo immediate inſtituta, à quibus ſtatus ille denominari queat. II. Autem poſſe conſiderari ſtatum hunc docènt præcitati Doctores, ut non eleuatæ Naturæ ad finem ſupernaturalem, ſed relictæ in illis, quæ ipſi ſunt connaturalia. De poſtremo hoc ſtatu plurima ipſi dixerunt, & omnes ferè Theologi *locis citatis.*

3 Iuxta hanc ergo duplicem ſtatuum conſiderationem, dupliciter etiam conſiderari Homo poteſt. I. In ordine ad dictamen luminis, ſiue rationis naturalis, purè ſumptæ, abſque illuminatione ſupernaturali Dei Authoris Gratiæ, & finis ſupernaturalis. II. Adiecta illa ſupernaturali illuminatione, & eleuatione ad finem ſupernaturalem. In qua quidem conſideratione Homo dè facto repertus fuit in ſtatu Naturæ. Salcedo *in Opuſc. S. Thom. de Regim. Princ. lib.1.cap.14. diſſert.17.num.243.* Suar. *de Relig. tom.1. tractat. de Simon. lib.4.cap.6.num.2.* Omnes autem præcitatæ diuiſiones, aliæque ab aliquibus excogitandę, deſumuntur ab vltimo Hominis fine duplicitèr conſiderato. Naturali Vno, & ſupernaturali altero; ad illum tèndit vi, & impulſu ipſius Naturæ: Ad hanc autem non niſi Diuina interueniente Gratia. S. Thom. *1.p.q.23.art.1. & 1.2.q.5.art.25. & q.62.art.13. & q.109.art.5.ad 13.* Caietan. *1.p. q.62.art.1.* Sot. *de Natur. & Grat. lib.1.cap.3. & in 4. Sentent. diſt.49. q.2.art.2.concluſ.3.* Vbi Scot. *q.3.* Suar. *de Gratia Dei, tom.1.Prolegom. 4.cap.1.num.10.*

4 Status ergo Naturæ incœpit

cœpit à primi hominis lapsu, ideſt ab admiſsione peccati, quo tranſgreſſus eſt Diuinum Preceptum; ſola etenim culpa hæc priuare eum potuit Innocentiæ Statu, in qua creätus fuerat. Suar. *in dict. Prolegom. 4. cap. 6. num. 1.* Perſeuerauit Naturæ ſtatus uſque ad Legem Scriptam his, qui Lege illa Moſaica tenebantur, alijs autem, qui ea non ligabantur uſque ad Legem Gratiæ, eiuſque ſufficientem promulgationem Naturę Legem perduraſſe ſupra monuimus, nuncque addimus Martin. Becan. *tom. 2. Opuſculor. lib. 1. Opuſcul. 11.*

## §. II.

### An cum ipſo Naturæ ſtatu incœperit exerceri Sacro-Suprema Poteſtas?

5 AFfirmatiuè reſoluendũ eſſe propoſitum dubiũ pluribus ſuademur. Ique ex Geneſ. 3. 9. ex cuius Sacri Textus littera docènt communiter Patres, & Expoſitores, mox ut primi peccauère Parentes, exercuiſſe in eos Dèum Sacro Supremam Poteſtatem; via ſiquidem Iuridica in eos procèſsit, à Citatione incipiendo, Reos ad defenſionem admittendo, & Partibus auditis legitimam ſententiam ferens. Baſil. *in Pſalm. 1.* Auguſtin. *tract. at. 49.* in Ioann. Chryſoſtom. *Homil. 19. in Geneſ.* & cum eis Pineda *in Monarch. Eccleſ. tom. 1. lib. 1. cap. 10. §. 1.* cui addo S. Ambroſ. *lib. de Paradiſ. cap. 14.* ibi: *Dicendo, ubi es? Non locum quærit, qui nouit arcanum; Voluit autem ſua miſericordia, nè indefenſus periret illum citare; nam citatio eſt à lure Diuino ad defenſionem introducta.* Addendique ſunt Paramus *de Orig. S. Inquiſit. lib. 1. tit. 2. cap. 1. num. 3. & ſeqq.* Cornel. à Lapide *in Geneſ. dict. cap. 3. verſ. 9. pag. mihi 72. col. 1.* & ante eum Peter. *in Geneſ. lib. 6. pag. mihi 664. & 666* ubi ex S. Auguſtin. *de Geneſ. ad litter. lib. 11. cap. 3.* probat in Iudicio hoc Humano modo tunc Deum exercuiſſe Sacro-Supremam Poteſtatem; noluiſſeque ideò in turbine, nube, aut per Angelos, ſed per Creäturas loqui. Salian. *Annal. Veter. Teſtam. tom. 1. Ann. 1. die xiij. nu. 35.* eumdem allegans Auguſtin. *ibidem, & lib. 15. de Ciuit. Dei, cap. 7.* expreſsiuſque omnibus Caietan. *in præcitat. cap. 3. Geneſ. verſ. 9.* dicens: *Quamuis Deus certiſsimè noſſet, quod Adam peccauerat, & ubi tunc erat; Iudiciario tamen ordine procedere volens, tamquam Iudicium habens à loco occultationis, tamquam loco accuſante, citat Adam interrogando: Vbi Tu? Vt ex ipſo loco incipiat conuinci ad confitendũ peccatũ ſuum, &c.* Eleganterque ſcripſit Lucifer. Calaritan. *contra Conſtantium pro S. Athanaſ. lib. 1. in princ.* dicens: *Quomodo arbitraris Diuinitus permiſſum puniri inauditos, quando videas Adam, & Euam Principes noſtri Generis auditos, ſententia Dei per-*

*percussos, &c.* Plura in comprobationem aggeri possunt èx Chrysostom. *Homil.* 42. *in Genes.* Theodoret. *Epist.* 119. Gregor. Magn. *lib.* 19. *Moral. cap.* 23. Nosque ipsi latius prosequemur *Tract.* 3. *q.* 1. Vbi etiam probabimus: Iudicium hoc Ecclesiasticum, supremumque fuisse, ergo ab ipsa Natura lapsa Sacro- Suprema Potestas actualis incœpit, quam in se ipso namquam principali fundamento tsolidari, Dominum voluisse, liquidò apparet; vt in ęternum perseuèraret; hoc est usque ad Mundi ultimum finem.

6 Diffinitiua sententia à Deo in Adamum, & Posteros eius prolata, ipsoque à Paradiso expulso, in exiliumque ad excolendum agros in admissi pèccati pœnam misso, Veniam à Clementissimo Domino Adamus impetrare cupiens in Sãguine Mediatoris Dei, & Hominum Christi D. N. in Ara Crucis offerend i sub Fide contenti, quam ipse à principio acquisierat; cruẽta Sacrificia, quibus Christi Passio significaretur, Hominum peccata delerentur, & Deus ipsis reconciliaretur, instituit Chrysostom. *in* 4. *Genes.* Casian. *collat.* 8. *cap.* 23. S. Thom. 2. 2. *q.* 85. *art.* 1. *&* 2. Boz. *de Iur. Stat. siue de Iure Diuino, & Naturali, Eccles. Libert. & Potestat. lib.* 1. *cap.* 10. *fol.* 43. *pag.* 1. *vers. Tertium tempus*, coniecturam hanc corroborans, ex quo legitur Cain, & Abel, Deo Sacrificia obtulisse; hocque non nisi à Patre discere potuisse, vel didicisse legi, additque cũctos Patres, ac Theologos velle ijs Sacrificijs, tunc ab Adamo institutis, significatum fuisse Christi Sacrificium, ob quod Adamum seruatum esse omnes credunt.

7 Confirmaturque ex Perer. *in Genes. lib.* 7. *pag. mihi* 770. *vers. Illud fortasse*; qui opinione hàc solidissimè firmata, instantiam præoccupat alicui fortè occurrendam: Ec cur scilicet Scriptura Sacra silentio præterijt Adami Sacrificia, quum Caini, & Abelis recensere non omiserit Sacrificia? Respondens. I. Quod quùm in Adami Sacrificijs nihil mirabile acciderit, tamquam in Caini, & Abelis Sacrificijs, recensenda ideo necessarium non duxisse Sacrum Historiastenu. II. Quod cum Adamus fuisset origo peccati, indecẽs, aut in conueniens visum fuit, ut in eodem ostenderetur origo Religionis, ac Sanctitatis, in quo totius Generis Humani ruina originem sumpserat; ideoque potiori Iure memoranda esse censet Abelis Sacrificia, qui primus omnium mortalium iustus, & innocẽs post peccatum repertus est. Quod ipsum ante Pererium differtissimis docuit verbis S. Thom. *dict. q.* 85. *art.* 2. probans èx S. Gregor. *lib.* 4. *Moral. cap.* 2.

8 Et quamuis nonnulli PP. refragari videãtur; volentes Abelum lumine tantùm Náturæ ductum Sacrificia obtulisse, doctè Becanus *de Triplic. Sacrif. cap.* 1. *nu.* 3. cui accinit Hieron. Salced. *dict. differt.* 17. *num.* 243. *&* 244. docens ex S. Thom. 1. 2. *q.* 103. *art.* 1. lumine tantùm Naturæ hæc Sacrificia institui potuisse. Verior tamen

men opinio ſubſtinet: Cainum, & Abelum à Patre edoctos eſſe, Vni, Trinoque Deo Sacrificia offerrè in expiationem peccatorum. Salian. *Annal. Veter. Teſtam. tom.* 1. *Anno Mundi* 100. *num.* 3.

9 Ex quibus ſic ſolidè ſtabilitis manifeſta probatio reſultat Originis Sacro-Suprèmæ Poteſtatis in illo Naturæ lapſæ ſtatus initio; in cuius comprobatione diutius immorari otioſum iudicauimus, nàm èam, quàm ab ipſo Deo immediatè accepit originem Poteſtas hæc, in Adamo mox continuatam eſſe vidimus in eaque ex omnibus nobiliori parte reſidere agnoſcimus, quæ ad hanc Poteſtatem pertinere noſcuntur: inſtitutionem nimirum Sacrificiorum, & Oblationum, quibus peccata expiarentur, & Homines ſuo reconciliarentur Creàtori.

10 An autèm Origo hæc eſſet di judicãda abſolutè Diuina? An vero Humana aliquo modo reputari poſſet, longiorem expoſcèbat Diſputationem, quã Tractatus anguſtia permittit. Vide Franc. Victoriam *de Poteſt. Eccleſ. Relect.* 1. *q.* 4. *num.* 3. *& Relect.* 2. *q.* 1. *num.* 2. Molin. *de Iuſt. & Iur. tom.* 1. *tract.* 2. *diſp.* 21. *num.* 7. Suar. *de Legib. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 4. *& contra Reg. Angl. lib.* 3 *cap.* 9. *num.* 4. Iacob. Salian. *Annal. Veter. Teſtam. tom.* 1. *Anno Mundi* 2. *nu.* 11. Alvar. Pelag. *de Planctu Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 51. *pag.* 42. *col.* 3. *& cap.* 64. Salas. *de Lègib. diſp.* 18. *ſect.* 2. Roder. Arriaga *in* 1. 2. *S. Thom. tom.* 2. *aliàs* 4. *Curſ. Theolog. Tractat. de Legib. diſp.* 18. *ſect.* 2. *ſub ſect.* 1. *à num.* 6. latè quæſtionem diſcutientès.

11 Ne tamen huc appellentes omnino ieiuni legentes ſecedere dicantur, reſoluendum eſt, quod Sacro-Supremæ Poteſtatis origò in ſe conſiderata, & rigoroſè inſpecta Diuina di judicanda abſolutè eſt, quia ab ipſo Deo initium accepit, ut vidimus. Si verò Poteſtatem hanc conſideremus, prout eam in illo ſtatu Patriarchæ exercuerunt, licet Diuinam quoque originem habuiſſe communior ſubſtineat opinio apud laudatos Authores; non tamen rigoroſè; hoc eſt per Diuinam inſtitutionem, vel rèuelationem, ſed media infuſione ipſius luminis ſupernaturalis; quia ex illo ſupernaturaliter ſequitur ſine alia poſitiua determinatione, qua opus non erat in illa Legè: quia lumine Naturæ iuncta præuia Traditione apud omnes ſtabilita, ſufficientia motiua, & argumenta Homines habebant, quibus facilè inclinarentur credere Vni verò Dèo Cultum eſſe referendum, Miniſtros ad id deputandos, Legeſque ad Cultum ſtatuendas, ex adductis à Gerard. Ioann. Voſic. *in Theolog. Gentil. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 2. *pag.* 10. *& ſeqq.* Vnde quam plures iudicant Poteſtatem hanc per ſe primo fuiſſe in communitate perfectam, ab illaque, arbitrio, & traditionè Humana interueniente, alicui, vel aliquibus collatam eſſe perſonis.

12 Hæc, quæ obſcuritati ſubiacerè, merito videbuntur, clariora reddemus, èxpoſitione Hèric.

ric. Henriq. *in Summa, lib.* 1. *cap.* 5. § 8. *litt. S.* docentis in Lege Naturæ fuiſſe Sacerdotem electum abſque præcepto, & Conſecratione, qui ſponte ſacrificabat; quia videlicèt non erat immediatè à Deo inſtitutum Sacerdotium, aut Sacrificium; imò nequè præcepta aliqua poſitiua pro omnibus generaliter ſcripta; adducitque in comprobationem S. Anaclet. Papam, & S. Thom. *3. p. q.* 60. *art.* 5. *ad* 3. *& q.* 61. *art.* 3. *ad* 2. *& q.* 70. *art.* 2. *ad* 1. *& 1. 2. q.* 100. *art.* 2. Salced. *in Comment. ad Opuſc. de Regim. Princip. lib.* 1. *cap.* 14. *diſſert.* 17. *num.* 245. Fauetque Apoſt. *Ad Roman.* 13. & Gloſſ. *in cap. Firmiter, §. Hæc Sancta Trinitas, de Sum. Trinit. & Fid. Cathol.*

## QVÆSTIO IV.

### An, & qualis fuerit Sacro-Supremæ Poteſtatis Origo in Lege Scripta?

1 SVPPONIMVS nunc (ex S. Thom. *Lect.* 2. *&* 3. *in Epiſt. ad Galatas, cap.* 1. Bèllarm. *de Roman. Pontif. lib.* 4. *cap.* 17. Victoria *dict. Relect.* 2. *q.* 4. *num.* 6. Salmeron. *in Euangel. tom.* 4. *part.* 3. *tract.* 12. Suar. *de Legib. lib.* 4. *cap.* 2. Salas. *eodem tractat. diſp.* 18. *ſect.* 2. Arriaga *ibidem diſp.* 18. *ſect.* 2. *ſub ſect.* 2. *num.* 13.) latiùs èx alijs quam plurimis *Tract.* 3. probaturi, in Lège Scripta fuiſſè Sacro-Supremam Poteſtatem. In quam ſententiã omnes ferè conſpirant Sacri Interprètès, & DD. Theologi, licet diuerſi ſint in aſſignando ſubiecto, cui eã competeret, vel penès quod reſideret, de quorum diſsidio alibi differam, nunc autem Originem tantumodo inueſtigandam ſuſcipimus, eãque radicitùs examinarè curabimus; tum quia nedùm Politici, èt Hetorodoxi; ſed Orthodoxi quam plurimi èx Priſcis Hæbrèorum moribus, & ſingularibus ſancitis argumenta dijudicandis controuerſijs ſumunt. II. Quia in Lège Scripta, & præcipuè in Libro Exodi, omnia noſtræ Eccleſiæ Sacramenta adumbrata ſunt, expreſſaque reperiuntur. III. Quia idem eſt in Eccleſia Catholica Papa, quod in Veteri Teſtamento Summus Sacèrdos. Id nunc Epiſcopi, quod tunc Pontifices; Idque apud Nos Presbyteri, quod apud illos Minores Sacerdotes: Id denique Læuitę, quod Diaconi noſtri. Damaſcen. *Epiſt.* 3. *de Cor-Epiſcop.* Hieron. *Epiſt.* 85. *ad Euagr.* Leo. I. *Epiſt.* 88. *ad Epiſc. Gall. & German.* Concil. Hiſpalen. II. *Can.* 7. Alijque grauiſsimi Patres, ſequuti à Bellarm. *de Cleric. in Præfat. cap.* 14. Martin Bècan. *in Prolu ſione ad Analog. Nou. & Veter. Teſtam.* addens, quod pro Synagoga ſubrogata eſt Eccleſia, noſtramque Sacro-Supremam Poteſtatem in locum eius, quæ tunc vigèbat, ſucceſiſſe. Thom. Boz. *de Iur. Stat. ſuè de Iure Diuino, & Naturali Eccleſ. Libert. & Poteſt. lib.* 3. *cap.* 6. *toto, & præcipuè*

*puè pag.* 281. *vers. Secundo quantum ad Poteſtatem*, ubi docèt: *Quantum ad Poteſtatem, & Dignitatem Eccleſiaſticorum non correctam, ſed ampliſicatam eſſe Legem Scriptam.*

## §. I.

## Quandonam Legis Scriptæ ſtatus incœperit, & quouſque perſeveraverit?

2 DIXIMVS iàm à principio, Lègis Scriptæ ſtatum initium habuiſſe à Moyſe, quod ipſum nunc repetimus; altius tamèn illud inquirendo.

3 Diſperſis per Vniuerſum Orbem Gentibus, prævidens D.O.M. afforè, ut illæ à ſupernaturali directione lumen disiungerent naturale, ac proptèrèa maximè obſcurarentur, & in errorum caliginem miſerrimè præcipitarentur, ipſaſque tàm à rerum Diuinarum Veritate, quàm à moribus lumine naturali notis, longiſſimè abertraturas (mortuo præcipuè Semo) paulò poſt Noëmi obitum, Dominus ipſè Habrahamum ex Hur Chaldeörum euocavit, eum poſtèritatèmque ſuam eligens, ut ex ipſa Chriſtus naſceretur, ac ſupernaturalium Veritas in eä conſeruaretur, ut latius *Tract.* 3. dicemus, fuſiuſquè explicabimus.

4 Verùm quum Abrahami Familia, & Progenies in Ægypto conſediſſet, ac ſummoperè aucta illius Principes non modo proprię Genti, ſed toti propè Orbi ob ſupernalium ſcientiam pręſiderent, aliquibus defluxis à morte Ioſephi annis, maxima eſt in ſtirpem illam ab Ægyptio Rège Pharaöne commota tempeſtas, quæ ad internetionem, ſeu extinctionem Hebræörum deducta eſt, orta à timore, quo Ægyptij affecti ſunt magnum illorum incrementum penſiculantes.

5 Vt ergo Familiam Habrahami, quæ in numèroſum excreuerat Populum, Pharaö extingueret, nulli pepercit afflictionis generi, pluresque excogitauit oppreſsionum ſpecies, à quibus miſericors Deus Populum illum liberare volens, Moyſèm libertatis Ducem elegit, virgam ei concedens, cui elementa, ac naturalia omnia, temporaliaque obedirent, ut *toto Exodi Libro* latiſsimè exponitur.

6 In Virga illa Chriſtum D. præſignatum, ac Suprèmam eius Poteſtatèm expreſſam, cuncti atteſtantur PP. Iren. *lib. 3. adverſ. Hæreſ. cap.* 29. Ambroſ. *lib. de Salom. & lib. 3. de Officijs, cap.* 14. Auguſt. *Serm.* 86. *de tempor.* Gregor. Nyſſen. *in lib. de Vita Moyſ.* Grègor. Magn. Proſper. Beda, & alij ſequuti à Thom. Boz. *de Iur. Stat. ſiue de Iure Naturali, & Diuino Eccleſ. Poteſt. & Liber. lib.* 1. *cap.* 10. *vers.*

*uers. Quintum tempus, fol. 47. pag. 2.*

7 Licet autem ab eo tempore, quo Miraculosæ Virgæ traditionè Moyses fuit Summus Pōtifex quadraginta illis annis, quos in Desertis Populus consumsit Exod. 16. 35. cum in Diuinis, & Humanis gubernans. Exod. 18. 15. iuncto Augustin. *q.* 67. & Cornel. à Lap. *eodem uers.* 15. Selden. *de Succeſſ. Hebræor. ad Pōtif. lib.* 1. *cap.* 1. ubi pluribus Rabbinorum tèstimonijs adductis, probat Moysem omni Peregrinationis temporè Summum gesisse Pontificatum. Castillo *de Veſt. Aaron. uerſ.* 1. *q.* 1. *litterali. num.* 5. Adhuc tamèn Naturæ status perseuerabat; nam Moyses naturalibus præceptis gubernabat, propriaque, & aliorum industria utèbatur. Exod. 13. *& ſeqq.*

8 Hèbræis Habrahami posteritati finitus est Naturæ status, & Lex Scripta incœpta quadraginta annis ab ingressu Iseaël iam èlapsis, antequam terram à Deo promissam ingrederentur. Exod. 28. 15. *& ſeqq.* Firmo permanènte Naturæ statu, alijs Gèntibus, & Nationibus, quæ Abrahami Progenies non erat, ut iam supra monuimus. Quam èrgo ab hac Legè status denominationèm, èt essentiam accèpèrit ab illius initio, istius exordium numèrandum esse rectè infertur quumque in eius assignatione nulla subesse possit difficultas, amplius in èa immorari non decreui.

9 Difficultas ergo est inquirendo: Quando nam Legis Scriptę status desierit, seu finitus fuerit? Dissident namque DD. maximèque distāt eorum opiniones; alij namque antè Christi Passionem, saltem quoad præcipuam eius partèm, Circumcisionèm scilicet, cessasse affirmant Scot. *in* 4. *dist.* 3. *q.* 4. *§. Quantum ergo.* Gabr. *dist.* 1. *q.* 4. *art.* 3. Rada *p.* 2. *controu. ultim. art.* 2. & communitèr Scotistæ. Alij verò è conuerso asserunt Legem Veterèm cum omnibus præceptis suis iudicialibus, & ceremonialibus, ab ea obligandi vim sortièntibus post Christi Domini Passionem, tamquam omnino mortuam cessasse. Hāc aperte docuerunt SS. PP. Hieron. *Epist.* 89. qui in August. accerrimè inuehitur, quia cōtrarium scripsisse iudicauit. Ast August. suam mentèm exponens idem omninò confirmat *Epist.* 19. Hieron. rescribens, & *lib.* 19. *contra Faust. cap.* 13. *& tract.* 41. *in Ioannem, q.* 23. *nu.* 41. eamque defendunt communiter Canonistæ *in cap. Maiores, de Baptism. & in Can. Quidam autem* 24. *quæſt.* 3. ubi præcipuè Turrecrem. Albert. *de Hæretic. de errore* 4. *Iudæor. num.* 17. *tom.* 5. *Repetit. Canonic.* Paludan. *de Poteſt. Papæ, q.* 6. *art.* 5. in comprobationem allegans *l. fin. §. Sin autem, C. de Iur. deliber.* ubi Iustinian. novum adhibens remedium mèticulosis in adeunda hæreditate illum cum veteri incompatibilem esse declarauit his verbis: *Et sibi imputèt, qui pro nouo beneficio, uetus elegit grauamen, &c.* Similiter ergo quum Dominus nostèr post Passionem suam Novæ Legis beneficium ad salutèm

Ho-

Hominibus reliquerit, veteris vſum meritò abſtulit; ut hàc nouà cum vtilitate perfruantur. Theologis etiam eſt communis hæc opinio ex Magiſt. Sent. *in* 4. *diſt.* 3. *litter. K.* vbi Albert. Magn. *art.* 6. Adrian. *q.* 1. *de Baptiſmo, §. Quoad* 1. Alex. de Ales 3. *p. q.* 55. *memb.* 5. *art.* 3. *in corpore.* S. Thom. 1. 2. *q.* 103 *art.* 2. *ad* 2. *& 3. p. q.* 37. *art.* 1. *ad* 1. *& in* 4. *diſt.* 3. *art.* 5. *quæſt.* 3. Vbi etiam S. Bonauent. *q.* 2. Richard. *diſt.* 1. *art.* 6. *q.* 4. *§. Quantum ad* 3. Capreol. *diſt.* 2. *q.* 3 *cõcluſ.* 1. *& ad.* 1. *Scoti contra* 1. *concluſ.* Ioan. Maior. *diſt.* 3. *q.* 5 Henric. Gorichem *diſt.* 4. *litt. K.* Duran. *diſt.* 1. *quæſt.* 9. Ledeſm. 1. *part. quæſt.* 7. *art.* 2. Suar. *de Legib. lib.* 9. *cap.* 12. *num.* 4. Vaſq. *in* 1. 2. *diſp.* 180. *cap.* 5. *num.* 40. Sot. *de Iuſt. & Iur. lib.* 2. *q.* 5. *art.* 4. & plurimi Recentiores in præcitatis S. Thom. & Magiſtr. Sentent. locis, libenter omiſsi. Quorum fundamenta apud ipſum videnda relinquimus, nè ultra metam proſileãmus.

10 Ex hac tamen adeò implexa contentione claram eliciendo concluſionem, perſpicuamque reſolutionẽ, aſſerimus; Legem Veterem in Morte Chriſti omnino ceſſaſſe, tum quoad obligationem, tum quoad vim deducendi in vitam æternam, quæcumque illa fuerit per ſe loquendo. Addimus tamen, non improbabiliter credi poſſe Diuinam quãdam interceſiſſe diſpenſationem, ut Hebræi circumciſione, & Gentes remedio Legis Naturæ vterentur, uſque ad ſufficientem Euangelij promulgationẽ, eoque ſtabilito, tam Legem Naturalem, quam Scriptam omnino ceſſaſſe, affirmandum eſſe cenſemus.

11 Aſſertio hac duas habet partes, quarum primam conformem eſſe opinioni Magiſtri Sententiarum S. Thomæ, & aliorum, quos pro ſecunda opinionè nuper adduximus, perſpicuum eſt. II. Autèm pars liquet ex S. S. Conc. Trident. *Seſſ.* 6. *cap.* 4. ubi de tranſlatione ad ſtatum Gratiæ per Baptiſmum loquens, ait: *Quæ quidem tranſlatio poſt Euangelium promulgatum, ſine lauacro Regenerationis, aut eius voto fieri non poteſt.* Vbi notari monemus verba illa: *Poſt Euangelium promulgatum*, quaſi Concilium ſignifica revelit ante ſufficientem Euangelij promulgationem, Puërorum iuſtificationem ſine Baptiſmi lauacro, ſiue in re, ſiue in voto validam eſſe potuiſſe. Quod ipſum late confirmat S. Bernard. *Epiſt.* 77. indicauitq; S. Thom. *in* 4. *diſt.* 3. *q.* 1. *art.* 5. *quæſt.* 3. ubi de Baptiſmo, ait: *Poſt Paſsionem obligationis fuit, quando Circumciſio mortua fuit, quantum ad omnes, ad quos inſtitutio potuit peruenire.* Docent Sot. Capreol. & Medina, ſequuti à Salas *de Lèg. diſp.* 29. *ſect.* 2. *num.* 25. *& ſeqq.*

12 Vtramque aſſertionis partem docent Bellarm. *lib.* 1. *de Sacram. Baptiſmi, cap.* 1. *concluſ.* 3. *& 4.* docens: in Morte Chriſti Veterem Legem omnino ceſſaſſe, & Circumciſionem ſecundum ſe, & ex Legis Gratię vi, ſuam amiſiſſe; Verum ob eius ignorantiam Iudæos adhuc obligatos manere potuiſſe vſque ad publicã Euangeli-

promulgationèm in die Pentecostes factam. Idem etiam sentiunt Valent. *tom. 2. disp. 7. q. 7. punct. 7. & q. 8. punct. 1.* addèns: *Id circo Lex Noua statim post Christi Mortem, Veteri antiquatæ, obligare cœpit eos, qui per promulgationem à Christo D. factam, sufficientem illius habuere notitiam.* Addendus est Vasq. *1. 2. disp. 181. cap. 2.* & præomnibus videndus est Francisc. Valente *in concord. Iur. Pontif. cum Sac. Theolog. tom. 1. tit. 2. disp. 2. q. 4. sect. 7. tot.*

13 Concludendum ergo est (iuxta nuper tradita) statum Legis Scriptæ, eiusque Potestatem vsque ad Christi Mortem valide, & rigorosè subsitisse, ut latè probat Valente *dict. sect. 7. num. 4.* & post eius mortèm dispènsatiuè, atque ex Diuina indulgètia usque ad sufficiètem Euangelij promulgationem toleratam, ut Author ipse *loc. citat.* demonstrat *num. 9. & seqq.* Post sufficientem autem Euangelij promulgationem Legem Veterem, nedùm cessasse, èt mortuam esse, sed mortiferam quoque redditam, ut idem Valente ex pluribus demonstrat *d. sect. 7. num. 10. & sect. 8. per tot.* apud quem SS. Hieronymi, & Augustini dissertationem circa quæstionèm hanc, optimè expositam, & definitionem Concilij Florentini, & dissidentes PP. atque DD. conciliatos videndos remittimus.

## §. II.

## An Sacro-Supremæ Potestatis Origo in Lege Scripta omninò Diuina fuerit?

14 RADICITVS quæstionem èxaminare promisimus, & ideò difficultatem istam suscitamus; si namque eam leuissimè lustrare animus esset, Sacro-Supremæ Potestatis Originèm plenè Diuinam affirmare absque nota possemus, dissimulantes arduam hanc, quam aggrèdimur quæstionem necessario examinandam ad resolutionem secundæ partis dubij propositi; Antequam tamẽ sententiam nostram depromamus, aliqua pro more nostro præfanda esse cènsuimus, et.

15 I. Id quod latius alibi prosequemur, scilicet Ius Diuinum dupliciter accipi posse Couar. *lib. 1. var. cap. 17. & Practic. cap. 31. num. 1.* Salmer. *in Acta Apost. tractat. 61.* I. Latè prout Legès comprèhendit Ecclesiasticas, quæ Diuinæ ideò appellantur, quia à Ministris conditæ sunt, qui à Deo ad id Potestatèm acceperunt, quorum authoritas licet Humana simpliciter sit, Diuina tamen dicitur, quatènus Ciuili opponitur. Hanc acceptionem dèsumunt communiter ex Text. *in cap. Cum in diuersis de Priuil. in 6.* ibi: *Vigèat studium Iuris Diuini, & Humani, Canonici videlicet, èt Ciuilis,* & comproba-

mus

mus ex S. Leòn. *Epist. 85. cap. 2.* relata ab Iuone *5. parte Decreti. cap.* 106. Anaclet. *Epist.* 1. Basil. *in Règ. Breuior. interrogat.* 139. Ambros. *lib.* 8. *Epist.* 66. Athanas. *Epist. ad omnes Orthodox. tom. 2. in princip.* Cyprian. *Serm. 5. de Laps.* Nazianzen. *ad Celeus. Epist.* 71. Petr. Cluniacen. S. Bernardo Sincronus *lib. 3. Epist.* 28. *incip. Pro meritis aliàs lib.* 1. *Epist.* 28.

16 Alio modo Ius Diuinum sumitur, presse, & rigorose, ut significat illud, quod Diuinæ nititur authoritati, & à Deo præcipitur, vel immediate, vel medijs Ministris, Hominibus, aut Angelis nam Ius Ecclesiasticum, etiam si authoritati Diuinitus collatæ nitatur, & instinctu, ac illustratione Diuina spiritus feratur, iuxta illud *Act.* 15. *Visum est Spiritui Sancto, & Nobis*, & cum sexcentis alijs: à Potestate tamen, & Authoritate simpliciter, & absolute Humana sancitur. In quo quidem assignando discrimine, vtriusque Scholæ consspirant Antesignani, & Assecla S. Thom. *Quodlibet.* 4. *art.* 12. *ad* 1. ibi: *Apostolus dupliciter in doctrina sua aliquid proposuit: Quædam quidem sicut promulgans Ius Diuinum; sicut illud, quod habetur ad Galat. 5. Si circumcidimini, Christus Vobis nihil proderit*, &c. *Quædam verò sicut propria authoritatè aliqua statuens: Nam ipse dicit.* 1. *ad Corinth.* 11. *Cætera cum venero disponam, &c.* Scotus vero *in* 4. *distinct.* 17. *q.* 1. *art.* 1. sic ait: *Apostoli publicantes Præceptum Domini in Scripturis suis, utebantur modo loquendi, per quod potèrat innotescere, quod erant Præconès Christi, ut quando* 1. *Corinth.* 7. *producendo Præceptum Domini de dimittenda Vxore, præcipio non Ego, sed Dominus. Quando autem vult facere propriam persuasionem, ut de cohabitatione conversi ad Fidem cum sua Vxore infideli, vel è converso, quia hoc licèt sit sine contumelia Christi, non tamen est necessarium, ait Dico ègo, non Dominus*, &c.

17 II. Procul abijciendus est error quam plurium Hæreticorum asserentium Legem Veterem dattam fuisse à malo Deo; ex eorum etenim assertione duo intolerabilia deducuntur. I. Duo esse principia, seu duos Deos, Vnum Bonum, Alterum Malum. II. Legem illam pessimam fuisse, utpote à Malo Deo præscriptam. Primus huius hæresis Author fuit Simon Magus, teste Clemente Roman. *lib.* 6. *Constitut. Apost. cap.* 7. *& cap.* 10. Eum sequuti sunt Cerdo, Marcio, & Valetinus, Epiphan. *Hæresi.* 21. *& 66.* Carpo-Gratianos, Marcionistas, Casanos, & Manichæos, eumdem amplexos esse errorem, docet August. *lib. de Hæresi, Hæres.* 7. 18. 21. *& 46.* Manichæos maxime eum dilatasse subdens, quibus ideò Hieron. illum eis attribuit *in præfat. Epist. ad Tit.* contra eosque late disputat Augustin. *lib.* 2. *contra Faust.* & multis alijs in locis Alphons. à Castro *lib. 9. adversus Hæreses, verbo, Lex, Hæresi.* 2. Petr. Cluniacen. *in Epist. contra Petribrusianos.* Bellarm. *lib.* 1. *de Verb. Dei, cap. 5.* ubi eamdem Hæresim Basilidianis, & alijs prędictis accenset, atque ex aliqua Parte Ptolomeo cuidam, de quo

Epiphani *Hæres. 33.* Bogomilis autem errorem istum adscribit, Euthimius *in Panopl. 2. p. tit. 23. cap. 1. & 10.* & tandem Albigenses in hanc incidisse Hæresim refert S. Antoninus *p. 4. tit. 11. cap. 7. §. 5.*

18 Denique contra horum deliramenta, & pro dicendorum solidissima firmitudinè præsupponendum est, de Fide definitum esse Vèterem Legem fuisse à Dèo Diuina authoritate institutam, Concil. Toletan. I. *in definitione Fidei.* Concil. Tridentin. *Sess. 4. in Decreto de Sacr. Script.* Et probatur repetitis vtriusque Testamenti apertis testimonijs, in quibus Lèx ista Domini vocatur, ut videre est Luc. 1. *& 2. ad Hebr. 9.* Iosuë. 1. 18. & Malach. 4. 4. ibi: *Memento te Lègis Moysi serui mei, quam mandaui ei in Horeb. ad omnem Israël præcepta, & Iudicia, &c.* His èrgo præiactis Catholicis principijs sit.

19 Vnica conclusio: *Origo Sacro-Supremæ Potestatis in Lège Scripta fuit purè Diuina, nullam Humanæ Authoritatis commistionem admittens.* Quam sic probamus: Sacro-Suprema Potestas in Lege Scripta originem habuit à Legibus, & Præceptis, quæ Dominus ipse Moysi contulit Exod. 28. 15. sed Lex, & Præcepta illa sunt purè Diuina, ergo èt Sacro-Supremæ Potestatis origo. Conseq. patet. Minor ex prænotatis irrefragabilis redditur. Maior autem ex ipsa littera Textus demonstratur, in èa namquè aperte conceditur Aaroni Sacro-Suprema Potestas iudicandi filios Israël in omnibus, quæ ad Deum pertinent; hic autem scopus est, in quem Sacro-Suprema Potestas in omni Lege, atque statu collimat, ergo, &c.

20 Nec obèx sit, quod aliqui Patres varie interpretari voluerint Sacri illius Textus verba; Verior namque sententia fert in eorum simplici significationè intelligenda esse. Augustin. *q. 117.* Philo. *lib. 3. de Vita Moysis.* Rupert. Hug. Cardinal. Victorin & Corn. à Lapide *ibidem.* Radulph. *lib. 6. in Levit. cap. 1.* Alcaçar. *in Apocalip. cap. 11.* Bellarm. *de Rom. Pont. lib. 4. cap. 3.* Fauentèsque Hier. *ad Fabiol.* Gregor. *in Pastoral. 2. part. cap. 2.* Rabban. & Cyril. laudati à Corn. à Lapide *in d. cap. 28. Exod. vers. 30.*

21 Alia autem instantia, & quidèm validissima, quæ in conclusionem istam dari Aduersarijs potest; accuratam exposcit disquisitionèm, diuersoque §. examinandam esse ideò iudicauimus.

## §. III.

### An Origo Sacro-Supremæ Potestatis in Lege Scripta aliqua ex parte Humana pronunciari possit?

22 OCCASIONEM dubitationi præbuit Tiraq. *in Præfat. Retract. num. 10.* ubi ait: *Ex quibus planè intelligitur Præcepta legalia Moy-*

*Moyſis non fuiſſe Iuris Diuini; nam fatalia; fuiſſent perpetua quoque, & immutabilia permanſiſſent; nec crimini, atque peccato feneſtram aperuiſſent, &c.* Pro lègalibus Præceptis Ceremonialia, & Iudicialia intelligit, & hæc ait, non èſſe de Iurè Diuino, licèt non neget eſſe de Iure Eccleſiaſtico, prout à Ciuili diſtinguitur: Quando ergo negauit Tiraquel. Lègalia præcepta eſſe de Iure Diuino, illud in ſua accipit rigoroſa ſignificatione. Tiraquello fauèt Salmeron. *in Acta Apoſt. tract.* 61. ut ſenſit Suar. *de Legib. lib.* 9. *cap.* 2. *num.* 12. Salas 1. 2. *tract.* 14. *diſ.* 22. *ſect.* 2. *num.* 9. aſſerentes Salmeron. dicendi modo diuerſum, re tamen conformem Tiraq. eſſe; eo quod aſſerat Moyſem fuiſſe non ſolum Præconem; ſed etiam Legiſlatorem legalium Præceptorum, atque adèo eam Legis partem minus proprie dici Ius Diuinum eä, quæ Præcepta Decalogi compræhendit; Nec deſunt Patres ſententiæ iſti robur tribuëre volèntès; nam Origenes *tom.* 1. *Homil.* 16. *in Numèr.* ait: *Per Moyſem quidem multa loquutus eſt Deus; aliqua tamèn, èt Moyſes propria authoritate mandauit.* Clèmènt. Rom. *lib.* 1. *Apoſt. Conſtit. cap.* 3. ubi de Moyſe encomium inſtituens, ait: *Illum dico Lègiſlatorem, Cuſtodem, Pontificem, Règèm, illum Diuinorum Myſteriorum Magiſtrum.* Irenæ. *lib.* 2. *adverſus Hæreſ. cap.* 42. Euſeb. *de Præparat. Evangèl. lib.* 11. *cap.* 2. Nazianz. *ad Gregor. Nyſſen. Orat.* 6.

23 Iuxta doctrinam ergo iſtam hoc efficaciſsimum efformari potèſt argumentum: Origo Sacro-Supremę Poteſtatis in ſententia noſtra deſcendit à concèſſione Diuina contenta Exod. 28. 15. ſed caput illud, & omnia alia *ar.* 21. *uſque ad* 30 incluſiuè ad Prę-cepta Iudicialia, & Cèremonialia pertinent, ut docet Nicol. de Lyra *in cap.* 20. *Exodi*, & omnes alij DD. infra referendi ergo non Diuina, ſed Eccleſiaſtica ſunt dijudicanda, èrgo etiam Origo ei innitèns erit Humana, & tantumodo Eccleſiaſtica. Efficaciſsimam affore inſtantiam, ſi præſuppoſitum Tiraquelli ſubſiſteret, libenter fatemur; èam tamèn nullius eſſe roboris liquet nègato ſuppoſito, & verificato illud falſo ſi beſſe pèr ſe. Hoc autem facillimè præſtarè poſſemus ni difficultatèm èviſcerare vellemus, quod ut aſſequamur.

24 Præmonendum eſt Legem Scriptam diuiſam eſſe in Præcèpta Moralia, Cerèmonialia, èt Iudicialia. Quam Diuiſionem adducit Nicol. de Lyra, iam citatus, dicens; quod licet præcèpta hæc in promulgatione miſceantur, diuidi tamen poſſunt, quia maiori ex parte Moralia continentur *in cap.* 20. *Exodi.* Iudicialia *cap.* 21. & Ceremonialia *cap.* 25. *& ſequentib.* Nicolaüm ſequuntur omnes communiter Interpretes, & Expoſitores Sacri, & Theologi Scholaſtici S. Thom. 1. 2. *quæſt.* 99. *& ſequentib.* Bellarmin. *tom.* 4. *controv. Lib. de Juſtificat. cap.* 3. Valentia *diſput.* 7. *quæſt.* 7. *punct.* 3. *& ſequentib.* Azor. *Inſtitut. Moral. tom.* 1. *libr.* 6.

*cap.* 2. *q.* 3. prosequitur *cap.* 3. *& seqq.* Eamque amplexi sunt Iuris vtriusque Doctores Ioan. Baptist. Caccialup. *tom.* 13. *tractat. p.* 2. *de Pension. Eccles. num.* 4. Albertin. *de Hæretic. error.* 4. *num.* 3. *tom.* 5. *Repetit. Can.* Cardinal. Vterq. *in cap. fin. §. His ita, dist.* 6. Abb. *in cap. fin. de Consuet. col.* 2. Francisc. Aretin. *in cap. qualiter, & quando, clauſ.* 2. *de Accusat.* Ioan. de Imola *in l. Stipulatio hoc modo, col.* 3. *ff. de verb. oblig. & cons.* 1. *incip. In casu præmisso*, & communiter scribentes, *ad Titulum de Decim.* & præcipuè *ad cap. Parrochianos*; vbi Barbos. *num.* 4. & quam plures adducti à Leandr. à Sanctis. Sacram. *in* 5. *Præcepta, tract.* 6. *in princ. & disp.* 1. *quæst.* 13. Franc. Valente *in Concord. Iur. Pontifi. cum Sacra Theolog. tom.* 1. *tit.* 2. *q.* 4. *sect.* 5. *num.* 1. Vbi divisionis sufficientiam bene probat, & per totam sectionem plura de illis disserit, apud eum videnda.

25 Lex ergo Vetus quoad omnes eius partes ita ad Deum Authorem refertur, & est Iuris Positiui Diuini rigorosè sumpti, vt Moises solum Promulgator extitèrit, illius præsertim partis, quã Moyses ab Angelis, Populo non audiente, didicerit.

26 Hanc rèsolutionem grauissimi docuere PP. Clemens Alexand. *lib.* 1. *Pædagog. cap.* 7. vbi ait: *Lex per Moysem datta est, non à Moyse, sed à verbo quidem; Verum per Moysem seruum suum.* Euthim. *in cap.* 1. *Ioan.* Tertullian. *aduers. Marcion. lib.* 3. *cap.* 3. Damasc. *Orthodox. Fidei, lib.* 4. *cap.* 24. Anastas. Synait. *in Examer. lib.* 2. Isidor. Pelusiota *lib.* 3. *Epist.* 76. Epiphan. *Hæresi.* 33.

27 Doctores quoque Scholastici eam expressè docuerunt S. Thom. 1. 2. *q.* 98. *art.* 2. *in corpore ad finem.* Vbi sine aliqua limitatione totam Legèm Veterem (de qua in eo disputabat Articulo) à Deo dattam esse asseuerat, *& art.* 3. *ad* 3. Diuina authoritate institutam fuisse affirmat, Angelicum Præcèptorèm sequũtur Vasq Mèdina, & omnès S. Thom. Expositor. Bèllarm. *lib.* 1. *de Christo, cap.* 5. *§. ad* 3. Valentia *disp.* 7. *q.* 7. *punct.* 1. Suarez *de Legibus, lib.* 9. *cap.* 2. *n.* 13. Salas 1. 2. *tractat.* 14. *disp.* 22. *nu.* 9. Franc. Valente *dict. sect.* 4. *num.* 5. Probamusque.

28 I. Ex Tèxtu *in cap. Cum causam, de Elect. Can. In nona* 17. *q.* 6. in quibus ad Legem Diuinam pertinere dicitur præceptum illud de non arando in Boue, & Asino, quod de Moralibus non esse, sed inter Iudicialia haberi liquet ex Deuteron. 22.

29 II. Autem efficacissimè ex ipsa sacra pagina probamus; nam Exod. 20. 21. *& seqq. vsque ad* 30. de Præcèptis, tam Moralibus, quam Iudicialibus, & Ceremonialibus agit, adnotante Lyra *ad initium præcitati cap.* 20. & tamen sic in hoc incipit Moyses: *Locutus est Dominus cunctos sermones hos, & cap.* 21. Cum Dominus incœperit Præcepta ferrè Iudicialia inquit: *Hæc sunt Iudicia, quæ propones eis*, & 1. *Deuteronom. ad initium* dicitur: *Loquutus est Moyses ad filios Israël omnia, quæ præcèperat illi Dominus, ut diceret eis.* Idem ostendit Malach.

lach. *loc. citat.* & plurimi alij libenter omissi.

30 Hinc III. Desumitur à ratione probatio: Ea sunt Diuini Iuris præcepta, quæ authoritate Dei præcipientis feruntur; sed Deus omnia Legis Mosaycæ præcèpta mandare, & ferre asserit: Moysem verò solum esse Interpretem, seu Nuntium ex præcitatis Diuinis Oraculis constat. Ergò omnia sunt de Iure Diuino stricte, èt rigorosè sumpto.

31 Alię sunt quam plurimæ comprobationes ex præcitatis DD. adductæ, quas breuitatis causa ommittimus; easquè apud ipsos videndas remittimus. Nobis enim hæc dixisse sufficiat.

32 Ad resolutionem ergo quæstionis deueniendo, obice isto iàm sublato, affirmandum est Sacro-Supremam Potestatem undique Diuinam dijudicandam, habendamque esse; quod breui hoc; demonstratiuo tamẽ (iuxta nuper firmata) argumento probamus: Sacro-Supremę Potestatis origo in Lege Scripta profluebat ab ipsa Lege Scripta, & præcèptis in ea contentis; sed tam Lex, quam Præcepta omnia in illa contenta, erant Iuris Diuini præsẽ, & rigorosè sumpti; ergo etiam origo Sacro Supremæ Potestatis. Cuncta Ratiocinatio hæc perspicua, & planè probata ex prius firmatis omninò manet. Vnde in eius comprobatione diutiùs non immoramur.

33 Ad fundamenta Salmeronis, & Tiraquel non respondemus, quia id strenuè præstitit Franc. Valent. *dict. sect. 5. à num. 4.* ubi Salmeronem explicat, & Tiraquellum ad concordiam reducit; hoc autem longissimam exposcebat dissertationem, quam nullates huc conducere arbitrati sumus.

## QVÆSTIO V.

### An, & quæ fuerit in Gentilismo falsæ Ecclesiasticæ Potestatis, & Iurisdictionis Origo?

1 FVISSE in Gẽtilismo Ecclesiasticam Iurisdictionem, magna prosecutam reuerentia, & summis ornatam priuilegijs, latè Tract. 3. demonstrabimus. Pertinere autem ad Theoriam nostram eius disquisitionem *in Præfatione ad Lectorem ex Chrysostom. & alijs* præmonui; nuncque addo Sanctum Gregor. *lib. 4. Registri. Epist. 31. alias cap. 75. relatum in Can. Sacerdotibus autem 41. 11. q. 1.* Mauricio Imperatori sic scribentem: *Ante eum quippe Papam in Rèp. Principès fuerunt, qui Verum Deum nèscientes, Deos ligneos, & lapideos colebant, èt tamen eorum Sacerdotibus honorem maximum tribuebant. Quid ergò mirum si Christianus Imperator Vèri Dei Sacerdotès dignetur honorare, Dum Papam (ut prædiximus) Principes honorem impendere Sacèrdotibus noverunt, qui ligneis, & lapideis seruiebant, &c.*

Ad

Ad èruditionem etgo, & confusionèm nostram has quæstiones adhibere nèceſſarium duximus; Vt enim aliquando exclamabat Augustin. Fratribus in Eremo prędicans *Serm.* 37. *O grandis Christianorum miseria! Ecce Pagani Doctores Fidelium facti sunt, &c.* Amplexus est omnia hæc dilucide illa exponens. Ioachim Stephan. *in Epist. Dedicat. Tract. de Iurisdictione, vers. Hiscetribus.* Vbi à Numma Pompilio inceptam in Populo Rom. Iurisdictionem Ecclesiasticam mirifice usque ad Constantinum Magnum auctam, & cultam esse demonstrat.

2 Est, & alia congruèntiæ (ut vocant) ratio has quæstionès adhibere suadens, desumpta ex Augustin. *lib. 2. de Doctrin. Christian. cap.* 40. docente ab Ethnicis tamquam iniustis possessoribus vendicanda esse; si quę fortè vera, & fidei nostræ accomoda dixèrint. Plura in cõprobationem cũmulat Martin. Martinez *lib.* 1. *Hypotepoſeon. cap.* 15. *pag.* 75. Fauetq; Can. *in illis* 2. 80. *dist.* ubi Sanctissimum Petrum constituisse Episcoporum, tùm Maiorum, tum Minorum Sedes iuxta formam, èt præscriptum Gentilium legimus. Imò, & Vniuèrsa Ecclesia Catholica in Gèntilicæ Ecclesiæ locum subrogatam esse docet Iacob. Bonfre. *in Deuteron.* 32. *vers.* 21. *pag. mi.* 1044. *col.* 1. Vnde non abs re iudicauimus, quæstionem istam, aliasque ad Gentilismũ pertinentes *Tract.* 3. discutièndas radicitus examinare.

## §. I.

## Ec quid Gentilismus? Quando nam incœperit, & finitus fuerit?

3 ALITER in Quæstione, & Titulo hoc *Gentiles* intelligimus, quam Iure-Consulti, & Oratores, ipsi namque *Gentiles* vocant eos, qui sunt eiusdem Nominis ortiab ingenuis, & quorum Maiores numquam seruitutẽ agnouerunt, teste Ciceron. *in Topicis*, quem late explicat Ioachim. Stephan. *de Iurisdictione, lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 6. *& seqq.* quem videsis Nos autem *Gentilismum* (attenta Nominis significatione) à Gentibus, seu *Gentilibus* denominationem accepisse censemus, & vtrumque nomen à verbo Gigno deriuari arbitramur Homines namque Dei Veri Cultu carentes, nullam præter generationem Hominum prærogatiuã habere censendi sunt. Vnde omnès, qui ab Adamo per Sethi lineam non descenderunt vsque ad Diluvium, Linguarumque diuisionem, & post Circumcisionem, ab Abrahamo, vsque ad Moysem, originem non duxerunt, quique ab illo, vsque ad Christum Dominum ex Hebraico Populo genus non traxerunt, *Gentiles* appellati sunt,

ſunt, ut ex Sacris Libris apertiſsimè patet, & docet Ambroſ. Calepin. *in Diction. Verbor. Gentiles in eam. Paſſerat*, dicens: *Scriptores Rerum Sacrarum Gentiles vocant Idolorum cultores, qui aliter, quam Chriſtiani de Deo ſentiunt, quos. Nonnulli voce Græcà malunt Ethnicos appellarè. Qui loquendi Ritus à Iudæis manauit, qui Nationes omnes præter ſuam, Gentes, ſeu Gentiles vocitabant, &c.* Accinitque Ioan. Kaluin. *in Lex Iuridico, litt. G. pag. mihi* 384. *col.* 2. Nomen *Gentilis* pro *Barbaris* accipiens. *Barbari* autem appellatio ( iuxta propriorum ſignificationem ) Idololatris tantum convenit: nam *Barbarum* dicitur quicquid ſtultiſsimum, & ab Humanæ Vitæ cultu, rationeque abhorret, ut ex Cicer. Virgil. & Horatio probat Matth. Rader. *ad Martial. in Amphiteatr. Cæſar. Epigram.* 1. Hoc autem peculiare Idololatriæ eſt, iuxta illud Hieron. 49. 16. *Arrogantia decepit Te*, quod communitèr de Idololatria accipitur. Ioa. Stephan Menoch. *de Rep. Hebræor. lib.* 4. *cap.* 1. *q.* 3. in quo pro Arrogantia Chald. Paraphraſt. *ſtultitia* reponit. Aperteque comprobamus diſcurſum iſtum ex Deutèron. 32. 21. ibi: *Ipſi Me provocavèrunt in èo, qui non erat Deus, & irritauerunt in vanitatibus ſuis, & Ego prouocabo eos in eo, qui non eſt Populus, & in Gente ſtulta irritabo eos, &c.* In cuius expoſitione Iacob. Bonfrèr. *pag.* 1044. *col.* 1. Addit: *Et ipſos ad iram prouocabo, & tabeſcere faciam in vidia propter Gentèm, vèl quæ re ipſa ſtulta eſt ratione cultus Idolorum, vel quæ ab ipſis Iudæis nunc fatua, & inſipiens habetur.* Ex quibus nominis, & rei etymon competum eſſe cenſemus.

4 Maior autem difficultas eſt in Gentiliſmi initio, èt origine inquirendis; nam Rabbi Moſſes Maymonides *in Tract. de Idololatr. cap.* 1. *mox à principio ( ad calcem, tom.* 1. *Gerard. Ioan. Voſ. de Theologia Gentil.* ) probare conatur Enoſi tèmporibus ortam eſſe Idololatriam, in comprobationem ſubinducens illud Geneſ. 4. 26. *Iſte cæpit invocare nomen Domini*, Quod iuxta Hebræos quam plures legendum eſſe affirmat: *Tunc profanatum eſt in inuocando nomine Domini*, cui fauet Arabs Metaphraſtes legens: *Tunc incæperunt Homines recedere ab Obedientia Dei.*

5 Aſt Rabbinus iſte, omneſque eiuſdem furfuris Authores facillimè confutandi, & abijciendi ſunt ex Iacobo Bonfrerio *in Pentatheuc. ad idem cap.* 4. *verſ.* 26. *pag. mihi* 139. *col.* 2. *in fine*, ibi: *Iſte cæpit invocare Nomen Domini. Non quod antea Deus non fuiſſet ab Hominibus cultus, & adoratus; ſed quod hic peculiarèm Ritum colendi Deum, & ceremonias, aut preces cèrtas inſtituerit, & de tali Veri Dei Cultu ſonant etiam, quæ habet Chaldæus Paraphraſtes, Aquila, & Hebræa pleniſſime vbi pro Deo eſt nomen Tetragrammaton, quod nulli, niſi ſoli Deo vero accommodari ſolet, ut proinde non ſint audienda quorumdam Rabbinorum ſomnia, qui volunt hìc ſignificari Enos inſtituiſſe Idololatriam, & Idola eſſe fabricatum, &c.* Addèndi in comprobationem huius Refutationis Dioniſ. Voſius *in not. ad*

*eum-*

*eumdem Rabb. Moyſes Maymonides*, èt Iacob. Salian. *Annal. Veter. Teſtament. tom.* 1. *Anno Mundi* 250. *num.* 1. & Nos meptipſi *Tract.* 3. ubi latius de hac inuocatione Domini latè ſumus diſſerturi.

6 Obice ergo illo ſublato irrefragalibis eſt Doctorum ſententia, ſubſtinens ante Diluvium incognitam fuiſſe Idololatriam, totoque illo tempore vnam tantum tèpertam eſſe Vèri Dei Fidem; Vnamque Eccleſiam à Patriarchis (*Tract.* 3. ſigillatim referendis) gubèrnatam, atque edoctam, ut optime probat Iacob Boülduch. *de Eccleſ. ante Legem*, *lib.* 2. *cap.* 11. probaturque ex Auguſtin. *de Ciuitat. Dei*, *lib.* 16. *cap.* 4. Vbi affirmare non audet ante Linguarum diuiſionèm alienatos Homines fuiſſe à Veri Dei Cultu; Poſt Diluvium autem Idololatriam incœpiſſe aperte docet idem S. Auguſtin. *lib.* 22. *contra Fauſt. cap.* 6. S. Iſidor. *lib.* 2. *Etimolog. cap. fin.* S. Fulgèn. *lib.* 1. *Mitholog. & lib.* 14. *Antiq.* S. Hieron. *in Oſeam. cap.* 2. Galatin. *lib.* 4. *cap.* 20. S. Cyrill. Alexand. *lib.* 1. *contra Iulian. cap.* 3. Iacob. Salian. *Annal. Veter. Teſtam. tom.* 1. *Anno* 250. *num.* 8. *& ſchol.* 7. *ad eumdèm annum*, ubi contrarijs pleniſsimè ſatisfacit Chriſtian. Matth. *in Thèatr. Hiſtor. Monarch.* 1. *ſect.* 2. *num.* 22. *Tit. Acta Eccleſiaſtica, pag. mihi* 17. *col.* 2.

7 Gentiliſmus ergo, atque Idololatria (quum coæua ſint, ut à principio diximus) incœpèrunt à Babylonicæ Turris conſtructione in qua prima Idololatriæ, atque Gentiliſmi fundamina iacta eſſe docènt laudati Authores, quibus addo Herodot. Higin. Diodor. Sicul. & Lactant. Firmian. relati à Baſilio Lègionen. *Quodlibèticar. QQ. tom.* 1. *quæſt. expoſit.* 7. *cap.* 2. *verſ. Sed refragantur*, *pag. mihi* 463.

8 Licet autem omnia hæc ab èxtrinſeco fulcita, & corroborata ſint; adhuc tamèn validioribus eam communire fundamentis decreui. Primoquè partem illam ſtabilientem ante Diluvium Idololatriam non fuiſſe apertè demonſtrari cènſemus ex illo Geneſ. 11. 1. & Sapien. 10. 5. ibi: *Ecce vnus eſt Populus*, *& vnum eſt labium omnibus*; nã Vnitas hæc in Populo reperiri nõ poſſet, ſi diverſæ Religionis Homines in eo exiſterẽt; externa enim Populi Politia, internaq; Vnitas, Religionũ diverſitate ſcinditur, ut etiã dèluſi Ethnici agnouere. Cicer. *lib.* 1. *de Natura Deor.* Ariſt. *lib.* 7. *Polit. cap.* 8. & fateri cogũtur impij huius Sæculi Athæi Macchiauel. *lib.* 1. *Diuerſor. cap.* 11. *&* 12. Bodin. *de Rep. lib* 4 *cap.* 7. adducti à Torreblanca *de Magia*, *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 6. & à Petr. de Ribadenèyra *in Proœm. Princip. Chriſt.* Nec diffitèri potuit perniciosiſsimus Luther. *lib.* 2. *contra Zuingl. & Æcolam.* apud Ioan. Coclæum *in Præfat. Luther. Septicip.* hæc illius verba adducentèm: *Diabolus omnis diſſenſionis pater eſt: Deus autèm eſt. Deus vnitatis; omnesque Chriſtiani in eodẽ ſenſu ſunt idem Sapientes, &c.* Hinc Hæretici Populum, & Eccleſiam evertere perpetuò inhiantes ad Eccleſiam non pèrtinent. Ludou. Param. *de Orig. Sanct. Inquiſit.*

*quisit. lib. 2. tit. 3. cap. 7. per tot.* Quia nimirum in Vnitate Dei non sunt. Vnitas enim Diuisionem non recipit *cap. Tuæ, de Præb. cap. Maioribus, cap. Dilecto, & cap. Pastoralis, §. 1. de Rescrip.* Vna est enim Ecclesiâ in Canticis præsignata. *Can. Loquitur 24. q. 1. Can. Alium, de Consecr. dist. 4.* & ideo scindi non debet, sed tota in Vnitate consistere. *Can. 1. 16. q. vlt.* Vnde Veræ Fidei argumentum est Vnitas, & ab ea defectio à diuersitate efficaciter arguitur, videndi omnino Cataldin. de Boncompagnis *de Translat. Concil. Basilien. in prælud. num. 1. & 2. tom. 13. tract. DD. p. 1. pag. mihi 16. col. 1.*

9 II. Autem partem corroboramus etiam ex Chronologia Sacra: constat siquidem, quod post Diluvium seductus Populus à potentia Dei Humanis Artibus se protegere, & liberare excogitauit; Turrim nimirum ædificando, quæ Cœlum pertingeret. S. Augustin. *lib. 16. de Ciuit. Dei, cap. 4.* Benedict. Perer. *in Genes. tom. 2. lib. 16. cap. 11. vers. 4. disput. 4. num. 49.* Illius audaciam repressit Deus non fulminibus, nèquè materialibus incendijs, sed septuaginta duarum confusione Linguarum. Genes. 11. 3. 4. 7. & 8. Ioan. Busiers *in Flosc. Histor. p. 1. lib. 1. cap. 11. num. 18. & 19.* Abbas de Mont-Aragon *lib. 1. Annal. Ætat. 2. Anno 1788.* Boz. *de Sign. Eccles. tom. 2. p. 2. lib. 23. sign. 98. cap. 7.* Salian. *Annal. Veter. Testament. tom. 1. Anno Mundi 1931. num. 8.* In ipsaque Turri prima Idololatriæ iacta esse fundamenta tam materialia, quam formalia affirmat ex Thargo Hierosolymitano Matth. Christian. *dict. pag. 17. col. 2.* quia scilicet Nèmrodianimus in illius Turris constructione erat Idolo suo in Sũmitate Templum condere, & homines ad tantum spectaculum vndequaque currentes ad Idololatriam sensim pertrahere. Et propter hanc Hominum seductionem Venatorèm robustum appellatum esse. Cuius sententiam comprobamus ex Augustin. *dict. lib. 16. cap. 4.* Chrysost. *Homil. 30. in Genesim*, & alijs adductis à Leonard. Coquèo *in not. ad præcitat. August. locum, pag. 983. litt. C.* affirmantibus peccasse filios Hominum Turrim illam ędificando, vel ædificare tentando; sed peccatum hoc ex parte ædificij considerari non potest, quia ædificium illud intrinsicè, & èx natura sua nullum in se malum involvebat, ut probat Abulen. *in Genes. 11. q. 8.* Perer *citata disp. 4. num. 59.* qui *num. 62.* & Homines in ædificatione grauiter peccasse, & Deum propter eam iratum esse ostendit, nullam peccati, aut iræ causam ostendèns. Ergo peccatum hoc est animo, quo Turris ædificari cœpit, est arguèndus, illumque fuisse ex Thargo Hièrosolimitano rectè conijcimus, & probamus ex S. Cyrill. Alexandr. *lib. 1. contra Iulian. cap. 3.* scribente: *Qui ab Adam vsquè ad Noë fuere, Deum Vnicum Naturæ, & Vere Vniuersorum Conditorem, & Dominum coluerunt; nullus enim eorum arguitur, quod Dijs alienis fuerit deditus, vel immundis Dæmonibus obtulerit: At post Diluvium, & constructionem*

*Turris,*

*Turris, & Linguarum discretionem, etiam de Deo indignam habuerunt opinionem, qui per uniuersam terram dispertiti erant, &c.* quod etiam repetijt eodem Tract. *lib. 3. versus finem.*

10 Hæc in comuni de Origine Gentilismi, atque Idololatrię diximus; qui autèm de quàlibet in specie Prouincia addiscere eamdem velit originem, consulat Augustin. *lib. 2. contra Faust. cap. 12.* Isidor. *lib. 2. Etimolog. cap. final.* Fulgent. *lib. 1. Mitholog.* Hieron. *in lib. 2. Oseæ.* Boülduch. *de Ecclesia ante Legèm, lib. 2. cap. 11.* Herodot. *in Euterpè, pag. mihi 115.* Diodor. Sicul. *lib. 4.* Higin. *Fabul. 274.* Lact. Firmian. *Diuina Instit. cap. 2. & de falsa Relig. lib. 1.* & quam plures addendi ex Mèndoça *de Concil. Illiberitan. lib. 2. cap. 4. in novas edit. pag. 104.* Vbi aliqua congèrit non contemnęda Nouissima Additio.

11 Quando verò in Hispania ortus sit Gentilismus, & Idololatria, variant Nostri, atque Extèri Scriptores, Florian. de Ocampo *lib. 5. Hist. Hispan. cap. 25.* Ioan. Anton. Beuter. *lib. 1. cap. 11.* Ioann. de Mariana *de Reb. Hispan. lib. 1. cap. 12.* Stephan. Garibay *in Comp. Histor. lib. 1. cap. 9.* Abbas de Mont-Aragon. *Annal. lib. 1. Ætate 4. fol. 21. pag. 4.* Gerard. Ioann. Vos. *in Theolog. Gentil. tom. 1. lib. 1. cap. 34. pag. mihi 536.* videndi, Nobis enim parum refert.

12 Omnino autem finitum esse Gentilismum Lège Gratiæ sufficientèr promulgata, apertè constat. Hinc enim Gentilium Ecclesiam in Iudæorum locum subrogatam, iuxta Mosis Vaticinium, quod legitur Deutèron. 32. 21. cuius supra meminimus *ab initio §.* & docèt Iacob. Bonfrer. vbi exponens verba illa: *Et ego provocabo eos in èo, qui non èst Populus, èt in Gente stulta irritabo eos:* Adducit testimonium hoc Pauli. *Ad Roman. 10. 19.* quo, & in loco sènsum, & explicationem nobis innuit. Sensus igitur est: Et Ego indignari eos faciam super Gentium Populo, qui nunc non est meüs Populus, vel quèm, nè Populi quidem appellatione dignantur; Quem Ego tandem reiectis Iudæis in Populum meüm assumam; Stabilita ergo Ecclesia Catholica, omninò Gentilica cèssauit, utpotè in cuius locum subrogata illa est, ut à principio quæstionis dixi.

## §. II.

## An cum ipso Gentilismo Originem habuerit Sacro-Suprema Potestas?

13 HVIVS difficultatis resolùtio; facillimè èx dictis *præcedenti §.* concipi affirmatiuè potest; ibi namq; probauimus, quod *Gentilismus* originèm ducit ab Idololatria; hæc autèm radix, & origo vani cultus est. Tertull. *lib. 3. de Idololatr. cap. 3.*

S. Thom.

S. Thom. 2. 2. q. 94. art. 1. Mendoça *de Concil. Illiberit confirman. lib. 2. cap. 4.* Aloys. Nouarin. *Schediasm. Sacro-Profan. lib. 9. cap. 13. & 14. à num. 62. ser plures seqq.* Quibus addo Can. *Prælatura 50. dist.* Can. *Illud 6. 26. q. 2.* Can. *Idololatria 5 28. q. 1.* Açor. *Instit. Moral. tom. 1. lib. 9. cap. 11. q. 2.* Repertor. Inquisitor. *verbo Dæmon. & verbo Idololatria,* Thom. Sanch. *in Summa, tom. 1. lib. 2. cap. 37. num. 21. & seqq.* docentes: *Idololatriam esse Dæmonis cultum sub falsi alicuius Numinis effigie occultati.* Quod ipsum Santissimi docuere Patrès, Gaudent. *Tract. 4. in Genes.* Basil. *in Isai. cap. 2.* Hieron. *in Præfat. Epist. ad Ephes.* Epiphan. Theöphil. Alexandrin. Origen. Tertull. & alij sequuti à Iacobo Saliano *Annal. Veter. Testament. tom. 1. Anno Mundi 250. schol. 5.* Ast vanò isti innitebatur cultui Gentilico Ecclesiastica Suprema Potestas, tunc ratione precisæ illius relationis, inseparabilisque connexionis, quam inter se habere Sacrum Cultum, sive verum, sive falsum (dummodo externus sit) & Ecclesiasticam Potestatem iàm alibi ostendimus. Tum etiam quia Plutarcho teste *in lib. Ad vers. Colot.* cum ipsa Deörum opinionè, seu vano cultu exorta èst Templorum, Sacrificorum, & Cultus externi cura; sed omnia hæc ad Ecclesiasticam Potestatèm pertinènt, ergo si cum Idololatria Gentilismus èxortus èst, cum eo etiam orta Gèntilico-Suprema Ecclèsiastica Potestas; quia non Cultus à Gentilismo; sed Gentilismus à Cultu essentiam suam mutuätus est. Hincque subintrat Regula: *Propter quod unum quodque tale, & illud magis.* Arist. 2. *Metaph. l. Cum Aurum 19. §. Perveniamus, vers. Semper, ff. de Auro, & arg. legat. Auth. Multo magis, C. de Sacrosanct. Eccles.* Flamin. Paris. *de Resign. tom. 1. lib. 6. quæst. 4. num. 4. & seqq.*

14 Licèt discursus istè non inefficaciter (Me Iudice) suadeat; efficatius tamèn probandam èssè assertionèm nostram spèramus ex sequentibus: Dispersæ, & à nativo solo Gentes omnes ablègatæ in peccati pœnam (Cornelius à Lapide *in Genes. 11. 4. pag. mih. 122. col. 1. vers. Verum melius.*) separatione illa, atque exilio, quum Hominesa ptum quèrère solum cogerentur, eoque invènto, Populis ædificandis, eisquè perpetuò firmandis se se omninò dedissent, Diuinarum Traditionum, & Præcèptorum ab Adamo accèptorum, quæ interrupta Patriarcharum gubernatione, conseruatæ usque tunc fuerant, obliti omninò sunt, terrarumque potius, quam Diuino commixti Cultu, rutique traditi Rustici penitus, ac Barbari invènti sunt, ut ratiocinari licet ex adductis à Thom. Boz. *dict. cap. 7. pag. mihi 439.*

15 Gentiles igitur, quamuis luminè Naturæ ducti, Deum cognoscerènt, qui Vniuersum hoc regeret, & coli à Nobis vellet, non tamen videbant eum essè, cuius re vera Diuinitas esset, ut qui eam tribuërent opificio Dei, quam Rerum Naturam vocamus. Vnde omnes prope Gentiles eum,

qui videri nequit, in opere elucentem viderunt; & clamoso silentio audière, dicèntem se opificem esse, atque Rectorem Vniuersi, colique à Nobis velle, & debere; sed ad conspectum oculos clausèrè, ad vocem autes obturarunt, ac quasi alto prèssi soporè, talem imaginati sunt, qualia forent, quæ oculis se quotidie subijcerent, somnioque suo nimium crèduli, Opificium amplexati sunt pro Opificè, Diuinitatem tribuendo non Deo, sed Diabolo, aut Creaturæ. Quod vèrè erat Veritatem in mendacio detinere, ut ratiocinatur Gerard. Ioan. Vos. *in Theolog. Gentil. tom. 1. lib 1. cap. 4. pag. 24.* comprobans èx Apost. *Ad Roman. 12. 5.* scribente: *Commutauerunt Veritatem Dei in mendacium, èt coluèrunt, & seruierunt Creaturæ potius quam Creatori, qui est benedictus in sæcula.*

16 Apertiusque id ipsum comprobamus Sap. 13. *mox à princ.* ibi: *Vani autem sunt omnès Homines, in quibus non subest Scientia Dei, & de his, quæ videntur bona, non potuerunt intelligere eum, qui est, neque operibus attendentes agnouerunt, quis èsset Artifex; sed aut ignem, aut Spiritum, aut citatum aërem, aut gyrum Stellarum, aut nimiam aquam, aut Solem, aut Lunam Rectores Orbis terrarum Deos putauerunt. Quorum si speciè delectati Dèos putauerunt, sciant quanto his Dominator eorum specioſior est. Speciei enim Generator hæc omnia constituit; Aut si virtutem, & opera eorum mirati sunt, intelligant ab illis, quoniam qui hæc fecit, fortior est illis; A magnitudine enim speciei, & Creaturæ, cognoscibiliter poterit Creator horum videri; sed tamen adhuc in his minor est quærela. Et hi enim fortasse errant Deum quærentes, & volentès inuenire. Et enim cum in operibus illius conuersentur, inquirunt, & persuasum habent, quoniam bona sunt, quæ videntur. Iterum autem nec his debet ignosci; si enim tantum potuerunt scire, ut possent æstimare sæculum, quomodo huius Dominum non facilius inuenerunt, &c.* Videndus est pro huius lèci èxpositione Ioann. Stephan. Menoch. *de Repub. Hebræorum, lib. 4. cap. 2. q. 7. col. 403.* & Anastas. Germon. *in Proœm. de Sacror. Immunit. à num. 10. ad 15.*

17 Hæc autem omnia ad primum sunt rèducenda principium, attribuèndaquè ignorantię, ipsius Legis Naturalis, & Sacrarum Traditionum obliuioni; docente namque S. Thom. 1. 2. *quæst. 94. art. 6.* sequuto à Martin. Bressero *de Conscietia, lib. 1. de Conscient. in gener. cap. 14. num. 109.* Licet cuiuis nota sint omnia luminis Naturalis generalia principia, nõ tamen omnibus notum est quasvis èx èis deducère conclusiones, non magis in practicis, quam in speculatiuis, vel ob infirmitatem naturalis ingenij, vel ob rationem aliquam extrinsecam, falsam persuasionem, aut ob pravam consuetudinèm, & excœcantem passionem, vel circũstantiam aliquam, quam èxcusate malitiam autumant. Hinc vidèmus quam plurès Nationes, innumera prope admisisse contra Naturalem Legem directò militantia. Ex quibus

non

non pauca refert S. Hieron. *lib. 2. contra Iouinian. mox à princ.* Bresser. *dict. num. 119. vèrs. Confirmatur èxperientia.* Nedum imperitis hoc Vulgis, aut Populis accidit; sed Sapientioribus quoque Atheniensium Philosophis, quos inturpissimos incidisse contra Naturam errores scribit S. Ioann. Chrysostom. *in 1. ad Roman. Homil. 4.*

18 Imò, & intra cultum Numinis turpissime aberrasse Philosophos contra Naturalia Præcepta Lipis, & Tonsoribus notissimum est; scribit namque Chrysostom. (*præcitata Homil. 4.*) Socratem, Æsculapio Gallum obtulisse, hunc que Platonem, & Xenophontem imitatum esse docet Gerar. Ioan. Vos. *dict. cap. 4. pag. 26.* subdens, quod licet Plato multa de Dijs præclare tradidisset; Deos tamen populares coluit; Quod ipsum sequutos esse Platonicos testis est August. *lib. 6. de Ciuit. Dei, cap. 10.* sub eorumque nomine ideo Ciceronem reprehendit Lactant Firmian. *lib. 6. de Orig. Error. cap. 3.* his verbis: *Video Te terrena, & manu facta venerari: Vana esse intelligis, & tamen eadem facis, quæ faciunt ipsi, quos Tu stultissimos confiteris,* &c.

19 Omnes ergo fere qui Gentilitatis abysso obruti fuère, Idololatriæ morbo laborarunt. Et interno colēdi Deum stimulo agitati *Psalm. 47. Signatum est super nos lumen Vultus Tui Domine.* Falsas conclusiones ex vero isto principio, ob ignorantiam, deducentes; agnouere quidem Deum externo Cultu, medijs ad id Ministris deputatis, colendum esse, & facilius Rempublicam in aëre, quam sine Religione, & Cultu substentari posse falsi sunt. Vnde ab agrorum, & Oppidorum Cultu expediti, mox animum ad curam Religionis inclinarunt. Ribadeneyra *in Princip. Christian. lib. 1. cap. 1.* Donell. *lib. 2. Comment. Iur. Ciuil. cap. 6.* Anastas. Germon. *in dict. Proœm. de Sacror. Immun. num. 4. 5. & 6.* docentes nullam esse Gentem adeò incultam, adeòque ferocem, quæ non sciat habendum esse Deum; licet qualem habere deceat ignoret, addendus Gerard. Ioan. Vos. *dict. lib. 1. cap. 1.* Tertullian. Clement. Alexan. Basil. & Socratem allegans. Cognitioni autem, seu opinioni de Deo connexa est illum colendi voluntas, & vehemens desiderium; nequit enim Humana intelligentia de Deo cogitare, quin ipsi pro tot ab eo acceptis beneficijs gratias referat, & cunctorum bonorum protestetur Authorem externo adhibito Cultu, ut passim repetebat Eremorum eximius Magister S. Antonius Abbas apud Socratem *lib. 4. Histor. Eccles. cap. 18.*

20 Concludendum ergo ex his omnibus est Gentilico Supremam Ecclesiasticam Potestatem originem habuisse cum ipso Gentilismo; nam quum ab ipsà conscientiæ syndereſi, dictante Deum esse, Gentilismus initium habuerit, Diuinusque Cultus emanarit; sequitur simul productos esse Deū inquirendi appetitum, eique Cultum exibendi innatam voluntatem. Sed hæc sunt primarij Eccle-

siasticæ Potestatis fontès; ergò eodem tempore exortam esse Gentilicam Sacro- Supremam Potestatem irrefragabiliter sequitur, clarèq; èx pręmissis deducitur

21 Quam plurima non inconcinnè hic ad nectènda in istius assertionis comprobationem se se offerebant; timentes tamen nauseäbundos super èis aliquos affore, hæc tantum adhibere contenti, alia resecauimus.

## QVÆSTIO VI.

### Ec quæ fuerit in Lege Gratiæ Sacro-Supremæ Potestatis Origo?

1 ESITV, coniècturis utcumque factis, Innocētiæ Statu aliqualiter deterso; Naturæque Statu ab ipso tot elapsorum caligine sæculorum partim eruto; Legisque vmbris transactis, ac Cymerijs Gentilismi tenebris, levi saltem, lèviusculæ èruditionis lucè perfusis, iam lucis orto syderè, sivè Iustitiæ sole, securiùs (tametsi per difficile) itèr aggredimur, ipsum deprecantes solem, quatenus mētis hebetudine disipata, pallantem manuducere dignetur; si enim talis cynosura non ad fulserit, qui potèrit nauigandi penè Artis ignarus inter tumentes tot fluctus cursum rectum tenere, clavoquè affixus perstare, quin capitis vertigine circum actus ferventibus procellis succumbat!

## §. I.

### Ec quæ Lex Gratiæ sit? Quis eius Author? Quæ eius Præcepta? Quando, & quatenus obligare incœpit? Et an vsque ad finem Sæculi perpetuò sit duratura?

2 PLVRA in hoc Titulo; discutienda proponimus, ut plures alias vitemus in eorumque discussionem tam plurimi, quam necessarij videri cupimus.

3 Si cum Lutheranis, & Caluinistis agendum esset, huius Legis existentiam probare, opus esset; Audacissimi siquidem Homines isti, eorumque deperditissimi Asseclæ, nullam à Christo Domino promulgatam esse Nouam Lègem, impudentissimè contendunt. Ast quum Instituti Nostri non sit, eorum deliramenta confutare, penso isto Controuersiarum Magistris relicto, Catholicos alloquuturi potius supponere, quam probare conabimur à Christo D. promulgatam esse Legem Nouam, quæ & Gratiæ, Spiritus, & Vitę pèrhibetur retinens Veram Legis proprietatem,

tatem, accèptam à Chriſto Domino èius Authore, & Legiſlatore, iuxta illud Ioann. 1. *Lex per Moyſem datta eſt, Gratia, & Veritas per Chriſtum facta eſt*; Clarèquè definitum eſt in Conc. Trid. *Seſſ.* 6. *Can.* 19. ſub his verbis: *Si quis dixerit nihil præceptum eſſe in Euangelio præter Fidem; cætera eſſe indifferentia, neque præcepta, neque prohibita; ſed libera, aut Decèm Præcepta nihil pertinere ad Chriſtianos anathema ſit, &c.* Præterèa *Can.* 21. *Si quis dixerit Chriſtum Ièſum à Dèo Hominibus dattum fuiſſe, ut Redemptorem, cui fidant, non etiam ut Lègiſlatorèm, cui obediant, Anathèma ſit.* Vtraque definitio Sacris eſt Oraculis innixa, & præcipue Hier. 31. 31. & 33. Mich. 4. ex cuius Vaticinio nuper adductæ Definitiones Concilij deſumptæ apparent, ait enim Propheta: *Dè Sion egredietur Lex, & Verbum Domini de Hieruſalem.* Quæ Prophetia de Lege Gratiæ irrefragabiliter intelligi debet, ut docent Irenæ. *lib.* 4. *cap.* 67. Hieron. Baſil. Chryſoſtom. Cyrill. & alij adducti à Ribera *in eodem loco*; cui addendi ſunt Origenes *contra Celſum*, *lib.* 17. Auguſtin. *lib.* 17. *de Ciuit. Dei, cap.* 17. & communiter Patres, & Expoſitores; imo, & nulli alteri apte conuenire Legi poterit niſi ei, quæ ex Monte Sion in die Pentecoſtes igneis flammis ab Spiritu Sancto oſtenſa in Vniuerſum Orbem evulgata eſt.

4 Clare id ipſum deducitur ex Pſalm. 83. 8. Iacob. 4. Matthæ. *vltim.* & Ioann. 13. exponentibus, Stapleton. *tom.* 2. *lib.* 5. *de Iuſtitia inhærentè, cap.* 11. & 12. & *ſequentib.* & *tom.* 3. *in* 1. *Ad Corinth. cap.* 6. *num.* 9. èt *tom.* 4. *in Promptuar. Feria. in cap. Ieiunij.* Bellarmin. *tom.* 3. *de Baptiſmo, cap.* 15. & *tom.* 4. *lib.* 4. *dè Iuſtificat. cap.* 1. 2. & *ſequentib.* Ex quibus ſtabilitum manet Chriſtum Domin. fuiſſe Legis Gratiæ Authorem, Supremumque Legiſlatorem Nouæ Legis, quam meritis Paſſionis ſuæ firmaſſe docent Sanct. Thom. 3. *part. quæſt.* 62. *artic.* 5. & *quæſt.* 64. *artic.* 3. Ambroſ. *in Lucam, lib.* 10. *cap.* 105. Chryſoſtom. Cyrill. & Theophilac. *in Joann.* 19. Damaſcen. *lib.* 4. *Orthodox. Fidei, cap.* 16. Auguſtin. *in Joann. Tractat.* 15. & 120. Bellarmin. *de Sacrament. lib.* 1. *cap.* 23. Quibus addendi ſunt Bonacin. Reginald. & alij ſequuti à Torrebianca *de Iur. Spiritual. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 20.

5 Quæ autem ſint Leges, & Præcepta à Chriſto Domino inſtituta, & Sanguine ſuo Præcioſiſsimo firmata docent Sanct. Thom. 1. 2. *quæſt.* 180. *artic.* 1. & 2. *in corpore*, & *Quodlibeto* 4. *artic.* 13. Vbi communiter Theologi. Caſalius. *Quadripart. Iuſtit.* 1. *part. lib.* 3. *cap.* 17. §. *Nos igitur.* Salmeron. *in Acta Apoſtol. tractat.* 61. §. *Secunda differentia*, Gregor. de Valent. 2. *part. diſp.* 7. *quæſt.* 8. *punct.* 2. Sot. *de Iuſt. & Iur. lib.* 2. *quæſt.* 9. *artic.* 1. Suarez *de Légib. lib.* 10. *cap.* 2. aſſerentes Chriſtum Dominum omnia Præcèpta Moralia Vetèris Lègis, at-

que Fidei, Spei, & Charitatis, & Sacramentorum Præceptum obſervari voluiſſe. Vnde in Lege Gratiæ ſolum reperiuntur à Chriſto Domino Præcepta Moralia, & Cèremonialia inſtituta, omiſsis Iudicialibus; quum enim ad totius Eccleſiæ Regimen, & Adminiſtrationem, Vicarium ſuum in Terris conſtitutum reliquiſſet, pleniſsimà, & abſolutà ligandi, atque ſoluendi Poteſtate ſuffultum, ad eius rectum exèrcitium, inefallibilemque Vſum, aſsiſtentià ſuà promiſsà, ideò Præcepta Iudicialia non tradidit; ſed Vicario ſuo tradenda reliquit, Franciſc. Valente *in Concord. Iur. Pontiſi. cum Sacra Theolog. tom.* 1. *tit.* 2. *diſput.* 2. *quæſt.* 4. *ſect.* 10. *num.* 2. *&* 3. Vbi plures Theologicas adducit rationes, noſtram communientes aſſertionem.

6 Præcepta autem Moralia, quæ in Lege Gratiæ à Chriſto Domino tradita, ſeu præſcripta eſſe aſſerimus, ſunt ipſa, quæ Populo Iſraëlitico à Domino tradita ſunt. Chriſtus enim Dominus eã non minuit, nèque auxit, ſed ita illa innouauit, expoſuit, & confirmauit, ut novam, & poſitiuam obligationem illa obſeruandi Populo ſuo inuexèrit, Couarr. *lib.* 1. *var. cap.* 17. & eſt communis Theologorum cum Sanct. Thom. 1. 2. *quæſt.* 98. *artic.* 5. *in corpore.* Alenſ. Sotus, Medina, Cardinal. Tolet. Salmèron, Valentia, Barradas, Suarez, Salas, Açor. & alij adducti à Valente *dict. quæſt.* 4. *ſect.* 8. *num.* 2. Vbi èx eis probat, Præcepta Moralia Legis Scriptæ perfectiora in Lege Gratiæ reddita eſſe, nullamque, vi Legis Veteris, obligandi efficaciam retinuiſſe, & expreſsius *ſect.* 10. *num.* 4. adhibitis Clemente Romano *lib.* 4. *Conſtitut. cap.* 23. Sanct. Auguſtin. *tom.* 4. *de Sermone Domini in Monte, lib.* 1. *cap.* 1. Suarez *lib.* 1. *de Legibus, cap.* 2. Salas 1. 2. *tractat.* 14. *diſput.* 24. *ſect.* 2. *num.* 10. & Caſalio *citato, cap.* 17. *§. Nos igitur*, pluribuſque ſacræ paginæ teſtimonijs, quæ optimè exponit, reiecto Vazquez. Addendique ſunt Sanct. Thom. Bellarmin. Nauarr. Fagun. & Trullench. laudati à Noſtrate Leandro à Sanctiſsim. Sacrament. *in Præcept. Decalog. tom.* 1. *tractat.* 1. *q.* 6.

7 Præcèptum autèm Fidei, Spei, & Charitatis, addita eſſe in Lege Gratiæ à Chriſto Domino etiam ſecundum ſubſtantiam obiecti, explicitè credèndi, ſperandi, & amandi; latè docent Caſal. *citato, cap.* 17. Salmeron. *in Epiſtol.* 1. *Sanct. Ioann. tractat.* 24. *§. Sequitur.* Valente *dict. ſect.* 10. *num.* 5. plura in confirmationem cumulans, vbi *& num. ſequent.* Suarez exponit. *qui lib.* 10. *de Legibus, cap.* 2. *num.* 6. *&* 9. refragari videtur; & *Tractat. de Fide, diſput.* 13. *ſect.* 1. Temperantiùs loquutum eſſè probat, ipſeque concludit Præceptum hoc eſſe de Iure Diuino Supernaturali in omni ſuo rigore, & proprietate loquendi accepto.

Ex

8 Ex Ceremonialibus autem Præceptis nulla alia de Iure Diuino Positiuo in Lege Gratiæ reperiuntur stabilita, nisi quæ ad Sacramenta spectant. Covar. *in 4. Decret. part. 2. cap. 6. §. 10. in princip.* & est communis Theologorum S. Thom. *1. 2. q. 108. art. 2.* Suar. *de Legib. lib. 10. cap. 2.* Sot. *de Iust. & Iur. lib. 2. q. 9. art. 6.* Valente *dict. sect. 10. num. 7. & 8.* ex S. Thom. *dict. quæst. 108. art. 3.* S. Augustin. Gregor. de Valent. Soto, Suar. Medina, Salas, & alijs, addens in eis, nedum externos, sed intèrnos quoque præcipi actus.

9 Quando autèm Lex Gratiæ obligare incœperit, constat ex dictis *hoc ipso Tractat. quæst. 4.* cœpit enim Nouæ Legis obligatio quando Lex Vetus obligandi suum robur amisit, nempe post Passionem, & Mortem Christi Domini; non equidem mox, ut Christus passus, & mortuus est, sed post sufficientem ipsius Legis promulgationem. Confer huc inibi dicta, addeque Valentem *dict. sect. 10. num. 12. & 13.*

10 Superest Vltima Tituli pars: *Quandiu scilicet Lex Noua obligabit?* In qua citra controuersiam omnes Orthodoxi PP. atque Doctores affirmare conspirant, Legem Nouam perpetuò duraturam, immutabilem quidem, & invariabilem permansuram; dicunt enim; quod posita Diuina Promissione, nec augeri, nec minui Lex ista potest. Sanct. Thom. *1. 2. quæst. 106. artic. 4. in corpore.* Nosque probamus: Legis stabilitas ab Ecclesia, in qua viget, stabilitate dimetienda est, *cap. Translato, de Constitut.* sed Ecclesia, in qua, vel cui Lex Gratiæ stabilita est, in æternum ex Diuina Promissione permansura est; ut ex Matthæ. 16. docent Epiphan. *in Anchorato ad initium, & Hæresi 59.* Origen. *Homil. 5. in Exod.* Cyrill. *in cap. 1. Ioann.* Chrysostom. *Homil. 4. de Verb. Isai.* & alij quam plurimi, quorum interpretatio comprobatur Danielis Vaticinio, perpetuam huius Ecclesiæ, & Legis durationem prædicentis *cap. 2.* his verbis: *In diebus Regnorum illorum suscitabit Deus Cæli Regnum, quod in æternum non dissipabitur*, idest Ecclesia, & Lex Nova vsque ad finem Mundi immutabilis permansura; interpretantibus Pereira, Maldonato, Gasp. Sanch. & alijs communiter *in eodem loco*, quibus addo Sanct. Augustin. *Tractat. 115. in Ioann.* Tertullian. & Cyprian. *in Libris Adversus Iudæos.* S. Bernard. *Sermon. 3. super Missus est.*

11 Suadentque Danielis verba nuper relata, ibi: *Quod in æternum non dissipabitur*, cuius clausulæ efficacia Perennitatem probat. Vnde Novum Testamentum perpetuò duraturum credimus, quia æternum dicitur in consecratione Calicis. Hincque Sacrificij durationem vsque ad finem sæculi deducimus. Et licet particula hæc ab Euangelistis addita non sit, ex Ecclesiæ Traditione; à Christo prolata creditur

cap.

*cap. Cum Marthæ, de Celebration. Miſſar.* Atque *ad Hebræ.* 13. & *Apocalipſ.* 14. Euangelium ęternum nominatur : ſed Novum Teſtamentum, & Euangelium ſunt Lex Gratiæ, ergò ex Diuina Promiſsione erit æterna, & vſquè ad finèm ſæculi permanſura.

12. Sunt, & aliæ efficaciſsimæ rationes, immutabilitatèm Lègis Nouæ ſuadentes, è quibus duas ſeligo. I. Eſt ſicut Lex Naturalis Hominum cordibus à Naturæ Authore indita eſt priuſquam extèrnis ſcriberetur tabulis, & per ſe nulla præ-requirens externa ſigna ; quia intus Naturale rationis Dictamen Hominem dirigit ad honeſtum ; ita Lèx Nova à Chriſto Servatore relicta eſt, Hominum cordibus imprèſſa, non tabulis Scripta, ut ex Hier. 31. ſcribit. *Paul. Ad Hebræ.* 7. dicens: *Hoc eſt Teſtamentum, quod diſponam Domui Iſraël poſt dies illos dicit Dominus, dando Leges meas in mentem eorum, & in corde eorum ſupèrſcribam eäs.* Latèque ex inſtituto docèt Sanct. Thom. 1. 2. *quæſt.* 106. *art.* 1. Vnde Sanct. Auguſtin. *lib.* 15. *contra Fauſt. cap.* 4. ita Eccleſiam alloquitur : *Tu es Epiſtola Apoſtolorum ſcripta, non atramento, ſed Spiritu Dei Vivi, non in Tabulis Lapideis, ſed in Tabulis cordis carnalibus.* Quæ Auguſtin. deſumpſit *ab Apoſtol.* 2. *ad Corinth.* 3. Certum namque eſt Chriſtum Dominum nihil ſcripſiſſe, præter illam Adulteræ ſententiam digito in terra exaratam, ut notauit Salmeron, *tom.* 1. *Prologem.* 24. & ab eo Valente *dict. ſect.* 10. *num.* 16. Vbi Apocripha, & falſa demonſtrat alia ſcripta Chriſto Attributa, incluſa etiam Epiſtola, quàm Abagaro Dominum ſcripſiſſe fertur.

13. II. Duobus modis Lex aliqua ceſſare poteſt, vel negatiuè; illam nimirum auferèndo, pèr abrogationem ſcilicèt, *l. Derogatur, ff. de Verbor. Signification.* vel poſitiue ; altèram nimirum inſtituendo, quæ illam excludat, quia ei contraria eſt ; tunc enim licet verbis exprèſsis prioris abrogandæ Lègiſlator non mèminèrit ; priorèm abrogare cenſetur, contrariâ poſteriori Lège lata, *cap.* 1. *de Conſtitut. in* 6. Si conciliari nequit ; ſæcus autem ſi prior cum poſteriore conciliabilis ſit : argument. Text. *in cap. Cum Dilectus, de Conſuetudin. cap. Cum expédiat, de Elect. in* 6. *l. ultim. C. de Appellat. l.* 1. *C. de inofficioſis Dotibus.* Primo modo Lèx Nova ceſſarè nequit, quia Militans Eccleſia ſine Lège Dei pèrmanere nequit ; eſt enim de ratione Eccleſię, ut ſit viſibilis, & extèrnis ſignis ſuam profiteri Fidèm, ut late probat Cardinal. Bellarmin. *de Eccleſ. Milit. lib.* 3. *cap.* 18. *ad finem.* Ego Lèx iſta eamdèm habebit durationem, & permanentiam, ac Eccleſia Militans; ſed hæc vſque ad finẽ ſæculi eſt permanſura ex Diuina Promiſsione, Matth. 16. 18.

& ègo

*& ègo dico tibi, quia Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, èt portæ Inferi non præualebunt adverſus eam, &c.* Ex quo loci Æternam Eccleſiæ Durationem inferri Patres, & DD. omnes vnanimi docènt conſenſu; ut *Tractat. ſeq. latius* probabimus. Ergo, &c.

14 II. Etiam modo huius Legis ceſſatio repugnat, quia nulla alia Lex Hominèm in ſtatu viæ perfectius vnire cum Deo poteſt, quam Lex Noua, hæc enim tantùm per notitiam Fidèi, & Spiritus Sancti Gratiam, efficaciſsimis Sacramentorum medijs obtenta, & munita eſt; & ipſam Gratiam ex opere operati cauſans, Nos Deo coniugit. Tandem èx parte Legiſlatoris expectari nequit Lex, nèdum pèrfectior, ſed neque æqualiter perfecta, quum nullus Homo, vel Angèlus Chriſto Domino Lègis Nouæ Legiſlatore comparari poſsit, ut èx dicendis §. *ſeq.* manifeſtè conſtabit.

15 Licet autèm aſſertio noſtra adèo vèra, & nota ſit; adhuc tamèn inſtantiæ cuique facilè occurrèndæ, expoſita èſt, deſumendæ à particula *æternum*; eodem namque loquendi modo, & quidem in Sacris Litteris expreſſo, durationem Veteris Legis, promiſſam à Deo argui poteſt; nam Pſalm. 104. legimus, *ſtatuit illud Iacob in Præcèptum, & Iſraël in Teſtamentum æternum*; & tamen iam à Chriſti paſsione Lex illa ceſſauit (ut nuper dicebam) ergo particula *Æternum* non probat perpetuam durationem.

16 At inſtantiam non obſtare reſpondemus. I. Quia ſacra pagina diverſo modo loquitur de perpetuitate Legis Nouæ, ac de duratione Veteris Legis; De illa enim ſolum aſſerit affuturam eſſe æternam, ut nuper vidimus. De Noſtrà autem, & æternam, & numquam auferendam eſſe promittit, adnotante S. Auguſtin. *q. 124. in Exodum*, ex Pſalm. 109. ibi: *Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum, Tu es Sacerdos in æternum, &c.* Daniël. 2. 44. *Et Regnum eius alteri Populo non tradetur*, & rurſus Daniël 7. 14. *Poteſtas eius, Poteſtas æterna, quæ non auferetur, & Regnum eius, quod non corrumpetur*; Quæ ad Litteram de Chriſto intelligenda eſſe, docent communiter Expoſitores.

17 II. Autem reſpondetur ex S. Auguſtin. *in Geneſ. q. 31. & 43. & in Exod. q. 124.* S. Thom. 1. 2. *q. 103. art. 3. ad 1.* Legem Veterem dici perpetuam, & æternam, non ratione ſui, ſed ratione Legis per eam figuratæ; nam ut ſcribit Apoſt. *Ad Roman. 10. Finis Legis Chriſtus, & ad Galat. 3. Propter tranſgreſsiones poſita eſt* (Lex Moſaica) *donec veniret ſemen.* Poſt quam autem venit Dominus, non deſtruxit, ſed perfecit Legem, ut ipſe Dominus atteſtabatur, dicēs. Matth. 5. 17. *Nolite pùtare, quoniam veni ſoluere Legem, aut Prophetas; non veni ſoluere, ſed adimplere, Amen quippe dico vobis: Donec tranſeat Cœlum, & Terram Iota Vnum, aut Vnus apex non præteribit à Lege, donec omnia fiant.* Vel denique perpetuà dicebatur, quia licet per

extrinſecas cauſas, & rerum mutationem debèret ſucceſſu tèmporis variari; ſuaptè tamen naturà, quum ad Ius Diuinum pèrtineret, invariabilis èrat, quouſque tali modo impleretur, ut iam illius vèritas ſubſiſtère nèquiret, & ex Dei propoſito, ſtatuto tempore defeciſſe. Videndus èſt Abulen. *in cap.* 12. *Exod.* Vbi èiam Perer. qui rèm luculentius proſequitur *cap.* 13. *&* 17. *Geneſ.* Franc. Valentè *dict. ſect.* 10. *num. final.*

## §. II.

## Qui contemplandus eſt Chriſtus Dominus, ut Legis Gratiæ Author, & Supremus Legiſlator?

18 DIVINA illa increăta, tametſi genita Patris Sapientia, tèmpore ante ſæcula præſtituto, duplici in eamdèm hipoſtaſym coniunctà Naturà de Cœlo à Regalibus ſedibus in huius èxterminij tèrram, Homines à Diaboli Tyrannidè liberaturus, miſericorditèr proſiliuit *cap.* 1. *de Summ. Trin. & Fid. Cathol.* Concil. Carthaginèn. IV. *in Can. Qui Epiſcopus* 2. 23. *diſt. l. Reddentes* 8. *§. Manifeſtum, & §. Omnès verò, C. de Summ. Trinit. & Fid. Cathol.* in quibus adèo clarè Natiuitas Temporalis in carne paſsibili, & æterna Chriſti Diuinitas, & immortalitas docetur, ut nulla indigeat expoſitione; ad præſentem tamen tractatum, & ad plurium Canonum intelligentiam, aliqua neceſſaria, pureque Canoniſtis non paſsim obuia ex ipſa Textuum littera deducere, & pręmonere opere pretium duximus.

19 I. Chriſtum Dominum iuxtà duplicem hanc nuper explicatam Naturam, dupliciter etiam conſiderari poſſe, quà Deus ſcilicet, & qua Homo. Hanc diſtinctionem non ſolum Iuridicis confirmatam teſtimonijs inuenimus; ſed ab ipſo Chriſto, ſuæ Vitæ decurſu ab ipſis incunabulis, uſque ad admirabilem ſuper Cœleſtes Orbes aſcenſum, eam ſemper præ oculis habitam eſſe apparet; anxie namque Nos docere ſtuduit, ut in eadem Perſona ſua, & veritatem carnis noſtræ, & Maieſtatem Diuinitatis ſuæ agnoſceremus; etenim (inquit Auguſt. *tract.* 28. *in Ioan. propè initium*) ſemper hoc egit dictis, & factis ſuis, ut Deus crederetur, & Homo. S. Leo Homil. *de Transfiguratione.* Idque per ſingulas Chriſti actiones diſcurrens, optime explicat Franc. Valente *in Concord. Iur. Pontific. cum Sac. Theolog. tom.* 1. *tit.* 1. *Comment.* 1. *notab.* 6. *num.* 1.

20 Hæc autem diverſa conſideratio provenit in Chriſto ab Idiomatum communicatione; eſt autem Idiomatum communicatio Diuinarum, & Humanarum Proprietatum, ſeu Attributorum

inter

inter Deum, & Hominem mutuâ prædicatio; quum enim Diuina, & Humana Natura in vnam conueniant Personam, effectum est, ut Humana de Dèo, & Diuina de Homine prædicentur, quando materialitèr prædicatio pro Persona supponit. Vt communitèr docent Thèologi cum S. Thoma *3. p. quæst. 16. art. 2.* Vbi præcipuè Suar. *tom. 1. disput. 35. sect. 4.* Mich. Maucler. *de Eccles. Monarch tom. 1. part. 2. lib. 5. cap. 9.* Franc. Valentè *dict. notab. 6. num. 2. 3. & 4.*

21 Ast licet per hanc Idiomatum communicationèm Attributa illa mutuo prædicentur, obseruandum maximè, & attentè considerandum, proprietates illas, & prædicta referri solum ad Hominem ratione Humanæ Naturæ; ità tamèn, ut nullam suppositi crèati imperfectionem involvant, qualia sunt: Purus Homo creäta Persona, Filius Adoptivus, Natura Peccabilis, & alia in quibus Diuinum suppositum èxcludítur; quia Verbo Diuino etiam cum reduplicationè Humanitatis (ut Thèologi loquuntur) conuenire non possùnt; quoniam Christus, quatenus Homo, non Persona Creäta, non Purus Homo, non Filius Adoptivus, non Peccabilis, ulla ratione dici potest, ut optimè explicat Maucler. *dict. cap. 9. col. 144. litter. D.* ex S. Cyrill. Alexandrin. *lib. 1. contra Theodor.* rèlato in VI. Synodo, ibi: *Neque enim erat Homo simpliciter* (scilicet purus, & nudus Homo) *sed in speciè humana, qui est èx Deo Patre, Deus Verbum*, &c.

22 II. Obseruandum est duplicitèr rursus contemplandũ Christum Dominum; quà Dèus scilicet, & qua Homo in 1. consideratione, quum sit Gratiæ, & Gloriæ Dominus habuit etiam in Mundo authoritatiuè Supremam Potestatem Visibilem, tam Spiritualem, quàm Temporalem; ut nemo negabit. Hæc autem authoritatiua Potestas Diuinitati Christi competèns, ita fuit èi connaturalis, & annexa, ut nulli Creäturæ, imò nec ipsi Humanitati Christi potuèrit communicari S. Thom. *in 4. dist. 5. q. 1. art. 3. ad 1.* Henric. Henriq. *de Roman. Pontific. Clave, lib. 1. cap. 4. §. 1. litter. A.* Qua Homo autem per Vnionem hypostaticam Humanitatis ad Verbum dicitur Omnipotens simpliciter habens Potestatèm respectu Creäturarum, qua Vnione mediante, Potestas illa, quæ Deo conuenire dicitur, de Homine per Idiomatum communicationem prædicantur, ut *vide Can. Qui Episcopus*, elucet & optimè adnotauit Aluar. Pelag. *de Planctu Eccles. lib. 1. cap. 51. pag. mihi 39. col. 4.* addens Potestatem hanc siue actiuam, siuè passiuam ad Animam Christi referèndam esse secundum propriam naturam, & gratuitam virtutem naturalibus superadditam ob Dignitatem Personæ.

23 Quùm ergo Idiomatum communicatio in Christo, efficiat, ut de illo prædicari non possit, neque tamquam de Deo simpliciter, nec de Homine cum reduplicatione, necessariò debet procedere

dere quæstio de Christo, vtraque Natura constante per hypostasim, cui Attributa Dei, & Hominis per Idiomatum communicationem vnivocè conveniunt.

24 III. Obseruandum èst Christum Dominum in terra degèntem verum Hominem, & Dei Filium Naturalem extitisse, non Adoptivum, quia Natura Humana vnita est hypostatice illi Trinitatis Personæ, quę Filius Dei Naturalis est. Vnde Vnio, siue in fieri, sive in facto esse (ut Theologi verbis vtar) tantum se habet, veluti conditio, qua applicatur Naturæ Humanæ Persona Verbi, & efficitur, ut Humanitas vere, & proprie sit substantialis ipsi Christo; ut ex hucusque dictis aperte colligitur, & probatur ex *cap.1. §. Hæc Sancta Trinitas, vers. Et tandem Vnigenitus, de Summ. Trinit. & Fid. Catholica. l.1. tit.26. p.7. ubi Gloss. fin. in princip.* alias allegat Leges, & *in Summa, tit. 3. par. 1. Gloss.19.* Concinuntque ex Imperiali Iure *l. Cum Recta 5. §. Crèdentes 1. vèrs. in vltimis, l. Cum Salvatorèm 6. §. 1. & §. Similitèr 4. l. Cognoscerè 7. §. Pauci, & §. Reverendissimi, l. Reddentes 8. §. Manifestum, & §. Omnes, C. de Summ. Trinitat. & Fid. Catholic.* Docent communiter Orthodoxi omnes. Magist. *in Sent. 4. dist. 10. art. 4.* San. Thom. *3. p. q. 23. art. 4.* Alexandr. de Ales, Albert. Magn. S. Bonavent. Caietan. Suar. Lorca, Vasq. Concil. Franco-Fordien. Liber Sacrosyllab. Adrian. & Alcuin. apud Franc. Valentem *in Concord. Iur. Pontific. cum Sac. Theolog. tom. 1. tit. 1. Comment. 1. Notab. 5. num. 3. & seqq.* cui addo quam plurimos adductos à Basil. Legionen. *var. disput. part. 1. Relect. 4. Sentèn. 2. pag. 555.* Ripol. *de Regal. cap. 35. à principio.*

25 Et licet impudens Calvinus apud Anton. Fabr. *in Codic. lib. 1. tit. 1. num. 4.* hanc evertere doctrinam nixus sit; negando Filium Dei à Patre essentiam habere; istius, & Sequacium doctrina, quùm inter eorum deliramenta merito adnumeretur, utpote Sacris Scripturis, & ipsius Domini Verbis, atque communi Conciliorum, & Patrum consensui omninò oppositа sit, ut Faber. Idem demonstrat ibidē ex Hilar. Athanas. Basil. & alijs; non est ecquur pedem Nobis offendat stultissimum illud Dicterium.

## §. III.

## An in Christo Domino, vt Legis Gratiæ Authore, & Legislatore Supremo, originem habuerit Sacro-Suprema Potestas, & Iurisdictio?

26 Ex proximè firmatis præcedentibus §§. resultat præsentis dirfi-

difficultatis affirmatiua reſolutio, quum enim ex eis liquidò conſtet Chriſtum Dominum tamquam Verum Deum, & Hominem, & ſimplicitèr Omnipotentèm, fuiſſe Lègis Gratię Conditorem, & Legiſlatorem, irrefragabiliter ſequitur, in eo originem ſumpſiſſe Sacro- Supremam Poteſtatem; nunc in Lege Gratiæ vigentem. Tùm ex dictis de omnibus alijs ſtatibus Legem iſtam præcedentibus. Tùm etiàm ex communi Philoſophorum ineluctabili principio; *Quod eſt Cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati.* Poteſtas enim hæc eſt effectus Legis Gratię primarius, & immediatus, nàm quum Legis Gratiæ finis ſit Homines ad Æternam Patriam dirigere, quũque directio hæc ſit præcipuus Eccleſiaſticæ Poteſtatis ſcopus (ut Tract. ſeq. latius probabimus) qui fuit Legis Author, debet Poteſtatis ab ea producta eſſe origo, & Cauſa. Tùm denique quia Chriſto Domino per Vnionem hypoſtaticam Deo, & Homini facto, mox per Poteſtatem excellentiæ Vniuerſa competijt Sacro-Suprema Poteſtas, tàm actualis, quam habitualis, *ut Tract. 3.* fuſe probabo; Interimque produco Victoriam *de Poteſtat. Eccleſiaſt. Relect. 1. quæſt. pen. num. 15. pag. 40.* Thom. Boz. *de Iur. Stat. ſiue de Iure Diuino Naturali Eccleſ. Libert. & Poteſtat. lib. 1. cap. 10. fol. 49. pag. 1. verſ. Sextum tempus eſt,* late proſequentem *lib. 2. & 3.* præcipue probantem ex illo Matth. *vltim. Datta eſt mihi omnis Poteſtas in Cælo, & in Terra.* Quod interpretandum eſſe monet quantum ad externam manifeſtationem; nam re vera alioquin ipſius anima ſimulatque creãta eſt adminiſtrare cœpit in tota rerum Creãtarum vniverſitate ſingula, quæ in Cœlo, & in Terra per Angelos regebantur, quos in rebus agendis Diuinitas eius illuminabat Legis Naturæ, & Veteris temporibus (ut Tract. 3. dicam.) Vt ergo Chriſtus Dominus creãtus eſt, immediatam hanc acquiſiuit adminiſtrationem, effectuſque eſt Summus Pontifex Legis Gratiæ, ut ibi late probabo, & non obſcure inſinuavit S. Iuſtin. Martyr. *in Apolog. ad Senatum*, ſcribens: *Chriſtus quidem eo quod vnctus ſit, & per ipſum Deus diſponat, ordinetq; omnia, vocatus non vulgaris ſignificationis nomine.*

27 Hæc licet Orthodoxis omninò vera ſint; vlterius nihilominus ea probamus communi Theologorum placitu aſſerentium: Chriſto ut Inſtrumento Diuinitati coniuncto dattam eſſe Omnipotentiam; itaut Humanitati Chriſti in ſe conſideratæ duo tantum negentur; Creãre ſcilicet, & ad nihilum redigere; Hæc enim non, ut Homo; ſed, ut Deus eſt, præſtare poteſt; Reliqua autem omnia Humanitati Chriſti communicata ſunt, quę ut Homo, atque is, cuius Humana natura Diuinæ ſit adiuncta, & in Perſona Diuina coãdunata, exequi abſolute poteſt. S. Thom. *3. part. q. 13. art. 2.* Idem S. Thom. Sanct. Anſelm. Remig. & omnes pene Expoſitores *ad præcit. cap. Matth. vltim.*

*vltim.* S. Cyprian. *lib. 2. contra Iudæos, cap. 26.* Sanct. Athanaſ. *contra Arrian. Sermon. Ex Deo, Deum Verbum.* Nyſſen. *de Cognition. verb.* S. Vigil. *lib. contr. Euthic.* Quam obrem denegantes Chriſtum eſſe Originem Sacro- Supremæ Poteſtatis in Lege Gratiæ oſtendere debebunt, quomodo Chriſto Poteſtas hæc denegata ſit: quum ſub generali conceſsione compræhenſa reperiatur. Hoc autem nullis poterunt, ne quidem apparentibus, ſuadere rationibus. Vnde nobiſcum ſentire cogentur.

28 Vlterius Originem Sacro Supremę Poteſtatis in Lege Gratiæ à Chriſto immediate procedere ſuademur. I. Quia tam in Lege Naturæ, quam in Veteri Lege, vera Eccleſia, eiuſque Poteſtas meritis Chriſti venturi innixa eſt, & vſque ad Legem Gratiæ ſubſtitit; ergo ſi in Chriſto promiſſo originem habuit Sacro Suprema Poteſtas in alijs ſtatibus, fortiori æquidem ratione in Lege Gratiæ; non enim efficacior dijudicari poteſt Vmbra, quam corpus, & promiſsio, quam Donum; conſ. patet, Antecedens probo. Tum Iſaì. 49. ibi: *Ecce dèdi Te in Lucem Gentium, ut ſis ſalus mea uſque ad extremum Terræ.* Quod Vaticinium de Chriſto in omnibus alijs ſtatibus per promiſsionem; in Lege verò Gratiæ, præſentia ſua illuminante, intelligendum eſſe ſcribunt S. Petr. *Epiſt. 2. cap. 1.* & S. Paul. *in Epiſt. ad Hebræ. cap. 7.* Tùm quia in omni Lege, & in omni Statu Sacro Suprema Poteſtas Veræ Fidei pedamentis, & fundamento innixa eſt, ut *Tract. ſeq.* latius probabimus. Aſt in omnibus eis neceſſaria fuit Fides Chriſti Venturi, ſaltem implicita, in laxiori opinione, ut eodem oſtendam Tractatu. Ergo in omni Lege fuit Chriſtus Sacro Supremæ Poteſtatis fundamentum, ergo, & in Lege Gratiæ.

29 Diſcurſum hunc, ex Nobis efformatum, corroboramus, aſſertionemque noſtram II. Probamus Sacroſancti Concilij Tridentini infallibili definitione *Seſſ. 6. de Iuſtificat. cap. 2.* quà credere inſtruimur, & præcipimur Chriſtum ante Legem, & Legis tempore promiſſum; iam denique natum ex Iudæis, & Gentilibus vnam conflaſſe Eccleſiam; ergo in ipſo Chriſto Originem ſumpſit Legis Gratiæ Eccleſia. Conſequentiam probat Franciſc. Bonald. è Societat. Ieſu *in Æconom. Eccleſ. cap. 1. pag. 12.* Aſt Eccleſia perfecta dici non poterit, Sacro Supremà carens Poteſtate, ut paſsim probamus. Ergo, &c.

30 III. Originem hanc (eodem retento medio) probamus ex ipſius Chriſti ore, qui Matth. 16. protulit: *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam*; quaſi diceret: Super hanc Fidei tuæ firmitatem Eccleſiam meam ſtabiliam, eique neceſſaria omnia, tam ad ſui conſervationem, quàm augmentum conferam, vt exponit Bonald. *dict. cap. 1. pag. 13. poſt med.* Ergo Chriſtus Dominus, tam Eccleſiæ, quam Eccleſiaſticæ Poteſtatis, ſe Authorem, Cauſam, & Originem profitetur.

TRAC-

# TRATATVS II.

## De Sacro-Suprèmæ Poteſtatis, & Iuriſdictionis ſolidiſsimis Fundamentis, Materialibus, & Formalibus.

## Manuductio.

1 INquiſitâ iam, & aſsignatâ Poteſtatis iſtius verâ, & formali Origine, & exiſtentiâ in omni Statu, & Lege, ut ſecurius erigendæ molis altitudo conſurgat, recta procedendi methodus de ipſius ſolidioribus Fundamentis, tam Materialibus, quàm Formalibus elucidationem expoſcit, ut impenetrabiliter catafracta vndique remaneat.

## FVNDAMENTVM I.

### Sacro-Supremæ Poteſtatis eſſentiam, & exiſtentiam aperiens.

## PROLVSIO.

2 FVNDAMENTVM hoc definitionem præſeferẽs, primum eſſe debere, tam Iureconſultorum, quàm Dialecticorum, & Rethorum præcepta demonſtrant *l.* 1. *ff. de Iuſt. & Iur. l.* 1. *ff. Si cert. petat.* Cicer. *lib.* 1. *Offic.* Anton. de Præt. *de Iuriſdict. Epiſcop. cap.* 1. *in princ.* Bobadill. *lib.* 1. *Polit. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 26. Matienç. *in* 5. *Recop. tit.* 1. *in Rubric. Gloſſ.* 1. *num.* 1. quibus addi poſſunt quam plures laudati à Franciſc. Baronio *de Citat. tom.* 1. *q.* 3. *num.* 1. Ioann. Petr. Moneta *de Commut. vltim. volunt. cap.* 1. *num* 1. *& ſeqq.* Aſt quum Diuiſionem in æquivocis definitioni præcedere debere inſtruamur ex Ariſt. & alijs ſequutis à Carlev. *de Iudic. tom.* 1. *lib.* 1. *diſp.* 2. *num.* 696. Loter. *de Re benef. lib.* 1. *q.* 2. *num.* 2. quumque adeò multiplex, & varia ſit Iuriſdictionis materia, ut vix certum aliquid finiri in ea poſsit Quintanadueñas *de Imper. & Iuriſdictione, lib.* 1. *tit.* 2. *in princip.* Diuiſionem definitioni præponendam eſſe cenſuimus.

## QVÆSTIO I.

### Vnde? Quid? Et Quotuplex Iuriſdictio ſit in genere, & in ſpecie conſiderata.

## INTRODVCTIO.

3 VOX nulla eſt in Iure, tanta indigens explicatione, quam Iuriſdictio; eius namque etymologia, ambigua ſatis omnibus habetur, ideo, ut clarius à Nobis elucidetur in aliquos §§. quæſtionem diuidimus, & in limine monemus Differentiam, quam in titulo adhibemus inter Iuriſdictionem in genere, & ipſam in ſpecie conſideratam Iuri conformem eſſe, ut docet Fontanell. *de Pact. Nuptial. tom.* 1. *clauſul.* 4. *Gloſſ.* 14. *num.* 4. in vtraque ergo conſideratione de eâ diſſerendum Nobis eſt.

## §. I.

### Ec quid Nominis, & Rei Iuriſdictio ſit? Et quotupliciter in Iure accipiatur?

4 DVpliciter Iuriſdictionis Originem conſiderare oportèt: Quid rei ſcilicet, & quid nominis, ut in quęſtionis titulo innui; Iuriſdictio quoad rem, ſeu exiſtentiam duas habet nobiliſsimas Originès: Vnam prorſus Diuinam, quia Sacris comprobatam Litteris, Petr. Gregor. *de Repub. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 3. *& ſeqq.* Afflict. *deciſ. Neapolitan.* 391. *num.* 8. Camill. Borrel. *de Præſtant. Reg. Catholic. cap.* 21. *num.* 17. *& in Summa Deciſion. tom.* 1. *tit.* 41. *num.* 67. ubi meminit cuiuſdam Tractatus à ſe compoſiti quem Ms. direxiſſe ad Paulum V. Pontifi. Maxim. aſſerit ibique Originem hanc luculentiſsime expoſuiſſe affirmat. Conſiderare poſſumus Originem Diuinam etiam alteram, ſed Humano Iudicio Diuinitatem hànc ei ſubinductam Q. Ænnius *in Hiſtor. Sac. ab ipſo ex Euhemero Sicculo latinè interpretata*, ubi ſic ait: *Ea tempeſtate Iuppiter in Monte Olimpo maximam partem vitæ colebat, & eo ad eum in Ius veniebat, ſi quæ res in controverſia erant, &c.* Quæ verba in ponderationem antiquitatis Originis Iuriſdictionis adducit Scip. Gentil. *de Iuriſdict. lib.* 1. *cap.* 1. *poſt med.* cui addo Iuven. quem Satyr. 6. Huc videri meo ſpectantem, canèntem lègimus:

*Multa pudicitiæ Veteris Veſtigia forſan.*

*Aut aliqua extitèrat sub Ioue.*

5 Quoad materialem autem vocis, seu Nominis originem, variè DD. opinantur, alij à Iure, & *Dictione* eam deducentes, ex quo Maxima, & Summa Potestas Ditio appellatur, §. *Quorum vtramque viam. in Proœm. Instit. l. 2. §. Capta deinde Sardinia, ff. de Orig. Iur. l. 2. C. de Liber. & eorum lib. Cic. in Oratione pro Lege Agraria.* Vndè sine C. eam scribunt, ita ex Gloss. Panorm. Nauarr. Bar. & Silvestr. Molin. *de Iust. & Iur. tom. 6. tract. 5. disput. 2 num. 1.* Hieron. Threutler. *in Select. disput. Iur. tom. 1. disput. 3. thesi 1. q. 1.* Vbi Hulric. Hunn. *litter. A.* eam refert, & improbat, Antiquiòresque habet denominatio ista Patronos. Gloss. *in §. Ius iurandum, in fine, verbo, Iurisdictione, in Authen. de Defensor. Ciuit.* Fulgos. & Zas. *in Rub. de Iurisdict. Omn. Iudic.* Fontanell. *dict. Gloss. 14. num. 2.* ubi allegat Gloss. *in l. Imperium, verbo, Mistum est, ff. de Iurisdiction.* & Bar. *ibidem nu. 3.* Calefa. *num. 89.* Azon. & Coras. & illud Virgil. 1. Æneid.

*Qui Mare, qui Terras omni Ditione teneret.*

Optimè Iacob. Menoch. *de Iurisdictione Imper. & Potest. Ecclesiast. & Saculari nondum in lucem emissa, tom. 1. lib. 1. cap 1. vers. Iurisdictionem à Iure, & Ditione.* Vbi hanc, & contrariam mox referendam adducit, quas conciliari posse existimat, quadam adhibita distinctione, scribendam nimirum sine C. Iurisdictionem, quùm in genere sumitur, prout causas Meri, & Misti Imperij, ac etiam Iurisdictionis complectitur quùm *Ditio* sit Potestas, illaque generalis omnia sub se comprehendens *dict. l. 2. C. de Libertis*: quum verò in specie sumitur scribendam esse cum littera C. ut significet Iurisdictionem illam, quæ solum versatur circa Causas Ciuiles quasi Ius tantum dicatur.

6 Ast communiter DD. reijciendam originem istam autumant; tum ex diuersa significatione, ab hac scribendi ratione resultante Ioan. Sicard. *in Lexic. Iurid. verbo, Iurisdictio.* Georg. Obrecther. *in tractat. de Iurisd. lib. 1. cap. 1. num. 6.* Tum, & etiam quia destituta est hæc origo omni Iuridica, seu probata corroboratione. Anton. Vacca *in Rubr. de Iurisdict.* Æguin. Baro. Ioachim. Stephan. Georg. Obrecther, & alij apud Osvv. *in not. ad Donel. lib. 17. Commentar. cap. 6. litt. G.*

7 Alij autem Iurisdictionem à Iure dicundo, seu Iuris diceudi facultate deriuari autumant Mo la *in Empor. Iur. part. 1. tit. 2. in præmissis num. 15.* Sichard. *in Rubric. C. de Iurisdict. num. 1.* Vaccon. à Vaccuna *lib. 6. declarat. 66. num. 4.* Alciat. *lib. 2. Disputat. cap. 24.* Corras. *lib. 3. Miscellan. cap. 17. in princip.* Matth. Vvesemb. *in Rubr. ff. de Iurisdict. cap. 2.* Threutler. *dict. q. 1.* Vbi Hulric. Hunn. *litter. A.* idem Hulric. *de Iurisdict. Polit. p. 1. cap. 1. q. 1.* Ioan. Petr. Fontanell. *de Pact. Nuptial. tom. 1. clausul. 4. Gloss. 14. num. 2.* allegans Vacconium à Vacuna, Decium, Cancium cul, & Parlador. *lib. 2. Rer. cotid. cap. 1. num. 1.* Ioan. Kalu, *in Lex. Iurid.*

*verbo, Iuriſdictio, pag. mihi 649. col. 1. num. 4.* Illiger. *dict. cap. 6. litter. G.* Scip. Gentil. *dict. cap. 1. poſt princip.* Mènoch. *dict. cap. 1. verſ. Iuriſdictionem*, ibi: *Iuriſditionem à Iure, & Ditione dici aliqui ſcripſerunt, & Gregorius Haloand; qui inſcriptiones ita edi voluit, ut cum littera C. excuderentur, dixitquè componi ex Iure, & Ditione, Ditio verò eſt nomen verbale, ſignificans actum ſui verbi, quaſi ſit Actus ipſe Iuriſdicendi, & ob id Iuridice dicti ſunt à Iuridico, ut docuit Æguinar. Baro. in Rubr. ff. de Offic. Iurid. Alexand. & apud Ciceron. in Flacco, in optimis Codicibus legitur Iuriſdictio cum hac littera C. &c.*

8 Ad Rei ſignificationem, eiuſque acceptiones devenien-do, multiplicitèr Iuriſdictio ſumitur, in latiſsima, & in lata ſignificatione conſiderata, Menoch. *dict. cap. 1. mox à princip.* & omnes mox referendi.

9 In latiſsima ſignificatione tamquam genus conſideranda eſt, plures ſub ſe continens ſpeciès. I. Namque comprehendit etiam priuatam Poteſtatem competentem Priuatis, ut ſunt Patrès, Patroni, & Tutores, *l. Seruui, & Filij, ff. de Furt. l. 2. C. de Libert. & eorum lib.* Menoch. *dict. cap. 1.* ſubdens hanc Iuriſdictionem impropriam eſſe, & minimè huc pertinentem. II. Autem pro locorum regione. Plin. *lib. 5. Nat. Hiſt. cap. 20.* ibi: *Ab ea Doris incipit; ſed prius terga, et Mediterraneas Iuriſdictiones vindicaſſe conuèniant. l. ultim. ff. de Iuſt. & Iur.* in hac acceptione intelligenda. III. Pro Ciuitatibus, ſeu locis ſubiectis, ut èx Sulpitij Epiſtol. probat Scip. Gentil. *dict. cap. 1.* prę monens non ideò Iuriſdictionem pro Territorio accipi *in l. Si quis ex, ff. de Iudic.* Anton. Corſet. *in Sing. verbo, Iuriſdictio 1. num. 1. fol. 601.* IV. Profontè Iuriſdictionis ſumitur, ſive pro ædicto perpètuo in albo propoſito, Cuiac. *lib. 24. obſeru. 25.* Oldendorp. *claſs. 1. act. 2.* Zaſ. *lib. 1. Singul. Intellect. cap. 2.* Robert. *lib. 4. Sent. cap. 11.* V. Deniquè pro Notione ſumitur, quia nomèn hoc comprehendit, quicquid ad Prætoris Iuriſdictionèm attinet, Arnold. Vinn. *de Iuriſdict. cap. 5 num. 1.* Vnde Methonimia vſurpata effectus pro cauſa accipitur.

10 In lata ſignificatione ſumptum Iuriſdictionis nomen, Poteſtatem illam præſefert, quæ Magiſtratibus conuenit de publico conſtitutis, & dicitur hæc propriè Iuriſdictio, ut perbellè notat Menoch. *dict. cap. 1. verſ. Iuriſdictio latè ſumpta*, ubi de hac omnes inſtitutos eſſe Tractatus de Iuriſdictione ait. Hancque pleniſsimam vocitant communitèr DD. ex Textu *in l. Si in aliquèm, §. Cum pleniſsimam, ff. de Offic. Proconſul.* Canoniſtę autèm Omnimodam vocant *Clement. vnica, §. ijſdem, verſ. Omnimodam*, & ibi Gloſſ. & DD. *de Foro competent.* Vbi latè diſputant quid propriè Omnimoda Iuriſdictio ſit?

§. II.

## §. II.

### Quotuplex Iurisdictio sit absolutè considerata?

11 QVIA Nobis cordi est necèssaria solùmodo sectati, superfluaque, & quę obscuritati magis, quam vtilitati dèseruiunt, omittere, ab ipso quæstionis vestibulo ad notarè libuit quam plurimas ab alijs adductas diuisiones, consultò à Nobis relictas; censemus enim cum Petro Gudelino *de Iure Nouissimo, lib.5.cap.13.num.19.* Obscuritatem, quæ circa hanc èffunditur materiam, à commentis Interpretum proficisci; eo quod eam explicare tentantes quam plurimos Iurisdictionis, & Imperij gradus, nulla Lègum authoritate constituentes, etiam illa comprehendunt, quę à Iurisdictionè, & Imperio aliena sunt, propriaq; Maièstatis, quod ipse Gudelin. explicat, nec dissentit Camil. Borrel. *in Summa Decision. tom.* 1. *tit.* 41. *num.* 29. *&* 32. Vbi conqueritur involute tractatam esse Iurisdictionis, & Imperij materiam Pluraque à DD. inuenta potius officere, quam proficere omnium intelligentiæ.

12 I. Ergo dividùnt Iurisdictionem in lata significatione acceptam, in genus, & species Scip. Gètil. *lib.*1. *de Iurisdict. cap.*2. Duaren. Coras. Zas. Museorn. Faber. Parlador. Petr. Gregor. Mathias Stephan & Rosbach, sequuti ab Osvv. *in not. ad Donnel. lib.* 17. *Comm. cap.*7. *litter. A.* cui addo Ioan. Oros. *in l. Imperium, num.*68. ubi etiam Curt.Iun. *nu.*2. *ff. de Iurisdict.* Morlam. *in Empor. Iur. p.*1. *tit.*2. *in præmissis, num.*12. Cancer. *var. resol. lib.*2. *cap.*2. *num.* 4. & nullo ex eis relato Menoch. *in præallegato, cap.*1. *vers. Iurisdictio latè sumpta*, ubi subdit frequentissimam esse in Iure Diuisionem istam, eamque adaptari probat Adoptionibus, Cognationibus, legitimis Hæreditatibus, & Pactis, quæ in genere, & in specie considerari posse docet *ex l.* 2. *ff. de Adopt. l. inter Agnatos, ff. Vnde legitim. l. Legè obuenire, de verbor. sign. ff. iunct. l.*3. *§. Dotis, ff. Pro Socio, l.*1. *§. Conventionis, ff. de Pact.* Dec. *in Rubr. C. de Pact.* lateque diuisionem hanc exponit, adde Fontanel. *dict. claus.*4. *Gloss.*14. *num.*4. *à principio.*

13 Igitur Iurisdictio, prout Instituto nostro deservit, in quatuor species sub alternas, seu in totidem genera partitur, Merum scilicet, Mistumque Imperium, & Iurisdictionem simplicèm Iure Magistratus competentem, & eam, quæ neque Imperium, neque Iurisdictio simplex est, sed ei soli competit cui Lex, Senatus Consultus, vel Princeps, nominatim concessit, ut singulariter notat Clapperis *de Imper. & Iurisdict. conclus.*2. *num.*7.

14 Potest adhuc Iurisdictionis genus in sua genera sub alter-

na breuius diſtribui, vel ſecundum eſſentiam, vel ſecundum qualitatem, diuerſis tamèn modis. Secundum eſſentiam omnis Iuriſdictio diuiditur. I. In Imperium, & Iuriſdictionem, quę nomen genèris retinet, ut in 1. tetigimus diuiſione. II. Diuiditur etiam ſecundum eamdem eſſentiam in duas ſpècies ſubaltèrnas, ſeu in duo genèra, ut vna Iure Magiſtratus competat, altera Lègè, Senatus Conſulto, vel à Principe ſpecialiter tribuatur illa ſimplicitèr; hæc ſpecialiter concèſſa appellatur. Hæc rurſus ſubdiuiditur in Mèrum, & Miſtum Imperium, & Iuriſdictionem ſpecialiter tributam, quæ eſt quarta Iuriſdictionis ſpecies ab Imperio, & Iuriſdictione ſimplici prorſus diſtincta; & ſeparata, ut Clapperis explicat. *dict. concluſ. 2. num. 7. verſ. Secundo poteſt.*

15 Secundum qualitatem multipliciter ſubdiuiditur Iuriſdictio, ut vna ſit Ciuilis, alia Criminalis, hæc delictorum vindicatiua ad Imperium refertur. Anton. Govean. *de Iuriſdict. lib. 1. num. 21.* Georg. Obrecther. *eodem Tractat. lib. 1. cap. 2. num. 3.* Hulric. Hunn. *in Encyclopædia Iur. part. 2. tit. 36. cap. 1. num. 2.* Illa autèm Ciuilibus moderatur; *Omnis enim Magiſtratuum Poteſtas, ideo comparata eſt, & inuenta, ut controverſias finiat, vèl delicta puniat*, declamabat olim Cicero. *in Orat. pro Cecin.* docentque Valentin. Foſter. *lib. 2. Hiſtor. Iur. Ciuil. cap. 86. num. 2.* Anton. Govean. *ad l. 3. num. 36. & ſeqq. ff. de Iuriſdict.* Ioan. Ramos *in Enchirid. Reg. Iur. lib. 2. Axiom. 154.* Clapperis *dict. concluſ. 2. num. 8. verſ. Tertio ſubdiuiditur Iuriſdictio ſecundum qualitatem in tres ſpecies*, quibus alteram ipſe addit, ut iam vidimus; ſub hiſquè principalibus ſpeciębus aliæ continèntur inferiores, & infimæ.

16 I. Eſt Iuriſdictio Suprema, cauſas omnes Ciuiles, Criminales, & Miſtas, Publicas, atquè Priuatas complectens, ut ex Æguinar. Duaren. & Govean. docèt Quintana Dueñas *de Imper. & Iuriſdict. lib. 1. tit. 6. num. 14.* II. Autem eſt Iuriſdictio Modica, quæ cognitionem negotijs Ciuilibus interpoſitam moderatur. III. Autem infima, quæ non Iuriſdictionem, ſed Notionem comprehendit, ut docènt mox referendi DD.

17 Alij IV. Iuriſdictionem hanc diuidunt in Altam, Mediam, & Baſſam, ſic barbarè tam Galli, quam alij exteri Scriptores infimam vocitare conſueuèrunt, non quia Latialis eloquij rudes, ſed, ut explicatius ſuis ad loquerèntur Maluer. *in Pract. tit. de Iudic. & eorum Iuriſdict. num. 12. & 13.* Rhenat. Chopin. *de Sacra Politia, lib. 3. cap. 6. num. 9. & de Doman. Franc. lib. 2. tit. 7. num. 13. & in And. II. ſeu Conſuetudin. lib. 1. tit. 2. cap. 39. num. 6. & tit. 3. cap. 42. num. 8. volum. 1.* Gerard. Maynard. *deciſ. 19. lib. 2.* Camill Borrèl. *in Summa Deciſion. p. 1. tit. 41. num. 68. & de Magiſtrat. edict. lib. 1. cap. 1. num. 125.* Sarauia *de Iuriſdict. Adiunctor. q. 32. num. 4. & 5.* Ioan. Petr. Fontanell. *d. clauſ. 4. Gloſ. 14. num. 5.*

Diui-

18 Diuiſio hæc, & alia à Nobis nuperrimè adducta in Ciuilem, & Criminalem eiuſdèm ſunt naturæ, qualitatis, & farinæ, vtraque barbara, à Iuris Romani vſu aliena, ut iam monui, & ratiocinatur Arnold. Vinn. *de Iuriſd. dict. & Imper. cap. 1. num. 1.* quia ſcilicet Imperium, quod Merum appellant, ut ſpecies oppoſita expreſſè à Iuriſdictione ſeparatur, cui in eſſe dicitur Imperium Miſtum, *l. 1. §. 1. ff. de Offic. eius, cui mandata eſt Iuriſdictio, l. 3 ff. de Iuriſdict.* & Tull. *in Orat. pro Luc. Annæo Murena*, Poteſtatem Iuriſdicendi diſſertè opponit Quæſtioni, hoc eſt Mero Imperio, ut explicat. Carol. Sigon. *de Antiq. Iur. Prouinc. cap. 7.* & Iacob. Cuiac. *in l. 1. §. 1. verſ. Et Imperium, ff. de Offic. eius cui, & in l. 1. ff. de Iuriſdic.* Quicquid in contrarium clamitent Gloſſ. *in prælegatis Iuribus.*

19 Nec facit diuiſionibus his *l. 1. in principio, ff. de Offic. eius cui, & l. 7. § ultimo, ff. de Offic. Proconſul.* eis nãque reſpondet Vinn. *l. c.* qui *dict. cap. 1. num. 2.* ſubſtineri poſſe addit diuiſiones iſtas docendi, ſeu claritatis cauſa; ſpectatà enim verbi proprietatè Poteſtas cognoſcendi, & iudicandi de cauſis Criminalibus poteſt Iuriſdictio appellari; quum in confeſſo ſit, etiam de his Ius dici, *l. 2. §. Et quia 23. ff. de Orig. Iur.* ibi: *De capite ciuis Romani in iuſſu Populi, non erat Lege permiſſum Conſulibus Ius dicere, ideſt executioni mandare ſententiam latam*, Cuiac. *ibidem, & in l. 1. in fine, ff. de Iuriſdict.* Sic apud Suèton. legitur *Iulium Cæſarem de repetundis, Auguſtum de Parricidio, & Claudium de maiori fraude Ius dixiſſe.* Docentque Vinn. *dict. nu. 2.* Petr. Gudèlin. *de Iure Nouiſſimo, lib. 5. cap. 13. num. 17.* itaut tunc vèrborum vſus cum eorum verbalibus fuerit convertibilis. Vnde idem ſonabat Iuriſdictio Criminalis, ac Criminale Iudicium. Quod hic tantum admittitur, ut grauiſsimorum Intèrpretum ſaluetur diuiſio, alias namque certum eſt non habère eamdem ſignificationem verba, ac eorum verbalia, ut optimè probat Vinn. *dict. num. 2. in fine*, qui ſingulariter hoc præmonuit.

20 V. Iuriſdictio communiter diuiditur in ordinariam, & extraordinariam, ſeu propriam, & impropriam. Rurſuſque dupliciter ſubdiuiditur in ſtrictam, & latam. Ordinaria ergo Iuriſdictio ſtrictè, ſeu propriè loquendo, & quam quiſque Magiſtratus ex natura ſui Officij habet, ſiue propter eam ab initio creãtus ſit, ſiue eam iam creãtus more maiorum obtinuèrit, ut Prætor, qui initio conſtitutus eſt, ut de cauſis priuatis, inter contèndentes Iudicio Ciuili ius dicèret, more vero hoc eidem conceſſum, ut priuata iudicarè poſſet, vel iuberet. Vnde propriè dicitur Prætori competere, vi ſuæ Iuriſdictionis, ſiue Iure ſui Magiſtratus, & more Maiorùm, ut priuata iudicet, aut iudicare iubeat, *l. 1. ff. de Offic. eius cui.* Hulric. Hunn. *dict. tit. 36. cap. 1. num. 2.* Arnold. Vinn. *dict. tractat. de Iuriſdict. cap. 5. num. 3.*

Iuriſ-

21 Iuriſdictio autèm lata, ſeu paulo latius ſumpta eſt, quæ compræhèndit ea quæ ad Iuriſdictionèm Magiſtratus proprie, & more Maiorum non pertinent, aut ad èa propter, quæ ab initio creätus eſt, ſed ſpecialiter Magiſtratui poſtea conceſſa ſunt, quia concèſsione, tamquam acceſsione quadam nouæ Authoritatis ius, Officiumque Magiſtratus, ac iuriſdictio plenior, atque auctior euaſit, ut ſingulariter adnotauit Arnold. Vinn. *dict. cap. 5. num. 3.* comprobans ex *l Muto 6. §. 2. ff. de Tut.* Vbi vocem Iuriſdictionis, & Magiſtratus paulò latius accipiëdam monet, pro eo ſcilicet Iure, quod ex aduentitia illa, & ſpeciali Poteſtate Magiſtratui competit: argument. Text. *in l. 1. ff ae Iuriſdict. l. 8. §. Sed nec* 18. *ff. ae Tranſact. l. 3. ff. de Poſtul. l. 3. §. Sed etſi, ff. de Iudic. ſolu. §. Sed hoc Iure 4. ff. de Attil. Tutor.* Ex quibus facillimè ſoluendam cènſemus controverſiam illam ſatis intricatam: An ſcilicèt Tutoris datio ad Iuriſdictionem pertineat? De qua mirè variant DD. *in nuper allegatis Iuribus*; videndique ſunt præter ordinarios Donnel. *lib. 7. Comment. cap. 2.* Corraſ. *lib. 5. Miſcellan. cap.* 24. Bellon. *lib. 1. Supput. cap. 2.* Muſcorn. *in Tractat. de Iuriſdict. num.* 167. Scip. Gentil. *eodem Tract. lib. 1. in Orat. Diui Marti, cap. 1.* Vinn. *citat. cap. 5.* Pro noſtraque interpretationè videndi Bozerus *de Iuriſdict. cap. 1. num. 16.* Vaccon. à Vaccuna *lib. 6. declarat. cap. 78. nu. 13.* & alij, quos libenter omiſsi quia hodiè ſubtilitatibus tantum Theoricis addictis deſeruiet hæc quæſtio, Tutoris namque datio ordinariæ Iuriſdictioni hodiè iam ab omnibus indiſtinctè attribuitur, ut docent Vulgares Interpretes *in dict. §. Nos autem 5. Inſtit. de Attil. Tutor.* Vbi præcipuè Miſing. *num. 11.* Vultèius *num. 10.* & alij, quorum plures refert Vinn. *dict. cap. 5. num. 4.* qui omnes, tam ſcripti iure, quam conſuetudinè id obtinerè docent, eiſque addo Hugon. Grot. *lib. 1. Introduct. ad Iuriſprud. Batau. cap. 7.* Argèntre. *ad Conſuetud. Brittaniæ, artic.* 458. *Gloſſ. 2.*

22 Quod autem Iuriſdictio hæc ſtrictè ſumpta propria dèbèat appellari patet ex Text. *in l. Mere Maiorum 5. ff. de Iuriſdict. l. 1 ff. de Iudic.* Ad omneſque cauſas ſui Territorij ſe extendere debet, *l. Si Pupillus. ff. de verb. ſignif. cap. 1. & 2. 17. q. 5.* Can *in Regulis 2. q. 3.* iunctis alijs, quæ in comprobationem adduci poſſunt ex Bellon. *lib. 1. Supput. cap. 11.* Loriot. *de Mertè, Axiomate* 16. Vaccon. à Vaccuna *lib 6. declarat. cap.* 84. Iacob. Menoch. *de Arbitrar. lib. 1. q. 68.* Propriaque appellari debet, licet à Supremis Principibus Eccleſiaſtico, aut Sæculari concèdatur, quorum licet Creätio, aut Electio ſit, poſita tamen hac deſignationè Perſonæ, quia Iuriſdictio eſt annexa Dignitati cum ea in electum Iure proprio tranſfertur Iuriſdictio Purpurat. *in l. 1. §. Qui mandatam, nu. 2. & in Rubr. num. 11. ff. de Offic. eius, cui mandata eſt Iuriſdictio,* & probatur ex *tit. de Offic. Ordinarij*, & docent Canoniſtæ

niſtæ *in cap. Quanto*, ubi præcipue Abb. *nu. 5. de Offic. Ordinar.* Nauarr. *Comment. 2. de Regular. num. 63.* S. Thom. *2. diſt. 4. q. 2. art. 3.* ubi cõmunitèr Expoſitores Laiman. *in Summ. tom. 1. lib. 1. tract. 4. cap. 7. §. 8. num. 28.*

23 Extraordinaria, ſeu impropria Iuriſdictio eſt, quæ licet alicui perpetuò concedatur munèri, quum à principio Reip. munus illud non fuerit creãtum, ſed procedentè temporè ob aliquam Populi vtilitatèm, vel Principis voluntatèm fuerint extra ordinem, vel ultra ordinem adinuènti, merito èxtraordinarij vocantur, èorumque Iuriſdictio tametſi perpetua, extraordinaria rèputatur, cuius èxemplum eſt Præfectus Annonæ *l. 2. §. Sanè Præfectus, ff. de Orig. Iur. l. 1. ff. de Offic. Proconſul.* Cuiac. *in Paratit. C. de Iuriſdict.* Ioachim. Steph. *lib. 1. de Iuriſdict. cap. 5. num. 13. & 14.* & licèt alitèr èam alij explicent, quia tamen parum à Nobis differunt, ab eorum ſuperſedemus explicatione, quam videndam remittimus apud Clapper. *de Imper. & Iuriſdictione, concl. 2. num. 7. & concl. 18. tota.* Hèntic. Schuèrin. *repetit. lect. cap. 6.*

24 VI. Diuiditur Iuriſdictio in Ordinariam latè ſumptam, & Delegatam, ſeu (ut alijs placèt) in Iuriſdictionem Propriam, quæ nimirum Iurè proprio quomodocumque ſit Magiſtratui perpetuò competit; Et in Iuriſdictionèm Impropriam, ſeu Mandatam, & prorogatam, quæ non Iure proprio, ſed beneficio alterius competit, Gaſp. Valaſc. *in l. Imperium, num. 270. ff. de Iuriſdict.* Thob. Paurmèſtier *de Iuriſdict. cap. 10.* Obrècther. *eodem tract. lib. 1. cap. 2. num. 27.* Hulric. Hunn. *dict. tit. 36. cap. 1. num. 5.* Arnold. Vinn *eodem cap. 8. mox à princip.* quam latè èxplicant.

25 VII. Diuiſionis ſpecies eſt in Contentioſam, & Voluntariam Donnel. Obrecther, & Scip. Gentil. apud Hulric. Hunn. *dict. tit. 36. cap. 1. num. 4.* Alij autem non ſpecies principales Iuriſdictionis has eſſe cenſent, ſed ſub alternatas Ordinariæ Iuriſdictioni, & extraordinarie procedẽtès. Arnold. Vinn. *d. tract. de Iuriſdict. cap. 6. num. 2. & 3.* Alij denique licet principales ſpecies eſſe affirment, tertiam aliam obtrudunt, mediam ſcilicet inter utramquè. Petr. Gudelin. *de Iure Nouiſſimo, lib. 5. cap. 13. num. 9. & 10.* cui adiungi poteſt Hopperus *lib. 3. de Iure Arte, cap. 5.* Donnel. *dict. lib. 17. Comment. cap. 8.* èamdem ſpeciem admittentes, eamque miſtam appellantes: ſed hæc adinuenta ſpecies communi Doctorum ſententiâ omninò repellenda eſt.

26 Diuiditur denique Iuriſdictio hæc in Eccleſiaſticam, & Sæcularem, tamquam in duo generaliora principia, penes quæ recenſitæ omnes ſpecies, reſpectiuè invèniuntur: diſgregata tamen quælibet illa reſpectiua qualitatè Eccleſiaſticæ, vèl Sæcularis; nihilo enim ſpèciès hæ Iuriſdictionis diſtinguntur à Iuriſdictione in abſtracto, vel in ſe conſiderata; in concreto autem in èo ſo-

ſolum, quod vna ab Eccleſiaſticis, & à Sæcularibus altera, Magiſtratibus exerceatur, ut ex Henrico Bozèro, Ioachimo Stephan. & Georg. Obrecthero, docet Hulric. Hunn. *dict. cap. 1. num. 6.* Sigiſm. à Vorburg. *in Aur. rudim. Canonic. claſ. 1. tit. 3. §. 2. verſ. Diuiditur 3.* eique adnecto Mart. *de Iuriſdict. p. 1. cap. 7. num. 9.* Molin. *de Iuſt. & Iur. tom. 1. tract. 2. diſp. 21. num. 1. & num. 13.* Acuñam *in cap. Cum ad verum 6. num. 1. 96. diſt.* Adamum Contzem. *lib. 6. Polit. cap. 3. §. 1.* Iacob. Menoch. *d. lib. 1. cap. 4. circa finem.* Antequam diuiſioni huic poſtremæ principaliter Tractatui noſtro deſeruiēti inſiſtamus, doctrinæ ordo inquiri depoſcit, eius eſſentiam, quę definitione aperitur, ne promiſsis in quæſtionis titulo non ſtetiſſe arguamur.

## §. III.

### Ecquid Iuriſdictio in genere ſumta?

27 IN genere, & in ſpecie conſiderari poſſe Iuriſdictionem iam ſupra monui, in prima conſideratione eam definiendam ſuſcipimus, commodiori loco eius definitionem in ſpecie reſeruantes. Hanc autem multipliciter definiunt Authores noſtri.

28 Accurſ. *in l. 1. verbo, Poteſt, ff. de Iuriſdict. omn. Iud.* ſic eam deſcribit: *Iuriſdictio eſt Poteſtas de Publico introducta cum neceſsitate Iuriſdicendi, & æquitatis ſtatuendæ.* Quam probat Bar. *ibidem num. 3.* adiungens: *Tamquam à Perſona ſtatuendæ.* Nullaque adhibita adiectione, Gloſſæ definitionem ſequuntur quam plures alij in cod. Textu, ſequuti à Roland. à Valle *conſ. 42. num. 20. volum. 2.* Franc. Marc. *deciſ. Delphinat. 280. num. 1. & deciſ. 368. num. 6. vol. 1.* Contenti eo quod Iuriſdictio ſit Poteſtas de Publico introducta. Bartholum tamen ſequitur, atque defendit Forcatul. *in Necyomant. Iur. Dialog. 120. num. 4.* referente Camillo Borrell. *in Summa Deciſion. tom. 1. tit. 41. num. 3.* Aſt communiter ab alijs Accurſij deſcriptionem ſequutam videmus. Bal. Hoſtien. Azo. Quintil. Mandoſ. & Thom. Mier. laudati à Fontanel. *de Pact. Nuptial. tom. 1. clauſul. 4. Gloſſ. 13. num. 4.* ſed ſaluà eorum authoritate ſuperfluam Accurſij definitionem reputamus; neceſsitas enim Iudicandi ab eo adhibita ad Ius dicentis Officium, & Iuriſdictionis exercitium pertinet, *l. De quàre, ff. de Iudic.* & non ad genus Iuriſdictionis. Quidquid enim in Poteſtate Iudicis poſitum eſt, non ſubijcitur Iuris neceſsitati, *l. Non quidquid, in princip. ff. de Iudic.* Bartol. quoque additionem repelli poſſe apparet ex adductis à Clapperis *de Imper. & Iuriſdict. concluſ. 1. num. 2.* mox referendo.

29 Hanc ipſam definitionem adduxit Bar. exprofeſſo eam explicans *in l. 3. num. 2. & 3. ff. de Iuriſ-*

*Iurisdict.* eamque ab aliorum impugnatione defendere conatur Ioann. Orosc. *ibidem num.* 45. *ex Gloss. in §. Ius iurandum, in Auth. de Defensor. Ciuitat. collat.* 3. Vldar. Zas. *in Paratit. ff de Iurisdict. num.* 1. *& in l.* 3. *num.* 27. *ff. eod.* Sarauia *de Iurisdict. Adiunctor. q.* 3. *num.* 6. Sed eam, aliasque à se ex pluribus adductas, refellit Illiger. *in not. ad Donell. lib.* 17. *Comment. cap.* 5. *littera F.*

30 Aliam excogitauit Iacob. Cuiac. *in Paratitl. C. de Iurisd. & in l.* 1. *ff. eod. atque lib.* 18. *obseruat. cap.* 38. *in fine*, quæ non displicet Illigero *dict. litter. F.* & placuit Hermanno Vultejo *lib.* 1. *Discept. Scholast. cap.* 1. Carolo Sigonio *lib.* 3. *de Iur. Prouinc.* Scipioni Gentil. *lib.* 2. *de Iurisdict. cap.* 2. Henric. Schuerim. *lib. vni. repetit lect. cap.* 6. Vincent. Cabotio *lib.* 2. *Disput. Iur. cap.* 6.

31 Prope innumeras alias exhibent Hieron. Threutlerus *in Select. Disputat. ad Ius Ciuil. tom.* 1. *disp.* 3. *thesi* 1 *q.* 1. quem ibidem sequitur Hulric. Hunn. *litter. B. pag.* 191. *col.* 1. *& in Encyclopad. Iur. p.* 2. *tit.* 36. *cap.* 1. *num.* 1. Borrel. *dict. tit.* 41. *à num.* 24.

32 Sed eas omnes non esse definitiones, sed Descriptiones tantum monet Ioann. Iañez Parlador. *Rer. Cottidian. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 3. cui addo Cuiac. *lib.* 21. *Obser.* 30. Vvalther. *lib.* 1. *Miscell. Iur. cap.* 2. Cabot. *d. lib.* 2. *Disp.* 8. *in fine.* Scip. Gentil. *d. lib.* 2. *cap.* 4. Illiger. *d. cap.* 6. *lit. F. in fine.*

33 Inter tot tantasque Definitiones, seu Descriptiones aliquam vitio carentem eligere difficilimum est; quum à I. C. moneamur *in l. omnis definitio. ff. de R. I.* omnem definitionem in Iure periculosam esse, ita ut vix vlla inueniri queat, quæ merito non impugnetur, & expugnetur. Quod absolute in omnibus Iuridicis Definitionibus absolute prolatum, potiori militant ratione in Iurisdictionis definitione, vix enim vlla difficilior materia est, quam Iurisdictionali, ut alibi prænotamus, & aduertit Camill. Borrellus *dict. tit.* 41. *num.* 8. ubi impossibile pene reputat rectam adsignari.

34 Minori ergo cum periculo sic Iurisdictionem definiri posse arbitramur: *Iurisdictio est Potestas Iure publico introducta, seu constituta, ut vnicuique quod suum est. Officio Iudicis tribuatur.* Quam bonæ definitionis Leges seruare demonstrat Franc. de Clapperis *de Imper. & Iurisdict. dict. conclus.* 1. *num.* 2. ex quo naturam definiti explicat; De quocumque definitio prædicatur, de illo, & definitum: Nullas habet voces ambiguas, & rei definitæ incongruentes. Quæ omnia perfectam constituere definitionem docent Logici, & sequuntur Iurisperiti *in l.* 1. *§.* 1. *ff. de Dol. Malo*, Dec. *in dict. l. Omnes definitio, ff. de Re Iur.*

35 Genere, & Differentijs etiam constat, verbum enim *Potestas* genus est, quod latius patet quam Iurisdictio, *vt in Præm. Introductionis* ostensum est late, nuncque addimus breuiter illic adducta percurrentes *Potestatis* verbo plura significari; in Magis-

tratuum Persona Imperium: In liberorum Persona Patria Potestas, & Dominium in Domino respectu seruorũ considerata. Quoad 1. acceptionem probamus ex illo Genes. 41. *Absque tuo Imperio non mouebit quisquam manum, aut pedem, in omni terra Ægypti*, quod de Potestate Iurisdictionis interpretatur Borrel. *dict. tit. 41. num.* 10. addens Isaì. 45. *&* 1. *Petr.* 4. Pluraque alia cumulat apud ipsum videnda *num.* 12. *& seqq. usque ad num.* 19. Quæ vero ad Paternam Potestatem in filios, magna quidem olim fuit, apud Romanos præcipue quibus omne in filios Ius fuit relegandi, vendendi, & occidendi, licet postremum caput abolitum omnino fuerit. De eo tamen meminit Paulus *in l. In suis* 11. *in fine, ff. de Lib. & Posthum. l. fin. C. de Patr. Potestat.* Pandulph. Prateius *in Iurisprudent. Veter. in Romul. lib.* 17. & fauent exempla adducta *in l.* 2. *§. Cum placuisset, ff. de Orig. Iur.* & Valer. Maxim. *lib.* 2. *cap.* 2. quamuis responderi eis possit non Paterna, sed Magistratuum Potestate, nec illas exequutioni mandatas esse. Hodie autem omnia illa cessasse, solamque moderatam emendationem Parentibus relictam constat ex titulo, *C. de Emendat. Propinquor.* Quo vero ad seruos vitæ, necisque Potestatem Dominos habuisse, Author est Theophil. sed hanc etiam mitigatam omnino esse, & ad leuioris castigationis modum redactam monet, Caius *in l.* 1. *& Vlpian. in l.* 2. *ff. de His qui sunt sui, vel alien. Iur. l. vnic. C. de Emendat. seru.* Ex quibus patet, Potestatis nomen recte generis loco adhiberi, siue enim in prisca illa acceptione consideretur Parentum, & Dominorum in filios, & seruos Imperium, multum à Iurisdictione Magistratus excessu differre, & plus comprehendere perspicuum ex dictis redditur, siue ipsa Dominorum, & Patrum Potestas, prout nunc exercetur, contempletur, quia Iurisdictio dici non potest, licet, ut genus contemplari posse, nullam admittit dubitationem.

36 Aliæ autem particulæ differentiæ locum sortiuntur: Per illam enim, qua dicitur esse *Iure publico Constituta* ab Arbitrio differt, & alijs, quæ Priuatorum Consensu tribuuntur, ut explicat Arnold. Vinn. *in Iurisprudent. Contracta, libr.* 4. *cap.* 56. *pag. mihi* 834. Comprobans *ex l.* 3. *§.* 2. *l.* 11. *§.* 1. *ff. de Recep. Arbitr. l.* 1. *C. eod.* Iurisdictio autem Iure publico semper tribuitur, *l. pen. ff. de Iudic. l. Priuatorum Consensu, C. de Iurisd.*

37 Per illam autem particulam *Iurisdicendi, &c.* Differt Iurisdictio à Patria, Dominica, & Tutorum Potestate, alijsque similibus, qui licet Potestatem aliquam in sibi Subditos habeant, in eos tamen Iusdicere nequeunt. Franc. de Clapperis *d. Concluſ.* 1. *num.* 3. *ex Text. in l. Qui Iurisdictioni, ff. de Iurisdict. dict. l. Siquis à liberis, in princip. ff. de Liber. & Posthum. l. Qui liberos, ff. de Ritu Nuptiar.* cui addo *l. vni. in fin. C. de Emendat. Propinq.* ibi: *Dedi Iudicium Nottoni, &c.* Notionem autem à Iurisdictione

tione multum differre alibi probamus.

38 Nec addere opus est Particulam, seu verbum *Territorium*, ut existimat Bal. *in l. 1. ff. de Iurisdictio.* quia quum in præsenti Iurisdictionem definiamus actiuam, non Territorio, sed Magistratus Personæ in est tamquam in Agente Bar. *in l. 1. §. Initio, ff. de Offic. Præfect. Vrb. & in l. 1. col. fin. num. 15. ff. de Iurisdict.* ubi Iason, *num. 15.* Alexander *num. 37.* Decius *num. 37.* Curt. Iun. *num. 102.* Vnde explicato Agente, qui est Magistratus, otiosa est patientis demonstratio, Territorium scilicet, ad cognitionem actiuæ Iurisdictionis, quæ ex sui Natura subiectum in quod exerceatur, necessario supponit.

39 Ex quibus recte definitam, more nostro, & periculo iam præuiso, iterum repetito, iudicamus. Si præcipue adiungantur quæ prolixius cummulat in eius cõprobationem Francisc. de Clapperis, *dicta Conclus. 1. à num. 2. per plures seqq.* ubi contra Bart. Accurs. & alios, nihil ei addendum, vel detrahendum esse probat. Videsis; Nobis enim hæc dixisse sufficiant.

## QVÆSTIO II.

### Quotuplex Iurisdictio, & Potestas Ecclesiastica sit?

1 POTESTATEM Ecclesiasticam, & Iurisdictionem diuidunt, communiter Doctores in eam quæ Foro moderatur externo, & eam, quæ internum regit Forum, siue in Potestatem ordinis, & Iurisdictionis Potestatem. S. Thom. 2. 2. *q.* 38. *art.* 3. Præpos. *in Summa, dist.* 15. *num.* 24. Alphons. à Castr. *lib.* 1. *de Iusta Hæreticor. punition. cap.* 21. Turrecrem. *in Summ. Eccles. lib.* 1. *cap.* 93. *& cap.* 96. Michaël de Palacios *in* 4. *dist.* 25. *disput.* 3. *col.* 6. *vers. Porro quod Psalmus.* Franc. de Vargas *de Authoritat. Pontif. & Episcop. Iurisdict. Propos.* 1. Iacob. Menoch. *de Iurisdict. Imper. & Potestat. Eccles. & Secular. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 4. *vers. Nunc videndum,* cui addendi sunt Vitoria *de Potest. Eccles. Relect.* 1. *sect.* 3. *num.* 2. Sot. *in* 4. *dist.* 20. *q.* 1. *art.* 1. Sebast. Cæsar. *de Eccles. Hierarch. p.* 1. *disp.* 6. *§.* 1. *num.* 1. *&* 2.

2 Potestatem ordinis explicant nuper citati Authores, versari circa Sacrorum Ordinum collationem, hoc est Clericos, & Sacerdotes ordinandi ac eligendi, & creandi Episcopos, sicuti habetur Luc. 22. Dispensandi Sacramenta, instituendi Ministros Ecclesiæ, illisque Beneficia, & Dignitates Ecclesiasticas conferendi, omniaque alia perficiendi, quæ ad Christianæ Reip. rectum gubernium, probumque regimen spectant iuxta illud Ioann. 21. *Pasce Oues meas*: Prædicando ni-

mirum. Ioann. 22. *Ite in vniuerſum mundum, & prædicate Euangelium, &c.* Diciturque *Poteſtas Sacerdotalis*, quia ad Sacramentorum Ordinationem dirigitur, vel quia per Sacramentorum collationem omnia illa dantur.

3 Dicitur etiam *Ordinis Poteſtas*, quia nemini competere uſquam poteſt, niſi in Ordine, & gradu Eccleſiaſtico illi correſpondente conſtituto, Alphonſ. à Caſtro, *dict. cap.* 21. ſubdens aliquam Poteſtatèm Ordinis ſolis Epiſcopis cõpetere, quia ſolo Ordine Epiſcopali perfici ea queunt quæ ad ipſam pertinent latè à Nobis mox exponenda, ut ex Concil. Trident. *Seſſ.* 23. *cap.* 4. & *Canon.* 7. docent Henriquez *in Summa, lib.* 10. *cap.* 7. *in princip. litter. B.* Vazq. *in* 3. *p. tom.* 3. *diſp.* 243. Bellarm. *tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 10. Sair. *in claui. Regia, de Sacrament. in genere, lib.* 1. *cap.* 2. *q.* 3. *art.* 5. Ægid. de Coninch. *de Sacram. diſput.* 20. Sebaſt. Cæſar. *dict. diſput* 6. *§.* 3. *num.* 1. addens communem eſſe Catholicorum ſententiam admiſſam etiam abhis, qui negant Epiſcopatum eſſe diſtinctum Ordinem, ſed ſolum Characteris Sacerdotalis extenſionem.

4 Aliquam Ordinis Poteſtatem omnibus alijs Sacerdotibus concèſſam eſſe. Quæ nimirum in Conſecrationè conſiſtit Corporis, & Sanguinis Domini Noſtri Ieſu Chriſti, & peccatorum abſolutione, atque in multis Sacramentalibus, & Cæremonijs Sacramentorum, quæ Presbyteris demandari, & competere iure Ordinario liquet, ex Can. *Poſtquam, Can. Presbyteris, de Conſecr. diſt.* 4. *Can. Aquam, de Conſecrat. diſt.* 3. & omnia alia, quæ Sacramentorum Adminiſtrationi Preſbyteris conceſſa occurrunt, eis permiſſa eſſe docet S. Thom. *in* 4. *diſt.* 25. *q.* 1. *art.* 1. *Can. Perlectis.* 25. *diſt.* Sebaſt. Cæſar. *dict. §.* 3. *num.* 20.

5 Poteſtatem Iuriſdictionis eam eſſe aiunt præcitati DD. quæ in ſimplici Iniunctione, ſeu commiſsionè Hominis confertur, qualis eſt excommunicandi Poteſtas, aut ab excommunicatione abſoluendi, Poteſtas definiendi cauſas forenſes. Hincque Turrecrem. Alphonſus à Caſtro, & ex eis Menoch. *citato cap.* 4. *in fine*, dupliciter conſiderarunt Poteſtatem iſtam iuxta duplex Forum, Conſcientiæ ſcilicet, & Fori Temporalis; addentes Poteſtatem in Foro Conſcientiæ cuilibet Animarum Paſtori competere, qua abſoluere poteſt ſubditos à peccatis. Poteſtatem verò Iuriſdictionis in Foro Exteriori Temporali eam eſſe aiunt, quam aliquis in nègotijs, & cauſis, quę inter Homines vèrſantur diffinienti, ſeu decidendi Ius habet, & ferendi ſententias, eaſque executioni mandare, rebeleſque, invitos, & repugnantes eis parere, compellendi authoritatem habet.

6 Quamuis grauiſsimi iſti Doctores rem iſtam luculentèr expoſuiſſe videantur, adhuc tamen èam diſtinctius explicari poſſe cènſuimus, Modernorum volumina terentes, à quibus aliqua

qua adducemus, quæ præcèdentèm corroborènt, & clariorem reddant Doctrinam; quod ut fœlicius faciliusque assequamur, Quæstionèm in aliquos §§. diuidimus, quorum sit.

## §. I.

### Ecquid Potestas Ordinis sit? Et quæ ad eam specialiter pertineant?

7 POTESTAS ergo Ecclesiastica in tres diuiditur speciès, Potestatèm nimirum Ordinis, Potestatem Iurisdictionis, & Legèm Diocœsanam, *cap. Conquerènte 16. de Offic. Ordinar.* & ibi Gloss. Ordin. èt commueiter scribentès.

8 Nonnulli vèrò Potestatem hanc in alias tres partes distribuunt, volentes differentiam modo traditam inter Legem Diœcèsanam, & Legèm Iurisdictionis èsse Doctrinalem, seu methodicam, Iudicantès alia competere Ecclesiasticis Prælatis ratione Ordinis, seu Consecrationis Episcopalis, quædam vèro ratione Iurisdictionis; aliá denique ratione Dignitatis. Ad quæ tria principia, omnia, quæ ad Potestatèm Ecclesiasticam pertinent reduci posse èxistimant. Augustin. Barbosa *de Iur. Vniuers. tom. 1. lib. 1. cap. 11. §. 2. num. 95.* cui addo Butr. Felin. Hostiens. & Lambertin. sequutos à Loterio *de Re Benefi. lib. 1. q. 21. num. 16.* Sbroz. *de Vicar. Episcop. lib. 2. q. 1.*

9 Sunt tamen alij dividentès Potestatem hanc in Ordinis, & Iurisdictionis Potestatem tantum, & sub hac compræhendunt Legem Diocœsanam, & Iurisdictionis. Molina *de Iust. & Iur. tom. 6. tract. 5. disput. 2. num. 2.* Barbosa *de Potest. Episcop. part. 1. tit. 1. cap. 1. num. 9.* Squillante *de Privileg. Episcop. p. 3. cap. 1. & 2.* asserentès sub tertia illa specie nihil aliud constitui posse, quod in istis non contineätur Cuch. *Instit. Maior. lib. 2. tit. 1. num. 26.* Monèt. *de Commut. vltim. volunt. cap. 5. q. 11. præmis. 4. num. 309.* ubi ait tertiam illam speciem ab alijs constitutam, esse anomalam, seu transcendentalem, inter duas primas vagantem Nos autem trimèmbrem illam à principio assignatam diuisionem retinendam cènsemus, eiquè innitèntès, singillatim eius partes èxponemus.

10 Ad Potestatem ergo Episcopalis Ordinis deuenientes Regùlam istam generalem statuimus: ad eam nimirum spectare illique reseruata esse, quæ consonant statui Episcopali, prout à Christo noscitur ille institutus. Atque ea generaliter sunt, omnes Consecrationes ad rerum Sacrarum perfectionem institutæ; quum enim Episcopalis status sit tamquam principium, & causa inter Sacerdotes ex Diuina Institu-

tione, *cap. Ecclesia*, & ibi Gloss. 35. *dist.* cui maxime conueniunt omnia illa Ministeria, quæ prædictum Principatũ arguunt; hæc autem maxime sunt illa, quæ ad Sacrarum functionum perfectionem attinent; & tẽdunt S. Thom. 2. 2. *q.* 184. *art.* 6. *ad* 2. necessario dicendum est prædicta omnia Episcopo tamquam Ordinario Ministro competere, ut liquet ex Trident. *Sess.* 23. *cap.* 4. per singula ergo discurrentes.

11 I. Ad hanc pertinet Potestatem Chrisma conficere, & triplex illud Oleũm consecrare cuius meminit Innocent. III. *in cap. vnic. de Sacr. Vnctione. Can. Perlectis, vers. Ad Episcopum*, 25. *dist. Can. Quamuis*, 68. *dist. Can. Litteris, de Consecr. dist.* 3. *Can. Si quis de alio de Consecr. dist.* 4. Quæ quidem Iura, & alia facillime congerenda, licet de Chrismate tantum loquantur; omne tamen Oleũm, seu Vnguentum ad Sacra vngenda designatum comprehendere, docent Soto *in* 4. *dist.* 7. *q. vnic. art.* 2. Sairo *de Sacrament. in genere, lib.* 1. *cap.* 3. Vitoria *de Sacrament. conclus.* 40. Suar. *in* 3. *p. tom.* 3. *disp.* 33. *sect.* 1. *&* 2. Chamerota *de Sacrament. tract.* 3. *de Confirmat. cap.* 2. Sebast. Cæsar. *de Eccles. Hierarch. part.* 1. *disput.* 6. *§.* 3. *num.* 16. *&* 17. Eodemque Iure ad hanc pertinet Potestatem Baptismales Fontes obsignare. Can. *Perlectis, vers. Ad Episcopum*, 25. *dist.* Can. *Quamuis*, 68. *dist.* Can. *Litteris, de Consecr. dist.* 3. Can. *Si quis de alio, de Consecr. dist.* 4. & quidem Iure Diuino, Ioan. Azor. *Instit. Moral. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 30. *q.* 6. Moneta *dict. cap.* 5. *num.* 309. *in princip.* Sbroz. & Rub. sequuti à Barbosa *dict. cap.* 11. *§.* 2. *num.* 96. *&* 97. *&* *de Potest. Episcop. part.* 2. *allegat.* 31. *num.* 4. II. Basilicas, & Ecclesias Deo dicare, & primum lapidem in earum constructione ponere, Altaria erigere, & consecrare, & si hęc eadem iam consecrata fuerint polluta, vel violata instaurare, d. Can. *Perlectis*, 25. *dist. cap. Aqua, de Consecr. Eccles. vel Altar. Can.* 1. *cum alijs de Consecr. dist.* 1. Sunt enim omnia hęc ad perfectionem accidentalem, & condignam celebritatem institutæ, *dict. Can.* 1. *de Consecr. dist.* 1. Miranda *in Manual. Prælator. tom.* 2. *q.* 39. *art.* 1. *concl.* 3. Azor. *Instit. Moral. p.* 1. *lib.* 10 *cap.* 26. *quæst.* 10 *&* *p.* 2. *lib.* 9. *cap.* 4. *q.* 1. Seb. Cæsar. *dict. §.* 3. *num.* 18. Barbosa *dict. cap.* 11. *§.* 2. *num.* 98. *&* *lib.* 2. *cap.* 7. *&* *de Potestat. Episcop. dict part.* 2. *alleg.* 27. Moneta *dict. num.* 309. & mox referendi.

12 III. Ratione istius Potestatis Ordinis soli Episcopi conferre possunt Ordinis Sacramentum, *dict. Can. Perlectis, vers. Ad Episcopum*, 25. *dist. Can. Quamvis*, 68. *dist. cap.* 1. *de Ordinat. ab Episcopo*, & post Concil. Florentin. expresse definitum est à Concil. Tridentin. *Sess.* 23. *Can.* 7. & est communis omnium Catholicorum sententia, S. Thom. *in* 4. *dist.* 25. *q.* 1. *art.* 1. Covar. *lib.* 1. *var. cap.* 10. *nu.* 7. & plures sequuti à Vivaldo *in Candelabro aureo, de Sacramento Ordin. num.* 17. Henric. Henriq. *de Sacrament. lib.* 10. *cap.* 21. *à princip.* Scribon. *in Theosm. de Ordin. disp.* 7.

Bar-

Barbosa *de Potest. Episcop. part. 2. allegat. 3.* Sebast. Cæsar. *dict. §. 3. num. 8.* Licet adeo vera, & certa hæc Regula sit, & nonnullas amplificationes admittat, aliquas etiam patitur limitationes non spernendas, quandoquidem ab ipsarum expositione perspicuior Regula ista manebit.

13 Amplianda ergo I. est Potestas hæc, ut etiam procedat respectu Episcopi Hæretici, aut ab Ecclesia præcisi, ut probatur ex Augustin. relato *in Can. Quod quidã 1. q. 1.* & S. Thom. *l. c.* & omnes supra allegati. Ratioque est efficacissima: Validitatem nimirum Sacramentorum non pendere à Bonitate Ministri, sed à Charactere, qui semel impressus indelebilis est, nec per hæresim amittitur; & sicut Character Sacramenti per nulla Ordinati scelera, aut Ecclesiasticã Potestatem, unquam deleri potest, ita neque Potestas per eum significata, quæque per Sacramentum Diuinitus confertur, potest vlla ratione, quandiu Ordinatus viuit ab eo tolli: ex voluntate Christi ita statuentis, ne alias si hæc Potestas penderet à Fide, aut meritis ipsius Ministri, dubij semper, & anxij de valore Sacramenti essemus. Concil. Tridentin. *Sess. 7. Can. 9. & Can. 12.* Neque Ampliationi huic obstabit Text. *in Can. Etsi illa, §. Sunt autem 1. q. 7.* cum pluribus alijs relatis *hac eadem causa, & Quæst. & 1. q. 1. atq. 9. q. 1.* Ex quibus Ordinatos ab Hæreticis, iterum ordinandos Pontifices statuisse apparet: Eisque innixi quam plures fuerunt Hæreticorum errores congesti à Bellarmin. *tom. 2. lib. 1. de Sacram. in genere, cap. 6.* Respondetur enim verba, *dict. §. Sunt autem*, Gratiano esse adscribenda, qui opinionem sequutus existimantium solum Sacerdotium esse Sacramentum, reliquos Ordines ab Hæreticis collatos nullius esse mamenti iudicauit Sebast. Cæsar. *dict. §. 3. num. 10.* qui *num. 12.* luculenter satisfacit ad alia Iura, quæ contrarium suadere videntur: illa scilicet loqui de Hæreticis ordinantibus, seu administrantibus Sacramenta, quæ iterari in illis iubentur, non seruata forma ab Ecclesia præscripta: non autem, quia Hæretici Ministri fuere. Si namque formam obseruassent, valide administraturos late probat, Videsis.

14 II. Amplianda est prædicta Regula, ut non solum competat Potestas hæc Episcopis, quiritè, & vere à Catholicis Ordinati, & postea hæretici facti sunt, sed etiam illis qui ab eisdem Hæreticis Episcopalem recepere Consecrationem, seruata tamen forma ab Ecclesia præscripta. Gloss. *in Can. Daibertum. 1. q. 7.* Gloss. 2. *in Can. Ordinationes 9. q. 1.* Magist. *in 4. dist. 25.* ubi S. Thom. *q. 2. art. 2.* Soto *art. 1. & passim omnes.* Ratioque in promptu est: Quod nimirum si verum est dicere Episcopos per hæresim Characterem, & Potestatem indelebilem non amittere, imo adhuc Authoritate Christi non suà, ministrare, sequitur etiam, quod ab ipsis Ordinati verum Characterem, & Ordinem

reci-

recipiant; per quem alios etiam ordinare poterũt, alias enim magna reperiretur contrarietas, ut advertunt Soto, & Suarez *ll. cc.* Ampliatioque corroboratur ex Aduerſatiua contenta in Can. *Ab excommunicatis, & Can. Ordinationes, verſ. Qui vero 9. quæſt. 1.* quibus accedit Gloſſ. *in cap. Provida 44. verbo, Firmitatis, de Election. in 6.* aſſerens Epiſcopalem Conſecrationem etiam contra formam illius Textus inijcere Vinculum Sacramentale; quia nimirum hoc à Charactere procedit, quià Nemine impediri poteſt. Sebaſt. Cæſar *dict. §. 3. num. 11.*

15 Limitandæ I. ſunt Ampliationes prædictæ quoad vſum, & exercitium, quod ordinati ab Hæreticis non habere perſpicuum eſt, ex Can. *Qui perfectionem. Can. Ventum. 1. q. 1.* cum multis alijs aſſerentibus virtutem Spiritus S. non tranſire cum talibus Sacramentis. Can. *Corporalia. Can. Non ſanat. Can. Baptiſma. 1. q. 1.* in quibus Virtus Spiritus S. pro Gratia ad digne adminiſtrandum accipitur. Huius limitationis ratio multiplex reperitur. I. Prohibitio Eccleſiæ *dict. Can. Quod quidam*, ibi: *Quamvis recte dici poſſit illicite dattum, &c.* II. Quia Epiſcopi illi carent vſu, & exercitio Ordinis quem alijs conferunt. Nemo autẽ poteſt in alium tranſferre quod ipſe non habet. Cap. *Quod autem de Iur. Panon. cum vulgat.* ergo, &c. III. Quia exercitiũ, & vſus ordinis in ſuſcipiente, quaſi traducta videtur à Poteſtate conferentis, vt ex S. Thom. & Ledeſma, docet Sebaſt. Cæſar. *dict. §. 3. num. 14.* Si ergo in hoc ſuſpenſa, & ablata eſt, in illum traduci non poſſe irrefragabiliter ſequitur.

16 II. Limitandæ ſunt eædem ampliationes, ut nimirum vſu, & exercitio careant Ordinati, etiam ſi ignorent ſuos Ordinatores Epiſcopos præciſos ab Eccleſia eſſe, *cap. 1. & 2. de Ordin. ab Epiſcop.* Solum enim ibi attenditur ignorantia ad facilius impetrandam Diſpenſationem: non vero ad ordinum, abſque ea, exequutionem. Can. *Ordinationes cum alijs 9. q. 1.* Gloſſ. *in cap. 1. verbo, Irritas, de Schiſmaticis.* Covar. *in cap. Alma Mater, p. 1. §. 6. num. 6.* & ratio eſt, quia quum hoc non proueniat propter Ordinati culpam, nec ſit pœna, nihil prodeſt ignorantia. Neque obex ſit Textus *in Can. Ordinationes 9. q. 1.* ibi: *Niſi probare voluerit ſe quum ordinaretur eos neſciſſe damnatos, &c.* quia, ut nuper advertimus in Textu illo ſolum attenditur ignorantia, ut propterea Diſpenſatio concedatur. Neque attendi magis debet quod Bonitas, aut Malitia Miniſtri impedire nequeat Ordinis effectus, qualis plane videtur vſus, & exercitium ſuſcepti Ordinis, ut ſupra dicebam ex dict. Can. *Qui perfectionem, cum alijs.* Reſpondetur enim hoc ſpeciale eſſe in Ordinis Sacramẽto in quo eius vſum, & exercitium illi ſolum conferre poſſunt, qui illud habuerint, ut manet probatum.

17 III. Solis etiam Epiſcopis

copis ratione huius Potestatis competit solemniter degradare Clericos, atque Episcopos Consecrare. Can. *Quamvis* 68. *dist.* Concil. Trident. *Sess.* 23. *cap.* 4. Aluar. Pelag. *de Planctu Eccles. lib.* 1. *cap.* 50. *& lib.* 2. *cap.* 22. Bellarm. *tom.* 1. *controvers.* 5. *General. lib.* 1. *cap.* 14. Azor. & Moneta *ll. cc.* quibus addo Squillantem *de Priuileg. Episcop. p.* 3. *cap.* 1.

18 IV. Ad hanc etiam pertinebat Ordinis Potestatem Pœnitentes, qui solemnem Pœnitentiam publicè inter Missarum Solemnia agebant, reconciliare. Can. *Quamvis*, 68. *dist.* Can. *Ministrare* 26. *q.* 6. Ac etiam Moniales post Professionem expleto 25. ætatis, anno solemniter consecrare, & tamquam Sponsæ Christi velum tradere, iuxta Text. *in Can. Placuit* 77. *dist.* Can. *Devotis* 20. *q.* 1. Sylvester *in Summa, verbo, Consecratio*, Azor. *Instit. Moral. p.* 1. *lib* 12. *cap.* 20. *quæst.* 6. Mirand. *dict. tom.* 2. *quæst.* 7. *concluf.* 1. Henriq. *lib.* 10. *cap.* 24. *& cap.* 31. *§.* 4. Barbos. *de Potestat. Episcop part.* 2. *allegat.* 27. *num.* 55. Sebast. Cæsar. *dict. §.* 3. *num.* 18.

19 V. Huic Ordinis Potestati accensenda est Confirmatio, seu Confirmationis Sacramentum, quod soli Episcopi tamquam Ordinarij Ministri conferre possunt. Can. *Quamvis*, 68. *dist.* Can. 2. Can. *Manus, cum multis alijs de Consecr. dist.* 5. Cap. *Quanto de Consuetud.* definitumque reperitur à S. S. Concil. Tridentin. *Sess.* 7. *de Confirmatione. Canone* 3. ibi: *Si quis dixerit Sacramenti Confirmationis Ordinarium Ministrum non esse solum Episcopum, sed quemvis simplicem Sacerdotem anathema sit. Et dict. Sess.* 23. *Can.* 7. Concil. Florentin. *in Decreto Vnionis*, ubi & rationem subijcit ab Apostolorum exemplo, ibi: *Ordinarius Minister est Episcopus: quum cæteras Vnctiones simplex Sacerdos valeat exhibere, hanc non nisi Episcopus debet conferre. Quia de solis Apostolis legitur, quorum Vicem tenent Episcopi, quod per manuum impositionem Spiritum Sanctum dabant quemadmodum Actuum Apostolorum lectio manifestat, &c.* Et ita contra Vvicleffi errorem 28. damnatum in Concilio Constant. *Sess.* 8. & Armacanum *lib.* 11. *de Quæstion. Armenor. cap.* 4. docent S. Thom. 3. *p. q.* 72. *art.* 11. Alijque Scholastici *in* 4. *distinct.* 7. quorum plures congerit Henriq. *in Summa, lib.* 3. *de Confirmat. cap.* 6. *litter. A.* videndi Covar. *lib.* 1. *variar. cap.* 10. *num.* 6. Nauar. *in Manual. cap.* 22. *num.* 8. *vers. Dixit Episcopus.* Aluarez Guerrero *in Specul. Iur. Pontif. titul. de Confirmatione, pag.* 179. Hugolin. *de Potestat. Episcopi, cap.* 25. Miranda *in Manuali Prælator. tom.* 1. *q.* 44. *art.* 1. *concluf. vnic. in fine*, Barbosa *de Potestat. Episcopi, part.* 2. *allegat.* 30. Vivaldus *de Confirmat. nu.* 23. Scribon. *in Theosim. de Confirmat. disput.* 3. Sebast. Cæsar. *dict. disp.* 6. *art.* 3. *num.* 5. Guillelm. Beyer. *de Sacrament. confirm. quæst.* 5. *pag.* 107.

20 Horum sententia aperte probatur. Actor. 8. & 19. ubi solos Episcopos missos esse legitur ad confirmandos eos, qui inferio-

feriores alij Miniſtri baptizabant tamquam ſi illis ſolis hoc munus ex Officio competeret. Eccleſiæque vſus, & invariabilis obſervantia ſemper declarauit ab illis. Munus hoc per actum Poteſtate Ordinis, in qua ſoli Epiſcopi eis ſucceſiſſe dicuntur, ut liquet ex præcitato Concilij Florentini loco, ubi expoſsito præallegato *Act.* 8. teſtimonio additur: *Loco autem illius manus impoſitionis datur in Eccleſia confirmatio, &c.* Atque expreſſe etiam *Act.* 19. legitur ſolos Apoſtolos recenter Baptizatis manus impoſuiſſe, in cuius impoſitionis manus loco Confirmationem ſucceſiſſe, & Concilium Florentinum aperte definit, & tradunt omnes Catholici teſte Guillelmo Beyer *dicta Quæſt.* 5. *à pag.* 168. cui addo Henriq. *dict. cap.* 6. *in princip.* Bellarm. *tom.* 2. *lib.* 1. *de Confirmatione, cap.* 12. ergo ſoli Epiſcopi ſunt huius Sacramenti Ordinarij Miniſtri. Quo equidem argumento vſus eſt Innocen. III. *in cap. vnic. §. pen. de Sacra Vnctione.*

21 Adeoque proprium, & peculiare munus Poteſtatis Ordinis Epiſcopalis hoc reputarunt Caſtro *de Iuſta Hæreticor. Punitione cap.* 22. Cov. *dict. cap.* 10. *num.* 8. Sebaſt. Cæſar. *citato §. 3. num.* 5. ut hæreticam non dubitauerint appellare ſententiam Innocentij *in cap. Quanto de conſuetud.* quem ſequitur Abb. *ibidem. num.* 11. & alij teſte Immola. *num.* 9. aſſerentes poſſe ab Eccleſia ſtatui, ut Epiſcopus non ſit huius Sacramenti Miniſter, nec illud valide conferat. Ratio autem quare opinio hæc reijci merito debet (reſeruata alijs eius cenſura) eſt quia Character Epiſcopalis Ordinis continet abſolutam, & independentem Poteſtatem conferendi Sacramentum Confirmationis, Ordinis, & alia ſimilia; quia ex Diuina Inſtitutione in Epiſcopali Charactere omnia hæc generaliter includuntur, ut ex Apoſt. 1. *Ad Corinth.* docet Sebaſt. Cæſar. *dict. §. 3. num.* 5. *poſt med.* Aſt Character ille, & Poteſtas ab illo proueniens indelebiliter imprimitur Authoritate Chriſti, neque à liquo poteſt modo impediri, ut ſupra diximus, & latè probant Henriq. *dict. cap.* 6. *§.* 2. *&* 3. *litter. H.* Vazquez. *dict. diſput.* 219. Iodoch. Cocci. *in Theſaur. Catholic. tom.* 2. *lib.* 5. *art. vltim.* Suar. *tom.* 3. *dict. diſput.* 36. *ſect.* 3. *verſ. Dicendum.* Em. Rodrig. *QQ. Regular. tom.* 1. *quæſt.* 18. *art.* 3. Azor. *Inſtit. Moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 30. *quæſt.* 4. Regin. Id. *in prax. for. pœnit. lib.* 28. *num.* 17. Valentia. *tom.* 4. *diſput.* 5. *quæſt.* 2. *punct.* 1. Scribonius *in Theoſim. de Confirm. diſput.* 3. Mari. Alter. *de Cenſ. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 8. *diſput.* 8. Barboſ. *dict. part.* 2. *alleg.* 30. *num.* 2. Sebaſt. Cæſar. *dict. §.* 3. *num.* 5. *in fine*, rectè inde inferentes Eccleſiam talem prohibitionem ferre non poſſe, neque adhoc Sacramentum adminiſtrandum Epiſcopos aliqua Eccleſiæ Authoritate indigere, & vnico fundamento, cui contraria innitur opinio facillime reſpondent, & reſponderi poteſt, & ideò in eo referendo, & refellendo non immoramur.

Per-

22 Pertinet etiam ad eamdem Poteſtatem Conſecratio Chriſmatis, quo Sacramentum hoc confertur tamquam materia; neque enim alij præter Epiſcopos ratione Poteſtatis Ordinis illud conſecrare poterunt. Can.1.*Cum ſeqq.* 26.*q.*6.*cap.vnic.de Sacr.Vnct.* S.Thom. 3.*p.q.*72.*art.*4. Vivald. *in Candelabro, Titulo de Confirmatione, cap.*2.*num.*4.*&* 5. Valentia, *tom.*4.*diſp.*5.*q.*2.*punct.*2.*ad finem.* Henriq. *lib.*3.*cap.*2.*§.*2.*lit.V.* Suarez. *dict.tom.*3.*diſp.*33.*ſect.*2. Bellarm. *dict.lib.*3.*cap.*8. Sebaſtian Cæſar. *dict.§.*3.*num.*7. Barboſ. *dict.p.*2.*alleg.*31.*num.*5. Penes quos plura alia circa hanc Poteſtem diſquiſita reperientur, per quæ ſingillatim diſcurrere non vacat. Videndi ſunt, prætereos Canoniſtæ, in Can. *Quamuis* 68. *diſt.&* *in cap.*15.*&* 28.*de Elect.* Franciſc. Florens. *in* 9. *prior. Titul.lib.*1. *Decretal. Titul.*6. *verſ. Conſecrationis effectus, pag. mihi* 197.

23 Concludendum ergo ex his omnibus eſt tria ſpecialiter Iure proprio ad Poteſtatem Ordinis Epiſcopalis pertinere, ſcilicet *Conſecrare, Ordinare, & Confirmare.* Gloſſ. *in cap. Tranſmiſſam, verbo de Talibus de Elect.* Pontific. Rom. *in Rubr. de Conſecr. Epiſcop.* Venero à Leiua *in Exam.Epiſcop. lib.*9.*cap.* 34.*&* 35. Talique efficacia illis ea competunt, ut numquam ab eis diuelli poſsint, quamvis à gradu pellantur ob hæreſim, vel aliud crimen Depoſitione dignum, adhuc enim omnia exequi valide poſſunt, quamvis illicite Can. *Omni tempore de Conſecr. diſt.*4. Squillante *dict.p.*3.*cap.*1. *num.*11. Merolla *in Summa tom.*3. *diſp.*7.*cap.*5.*dubit.*3.*num.*11. Ante Conſecrationem tamen propter eamdem rationem eis competere munera iſta non poſſunt. Can. *Pontifices* 7.*q.* 1. *Can. Interdicimus* 16.*q.*1. *Can.*1.26.*q.*6.*cap. Quanto, de Conſuetud. cap. Aqua, de Conſecr. Eccleſi. vel Altar.* Gloſſ. & DD. *in cap. Tranſmiſſam, de Elect.* Barboſ. *de Iur.Vniuerſ. dict.cap.*11. *num.*100. A tempore ergo Conſecrationis illa Epiſcopis competunt.

24 Non tamen ſic procedit in Archiepiſcopis, quibus licet conſecratis Poteſtas Ordinis interdicta eſt donec Pallium accipiant, *cap.*28.*§.*1.*de Elect.&* *Electi Poteſt.* Licet enim concedatur eis demandare ſuffraganeis munus conſecrandi Epiſcopos, ſi conſecrati ſuffraganei ipſi ſunt. *Cap.*11. *de Elect*; quia id ad Poteſtatem Iuriſdictionis ſpectat, quam ante Pallij receptionem exercere poſſe perſpicuum eſt; non tamen eis permittuntur illa exercere, quæ ad Poteſtatem Ordinis ſpectant; quia ab eis ſuſpenſi ſunt donec Pallium recipiant. Franc. Florens *dict. tit.*6.*pag.* 198. addens non ſufficere ad exercenda Poteſtatis Ordinis munera Pallium recepiſſe, niſi ſimul conſecratus fuerit Archiepiſcopus; ante conſecrationem enim non habet huiuſmodi Poteſtatem, quod ipſe probat ex Epiſtola Anſelmi Cantuarienſ. Thomæ electo Eboracenſi Archiepiſcopo *lib.* 3. *Epiſt.*

149. ibi: *Quia non pertinent ad eum dare, vel concedere alicui Curam Animarum, quam nondum, accepit; accipit enim per conſecrationem.* Et probatur ex Inſcriptione *cap. Niſi, de Author. & Vſu Pallij*, ibi: *Per Pallium confertur Plenitudo Pontificalis Officij, & nomen Archiepiſcopale.* Vnde Innocent. III. directo ad C. Cardinal. Sed. Apoſt. Legatum Reſcripto mandauit, *lib. 1. Epiſt. 117. Nec nomen Archiepiſcopi ſibi Antiſtitem vendicare, qui Pallium non ſuſceperit.* Atque Damaſ. & Pelag. PP. decreuere, ut Archiepiſcopus, qui in fratres menſes à conſecratione ſua, Pallium à S. Sede non poſtulaverit, commiſſa ſibi Dignitate careat, Can. *Quoniam*, 100. *diſt.* Videndus latè Andr. Du. Sauſſay. *in lib. de Pallio Sacro, Tractatui de Myſtis Galliæ Scriptor. inſerto, ſub Ritu 4. pag. 188. in cuius cap. 7.* plura cummulat omnino videnda *à pag. 233. per aliquod ſeqq.*

25 Licet Poteſtas hæc ſufficienter diſcuſſa appareat; adhùc tamen pro eius pleniori intelligentia addere nonnulla cenſuimus, ut omnes circa eam emergentes difficultates facile reſolui poſsint.

26 I. Eſt quod quamvis Poteſtas hæc conſecrandi Sacramentalia Epiſcopis ratione ſui Ordinis Iure proprio competat, & ita in generali Iure Diuino eis datta ſit, ut radicitus ab eis auelli nuſquam poſsit; nihilominus tamen, quia Sacramentalia ipſa in particulari ſunt à Iure Eccleſiaſtico inſtituta ipſius Eccleſiæ Poteſtati ſubdita ſunt, & ita poterit Eccleſia ipſa authoritate iſta ob crimen Epiſcopos priuare, ut valide ea non conſecrent, quaſi ſubſtrahendo ab eis ipſa Sacramentalia, quæ ſunt conſecrationis materia, Caſtro *de Iuſta Hæreticor. punit. dict. cap. 22.* Henriq. *dict. §. 4. in fine*, & probatur optimè ex Textu *in Can. Eccleſijs, 68. diſt. Can. Eccleſijs, cum duabus ſeqq. de Conſecr. diſt. 1.* ubi Eccleſia ab Arrianis Epiſcopis conſecratas, iterum conſecrari iubentur, Sebaſt. Cæſar. *dict. §. 3. num. 19.*

27 II. Autem ſtabiliendum eſt, quod ratione Poteſtatis Ordinis quilibet Epiſcopus in ſua Diocœſi æqualis eſt Romano Pontifici, quem in ea, vel illis, quæ ad Poteſtatem iſtam attinent nullam habere ſuperioritatem, imò omnia poſſe Epiſcopum in ſua Diocœſi, quæ Romanus Pontifex in Vniverſo Orbe quoad Ordinis Poteſtatem, tradunt DD. ex Tex. ſic intelligendo *in Can. In nouo, verbo, Pari, 21. diſt.* ubi præcipuè Gloſſ. ſic illum interpretans Auguſtin. de Ancona *de Poteſt. Eccleſi. quæſt. 1. art. 5.* Ioan. Arbor. *in Theoſophia. lib. 1. cap. 25.* Henriq. *lib. 10. de Ordine, cap. 7. §. 2. in fine.* Quod ex ipſa Chriſti Inſtitutione probari apparet; quum enim Dominus ipſe Epiſcopos tamquam Supremos Sacerdotes inſtituerit in Perſonis Apoſtolorum, & in nihilo eiſdem circa hanc Poteſtem Petro præfecerit, ſed ſolum in Iuriſdictione, & Regimine totius Eccleſiæ, ut latè infra probabimus, irrefragabiliter ſequitur,

ut

ut in prædicta Ordinis Poteſtate Papa Epiſcopis non ſit ſuperior, admittendumque ſit argumentum à Papa ad Epiſcopum circa Poteſtatem Ordinis, ut docet Sot. *in 4. diſt. 24. q. 2. art. 4. column. 3. corollar. 2.* & ab eo Sebaſtian. Cæſar. *dict. diſput. 6. §. 3. num. fin.* cui addo Abulenſ. *in Matthæ. 19. q. 87. litter. E.* Vitoriam *in Relect. 1. de Matrimon. part. 1. num. 7.* Sotum *in 4. diſt. 27. q. 1. art. 4. verſ. A quo tandem, & diſt. 32. quæſt. 1. art. 3. in fine, & de Iuſtit. & Iur. lib. 10. q. 1. art. 3. ad 2.* Gambar. *de Offi. Legati, lib. 10. num. 466. & 476.* Nicol. de Cuſa *de Concord. Cathol. lib. 2. cap. 3.* Vera-Cruz *in Speculo, part. 2. art. 28. concluſ. 3. verſ. Exiſta,* Laimann. *in Summa, lib. 1. tract. 4. cap. 7. §. 2. num. 5. verſ. Ex his,* Didacus Perez *lib. 8. Ordinam. tit. 15. l. 5. & tit. 18. l. 2. verſ. Statutos contra illos,* Henriq. *lib. 6. cap. 14. §. 7. litter. K. lib. 10. cap. 35. §. 2. & lib. 12. cap. 5. §. 2. litter. N.* Aragon. *2. 2. quæſt. 88. art. 12. verſ. Si quis quærat ante 2. concluſ.* Maiol. *de Irregularit. lib. 5. cap. 51. num. 4.* Thom. Sanchez *de Matrim. lib. 1. diſp. 61. num. 3. & lib. 7. diſput. 1. num. 9.* Angel. Maria Verricelli *de Apoſtol. Miſſionib. tit. 7. quæſt. 130. ſect. 2 num. 10.*

28 III. Denique ſtabilimus quod licèt ſoli Epiſcopi ſint Ordinarij Miniſtri Sacramentorum, & Sacramentalium, quæ hucuſque à Nobis recenſita ſunt; extraordinariè tamen, & ex Commiſsione Papæ poſſunt etiam alij deſignari Miniſtri, ut expreſſe docet S. Thom. *3. p. quæſt. 72. art. 1.* ibi: *Papa in Eccleſia habet Plenitudinem Poteſtatis, ex qua poteſt quædam, quæ ſunt ſuperiorum Ordinum Committere quibuſdam inferioribus; ſicut quibuſdam Presbyteris concedit conferre minores Ordines, quod pertinet ad Poteſtatem Epiſcopalem, &c.* & eſt fere communis omniũ DD. probaturq; ſingillatim per ſingula diſcurrendo: nam de Sacramento Ordinis docet luculenter probans Vazquez *in 3. part. tom. 3. diſput. 243. cap. 4.* Sebaſt. Cęſar. *de Eccleſ. Hierarch. part. 1. diſp. 7. §. 2. num. 2.* De Confirmationis Sacramento nouiſsimè Guillelm. Beyer *de Sacrament. Confirmat. quæſt. 5. à pag. 199. per aliquot ſeqq.* ubi ex Concilijs, Geſtis Pontificum, & Patrum Authoritatẽ Papalem iſtam validiſsimè corroborat, atque obiectis luculenter ſatisfacit, nuncque aſſertionem de Fide tenendam hanc iudicat, & ante eum Antiquiores etiam docuere Canoniſtæ Abb. *in cap. Quanto, de Conſuetud. num. 7. & 8. & in dict. cap. Super quibuſdam de verbor. ſignifi.* Bal. Felin. Alexand. Curt. Iun. Menoch. Hypol. de Marſilis, & Duardus, ſequuti ab Alexandro Sperello *deciſ. 37. num. 37.* & contra Adrian. Durand. Bonaventur. & Guillelm. Eſtium docent S. Thom. Præpoſ. Suarez, Henriquez, Averſa, Hurtad. Petr. à S. Ioſepho, Marchant, Ioan. Petit. Caſtro Palao, & Tho. Sanchez, adducti à Diana *part. 8. tract. 1. reſol. 3.* penes quẽ abſolutè docent ſimplici Sacerdoti Poteſtatem iſtam poſſe delegare Summum Pontificem, pluribus ſententiam iſtam corroborantes, & contrariorum fundamentis reſpon-

dentes videatur Diana *ipse eodem tract. 1. resol. 4. 5. & 6.* alia in comprobationem adducens, & præ omnibus videndus est Angel. Maria Verricelli *de Apostolic. Missionibus, tit. 7. quæst. 129. & aliquot seqq.* ubi difficultatem istam radicitus examinat, & Moderniores omnes tàm Defendentes, quàm Negantes adducit, ex quibus vnum tantum adhibere censui, scilicèt DD. Ioann. de Solorçano *de Iure Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 18. num. 34.* pro multis, namque eum habendum esse censemus. Quoad Sacramentalia autè Nulli dubium occurrere potest, quum enim Sacramentorum Administrationem, quæ Iure proprio Episcopis tantum ratione Ordinis Episcopalis competit, Papa alijs ex plenitudine Potestatis, delegare posit, Sacramentalium Consecrationem ipsis cõmittere posse inconsequenter negabitur, utpotè contra Vulgarem Regulam: Non debet cui plus licet, quod minus est non licere, *l. Non debet 21. ff. de Regul. Iur. cap. Cui licet 53. eod. in 6.* validissimum namque esse argumentum à Maiori ad minus affirmatiuè conceptum docemur ex relatis Iuribus, atque ex *l. 11. in fine, ff. de Liber. Agnosc. l. 22. §. 3. ff. de Adulter. l. 2. C. Ne Fideiussor. Dot. dentur.* Dionysi. Gothofred. *in dict. l. Non debet, litter E. & F. ff de Reg. Iur.* pluribus confirmans exemplis.

## §. II.

## Ec quæ sit Iurisdictionis Potestas, & quæ ad illam specialiter attineant?

29 LICET breuiter ab hac Nos possemus Difficultate expedite adhibità Regùla quà vsus est, Molin. *de Iust. & Iur. tom. 6. tract. 1. disput. 2. num. 2.* dicens: *Potestatem Ordinis à Potestate Iurisdictionis in eo distingui, quod Potestas Ordinis effectum respicit alicui, ratione Ordinis, competentem: non quia ad illud exequendum Ius habeat pro Potestate regendi, ac gubernandi sibi concessa, sed quia facultas, ac potentia, quam, mediante Ordine suscepit, ex se, ac ex Christi Institutione id efficere habet. Econtra verò Potestas Iurisdictionis effectum respicit alicui competentem à Potestate regendi, & gubernandi, quæ in ipso est. Quo fit, ut si aliquid efficiendum in Ecclesiæ Ministerio, simul requiratur Potestas Ordinis, & Iurisdictionis, effectus ille, ut emanat ab Ordine, eius attribuatur Potestati, & ut Iurisdictione exequitur, Potestati Iurisdictionis attribui debeat.* Ast quum nimis generalis, & sub obscura hæc Regula sit eà contenti esse noluimus, sed Potestatem hanc clarissimè exponere præcipua eius capita in medium adducens.

30 Præmitti tamen debere cenſuimus. Quod, ut Epiſcopi commodius Iuriſdictionem ſuam exercerent, & ne Hierarchicus Eccleſiæ Ordo confunderetur olim, ex Decreto Beatiſsimi Petri, cuiuſque Territorij limites pro ſingulis Epiſcopis Dioceeſes fuerunt diuiſæ, ut videlicèt in illis circa Plebes ſibi commiſſas, tamquam circa proprias Oves, omnem Epiſcopalem Poteſtatem exercerent. Can. *In illis*, 80. *diſt.* Can. 1. 99. *diſt.* & Nos alibi latius exponemus. Quarè in his Dioceeſibus ſoli Epiſcopi poſt Roman. Pontificem in ſpectantibus ad Eccleſiaſticam Poteſtatem attento Iure Communi Ordinarij cenſentur Iudices, & Supremi Magiſtratus Eccleſiaſtici, *cap. Cum Epiſcopus, de Offi. Ordin. in 6.* Gloſſ. *in Can. Perlectis, verbo, Iurgia, 25. diſt.*

31 Ex hac ergò Iuriſdictione quam Epiſcopi præter Ordinis Poteſtatem in ſuis habent Dioceeſibus, multa reperiuntur in Iure, quæ eiſdem competunt, tàm in foro interiori, Pœnitentiæ, quàm etiam exteriori, ut mox videbimus in particulari: In communi autem ad eius Forum interius pertinet Poteſtas abſoluendi à peccatis, & reſeruandi caſus, à quibus Inferiores abſoluere nequeant. De prima Poteſtate latè agunt communiter Theologi de Pœnitentia ſcribentes. De ſecunda verò, Poteſtate ſcilicèt reſeruandi Concil. Trident. *Seſſ. 14. cap. 7. & Can. 11.* Henriq. *de Pœnit. lib. 3. cap. 13. §. 2. litter. I. & lib. 6. cap. 9. §. 3.* Reginald. *in Praxi. for. Pœnit. lib. 1. num. 25.* Ægid. de Conincki *de Sacram. & Cenſ. tom. 2. diſp. 8. à num. 75.* Zerola *in Prax. Epiſcopali, part. 1. verbo, Caſus reſeruati, pag. 88.* In foro exteriori Poteſtas ipſa ad multa ſe extendit; ex eæ enim Epiſcopus Leges fert pro vniuerſa Dioceeſi *cap. 2. §. Statutum, de Conſtit. in 6. cap. Quod ſuper his, de Maior. & Obed.* Indulgentias 40. dierum concedit, *cap. Cum ex eo, cap. Quid autem, cap. penult. de Pœnit. & Remiſſ.* Cenſuras proferit, *cap. Cum ab Eccleſiarum, de Offic. Ordinar.* Quæcumque crimina in Dioceeſi commiſſa punit. *cap. 1. de Offic. Ordinar.* Abſoluit à quibuſcumque Iuris cenſuris, diſpenſat in omnibus Legibus, & impedimentis, niſi ubi Lex expreſſe abſolutionem reſeruat, *cap. Nuper, verſ. in 2. de Sent. Excom. cap. Arſi, §. de Adulteriis extra de Iudicijs*, Micha. Agial. *de Exhib. Auxil. Fundam. 4. pag. 20.* Sebaſt. Cæſar. *de Eccleſi. Hierarch. part. 1. diſput. 6. §. 4. num. 26* ubi ſubdit certum eſſe omnia Epiſcopos habere, quæ ad perfectum munus Paſtorum ſpectat; in quo Spiritus Sanctus illos poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei. His ſic generaliter expoſitis.

32 Poteſtas Iuriſdictionis eſt, quæ immèdiate ſpectat ad totum Eccleſiæ Corpus Miſticum, cui ratione huius Poteſtatis omnino præſidet conſecratus Antiſtes, quoad Forum Externum, habetque in illos Iuriſdictionem ordinariam, tam Contentioſam, quam Voluntariam, quæ conſiſtit, aut

in subiectione Personarum, vel locorum, aut in dispensatione, seu absolutione Subditorum, Barbos. *de Iur. Vniuers. tom. 1. lib. 1. cap. 11. num.* 108. Eamque tam absolutè exercere potest Episcopus in tota sua Diecœsi; ac Roman Pontifex in Vniuerso Orbe, ut ex Tex. *in cap. Conquerente de Offic. Ordinar. cap. Cum Episcopus eodem in 6.* docent Covar. *in cap. Alma Mater p. 1. §. 12. num. 3.* Squillante *de Priuil. Episcop. par. 3. cap. 2. num. 1.* quibus addo Can. *in nouo 21. dist.* Vitoriam *de Potest. Eccles. Relect. 2. q. 2. num. 18. pag. mihi* 118. Suar. *de Leg. lib. 4. cap. 4. num. 21.* Laiman. *in Summa tom. 1. lib. 1. tract. 4. cap. 7. §. 1. nu. 5. vers. Ex his omnibus,* Gregor. Lop. *in l. 3. tit. 10. p. 2.* Solorçan. *de Indiar. Gubernat. lib. 3. cap. 10. num. 31.* Sebast. Cæsar. *dict. Disp. 6. §. 4. num. 22. & 23.*

33 Tota autem Potèstas hæc ad duo principaliora reducitur capita, ad Legem scilicet Diocœsanam, & Legem Iurisdictionis, ut in proposito distinguit Text. *in Cap. Dilectus de Offic. Ordin.* Sed tamen non satis explicat, quo pacto, alia ab alijs distinguantur, in eorumque ideò explicatione allucinati sunt quam plurimi, Iura vnius alteri attribuentes, vel vtriusque Iura confundentes. Sebast. Cæsar. *dict. §. 4. num. 27.* monueratque prius ab eo non allegatus Hostièn. *in cap. 1. num. 6. vers. Quamuis autem de Stat. Monach.*

34 Sunt Nonnulli, & quidèm gravissimi Canonistæ existimantes nullam posse assignari Legis Diocœsanæ, & Iurisdictionis certam règulam, sed per casus singulares, magis, quam per generalia principia vtramque describi debère Innoc. *in dict. Cap. Dilectus num. 2. & 3. de Offic. Ordin. & in cap. 1. in princ. & in fine de Stat. Monach.* ubi etiam Hostiensis, & alij quam plures, teste Sebast. Cæsare *dict. §. 4. num. 28. in fine.* Atque idem docuerunt Ioan. Andr. Cardin. & Abb. *in Cap. Dilectus num. 4. de Offic. Ordinar.* ubi Anchar. *vers. Quæro,* Ioan. Honor. *in Summ. Decretal. lib. 1. tit. 31. num. 7.* Hincq. affirmare non dubitant vnam tantum esse Legem Diocœsanam, sub qua lex Iurisdictionis comprehèndatur Innoc. *in dict. cap. 1. sub num. 1. vers. Tamen Nobis de Stat. Monach. & in dict. cap. Dilectus ad fin. vers. Prius enim videtur dici,* quem *ibidem* Hostièn. sequitur *sub num. 6. vers. Vnde melius èst,* Bellam. num. 9.

35 Imò hanc diuisionem Potestatis in Legem Diocœsanam, & Legem Iurisdictionis novum esse figmentum Sacris incognitum Decretis, docent Ioan. Andr. *in cap. 1. sub num. 4. ad fin. vers. Nec de ipsa fit mentio, de Stat. Monach.* omninoque eliminandam sensit, Hostièns. *in cap. vltim. num. 22. 23. & 24. de Offic. Archidiaconi,* cuius opinioni fauere videtur Text. *in cap. Abolendam, de Hæret.* iuncto Loter. *de Re Benef. lib. 1. quæst. 21. num. 15.* adnotante casus alibi Legi Diocœsanę attributos, Legi Iurisdictionis in illo Textu adscribi.

36 Ast nihilominus divisionèm hanc Potestatis Iurisdictionis

tionis in Lègem Diocœſanam, & Lègèm Iuriſdictionis veram, & omnino retinendam, tamquam lègitimam, & Sacris Canonibus, tàm Antiquis, quàm Modernis conformem cènſemus; ſuademurque, èx quo *in cap. Conquarente, de Offic. Ordinar.* vtriuſquè Legis diſtincti, & ſeparati caſus aſſignantur, & quia res iudicata in una, non obſtat agenti in alia, *cap. Dilectus, de Offic. Ordinar.* Sic Epiſcopo, vtràque Legè ſubiciuntur Laici, & Clerici Diocœſis, ac Monaſteria ſubiecta quidem ſunt Epiſcopo Lege Iuriſdictionis, ab eoque ſunt exempta quoad Legem Diocœſanam, *cap.* 1. 10. *quæſt.* 1. iuncta Gloſſ. *in Summ. verbo, Laicus.* Sic etiam Epiſcopus ex Lègè Iuriſdictionis Abbates ad Synodum vocat; èiquè Abbates, Priores, & Sacerdotes ex èadem Lege Synodaticum perſolvunt; aſt quoad Iuriſdictionis Lègem Epiſcopo Abbates ſubiecti non ſunt, *cap. Quod ſuper his, de Maiorit. & Obed.* Ideòque Abbates in ſuos Subditos habent correctionem, & èmèndationèm, non etiam Epiſcopus, *cap. Dilectus Filius, de Offic. Ordin.* Ergò ſeparata omninò ſunt Lex Diœcèſana, & Lex Iuriſdictionis, *cap. Theodoſij, de Stat. Règular.*

37 Modum autem, quo vtraquè ſecernatur, aſsignare difficile omnès reputant, quatè magna eſt inter DD. contentio in eo apte explicando. Gloſ. namque ſecunda, *in dict. cap. Dilectus*, & Gloſſ. *in Summa* 10. *quæſt.* 1. quas ſequitur Imola, & alij exiſtimant omnia quæ Epiſcopis competunt in dando, ſeu faciendo conſiſtentia, contenta, *in dict. cap. Conquerente à princip. vſque ad verſ. Synodum excluſiue*, ad Legem ſpectare Iuriſdictionis. Ecòtra verò ea, quæ conſiſtunt in recipiendo, puta Synodaticum oblationes, & alia recenſita, *in dict. Textu, à verſ. Synodum*, ad Legem ſpectare Diocœſanam.

38 Alij autem admodum, dignoſcendum, quo vtraque Poteſtas hæc diſtinguatur, nullam aptiorem règulam ad earum cognitionem ſtatui poſſe exiſtimant, quam aſſèrère illud eſſè de Lègè Diocœſana, à quo Monaſtèria exemptà reperiuntur Iuris diſpoſitione, Abb. *in dict. cap. Dilectus, ſub num.* 4. *verſ. Tene ergo*, quem refert Lother. *dict. quæſt.* 21. *num.* 18. Ioan. Honor. *in Summa Decretal. lib.* 1. *tit.* 31. *num.* 7. quibus addo Innocènt. *in cap.* 1. *num.* 3. *verſ. Tamen ſecundum hanc noſtram declarationem, de Stat. Regular.* ubi reprobata Gloſſ. *ibidem*, docet hanc eſſe meliorem, & communiorem doctrinam Cucchus *lib.* 2. *Inſtit. Maior. tit.* 6. *num.* 28.

39 Hucuſq; dicta obdiuèrſitatè opinionũ ſub obſcura ſatis eſſe nõ dubitamus, vtque lucem aliquam eis afferamus aliquas in hoc §. Regulas ſtabilite decreuimus, quarum I. Eſt duo maxime in Epiſcopo erga ſubditos conſideranda eſſe. Alterum eſt Poteſtas Eccleſiaſtica, quam Idem Epiſcopus à Iure Divino habere cenſetur. Can. *In nouo* 21. *diſt. Can. Quorum Vices*, 68. *diſtinct.* mediante tamen

men Summo Pontifice tamquam Christi Vicario. Can. *Ita Dominus* 19. *dist.* Alterum est locus, seu Territorium ad eiusdem Potestatis exercitium deputatum, ut Diocœsis. Licet autem Potestas, quæ in locum dirigitur Territorio cohærere censeatur, & talis videatur Episcoporum Potestas post Diocœsum diuisionem; longe tamen ist hæc duo inter se differunt, *l. Pupillus*, 23. §. *Territorium*, *ff. de Verbor. signif.* Sebast. Cæsar. *dict.* §. 4. *numer.* 29. & Nos latius *altero dicemus Fundamento.*

40 II. Autem Regula est Quod licet, Iure communi attento, Iura Episcopalia sic appellentur; quia solis Episcopis competunt: *dict. cap. Conquerente de Offic. Ordin.* Longe tamē inter se differunt: quædam enim principaliter ipsam Episcopalem Potestatem, seu Iurisdictionem respiciunt, eoque respectu Episcopis competunt, *dict. cap. Conquerente à princip. usque ad vers. Synodum exclusiue.* Quædam econtra non ipsam Potestatem, sed potius Locum Cathedræ Episcopalis, Diocœsim scilicet, principaliter respiciunt: qualia sunt Decimæ, & Funeralia, quæ non alia de causa Episcopis debentur, quam ob diuisionem reddituum præscriptam, *cap. Concesso cum seqq. 12. q. 2.* Priora ergo ad Legem Iurisdictionis; posteriora vero ad Legem Diocœsanem spectare censet, Sebast. Cæsar. *dict.* §. 4. *num.* 30. Addens Iura Episcopis competentia ratione Potestatis Episcopalis ad Legem Iurisdictionis; competentia autem ratione Diocœsis, seu Territorij ad Legem Diocœsanam spectare Regula est.

41 III. Regula est duas esse Leges, siue duo præcepta ab Episcopo in sibi subditos emanare posse. Alterū Iurisdictionis, quatenus Magistratū gerit; & alterū Diocœsis, quatènus, eius administrationē habèt, à Iurisdictione omnino sejunctam, & separatam ex prascripto Canonum, ut iam diximus, nuncque efficacius probamus, attenta rigorosa nominis *Diocœsis* significatione, iuxta quam non Iurisdictionem seu Territorium, sed Administrationem tantum præsefert Petr. Gregor. *lib. 15. Syntagmat. Iur. cap. 12. num. 3.* Lotter. *de re Benef. lib. 1. q. 21. num. 45. & quæst. 23. num. 8.* cui addo Cardinal. *in Clement. dudum de Sepultur. q. 1.* Stephan. Gratian. *disceptat. Forens. tom. 2. cap. 212. num. 7.*

42 Competit ergo Episcopo, tamquam Supremo Magistratui Iurisdictio cum Mero, & Misto Imperio, ex qua absolutè sibi Maioritatem, & obedientiam vendicat; sub quibus plenissima, seu omnimoda Iurisdictio continetur, ut ex Rubr. *& toto Tit. de Maior. & obed.* probat Lotter. *de re Benef. dict. q. 21. num. 51.* ubi Bald. allegat, cui addo, *cap. 1. de Offic. Archidiacon. cap. Pastoralis, de Offic. Ordin.*

43 Tamquam Administrator verò habet Episcopus Forum internum sibi subiectum ratione Administrationis, ut latè probat Lotter.

Lotter *dict.lib.*1.q.20. Quumque Administratio hæc ad tria præcipua capita reducatur, totidem ideò specialia hac percipit Lege in remunerationem sui Spiritualis Officij, quæ Iure deberi probatur, *ex cap. Cum ex Officij, circa fin. de Præscript.* Lotter. *dict.lib.*1.*q.*21. *num.*51.

44 Tribus ergo præcipuis Episcopalis Administrationis muneribus remuneratis, totidem priuilegijs, lex Diocœsana innititur; Lex enim largè sumpta (ut hic accipi omnes fatentur) præceptum sonat, *l.* 1. *ff. de Leg. Diocæsis* autem, strictè accepta (in qua significatione hic vsurpari nemo nègabit) Administrationem denotat atque èx his duobus nominibus quidam coalescit complexus terminus significans Præceptum Superioris habentis Administrationem. Vtque clarius percipiatur doctrina hæc sit.

## §. III.

## Quæ nam Legi Diocœsanæ Priuatiuè competant.

45 PRæcipuum Diocœsanæ Legis munus est docere, in cuius signum Cathedram habet, Loter. *de Re Benefi. lib.*1.*q.*9.*num.*98. Hincque ei prouènit ius exigendi à singulis Ecclèsijs Cathedraticum, *cap. Conquerente de Offic.Ordin. cap.Pastoralis de Donat.* Barbos. *de Potest Episcop.par.*3.*alleg.*36.*ex num.*46. Vbi plures allegat, quibus addo Loter. *dict. lib.*1.*q.*21.*num.*53. Squillante *de priuil.Episcop.p.*3.*cap.*11. *toto l.*2.*tit.*12.*p.*1.

46 II. Episcopale munus circa Animarum Curam versatur, quæ Episcopo primario, & per se commissa est Can. *quæcumque* 10.*q.*1. Can. *Præcipimus* 12.*q.*1. Can. *Nisi §. Verum, & ibi* Gloss. *de Renunt.* Huic autem oneri correspondet priuilegium percipiendi in vniuersa Diocœsi Quartam Decimarum, & Mortuariorum partèm, in quam Lège Diocœsana Iuris habèt assistentiam, & intentionem fundatam (ut communitèr dicitur) Can. *Cum vtilitate* 16.*q.*1. Lotter. *dict.q.*21.*num.*58. indistincte assistentiam hanc probans, quam singillatim comprobamus quoad Decimarum quartam partèm ex *dict. cap. Conquerente de Offic.Ordin.* ubi Abb. & alij copiosè Squillantè *de priuil.Episcop.p.*3. *cap.*10. *toto.* Quoad Mortuariorum quartam, *dict.cap.Conquerente, & cap. De quarta de Præscrip.* Barbos. *de Potest.Episcop par.*3. *alleg.* 68. Squillante *dict. par.*3. *cap.*9.

47 III. Episcopalis Administrationis onus est solicitudo super ordinatione omnium suæ Diocœsis Ecclesiarum, tam Sæcularium, quam Regularium, ita ut

eo

eo non approbante, & permittente nulla poſsit denuo ædificari Eccleſia, Baſilica, vel Monaſterium. Can. *de Monachis cum ſeqq.* 18. *q.* 2. Concil. Trid. *Seſſ.* 25. *de Regular. cap.* 3. Can. *Nemo.* Can. *Placuit de Conſecr. diſt.* 1. *cap. Ad hæc de Relig. Domib. cap. Cum olim* 14. *verſ. in ſuper de Priuil.* Auth. *de Eccleſiaſt. tit. §. Sequis autem collat.* 9. Barboſ. *in dict. cap.* 3. *Coneilij num.* 28. *& de Poteſt. Epiſcop. p.* 2. *alleg.* 26. *num.* 4. *Nouar. in Summa. Bullar. ad Bullam Vrbani VIII. num.* 3. *& practic. concluſ. Iur. Pontific. concluſ.* 9. *alias* 10. *pag. mihi* 46. Hulric. Hunn. *in encyclopæd. Iur. p.* 5. *tit.* 1. *cap.* 2. *num.* 1. Lauret. de Franc. *de controuerſ. inter Epiſcop. & Regular. par.* 1. *num.* 18. Antonin. Diana. *p.* 11. *tract.* 2. *Miſcellan. reſol.* 25. Ventriglia *in praxi. rer. Notab. tit. de Monaſter. ædifican.* Pellizar. *in man. Regular. tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 7. *ſect.* 2. *num.* 92. Neque aliò etiam ex iuſta cauſa transferre, etiam ob magnam vtilitatem, collapſa tamen reſtaurare poſſunt. Can. *Quidam, Can. de Monachis de Conſecr. diſt.* 2. *Can. Siquis vult, & ibi* Gloſſ. 16. *q. fin.* Mich. Agia *de Exhiben. Auxilijs Fũdam.* 5. *pag* 23. Larrea *deciſ. Granat.* 97. *num.* 25. Et pluribus relatis Auguſt. Barboſa, *dict. alleg.* 26. *num.* 8. & hoc Iure utimur; quamvis in contrarium profiteat Zachar. Paſqualig. *in Add. ad Lauret. de Frãch. de Contron. inter Epiſcopos, & Regulares p.* 1. *nu.* 18. *verſ. Quia autẽ Cõſtitutiones.* ubi falſo pro ſe allegat Barboſ. Portel. Rodrig. Peyrinis, & alios. Atque etiam curare debet Epiſcopus, ut omnes Eccleſiæ intra ſuã Dioceſim ſitæ, ſartæ, tectæq; habeãtur, & ad earum reparationem omnes, & quoſcumque cogere, non obſtante qua vis exceptione, exemptione, ſeu appellatione, docet Machado, *in Summa tom.* 2. *lib.* 4. *p.* 6. *tract.* 7. *docum.* 1. *num.* 4.

48 Huic curæ remuneratio correſpondet, quæ à Sacris Canonibus *Eulogia* vocatur, Can. *Eleutherius* 18. *q.* 2. ubi Gloſſ. veram nominis ſignificationem non percallens, illud accipit pro ſigno Prędicationis, tempore conſecrationis, ſiniſtram intelligentiam reprehendit Lotter. *dict. lib.* 1. *q.* 21. *num.* 61. ipſe tamen veram, genuinamque non exhibuit; aliqua ideo ad notare libuit, per quæ Textum illum, alioſque antiquos Canones facile omnes percipere poſsint.

49 Eulogiæ ergo nomen abs radice Græca erutum, Collectiones interpretari docet Ioan. Kaluin. *in lex. Iurid. lit. E. pag.* 327. *col.* 1. In Eccleſiaſticis autem Sanctionibus multiplicitèr accipitur. I. Pro præſtationibus, quas Subditi ſponte offerunt Prælatis, probatur ex Concilio Laodicenſ. *cap.* 32. Relato *in Can. Neque Eulogias.* 1. *q.* 1. *atque* ex Cicer. Cæl. Rhodig. & Alex. Scoto, docet Acuña *in Can. de Eulogijs, num.* 4. 18. *diſt.* ex cuius littera clarè hæc deducitur acceptio, cui addo Hincmarum *in Capitulis anno* 874. *datis cap.* 5. & Concil. Meldenſe *anno* 845. *celebratum,* quod poſt quam prohibet, ne munuſcula à Presbyteris exigantur per Miniſtros Epiſcoporum,

porum, subdit: *Decet tamen Presbyteros cum voluntarijs Eulogijs tempore congruo visitare, & venerari suos Episcopos.* II. Pro benedictione accipitur, *dict. Can. 8. 18. dist.* & comprobatur ex 1. *Reg. 25. iuxta Græcam versionem.* III. Pro pane benedicto Concil. Nannetèn. *cap. 9.* apud Burchard. *lib. 5. cap. 27.* Concil. Laodicen. *Can. 14.* Vbi Eucharistiæ contraponitur; *Ne* (inquit) *Sancta instar Eulogiarum in Festo Paschæ in alias Parochias mittantur.* In qua quidem acceptione frequentissimum, est Sanctissimis Ecclesiæ Doctoribus nomen istud, Ioann. Cabasut. *in Notitia Conciliorum, cap. 37. Diatriua, de Eulogijs ad Laodicens. Can. 14.* ubi luculentissimè de Eulogijs, in hac significatione acceptas disserit. Videndusque etiam est Cornel. Schulting. *Thesaur. Antiq. Ecclesiast. tom. 3. cap. 109. 146. 246. 263. & tom. 7. cap. 188. & cap. 200.* ubi Symbolum vnitatis, & pacis esse ostendit, *& eodem, tom. 7. cap. 98.* non dandas esse Eulogias excomunicato probat. IV. Deniquè pro ipsa sumitur Eucharistia, Cyrill. *Epist. ad Catosyrium, & Epist. ad Nestorium,* S. Dionis. Areopag. *de Eccles. Hierarch. cap. 3.* Ioann. Dartis, *in Comment. ad Decret. p. 1. dist. 15. & 16. pag. 52. col. 1. vers. Porro nihil ex his, & in animaduersion. ad Annal. Ecclesiast. Cæsar. Baron. pag. 95. col. 2. vers. anno 313. agit de Eulogijs,* omnino videndus.

50 Ab harum Præstationum permissu, seu ab Eulogijs istis, quæ ex torqueri vetabantur, accipi tamèn permittebantur effluxit forte Ius exigèndi Charitatiuum Subsidium Episcopis, competens, quod recipere, & exigere potest, nedum à Clericis sibi Subditis, sed etiam à Monachis, & Monasterijs à suà Iurisdictione omninò exemptis, ut ex dict. Can. *Eleutherius* probat Ioan. Honor. *in Summa Decretal. lib. 1. tit. 91. num. 10.* Cuius tamen assertioni non acquiescimus quum Omnium opinio ei adversetur: communis namque fert Monasteria, & præcipue exémta, à charitatiui subsidij præstatione immunia esse, ut docent Bellencin. *de Charitat. subsidio, q. 29.* & Remig. de Goñi eodem tract. *q. 20. 21. & 22. Inter tractatus DD. tom. 15. p. 2.* ubi solum respectu plebium sibi commissarum ad hanc præstationem teneri concludunt. Hancque originem recte deduci censeo. I. Attenta similitudine inter Eulogias, & Charitatiuum subsidium; Hoc enim, sicut, & illa, spontè magis, quam coactione extrahitur, quia gratuito concèditur, ex indeque Charistèrium, seu Charitatiuum subsidium appellatur. Nicol. Boèr. *decis. 133. nu. 1.* Vasq. Illustr. *controu. cap. 8. num. 3. 5. & seqq.* Gramm. *decis. 88. num. 2. & seqq.* Bartholom. Bellencin. *de Charitat. subsidio, q. 14.* probans *argum. text. in cap. Ex parte de Cons.* ex Innocen. *in cap. Cum Apostolus eod. tit.* Pauin. & Cardin. ab eo relatis, *ibidem, num. 1.* Remigi. de Goñi, *de Charitat. subsidio, q. 3. tota,* plures allegans *inter tract. tom. 15. p. 2.* ubi vterque reperitur tractatus à

pag.

*pag.147. ad 193. in postrema edit. Veneta 1583. qua utimur.* II. Nam Charitatiuum subsidium, & Eulogiæ ad Legem Diocœsanam pertinent, cap. *Dilectus de Offic. Ordin.* Gloss. *in Summa* 10. *q.* 1. Bellencin. & Remig. *ll. cc.* Boer. *dict. decis.* 133. *num.* 2. Eman. Suar. *in Thesaur. recep. sent. litt. A. num.* 256. Vbi probat nullum alium Prælatum Episcopo inferiorem èxigere tunc Eulogias potuisse, nec nunc Charitatiuum subsidium exigere posse; quia in eis priuatiuè quoad omnes habèt intentionem suam fundatam Episcopus, *cap. Conquerente de Offic. Ordin. cap. Cum Apostolus de Cens.* latè Squillante, *dict. p.* 3. *cap.* 12. *toto.* Bartholom. Bellencin. *de Charitatiuo subsid. q.* 1. *& seqq.* Remig. de Goñi, *eodem tractatu.*

51 Hæc sunt, quæ specialiter ad Legem Diocœsanam attinere reperimus, & ne si aliquod aliud repertum fuerit arguamur, Regulam generalem stabilire decreuimus amplectentem quotquot effectus munera, & onera ex cogitari possunt ad Legem Diocœsanam pertinere; Omnia nimirum, quæ ad Episcopalem Administrationem priuatiuè spectant, vel quæ retributionem aliquam temporalem Episcopis important, quocumque nomine, aut titulo ad eum pertineant, Legi Diocœsanæ adscribenda esse. Gloss. Magna, *in cap. Dilectus de Offic. Ordin.* Henric. Botæus *de Synodo, p.* 1. *num.* 61. *inter tract. DD. tom.* 13. *p.* 2. Nam quum omnès tèmporales retributiones, pro spiritualibus, à Iure Canonico exorbitent Can. *Sicut Episcopum* 1. *q.* 2. *cap.* 1. *de Simon.* ad munus temporale Episcopi illud reduci necesse est; hoc autem est Episcopatus Administratio, ut iam vidimus; sed hæc ad Lègem Diocœsanam priuatiuè attinet, ergo ad scribenda ei hæc omnia sunt. Licet discursus iste legitimus sit; ne tamen ratiocinationi nostræ fidamus, eum corroborari posse monemus ex adductis à Lotter. *de Re Benef. lib.* 1. *q.* 21. *num.* 65. *&* 66. cui addo *l. Bene à Zenone in fin. C. de quadr. præscript.* ibi: *Qui enim suis Consilijs, suisque laboribus pro toto Orbe terrarum diu noctuque laborant, quare non habeant dignam sua prærogatiua fortunam?* Concinnuntque, *l.* 7. *ff. Quemadmodum Testam. aper. l. si seruus §. Quod verò ff. Defunct.* Vbi molestissimus, atque damnosus labor reputatur, qui non habet annèxam retributionèm.

52 Hinc iam optimè intèlligetur Gloss. *in dict. cap. Dilectus de Offic. Ordin. & in Summa* 10. *q.* 1. *verbo, Quidam Laicus,* docens Legem Diocœsanam à Lege Iurisdictionis in èo potissime differre, quod Lex Diocœsana in rècipièndo consistit, Lèx autem Iurisdictionis in dando. Quam Regulam amplexi sunt Imola, & alij Canonistæ, teste Sebast. Cæsar. *de Ecclesiast. Hierarchia, p.* 1. *disp.* 6. *§.* 4. *num.* 27. hinc inde deducentes quod respectu Episcopi Lex Diocœsana, quædam dulcis passio appèllatur. Hostien. *in dict. cap. Dilectus, num.* 6. *in princ.* Lotter.

*dict.*

*dict. q.21. num.68. & 69.* qui reijciendum esse monet Innocentium deuiantem ab hac distinctione, quam etiam evertere tentauit, Abb. *in dict. cap. Dilectus, num.4. vers. Hæc regula*, dicens tria esse, quæ in recipiendo consistunt, & tamen ad Legem Diocœsanam non pertinent. Eamdem opinionem sequutus est, Sebast. Cæsar. *dict. §.4. num.31.* ex eo quod Obedientia, & Reuerentia consistunt in recipiendo, & tamen ist hæc Iura ad Legem Iurisdictionem spectant, ut fatentur omnes, & probatur *ex cap. His quæ, cap. Dilecta de Maior. & Obed.* Econtra vero Procuratio in recipiendo consistit, & tamen negare nequit ad Legem spectare Iurisdictionis. Vnde falsam esse Glossę Regulam arguunt ipsi; inefficaciter tamen, ut latè probat Lotèr. *dict. q.21. anum.71. ad 84.* ubi vtriusque fundamenta diluit.

## §. IV.

## Quæ nam Legi Iurisdictionis propriè accensèantur?

53 I. CAusas audire, omniaq; tractare, quæ in Iudicio disceptantur, tàm Ciuilia, quã Criminalia, seu Mista sint, quorum cognitio in I. instantia ad Episcopum ex hac competit Lege, *cap. Cum ad Ecclesiarum, & ibi Panormit. num.9. de Offic. Ordin.* Concil. Trident. *Sess.24. de Reformat. cap.20. ubi* copiosè Barbos. *num.1. l.74. tit.4. lib.2. Recopilat.* videndus est Salgad. *de Supplicat. ad Santiss. p.2. cap.1. num.28. & seqq. & cap.2. & tota fere, p.2.* Agia, *de Exhiben. Auxil. Fundam.5. à principio, & Fundam. 6. toto*, ubi luculentissimè probat à Iure Diuino Potestatem istam Episcopis competere. De qua late infra disseremus.

54 Hinc prouenit Episcopis Iuris Assistentia, quam in tota Diocœsi eis competerè in prædictis causis quoad omnes Personas Ecclesiasticas in illa existentès, probant *cap. Pernitiosum de Offic. Ordin. in 6. cap. at si Clerici, cap. Cum non ab Homine, de Iudic. cap. fin. Ne Clerici, vel Monachi in 6.* Atque ex èodem capite Episcopis etiam competit inquirendi facultas de Clericorum vita, & Ecclesiarum statu Archidiacon. *in dict. cap. Dilectus, vers. venio ad Glos. magnam*, Authoritasque inquirendi in Laicos èx causa Spirituali, vel Spiritualibus annexa *1. ad Chorinth. 5. & 6.* Can. *Nos Sanctorum 15. q.6.* ex quibus alijsque à se adductis, probat Zypæus, *de Eccles. Iurisdict. & Ciuili, lib.1. cap.2. toto*, & Nos alibi latius dicemus.

55 II. Huic accensetur Legi Beneficiorum collatio, *cap. Conquerente 16.* Vbi communiter Canonistæ, *de Offic. Ordin. cap.*

*Transi-*

*Tranſmiſſam, & ibi* Gloſſ. fin. *de Elect.* cap. *Ex frequentibus, & ibi* DD. *de Inſtit.* Can. *omnes Baſilicæ* 16. *q.* 7. Gloſſ. fin. *& ibi* Abb. *num.* 3. *& in cap. Nouit, de Offic. Legati,* Couar. *lib.* 2. *var. cap.* 20. *num.* 8. & pluribus relatis Gonçal. *in Reg.* 8. *Chancell. §.* 4. *Proœm. num.* 27. Barboſ. *de Poteſtat. Epiſcop. p.* 3. *alleg.* 127. *num.* 132. Lotter. *de Re Benef. lib.* 2. *q.* 2. *num.* 4. Lap. *alleg.* 86. *num.* 12. Bellam. *dæciſ.* 69. *num.* 6. Rota *apud Farin. deciſ.* 608. *num.* 12. *p.* 2. *Recentior.* Tamburin. *de Iur. Abbat. tom.* 3. *diſp.* 9. *q.* 2. *num.* 3.

56 III. Eidèm adſcribitur Legi, Inſtitutio omnium Beneficiorum ſuæ Diocœſis, *cap. Cum ex iniuncto in fin. de Hæret.* Licet collatio ad alium ſpectet, *cap.* 1. *de Capell. Monach. in* 6. & quam ius Præſentatio ſit priuatiua Patroni, Can. *decernimus*, Can. *Pia mentis* 16. *q.* 7. & licet tàm Præſentatio, quàm collatio ad Regulares pertineat Can. *Sanè* 16. *q.* 1. præcipue in Parochialibus, *cap. Sanè, cap. Cum planctaro, §. In Eccleſijs de Priuileg. cap. Per exemptionem eodem in* 6. *cap. Conquerentè de Offic. Ordin. cap.* 1. *de Capell. Monach. cap.* 1. *§. Verum de Præben. in* 6. Loter. *de Re Benef. lib.* 1. *q.* 25. *num* 12. & quamuis ad quodcumque collegium electio pertineat, *cap.* 1. 15. *q.* 2. *cap. Nihil, de elect.*

57 IV. Ad eamdem pertinet Legem demandare Curam Animarum in Vniuerſa Diocœſi, *cap. Cum ſatis de Offic. Archidiacon.* Concil. Trid. *Seſſ.* 24. *de Reform. cap.* 18. Gloſſ. *in cap. Dilectus de Offic. Ordin. verbo, de Lege Iuriſdictionis.* Bulla Pij V. incipiens: *In conferendis* 13. *in Bullar. Barboſ. p.* 3. *de Poteſt. Epiſcop. poſt Tractat.* Archidiacon. *in ca. Nemo de elect. in* 6. Lambertin. *de Iur. Patronat. lib.* 2. *p.* 2. *q.* 1. Lancellott. Conrad. *in Templ. Iud. & Aduocat. lib.* 2. *cap.* 5. *§.* 4. *num.* 18. Franc. Leo *in Theſaur. For. Eccleſiaſt. p.* 2. *cap.* 3. *num.* 52. *& ſeqq.* Nedum quoad proprietatem, ſed etiam quoad Æconomiam, vacationis tempore, *dict. cap.* 18. *Concilij.* Probaturque hoc irrefragabili argumènto. Ad eùm Æconomia iſta pertinet, ad quem Collatio, & Inſtitutio Beneficiorum ſpectat, *cap. Cum vos de Offic. Ordin. & ibi* Gloſſ. *verb. Æconom. in fin. cap. Cum venìſſent de Inſtit. cap. Quoniam, cap. Si verò, cap. Cum propter de Iur. patronat.* Azor. *Inſtit. Moral. lib.* 2. *cap.* 8. *q.* 8. Marcilla *ad Trident. præcit. cap.* 18. *lib.* 1. *tit.* 2. *de Ætat. & qualit.* Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. p.* 3. *alleg.* 59. *num.* 24. *& alleg.* 60. *num.* 1. *& alleg.* 72. *num.* 18. *&* 19. *& ad dict. cap.* 18. *Concil. num.* 31. *& de Poteſt. Paroch. p.* 1. *cap.* 2. *num.* 33. Noſtras Armendariz. *in Annot. ad Leg. Nauar.* 17. *num.* 86. *tit.* 18. *lib.* 1. *Recop.* Sed Inſtitutio, & Collatio ad Epiſcopum pertinent, ergo Æconomi deputatio. Conſeq. probat copioſiſsimè Solorçan. *de Indiar. Gubernat. lib.* 3. *cap.* 15. *à num.* 53. Aliterquè etiam hoc ipſum ſuaderi ſic poteſt: Æconomi deputatio ad eum pertinet, qui Synodum in Diocœſi congrègare poteſt, ex ipſaque Lege, qua Synodum congrègat Franc. Leo *in Theſaur.*

*For.*

*For.Eccleſ.cap.*18.*num.*52. Nicol. Garc. *de Benef.p.*9. *cap.*2. *num.*8. & pluribus relatis Barboſ. *dict.p.* 3.*alleg.*60.*num.*3.*&* 4. *in dict.cap.* 18.*Concilij,num.*32.Sed Synodum congregare ad Legèm Iuriſdictionis ſpectat, ut infra dicemus, ergo,& Æconomi deputatio.

58 Amplia, licet proviſio ad Papam pertineat èx reſeruationis cauſa, aut alio quouis titulo, *cap. Regenda* 10. *q.*1. Abb.*in cap.Cum nobis notab. fin. de Elect.* Probus *ad Monach. in cap.* 2. *de Præben.in* 6. Rebuff.*in tract.Concordat. in Rubr. de Reg. ad Prælat. Nominat.§.*1.*Gloſſ.intra ſex menſes, verſ. Poſtremò ſigendum*, Salgad. *de Reg. Protect. p.*3. *cap.*2. *à n.*53.

59 V. Ad hanc pertinet Lègem cognitio quarumcumque Cauſarum, quæ animarum Curam quoquomodo attingunt, & Adminiſtrationèm Sacramentorum reſpiciunt, etiam quoad Exemtos, & immediatè Sanctæ Sedi Subiectos, quibus non ſuffragatur circa hæc ullum Priuilegium, *cap. Cum Capella* 26. *ubi* Gloſſ. *verbo,Clauſtrum de Priuileg.* Clement. 1.*§.ad hæc de Stat. Monach. cap.*1.*§.fin. cap.Per exemptionem, cap.Vt Apoſtolicæ, §.Exemptis, iuncta* Gloſſ. *verbo, tenetur de priuil.in* 6. Conc.Trident. *Seſſ.*7. *de Reform.cap.*8.*&* *Seſſ.*25.*de Regular. cap.*11.ubi latè Barboſ.*nu.*1. *&* *num.*11. Bullam referens Gregorij XV.id expreſſè præcipientem,*&* *de Poteſtat.Epiſcop.part.*3. *alleg.*74.*num.*26. Gloſſ.*in cap.*1.10. *q.*1. *in cap. Dilectus, de Offic. Ordin.* *&* 16.*q.*2.*in prin.* Agia *de Exhib. Auxil.fundam.*5.*pag.*22. Solorç.*de Indiar. Gubern.lib.*3.*cap.*17.*num.*51. Rodriguez *QQ. Reg. tom.*1.*q.*34. *art.*6.*&* 7.Sanch.*in Præcepta Decalogi,lib.*6.*cap.*6.*num.*36. Moneta *de Conſeruator.cap.*6.*n.*51.*&* *cap.*7. *n.*262. Ciarlin.*tom.*2.*controu.*190. *num.*14.*&* *ſeqq.* Salgad. *de Supplicat.ad Sanctiſſ.*2.*p.cap.*15.*&* *præcipuè num.* 27. ubi reſoluit, quod ſi Nuncius Apoſtolicus, aliuſue Iudex in prima inſtantia de huiuſmodi cauſas cognoſcere velit, & cauſam non remittat Ordinario, declarandum in Senatu vim facere in cognoſcẽdo, & procèdendo.

60 VI.Huic attribuendus èſt Lègi Concurſus ad Proviſionèm Parochiarum ſuę Diocœſis,*d.cap. Dilectus,* & ibi Gloſſ.*verbo,de Lege Iuriſdictionis*, vbi cõmuniter Can. *de Offi.Ordi.* Concil.Trid.*Seſſ.*24. *cap.*18.& ibi Barboſ.*nu.*45.Vbi ob hanc tantũmodo rationem inferioribus Epiſcopo hac Lege carẽtibus, prohibitum hoc Ius reperiri, docẽt Lel.Zech. Anaſt. Germon. Flamin. Pariſ. Aloyſ. Ricc. Maſſobr.& Tambur. ab ipſo Barboſa adducti,cui addo Rot.Rom.*deciſ.* 632.*num.*4.*p.*2.*apud Farinac.*

61 VII.Ordinum collatio, & Virginum conſecratio, cæteraque Epiſcopalis Ordinis, quæ ad hanc ſpectant Legem, quatenus rèi, vel Perſonæ applicantur, ut ex Abb.*in d.cap.Dilectus,ſub n.*4. *col.ult.verſ.Ad unum tamẽ aduertè,* docet Loter.*de Re Benef lib.*1.*q.*21. *n.*84.Ioa.Honor.*in Sum.Decr.lib.*1. *tit.*31.*n.*9.quibus addo Hoſtièn.& alios Can. adductos à Chirchouio *tom.*3.*Conſil.German. conſ.*2.*nu.*41.

Lancell. Conrad. *in Templ. Iud. & Advoc. lib. 2. cap. 5. §. 4.* Duaren. *de Benef. lib. 7. c. 5.* Petr. Greg. *Partit. Iur. Canon. lib. 5. tit. 2. cap. 2. & lib. 15 Syntagm. cap. 12. nu. 13.* Daniël Venator. *lib. 1. Analyſ. Iur. Pōtifi. tit. 6. & tit. 31.* Pacian. *lib. 2. de Prob. cap. 28. èt 29.* Molin. *de Iuſt. & Iur. tom. 6. tract. 5. diſp. 2. nu. 3. verſ. Quando.* Et ne Regula hæc opponi appareat his, quę in alio firmauimus §. notanter diximus omnia ſub hac regùla contenta ad hanc Lègèm pertinere, quatènus Perſonæ applicātur; nam prout Epiſcopo cōpetunt, ad Poteſtatē Ordinis pertinere, iā ſupra præmonui, & duo hæc inter ſe diſtingui liquido apparet.

62 VIII. Ad hanc ipſam Legem reducenda eſt Canonica manualis obedientia, Epiſcopis debita. Can. *Quamquam 6. 23. diſt.* deſumptum ex Concil. Tolet. XI. *cap. 10.* ante quod formalius in iuncta fuere, omnibus Abbatibus, Presbyteris & Diaconis à Concil. Emeriten. *cap. 11.* apud Garciā de Loayſa *in Collectione Concil. Hiſpan. pag. m. 314.* Quando autèm iurata eſſe debeat, docet Ioan. Honor. *in Sum. Decr. d. tit. 31. n. 9.* Ad hancq; Lègèm referri etiam poſſe cenſemus reuèrentiam Epiſcopis debitā, ex *cap. His, quæ de Maio. & Obed.*

63 IX. Ius inuocandi auxiliū Bracchij Sæcularis ad hanc pèrtinet Lègèm, *cap. 1 §. fin. de Of. Ord.* ubi Ioſeph Vela *p. 2. à nu. 1. in eius repetit. tom. 2. poſt Diſſertat. cap. Quoniam eod. tit.* ubi copioſè Barb. *cap. 2. de Malèdic. Can. Cum ad verum 96. diſt. Can. Principes 23. q. 3. Can. Si quis pècunia 79. diſt. l. 58. & 59. tit. 6. p. 1. l. 14. & 15. tit. 1. lib. 4. Recòp. Caſtell. l. Si quis in hoc genus, l. Sanctiſsimarum 44. §. Tua igitur, C. de Epiſcop. & Cler. l. Epiſcopale 8. aliàs 9. Per Iuaicum quoquè Offcia, C. de Epiſcop. Aud. l. 2. §. Sin autem, verſ. Tūc Iudex, C. de His qui Latron.* Ex quibus facultas, quam Epiſcopis Lege Iuriſdictionis competit hoc inuocandi auxilium, & neceſſitas, quam illud impartiendi, Sæcularibus Magiſtratibus iniuncta eſt latè demōſtratur. Noſquè hoc ipſo fundamēto fuſſe oſtēdemus.

64 X. Facultatèm habent Epiſcopi ratione iſtius Lègis cōſtituēdi Æconomum, ſiue Syndicum in cauſis, & rèbus Monaſtèriorum, ſi Prælati in eorum adminiſtratione nègligentès fuerint, *cap. Imperatorum 6. de Iuram. Calumn.*

65 XI. Cuſtodia omniū Eccleſiarū Hoſpitaliū, Capellarū, Beneficiorū, & Capellaniarū vacantiū ad Epiſcopos pertinet èx Legè Iuriſdictionis, *cap. Cum ad Sedem,* & ibi Panorm. *n. 1. de Reſtit. ſpolia.* Idē Panorm. *in cap. Bonæ, nu. 11. & 12. de Appell. & in cap. Cū vos, de Of. Ord.* Præpoſit. *in Can. Illud 12. q. 2.*

66 XII. Ad Legē Iuriſdictionis refèrenda èſt deſtitutio omniū Beneficiorū, ſuæ Diœcœſis, licèt Collatio ad alios pertinèat, *cap. Cū ex iniuncto, in fin. de Hæret.* Cuius ratio eſt, nā quū deſtitutio fieri nèqueat abſque cauſæ cognitionè, hancque in prima inſtantia nullus prætèr Epiſcopū in Diœcœſi habere poſsit, cui Lege Iuriſdictionis cōpetit, ad eā proindè hanc deſtitutionē pertinere perſpicuū eſt, &

pro-

probat ex Text. *in cap. Cum olim, de Præscript.* Gil Ken. *eod. tract. p. 1. cap. 6. num. 52.*

67 XIII. Eidem accensenda est Legi, authoritas cõcedendi facultatẽ ad simplicẽ permutationẽ Beneficiorum suæ Diocœsis, *cap. Quæsitum 5. §. Si Episc. de Rer. Permut.* Ant. de Butr. *in cap. Consultationibus de Iur. Patron.* Gloss. *in cap. Ordinarij, de Offi. Ordin. in 6.* Abb. èt alij *in cap. Quæsitũ, de Præb.* Coras. *de Bene. lib. 1. cap. 9. n. 3.* Tusch. *tom. 6. lit. P. cõcl. 304.* Gar. *de Bènef. p. 5. c. 4. n. 4.* Ioan. Cochier *de Permutat Benefic. c. 2. à n. 1. quin. 4. & seqq.* docet contra Flam. Paris. non esse sublatã facultatẽ istã Ordinarijs per Bullã Pij V. in cõprobationẽ allègans Mandos. Zerol. Hugol. Lellium Zecch. & Nicol. Garciam.

68 Amplia licèt eorum Collatio ad alium pertineat, Collectarius *in cap. Cum olim, num. 11. de Rèr. Permutat.* consentientibus tamen Collatore, & Patronis, Ioan. Andr. *in Clement. Vnic. de Rer. Permutat.* Quorum ratio est, quia Pèrmutationis expèdiendæ facultas, solis Episcopis Lègè Iurisdictionis est reseruata, *cap. Quæsitum, de Rer. Permutat.* Ipsique solum ideò facultatèm hanc concèdère possunt, *cap. Ad hæc de Offic. Archidiaconi*, Suar. *de Relig. lib. 4. cap. 32.* Rota *decis. 398. in Nouis.*

69 XIV. Ad hanc Legem Iurisdictionis pertinet Potestas ferendi Censuras, quæ non nisi Iure Magistratus Episcopis competunt *cap. 1. de Sènt. Excommun. in 6.* & ita Lege Iurisdictionis, *cap. Quærenti 20. de verb. signif.* Can. *Debent 12. 1. q. 3.* sic arguit Abb. *in cap. Cum cõtingat, de For. comp.* & decidit Rota *decis. 15. num. 13. p. 1. Recen.* & èx èa Loter. *dict. lib. 1. q. 20. num. 8.* cui addo Text. *in cap. Transmissam, de Elect.* & Abb. *in cap. Sicut, de Simon. & in cap. P. & G. & cap. 40. de Offic. & Potest. Iud. Delegat.*

70 XV. Synodum congregarè attribuitur Legi Iurisdictionis, Hostiens. *in cap. Dilectus, de Offic. Ordin.* quem ibi *col. 2.* refert Ioan. Andr. & Card. Zabarell. *q. 2.* Ioan. Andr. *in cap. Conquerente, col. 2.* ubi Zabarell. *Notab. 10. eod. tit.* Gemin. *in cap. 1. 10 q. 1. col. 1.* Henric. Botæus *de Synodo Episcopi p. 1. num. 62. tom. 13. p. 2. tract. DD.* ubi plurium opiniones dissentientes adducit, Nos tamen hanc, ut veriorem amplectendam censemus, Agia *dict. Fundam. 5. pag. 22.* nam quum hoc fièri possit Cènsuris procèdendo, si necessitas èx postulet, *cap. Quod super his, de Maiorat. & Obedient.* etiam quoad Exemptos Concil. Trident. *Sess. 24. de Refor. cap. 2.* quumque Cènsurarũ prolatio sit de Lege Iurisdictionis, ad eam proculdubio referenda est Synodi congregãdi facultas. Quicquid in contrarium dicat Gloss. *in cap. Dilectus, de Offi. Ordin.*

71 XVI. Ratione huius Legis præfertur Episcopus omnibus Parochis in Administratione Sacramentorũ in Vniuersa Diocœsi, *cap. Penult. de Pœn. & Remiss. cap. 2.* & ibi Gloss. 1. *eodem in 6. cap. 3. de Offic. Archidiaconi* & Panorm. *in ca. Apostolica, num. 2. de Donat.* Cuius ratio est. Quia hac Lege attenta

Episcopus est Parochus Vniuersalis in tota Diocœsi, Ioan. Andr. *in cap. Cum plantare, n. 4.* vbi etiam Soccin. *num. 8. de Priuileg.*

72 XVII. Vigore huius Legis potest Episcopus facultatem concedere quibuscũque Presbyteris administrandi Sacramèn-ta, *cap. Omnes, de Pœnit. & Remiss. cap. 2. in fine, eodem in 6.*

73 XVIII. Pertinet ad hanc Legem facultas, & auctoritas cõponendi præcedentias Ecclesiasticas in Ecclesijs, & extra illas intèr omnes existẽtès intra Diocœsem fines tam Regulares, Conc. Trid. *Sess. 25. de Regul. cap. 13.* Lauret. de Frãch. *de Contr. inter Epis. & Reg. p. 1. n. 23.* illuminat Moron. *Respõs. 5. tot.* quam Laicos, Barbos. *tom. 2. vot. 126. n. 275 & in collect. ad dict. cap. 13.* Cõc. Zypæ. *de Iurisd. Eccl. lib. 2. cap. 83. vers. Igitur in statuendo.*

74 XIX. Huic adscribitur Iurisdictionis Legi, facultas creãdi Notarios, & creãtos examinãdi, & si inhabiles sint suspẽdere, licèt à Sãcta Sede Apostolica sint creãti, ut communiter docènt DD. èx Concil. Trid. *Sess. 25. de Reform. cap. 10.*

75 XX. Cognitio, & èxecutio omniũ piarum Dispositionũ, tàm in ultima voluntatè, quàm inter vivos, ad hãc spectat Lègẽ. Clem. *Quia cõtingit, de Relig. Domib.* Cõc. Trid. *Sess. 22. dè Reform. cap. 8.*

76 XXI. Est etiam propria huius Legis Iurisdictionis Lègum latiua Potestas. *cap. fin.* & ibi Gloss. verbo, *Statuto Episcopi, de Consuèt. in 6.* & cõcinit Cau. *Ius Ciuile, dist. 1.* Bar. *in l. Omnes Populi, num. 8. q. 4. ff. de Iust. & Iur.* Dec. & alij, *in dict. cap. fin. de Consuet.* Hugol. *de Episc. cap. 47. n. 1.* Tapia *in Catena Moral. tom. 1. lib. 4. q. 8. art. 3.* Ab hac Potestate facultas prouenit cõdendi statuta super Iudicijs, eorumque accessorijs, ac etiã de vita, officijs, & alijs huiusmodi Innoc. *in cap. 1. num. 3. de Stat. Monach.*

77 XXII. Generalis Diocœsis Visitatio (licèt Procuratio sit de Lege Diocœsana) ad hanc Legẽ pertinet, Concil. Triden. *Sess. 6. de Reform. cap. 4. èt Sess. 24. cap. 3. & Sess. 25. cap. Decernimus* 10. *q. 1. cap. 1. §. vltim. cap. Placuit, dè Cèns. cap. Romana, & cap. Hanc autèm, eodem in 6. cap. Conquèrente*, & ibi Glossa verb. *Visitationem, cap. Dilectus*, & ibi Glos. verb. *de Lege Iurisdictionis de Of. Ord.* Innoc. *in cap. Venerabili, de Censib. col. 2.* Hostien. *in Sum. tit. de Of. Ord.* Agia *de Exhi. Aux. fund. 5. pag. 22.* Lottèr. *dè Rè Benef. lib. 2. q. 2. n. 43.* plures cõgerit Barbos. *d. cap. Conquerente, n. 10. de Of. Ord. & de Potest. Episc. p. 3. allèg. 73. n. 21. & de Iur. Vniu. lib. 1. cap. 14. n. 3.* Solor. *de Ind. Gub. tom. 2. lib. 4. cap. 3. n. 30.* Acuña *in cap. Non deberè 5. dist. 8.* Posth. *de Manut. obser. 45. num. 6.*

78 XXIII. Ad hanc Iurisdictionis Legem pertinet Decimarũ Prædialium, & Personaliũ solutio Episcopo debita, atque etiam Quarta Funeralium, quam proinde etiam Monasteria obligare docet, Abb. *in dict. cap. Dilectus*, & ex eo Agia *dict. Fundament. 5. pag. 22. in fine.* Limitans nisi Religiosi suis sumtibus, & laboribus propria colant prædia allegans, *cap. Nuper,*

*cap.*

*cap. Suggeſtum, de Decim.* Et Nos alibi forſan latius dicemus. Denique ad hanc Iuriſdictionis Legèm ſpectat Poteſtas creändi Doctores; & quidem Iure Diuino attento, ut docent Bordon. *deciſ. Miſcellan.* 440. *per tot.* Antonin. Diana *part.* 12. *tractat.* 1. *de Conſecrat. Epiſcop. reſolut.* 95. & licèt vterque addat non eſſe vſu receptam in Italia opinionem hanc. Noſque in Hiſpania facultatem iſtam inauditam addimus; quia tamen omnibus ſcribimus Nationibus, eam ſilentio præterire noluimus.

79 Poſtremo denique ad hanc Legem Iuriſdictionis ſpectant omnia, quæ Epiſcopus Monaſterijs cuſtodienda mandare valet, quæ plura ſunt, à Concilio Tridentin. ſpecialiter ſtatuta, ut ſcilicèt Cenſuræ, & Interdicta ab Epiſcopo prolata, etiam in Eccleſijs Regularium publicentur, & ab ijs ſeruentur, atque etiam dies Feſti, quos Epiſcopus ſeruandos mandat, utque ad publicas Proceſsiones accedant, ut ex eodem Concil. liquet *Seſſ. 25. cap. 12. & 13. de Regular. & cap.* 14. vbi Punitionem Regularis extra clauſtra ſcandalum inferentis Epiſcopo competere deciditur, & eius forma præſcribitur, quæ ſumpta videtur, ex *cap. Quanto, cum ibi notatis, de Offic. Ordinar. cap. 1. de Stat. Monachor.* Videndus circa Regulam iſtam Mich Agia *de Exhib. Auxil. Fundament. 5. pag. 3. in med. & pag. 24. tota.*

80 His ſic expoſitis continuationem propoſitæ Diuiſionis inſectantes monemus præcipuam qualitatem formalem, & Poteſtatem in quocumque Magiſtratu eſſe Merum, & Miſtum Imperium, atque ſimplicem Iuriſdictionem. Vndè eorum notitiam præponendam eſſe Sacro-Supremæ Poteſtatis definitioni cenſuimus.

## QVÆSTIO III.

### Ec quid nominis, & rei Imperium in genere, & in ſpecie conſideratum? Quæ eius eſſentia, gradus, & qualitas?

1 VT Quæſtionem radicitus examinemus, mox ab eius exordio præmonendum duximus. Potentiam, quæ eſt genus generaliſsimum duplicitèr diuidi poſſe (multiplicibus alijs relictis Diuiſionibus) in Naturalem, & Politicam, quæ ſub alternè rurſus diuiditur in Supremam, & Inferiorèm. *Suprema eſt nullam ſupra ſe habèns Poteſtatèm, præter Diuinam, ſub ſe tamen habèns omnem illam Poteſtatem ad Reipublicæ gubernationem neceſſariam.* Hæc autem, vel eſt in vno Principe præcipuo Moderatorè,

vel in Pluribus resident, ut aliquando in Republica Romana, quæ primum Regibus, deinde Consulibus, & postremò Imperatoribus gubernata fuit. Nuncque etiam conseruatur in pluribus Liberis Rebus publicis, quas hoc iure, & Plurium regimine uti videmus, Morla *in Empor. Iur. p.* 1. *tit.* 2. *in præmiss. num.* 2. Hening. Arnisæ. *de Doctr. Polit. cap.* 11. *vers. Imperantes, pag.* 338. ubi reprehendit Petr Gregor. *de Rep. lib.* 9. *cap.* 1. existimantem Suprèmam Potestatem solis Regibus competere, videndusque omninò Iaf. *in l. Cunctos Populos, num.* 8. *C. de Summ. Trin. & Fid. Cathol.*

2 Sub hac ergo amplissima Maiestate, sive à Pluribus, sive ab Vno administrata, omnis clauditur Supræma hæc Potestas, consistens in Iure dicèndo, gratias conferendo, & Iura pro Vniuersa Republica statuendo, & alijs, de quibus latè, alibi forsan differemus. Inferior Potestas est communicata Magistratibus; Hi ènim sunt instrumenta, per quæ Summa Potestas Imperium suum exequitur. Hincque protulit I. C. Pomponius *in l.* 2. *§. Post Originem, ff. de Orig. Iur.* patum esse Iura, & Leges à Principe Summo ferri, nisi probi sint Magistratus, qui eas exequutioni mandari curent. Cuius sententia luculentissime exornari potest ex adductis à Iosepho Acosta *de procuranda Indor. Salute. lib.* 3. *cap.* 4. *pag.* 288. Solorçan. *de Iure Indiar. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 2. 4. *& 9. ex num.* 15. *& Emblem. Polit.* 67. *num.* 1. *& 22.* Atque deò Potestate utuntur communicatà. Arnisæus, *dict. cap.* 11. *pag.* 337. *in fine.*

3 Inferior autem hæc Potestas, seu Ciuilis etiam Iurisdictio appellata, dupliciter subdiuidi potest, nam Realis vna, & Legalis altera assignari potest.

4 Realis Potestas est per quam aliquis operatur Iustum reale Obiectum sibi præfigens. Ne una pars in damno sit, alia in lucro existente; vel ne quis iniustè damnum patiatur, & per hanc Iudex ad æqualitatem partès dirigit in contractibus, Vitimis Voluntatibus, & Maleficijs, & maxime in contractibus à Iure Gentium emanatis, Franc. de Magistr. *in Sylua Ecclesiastica, tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 2.

5 Legalis autem Potestas Obiectum habet ius tam legale, quod Iurisdictione exercetur in his, quæ lex fièri iubet, sivè imperetur fieri, quod iustum est; sive prohibeatur in iustum, *l.* 1. *ff. de Iustit. & Iur. Arist.* 1. *Polit. &* 5. *Ethicor.* Potestas hæc inferior Iurisdictio dicitur, seu Imperium communicatum strictè sumptum, duas sub se continens species, nempè Merum, & Mistum Imperium, atque simplicem Iurisdictionem, Franc. de Magistr. *dict. cap.* 12. *num.* 3. *&* 4. De his ergò singillatim hac, èt proximè sequentibus Quæstionibus differemus.

***
***

§. I

## §. I.

### Vndè quid, & quotuplex Imperium in genere consideratum, & acceptum?

6 IMperium in se, nude (ut ita dicam) consideratum nil nisi inane nomẽ præsefert. Vndè sub hac generalitate, & in cortice contèmplatum pro ipsius Imperij vi, ac robore accipiendũ adnotauit, Lud. Dorlèans *in Nouis Cogitacion. ad Tacit. li. 1. Annal. pag. 7. col. 1. n. 17.* vbi eumdem Tacitũ *d. lib. 1.* corrigens pro *Imperio, vim Imperij* reponit, probans ex Vegetio *de Re Milit. lib. 3. cap. 10.* dicente: *Imperij vim esse Possessorium Fortunæ, Tutelã Vrbium, Salus Militũ, Reipublicæ Gloria.* Quæ quidẽ verba, tàm Materialẽ, quàm Formalẽ Imperij Originẽ demonstrant. Materialis siquidem, quam ab *Impero* omnes deducunt (Calepino teste) rectè cõprobatur, Imperio namque, omnia firmari ostendit, quum scilicèt Supremus Princeps rectè imperat; Formalis quoque optimè exponitur, dũ èius effectus assignat. Quod utrumque ex dicendis liquidò demonstrabitur.

7 Imperium ergò dupliciter consideratur, in abstracto scilicèt, & in concreto, seu clarius Nos exponentes, ut genus generalissimũ, seu ut particulare genus illud contemplamur Borellum sequuti *in Summ. Decisio. tom. 1. tit. 41. n. 30.* Vt genus generalissimum rursus subdiuiditur, teste Frãc. de Clapp. *de Imp. & Iurisd. concl. 3. mox à princ.* Ast aliorum vestigijs inhærendo illud triplicitèr diuidimus in latissima videlicet, lata, & stricta significatione.

8 In latissima significatione plura continet. 1. Namque Regnum, seu Ditionem Principis significat, *l. Vnic. §. Si plurès ff. Portion. quæ Liber. conced.* In qua quidem accèptione usurpatum à I. C. *in l. 1. ff. de Constit. Princip. & in l. 1. C. de Summ. Trin. & Fid. Cathol.* docent Corras. *lib. 3. Miscèllan. Iur. cap. 17. num. 2.* Clapperis, *dict. conclus. 3. num. 1.* Illud Virgil. in cõprobationẽ subducèns:

*Diuisum Imperium cum Ioue Cæsar habet,*

Cui addi Virgil. ipse potest Canẽs, *lib. 1. Æneid.*

*Imperium Oceano, famam qui terminat Astris.*

*& §. Sed quod Principi 6. Instit. de Iur. Nat. Gent. & Ciuil. l. 1. in principio, ff. de Constit. l. 2. §. Nouissimè, ff. de Orig. Iur.* & alia passim Iura, in quibus pro dominandi Potestatè Imperium accipitur, in quo etiam sensu, Virgil. accipiendus est, *lib. 1. vèrs. 141.*

*Nõ illi Imperium Pelagi sæuumq; Tridentem,*
*Sed Mihi sorte datum.*

Tacit. *lib. 3. Annal.* Cicèr. *lib. 7. ad Attic.* & Liuius adducti à Ludouic. Dorlèans. *in Nou. Cogitat. 1. ad Tacit. dict. lib. 3. pag. 408. num. 2.* In qua quidem significationè Imperium libertati oppositum iudicauit, Tacit. in Agricol.

dicens:

dicens: *Neruam duas res iunxisse parum concordes libertatem, & Imperium, seu Principatum.*

9 II. In ipsa latissima acceptione Imperium, tàm publicam, quàm priuatam præsefert Potèstatem, *l. Liber Homo la 2. in princip. ff. Ad leg. Aquil. l. Idonei, ff. de Testibus.* Hinc Dominorum in seruos Potestas, Imperium dicitur, *l. 2. C. de Libert. & eorum Liber.* & Patronum in Libertum Imperium habere dicitur, *l. Mèdicus. ff. de Oper. Libert. & tùnc Potestatem* significare pro'batur, *ex l. Lege Iulia, ff. de Vi publica.*

10 In qua latissima significatione Imperium à Iurisdictionè non differre scribunt Claud. Cantiuncul. *de Offic. Iudic. lib. 2. quæst. 6. num.* 10. Bolognet. *ad l. Imperium, num. 8 ff. de Iurisdict.* & fauèt *l. 2. C. de Libert. & eorum Liber.* mox subdens aliquam nihilominus inter vtrumque nomen reperiri differentiam. Quod scilicèt Iurisdictio Potestatem Iure règulat am præseferat; Imperium verò ab solutam, & coactiuam, in qua consideratione obsequio omninò opponitur, ut ex Tacit. *lib. 6. Annal.* probat Dorleans *ibidem pag. 549. col. 2. num. 3.* Tertull. in contestèm aduocans.

11 In lata significatione plures etiam sortitur Imperium acceptiones, I. Namque pro Magistratu usurpatur, Methonimia retenta, continens scilicet pro contento intelligèns, Causin. *de eloquentia, lib. 7. cap. 17.* & sub èa intelligendi omninò sunt Papinian. Vulpian. Pompon. & alij Iureconsulti, in Persona Magistratus, Impèrium amitterè passim proferèntes, ad notante Bal. *in tit. de Perpet. & Temporal. Action.* Ioan. Kaluino *in Lèx Iuridic. lit. I. verbo Impèrium, pag. 417. col. 2.*

12 II. Accipitur pro Iussu, seu Præcepto Iudicis, vel alterius Superioris, cui omninò parendum sit, quia coactionem, vel coèrtionem habet, *l. Velle 4. ff. de Règ. Iur.* Iacob. Cuiac. *lib. 5 obseruat. cap. 25. & lib. 16. cap. 40.* cui addo Clapper. *dict. conclus. 3. nu. 1. vers. Itaque hoc loco*, adducentem *l. Liber. 37. ff. Ad leg. Aquil. l. Idonei, ff. de Testam.*

13 III. Pro Magistratus authoritate, & Potestate sumitur, *in l. Quod iussit, ff. de Re Iudic. l. de Adoption. l. Sed etsi, ff. de Offic. eius cui mand. est Iurisdict. l. Iudicium soluitur, ff. de Iudic. l. 3. §. fin. ff. de Recèp. Arbitr.*

14 In stricta verò significatione Imperium significat Potestatem in coèrcitione posita, Anton. Goucan. *in l. Imperium 3. ff. de Iurisdict.* Hermann. Vultej. *lib. 1. Iurisprud. Roman. cap. 12. n. 17.* latiusque Francisc. de Clapperis *de Imper. & Iurisdict. dict. conclus. 3. num. 3. qui num. 4.* exponit quomodo Imperium sic acceptum distinguatur à Mero, & Misto. Pluraque huc conducèntia breuitatis causa omittimus, videnda apud Covar. *lib. 1. variar. cap. 20.* Bellon. *lib. 3. Supputat. Iur. cap. 4 & 5.* Prateium *Sentent. cap. 7.* Marthesium *in not. cap. 3.* Corrasium *lib. 3. Miscellan. cap. 17.* Vvalthèr. *lib. 1. Miscellan. cap. 2.* Ferrandum *lib. 1. explicat.*

cap.

*cap.* 11. Cuiac. *in Paratit. ad tit. C. de Iurisdict. & lib.* 4. *Obseruat. cap.* 15. & quam plurimos adductos à Camill. Borello *in Summa decis. tom.* 1. *tit.* 41. *num.* 40.

15 Imperium sub hac abstractione, seu generalitatè conceptum definit Bar. *in l. Imperium, num.* 5. quem explicat Gaspar Valas. *ibidem num.* 5. Alitèrque Bolognèt. *in eadem lege, num.* 49. Diuersèque Charond. *de Imper. & Iurisdict. num.* 12. Petr. Loriot. *eodem tractat. axiom.* 15. Gillotum sequutus, alteram etiam excogitauit, quas omnes adhibere incongruum iudicauimus, vèl quia cum definitione Mèri Imperij coincidere perspicimus, vel quia pluribus scatent defectibus, Nostramque ex precedentibus sic efformamus: *Imperium est Magistratus Potèstas iubendi, ac coèrcendi, quia versatur circa causas Ciuiles, & Criminales, Potestas* dicitur, quia nihil aliud est, quam præceptum ab Imperantis nutu pendens. *Circa causas Ciuiles, & Criminales vèrsari* diximus, quia compræhendit in se Merum, & Mistum Imperium, ad quæ ipsas pertinere latè infra probabo.

16 In generè ergo generalissimo conceptum tres specialissimas, seu præcipuas continere species Imperium dicimus Merum, & Mistum Imperium, atque simplicem Iurisdictionem, quod ipsum docent comunitèr Legistæ *in l.* 3. *ff. de Iurisd.* vbi præcipuè Bart. *num.* 12. Matth. Vvesembech. *in Paratit. ff. eodèm tit. num.* 5. quibus addo Menoch. *de Præsump. lib.* 3. *q.* 97. *num.* 18. Vldar. Zas. *in l. Ius dicèntis, num.* 28. *ff. de Iurisdict.* Fulv. Pacian. *de Probat. lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 2. Andr. Gail. *lib.* 1. *de Pac. public. cap.* 5. *num.* 1. Scip. Gentil. *de Iurisdict. lib.* 1. *cap.* 2. & ex Theolog. Paul. Laiman. *in Summa, tom.* 1. *lib.* 1. *tractat.* 4. *cap.* 5. *lib* 8. *& 9.* & licet Nonnulli apud Illiger. *in Not. ad Donell. lib.* 17. *Commentar. cap.* 7. *litt. A.* Negare intendant Merum, & Mistum Imperium Iurisdictioni adnecti posse, ille tamen Nostram amplectitur Diuisionèm, quam multis corroborat, contrarijsquè validè ocurrit; vnde in hac Diuisione dèfendenda, otiosum immorari censuimus.

## §. II.

## Vnde, & quid Merum Imperium sit?

17 IMperium hoc Merum appellari, quasi liberum, nulliusque Iurisdictionis consortio coadiunctum, quia *Merum* dicitur solum teste Festo, quasi per se solum existèns, sensit Camill. Borell. *in Summa Decision. tom.* 1. *tit.* 41. *num.* 38. cui addi possunt Anton. Gouean. *in l.* 3. *ff. de Iurisdict. num.* 10. Donell. *lib.* 17. *Commèt. cap.* 8. Duaren. *lib.* 1. *disp. Aniuers. cap.* 53. Ex quibus colligitur, quod in hac consideratione à Iurisdictione, & omnibus eius

eius ſpeciebus ſeparatum contemplari debet Franc. de Magiſtr. *in Silua Eccleſ. tom. 1. lib. 1. cap. 12. num. 6. & num. 12.* Idque prius Bart. docuerat *in dict. l. 3. num. 6. ff. de Iuriſdict.* Abbas. *in cap Quod Sedem, col. 2. ubi etiam* Hoſtien. *de Offic. Ordinar.* Coraſ. *in dict. l. Imperium, num. 6. ff. de Iuriſdict. & lib. 3 Miſcellan. cap. 17. num. 3.* Petr. Loriot. *de Iuriſdict. Axiom. 4.* Ludouic. Charond. *de Imper. & Iuriſdict. num. 13.* Robert. Aurel. *lib. 4. Sentent. Iur. cap. 22.* quorum probatur opinio ex *dict. l. Imperium, verſ. Merum, iuncto verſ. Miſtum, ff. de Iuriſdict. l. 1. §. Vltimo, & l. Vltim. ff. de Offic. eius cui mandata eſt Iuriſdict.* Oppoſitiuèque omnes tunc accipiunt Merum hoc Imperium ad Miſtum, quod Iuriſdictioni cohærere, eique omninò ſubordinari probatur ex *l. 1. §. Vltim. l. Vltim. §. 1. ff. de Offic. eius cui mandata eſt Iuriſdictio, l. 3. ff. de Iuriſd.* Arnold. Vinn. *de Iuriſd. cap. 1. num. 4.* Vicent. Caborius, *lib. 2. diſp. cap. 5. in fine.*

18 Hancque denominationem omninò ſequendam cenſemus, attenta propriâ rigoroſâque nominis ſignificatione, iuxta quam Merum, quod purum, & ſolum eſt ſignificat, Martial. *lib. 1. Epigram. 49.* Vbi Matthæus Rader. optimè probat. Idem Martial. *lib. 3. Epigram. 43.* ibique Rader. Auſon. & alios allegans, concinitque Sacra pagina Apocalipſ. 14. 10. Videndi S. Iſidor. *lib. 2. Etimolog. cap. 41.* Fabius Quintilian. *lib. 1. Inſtit. Orat. cap. 6.* Ioan. Kaluin. *in Lexic. Iurid. verbo, Merum, pag. mihi 554.* Ferdinand. Vaſq. *Illuſtrium controuerſ. cap. 4. num. 2.* Corraſ. *dict. lib. 3. Miſcellan. cap. 17.* Arnold. Vinn. *de Imper. & Iuriſdict. cap. 1. num. 44.* docentes ab hac rigoroſa nominis materiali ſignificationè formalem deduxiſſe Iureconſultos, quâ vſi ſunt ad deſignandum, tàm Merum Imperium, quàm omnia alia, quæ miſtionèm nullam admittunt. Hincque Meram pœnam appellari videmus, quæ nullius rei, aut intereſſe perſequutoria eſt, *l. Vnic. in fine, ff. Si quis Ius dicenti non obtemperau. §. Ex Maleficijs, Inſtit. de Act.* Vndè Hoſtienſ. & alijs Canoniſtis *in cap. Veniēs, de Iur. iur.* familiare eſt Mera Voluntas, ideſt ſola Volũtas, *l. Si ſic Legatũ, ff. de Leg. 1.* Merum Ius Gentium, ideſt nullam Iuris Ciuilis, aut Prætorij rationem admittens, *l. Bona fides, ff. Depoſiti, & millenis alijs in locis,* paſsim in Iure obuijs, ad quorum exemplum Merum Imperiũ hoc appellant, quia à cognitione pecuniaria omninò ſeparatum eſt, ex *Princip. Inſtit. de Public. Iudic.* Vel quia à Iuriſdictione omnino ſeparatum erat, licèt aliquando Magiſtratibus tributum eſſet, *l. 2. ff. de Orig. Iur.* Cicer. 3. *in Verr.* Duarèn. *dict. cap. 53.* Franc. de Magiſtr. *dict. cap. 12. num. 12.*

19 Alij autem effectum potius, quam litteram contemplantes Merum Imperium ſic dictum eſſe, quia ſummum, & vehèmentiſsimum arbitrati ſunt, Anton. Gouean. & alij ex ſupra allegatis, probantes, *ex l. Vnic. ff. de Offic. Præfect. Prætor.* Vbi Prætoris Poteſtas

teſtas Summa dicitur, quæ in animaduèrſione conſiſtebat, *l. 2. §. Populo deinde aucto, ff. de Orig. Iur.* Cicer. *in Orat. pro Cecinna.* Hic autèm effectus eſt Imperij, ergò Imperium ideò rectè Merum, quia ſummum interpretatur, Hucque forte Paul. I. C. reſpexit, dùm *in l. vltim. ff. de Offic. eius cui mand. eſt Iuriſdict.* reſpondit: *Modicam coèrtionem non eſſe Meri Imperij, quaſi diceret, grauem tantummodo, vehementem, & ſummum ab hoc produci Imperio.* Mèrumque ſummum appellatur, *in l. Si quis forte, ff. de Pœn.* Quæcumque ex prælegatis denominationibus tutò ſequi potèſt. Vna enim alteri non opponitur, imò utramque melius exponere Imperij deriuationem, tàm nominis, quàm rei cenſuimus.

20 Imperium hoc Merum variè definiunt DD Noſtri, tàm Legiſtæ, quàm Canoniſtæ, & Theologi, Bartholum ſequentes, *in l. Imperium, num. 5. ff. de Iuriſdict.* docent: *Merum Imperium eſſe Iuriſdictionem, quæ Officio Nobili Iudicis exercètur*, cui addit Gaſpar Valaſc. *ibidem num. 2. Ad publicam, vèl priuatam vtilitatem*, Ioan. Oroſc. *in l. 1. num. 21. & 24. ff. de Iuriſdict.* Vbi alios allègat Ioan. Quintin. *in cap. Nouit. de Iudic. §. de Mero Imperio*, Quintana Dueñas *de Impèr. & Iuriſdict. lib. 2. tit. 2. num. 2.* Molina *de Iuſt. & Iur. tom. 6. tract. 5. diſp. 5. num. 2.* Laimann. *in Summa, tom. 1. lib. 1. tractat. 4. cap. 5. num. 7.* Probantes ex Text. *in §. Ius iurandi, in fine, in Auth. de Defenſor. Ciuit. & in l. 2. C. de Pedan. Iudic.*

21 Sed alij non inferioris notæ DD. hanc communiter reijciunt definitionem, ſeu Deſcriptionem, Alciat. *in eadem l. Imperium, num. 62.* Longoval. *ibidem num. 12.* Lotiot. *dè Iuriſd. Axiom. 9.* efficaciuſque Morla *in Empor. Iur. part. 1. tit. 2. de Iuriſdict. in Præmiſsis, num. 35.* Franc. de Clappèris *de Impèr. & Iuriſdict. concluſ. 4. num. 1. & ſeqq.* Quibus acquieſcimus eorum pèrpenſis fundamentis.

22 I Quia nullæ in definitione illa reperiuntur Dialecticæ Leges; non enim explicat naturam definiti; nèc omni conuenit definito, nec ſoli. Propinquioribuſque genere, èt differentia, quibus conſtare debebat, omninò caret. Nàm cum Bart. ipſe Iuriſdictionem, ut genus in Imperium, & ſimplicem Iuriſdictionem diuidat; rùrſumque Imperium ipſum in Merum, Miſtum, & Simplicem Iuriſdictionem bonæ definitionis normam obſeruando, Merum Imperium definire debuit per genus ſuum immediatum, èt magis propinquum, quod erat Imperium in abſtracto, continens Merum, & Miſtum, non autem per genus remotum, ſuum, & generaliſsimum Iuriſdictionis, ut animaduertit Curtius *in dict. l. Imperium*, & ex eo Franciſc. de Clapperis *dict. concluſ. 4. num. 1.*

23 II. Refellenda eſt dèfinitio hæc, quia principale Meri Imperij Obiectum Publicam aſſignat vtilitatem Delictorũ namque coërcitio, quæ Mero adſcribi-

tur

tur Imperio, *l. Solet, in princip. ff. de Offic. Proconsul.* in consequentiam tantum publicam respicit vtilitatem, *l. Vulneratus, in fine, ff. ad leg. Aquil.* Gloss *in Rubr. ff. de Popular. Action.* docens non omnibus Ius accusandi in eis competere. Quod verum esse non posset si publicam respiceret vtilitatem, iuxta *l. 3. §. vlt. ff. de nou. Oper. Nunciat.* Non ergò oportet esse perfectum, & adequatum Imperij obiectum Publica Vtilitas.

24 III. Meritò definitio hæc improbatur, quatènus *Imperium Nobili Iudicis Officio exerceri,* dicitur in clausula enim hac multipliciter peccari perspicuum est.

25 I. Nam contra Dialecticorum Regulas, rem per suos effectus, & non per suas quiditatiuas (ut ipsi vocant) causas definitur. Verba enim illa: *Officio Iudicis Nobili* non referuntur ad Iurisdictionem Meri Imperij, quę in potentia consistit, & habitu; sed ad ius dicentis Officium, quod in actu, & exercitio consistit, Vndè patet Imperium ibi per effectus, & non per causas intrinsecas definiri.

26 II. Quia Officium hoc sine Actione exercetur, *l. Qui per collusionem. §. 1. ff. de Act. empti, l. 1. §. Ad Nutritia, ff. de Extraord. cognit.* & tamen coërcitio, aliaque ad Merum, & Mistum Imperium pertinentia sine actione, seu accusatione regulariter fieri nequit, *cap. Inquisitionis, §. 3. vers. Quinimo extra de Accusat.* Ne Iudex, & Accusator omninò eadem Persona sit contra Canonicas Sanctiones, & legitima iura, *cap. Qualiter, vers. Ex quibus, de Accusat.*

27 III. Quia Merum Imperium non semper èxercètur Nobili Iudicis Officio, nec illud distinguitur à Misto, publica, vel priuata vtilitate, quum qualitates istæ propriæ non sint; & peculiares Meri, & Misti Imperij; sed communes omnibus Iurisdictionis speciebus, quem admodum, & Officium Iudicis Nobile commune etiam est omnibus Iurisditionis speciebus, ut rectè notat Franc. de Clappèris *de Imper. & Iurisdict. conclus. 3. & 4.* ubi pluribus comprobat, Nosque eius corroboramus sententiam.

28 Tùm attenta Nobilis Officij Iudicis definitione hac: *Officium Iudicis Nobile est, quum nulla præcedente obligatione, sola Iuris authoritate extra ordinem, vel ob æquitatem præcipuè Iudex procedit, vel Officium suum impertitur, nullum personarum respectu habito.* Quam ex Textu *in cap. Licèt, de Simon. l. Congruit 13. ff. de Offic. Præsid. l. Quod si minor 24 §. fin. ff. de Minor. l. Hæreditas 50. ff. de Petit. Hæredit.* adducit Ruger. Rulant. *de Commiss. part. 3. lib. 2. cap. 4. num. 1.*

29 Tùm denique, quia Diffinitionem hanc, seu Officiorum differentiam Nobilis, & Mercenarij, commentitiam, nullisque Iuridicis comprobandam testimonijs, imò, & à Iurisprudèntia omninò alienam iudicauit, Morla *in Empor. Iur. part. 1. tit. 2. in Præmissis, num. 37.* ubi pluribus hanc Iudicis Officiorum diuisionem

nem repèllit, *& à num.* 35. plura alia in definitionem iſtam obijcit.

30 Recta idèò, atque omninò ſequènda Meri Impèrij definitio eſt adducta à I. C. Vlpian. *in dict. l. 3. ff. de Iuriſd.* ibi: *Merum eſt Imperium habère Gladij Poteſtatem ad animaduèrtendum facinoroſos Homines, quod etiam Potèſtas appèllatur.* Conſonatque *l.* 18. *tit.* 4. *part.* 3. Et licèt arbitrèntur aliqui ibi, non definitionem, ſed declarationem, ſiue Paradigma tantum I. C. adhibuiſſe, quaſi dicèret: *Idem eſt Merum Imperium, ac habère Gladij Poteſtatem*, Ioan. Petr. Fontanell. *de Pact. Nuptial. tom.* 1. *clauſul.* 4. *gloſſ.* 14. *num.* 34. in comprobationem allegans Couarruv. Petr. Calefat. & Angel. nec diſſentit Andr. Knichen. *de Saxon. nõ provoc. Iur. cap.* 5. *num.* 40. *& ſeqq.* Communis tamen fert opinio veram ibidèm Imperij traditam eſſe à I. C. dèfinitionem, ut ex Alciat. *lib.* 2. *Paradox. cap.* 7. docet Camil. Borell. *in Summa Deciſion. tom.* 1. *tit.* 41. *num.* 37. cui addo èumdèm Alciat. *in dict. l.* 3. *n.* 77. Vbi etiam Longoval. & Duaren. *ibidem, & lib.* 1. *diſp. Anniuèrſar. cap.* 53. Coraſ. *in eadem l.* 3. *num.* 6. *& lib.* 3. *Miſcellan. cap.* 17. Couar. *lib.* 3. *variar. cap.* 20. *num.* 1. Vveſemb. *ad eumdem tit. num.* 6. Bronchorſt. *Cent.* 1. *Miſcellan. controv. Aſſert.* 7. Hulric. Hunn. *de Iuriſdict. Politica lib.* 1. *cap.* 5. Vbi eam ab aliorum impugnationè defendit, & ut ſimpliciorem breuem, èt pèrfectiorèm omninò amplectèndam demonſtrat, Scipion. Gentil. *de Iuriſdict. lib.* 3. *cap.* 3. *mox à principio*, Petr. Gregor. Toloſan. *lib.* 47. *Syntagm. Iur. cap.* 7. Vincent Cabot. *lib.* 2. *diſput. Iur. cap.* 5. *in fine*, Arnold. Vinn. *de Imper. & Iuriſd. cap.* 1. *num.* 5. docèns à digniori parte Vlpian. definijſſe Imperium hoc, optimamque affuturam eſſe definitionem; ſi particula hæc addatur: *Vel alterius cuiuſque cœrcitionis.* Quam addendam ipſe probat, atque etiam Robèrt. Aurel. *lib.* 4. *Sentent. Iur. cap.* 22.

31 Aſt Vlpian optimè dèfinijſſe Merum Imperium probamus ab eius èxpoſitionè, primò namque bonæ definitionis Leges in ea repèriri perſpicuum eſt *Poteſtas* ènim loco gènèris ponitur, pluribus quidem conuènièns, ut iam ſupra oſtèndimus, *in Præm. Introduct. èt præcèd. q. §.* 3.

32 *Gladij* verbum idèo poſitum eſt, ut per illud maior ſeuèriorque Poteſtas exprimeretur. Senèca *lib.* 1. *de Clèment. cap.* 11. dicente: *Præſtitiſti Cæſar Ciuitatem incruentam, & hoc quod magno animo gloriatus es: Nullam toto Orbe ſtillam cruoris Humani miſiſſe, eo maius mirabiliuſque, quod nulli umquam citius Gladius commiſſus eſt*, ideſt Ius Vitæ, Neciſque Interprete Lipſi *ibid. n.* 138. *pag. m.* 196. *in Poſtrema edit. Platinian.* 1632. Andr. Knichen. *dict. cap.* 5. *nu.* 43. Papir. Lucan. & Aul. Prudent. allegans ex Scipion. Gentil. *de Iuriſdict. lib.* 3. *cap.* 2. Hancque ipſam conſeruat in Iure Canonico ſignificationẽ, licèt allègorico ſenſu, *cap. Dilecto filio* 6. ibi: *Gladio videlicet utèndo Eccleſiaſtico, &c.*

*cap. Solicitudinis ; de Appellat.* cum alijs , in quibus pro Suprema animaduersione Ecclesiastica, Excõmunicationè sequita sumitur.

33 Hinc rectè infertur sub *Gladij* appellatione in definitione adhibiti omnia compræhendi crimina , graui animaduersione digna, quæ ideò ad Merum Imperiũ pertinère irrefragabiliter sequitur. Quamuis matèriali Gladio non animaduertantur, *§. Alia, Inst. de Public Iudic.* Menoch. *de Arbitr. lib. 2. casu 356. num. 5. et 6.* Vbi quam plurima refert delicta, quæ nullo tali genere plectuntur , & tamen ad publicum spectant Iudicium ; quod Mèro adscribitur Impèrio, *l. 1. in princip. ff. de Offic. eius cui,* & corroboratur exemplo, *l. 1 §. vltim. ff. ad l. Cornel. de falsf.*

34 Ne autem impugnandi definitionem nostram Advèrsarijs ansam præbeamus, addèndũ est graues omnes pœnas ad Merum pertinentes Impèrium *Gladij* appellatione contineri , *l. Capitalium, ff. de Pœn. l. Adicto , §. 1. ff. de Bonor. possess.* quas ad hoc Muscorn. adducit *in Tractat. de Iurisdict. num. 41.* Corroborarique posse sententiam istam non dubitamus *ex l. Quisquis, C. Ad leg. Iul. Maiest. l. Cum Virginibus. C. Ad l. Iul. de Adulter.* in quibus Iura Gladio armari ad animaduersionem profertur, quia atrocissima sunt delicta , quorum comminiscuntur præallegata Iura videndus omninò Mènoch. *de Arbitrar. lib. 2. cas. 286. num. 10.*

35 Aliquando etiam grauissima aliqua extraordinaria pœna sub *Gladij* nomine, compræhensa est ; ut Gladiatorius Ludus ad quèm damnati , pœna ad Ferrum mulctati dicebantur , *l. Si quis Filium, §. Irritum, ff. de Inoff. test. vel irrito Testam. l. Si quis mihi bona, §. Plane, ff. de Acquir. Hared. l. Eius qui , §. Vltim. ff. de Testament.* & declarat Hotoman. *de verb. Iur. verbo, Gladius.*

36 Sequitur in definitione: *Ad animaduertendam*; qua quidem clausula Vlpian. exprimère voluit sub Mero Imperio Potestatem compræhendi in Facinorosorum Vitam, & Caput, *l. Si quid ff. de Offic. Proconsl. l. 1 §. Vltim. ff. dè Offic. eius cui, l. Vltim. ff. de Furtis, l. Aut damnum, §. 1. & l. Respiciendum, §. Vltim. ff. de Pœn. l. Non dubito, §. Vltim. ff. de Capt. & Postlim. reuers.*

37 Sequitur: *In facinorosos Homines*, ut intelligeretur subiectum, in quod Imperium hoc exerceri potest, Homines esse ; non Bruta; quia quum anima rationali carèant, culpæ èxpèrtia sunt, ideò pœnæ etiam, *l. 1. ff. Si Quadrupès pauper. feciss. dicatur.* Vndè ad exemplum tantum , abolendãquè patrati criminis memoriam aliquando puniuntur , S. Augustin. *in Leuit. 20. q. 64.* Can. *Mulier. 15. quæst. 1.* Per particulam istam excludi etiam debèt Hominis Cadauer ; quia morte facinorosus esse desinit ; eà siquidem crimen sopitur, *l. 1. C. de Falsa moneta, l. Si quis à Barbaris, C. de Re iudi. lib. 12.* Iason. *in l. 2. C. Qui Testament. fac. poss.* nisi adèo atrox illud sit , ut ad facti mèmoriam ab Hominum

men-

mentibus delendam, quandoque Hominis cadauèr puniri opus sit, §. *Per contrarium*, *Instit. de Hæred. quæ ab intest. defer.* & *èx l. 2. ff. Arbor. furtim Cæsarum*, & Nos latiùs infra dicemus, interimque adducimus Franc. de Magistr. *dict. lib. 1. cap. 12. num. 13.* addens ob hanc præcipuè rationem aliquos carere Ecclesiastica sepultura, *cap. Monachi*, & *cap. Cum ad Monasterium, de Stat. Monach.*

38 Quam plura alia adduci poterant ad plèniorem istius definitionis intelligèntiam, quæ breuitatis causa omittere decreuimus apud præcitatos DD. videda.

39 Aliqua in definitionem istã ab Aduèrsarijs obijci solent, quæ benè perpensa propugnant potius, quam expugnant eam, èaque ideò in medium producere congruum iudicaui, instar aromatũ nãquè est veritas, quę eo magis redolent, quãto sæpius cõterũtur.

40 I. Ergò Loriot. *de Imper.* & *Iurisd. Axiom. 14.* sic insurgit: *Dictio composita significatior èsse nequit partibus, quibus componitur. Princip. Instit. Quibus mod. re contrah. oblig. Sed Impèrium pèr se Gladij Potestatèm in nulla accèptione significat, sed tantũ authoritatèm, vel iussum Imperantis, l. 2. in prin. ff. de Adopt. Cum alijs plenè supra congestis. Merũ autẽ Potestatèm ex natura sua, ostendère nèquit, l. Vni. in fin. ff. Si quis Ius dic. non obtemper. Ergò quum partes istæ seorsim sumptæ, Potestatèm hanc non præseferant simul iunctæ eam significare non posse perspicuum est.*

41 II. Loriotus ipse sit arguit, *eodem Axiomat. 14.* Gladij pœna ea tantum appellari potèst, quæ Vitam adimit, *l. Aut damnum, §. 1. ff. de Pæn.* & ab alijs coërcitionibus omninò diuersa est, *l. Solet, vers. Nec enim, ff. de Offic. Proconsul.* at Merum Impèrium ad alias coërcitiones, prætèr mortis pœnam extenditur Deportationem scilicèt, Relegationèm, & alias simillimas, ergò Vlpian. non definiuit, sed exemplificauit Merum Imperium, *in præallegata l. 3.* quia vnum tantum casum, seu speciem rei definitæ èxponit.

42 III. Denique Loriotus ipse obijcit, *dict. Axiom. 14.* verbum, *Animaduertẽdi*, intelligi posse pro cognitione, & exequutione, quãdoquidem animaduèrterè èst iam damnatos pœnà ipsa afficere, *l. Non dubito, in fin. ff. de Capt.* & *Postlim. reuèrs. l. 4. §. Itèm Diuus, ff. Ad l. Cornèl. de Sicar.* In Damnatos autèm non cognitio, sed exequutio versatur, *l. Si quis fortè, vers. Cætèrum, ff. de Pæn.* Ergò *Animaduertendi* vèrbum in exequutione, non autem in cognitione consistit, *l. 1* & *l. vltim. ff. de Cadauer. Punit.* & probatur Proconsulis exèmplo, qui de criminibus cognoscere poterat, & tamen animaduertere non poterat, *l. Si quid*, & *l. Solet, ff. de Offi. Proconsul.* Malè èrgò per verbum illud Mèrum definitur Imperium.

43 His tamen, & alijs libenter omissis, quæ in definitionem nostram obijci poterant, non obstantibus, legitimam esse eam pronunciamus, omnia siquidem facillimam admittunt solutionem, ut ex seqq. apparebit.

44 Ad I. igitur respondemus: Falsum supponère, quia Merum Imperium Gladij Potestatem significat, ut apertè Vlpian. ipse attèstatur *in dict. l. 3. ff. de Iurisdict.* falsum quoque esse Merum Imperium unum tantum nomen compositum èsse, quum duo separata sint. Imperium namque per se consideratum est genus, omne compræhendens Imperiũ, & Potestatem circa causas, tàm Ciuilès, quàm Criminales, ut iam supra ostendimus; quum verò Merum ei super additur, summum illud, & vehemens significat, quod circa Criminalès tantùm versatur causas, ut etiam manèt probatum. In eo autem quod asserit contra compositi nominis ampliorem significationem, Rèthorum præceptis instantia opponitur; iuxta Quintilian. enim *lib. 1. Instit. Orat. cap. 9.* Quatuor modis nomina componuntur. I. Ex duobus integris, ut superfui, superfugi. II. Ex duobus corruptis, ut Pedisequi. III. Ex integro, & corrupto, ut Maleuolus. IV. Ex corrupto, & intègro, ut Nocti vagus. Quæ omnia nedum quid plus; sed quid diuersum significãt, quam simplèx ipsum. Merũ ergò Imperiũ, si cõpositũ est (quod negamus) èx duobus integris constarè perspicuum est, èt ampliorem ideò significationem sortiri in dubium.

45 Ad II. Respondetur: Gladij Potestatem latè ab Vlpian. sumi *in d. l. Imperium*, ut omnem compræhenderet capitalem pœnam, siue vitam, siue libertatem, aut Patriam adimat, ut ex infradicendis liquidò apparebit. Nec refragatur, *l. Aut damnum, §. 1. ff. de Pœn.* ibi enim vna ab altèra distinguitur, obidquè in speciè sumitur *Gladij* nomen distinctum à coèrcitione contemplatum, *ut in l. Scler, vers. Nec enim, ff. de Offic. Proconsul.*

46 III. Denique facillimè soluitur, dicendo Vlpian. *in d. l. 3. Animaduèrtendi*, vèrbo, vtrumquè complexum esse, cognitionem scilicèt, & Punitionem; verbum namque *Animaduerto* à Punio in eo differt, quod Punire dicitur, siue iniuria, quia naturalem tantùm respicit exequutionem. *Animaduertère* autem ad Punitionem ritè, & rectè indictam tantum adaptatur; quia Ciuilem, & naturalem respicit exequutionem, ut docet Laurent. Valla. *lib. 3. Elegant. cap. 69.* Coras. *in l. 2. §. Ex actis deinde Regibus el 2. ff. de Orig. Iur.* Hoc autem verificari nequit, nisi legitima præcesserit causæ cognitio, èrgo *Animaduèrtendi* verbo compræhendit Vlpian. *in dict. l. 3.* tàm cognitionem, delicti, quàm pœnę exèquutionem, Franc. de Magistr. *in Silv. Eccles. tom. 1. lib. 1. cap. 12. num. 9.* ibi: *Sed ait Duarenus superabundare Gladij nomen, quum per verbum Animaduertere idem significetur. Sed verè non est superuacuum illud apposuisse, quia per Potestatem Gladij intelligitur Ius cognoscendi, & definiendi in causis, in quibus pœna Gladij èst imponenda; sed Animaduèrsio deinde est exequutio pœnæ cũ consideratione, idèst seruato ordine*

*Iudi-*

*Iudiciario; hoc enim significat verbum Animaduertere, scilicèt considerate, l. 1. ff. de His, qui sunt sui, vel alien. Iur. &c.* Atque *num. 10. in princip.* ait: *Erit igitur Gladij Potestas cum animaduersione tamen iuridica, Bolognet. in l. Imperium, num. 28.*

47 Hanc evasionem quum non excogitassent Gillotus *lib. 2. de Iurisdict. & Imper. cap. 5.* & Ludouic. Charond. *eodem tractat.* ut difficultatem istam effugerent, alias ad inuenere definitiones, scilicèt: *Merum Imperium est pura Potestas, nulla Iurisdictione ideſt cognitione. Mistum, vel Merum Imperium est iussus, cui obtemperandum est, nulli Iurisdictioni, ideſt nulli causæ cognitioni coniunctum.* Ambæ ergò definitiones Merum Imperium in exequutione consistere, secluſa omni causæ cognitione, suadent; quia necessaria non est, *l. Si quis fortè, ff. de Pœn.* Cuius efficacissimam esse rationem arbitrati sunt prędallegati Authores, ne scilicèt post cognitũ crimẽ, aliqua arte, aut dolo Rei pœnam effugiant, *l. Cum Reis, C. de Pœn.* à lata sententia amplius, ideò non receditur, *l. Iudex postèa quam 55. ff. de Re Iudic. & effect. sententi.*

48 Ast definitionem istam tamquam sub obscuram, èt dubiam rejiciendam ex proximè dictis sequitur, ultèriusque probamus, ex quo in Mero Imperio necessaria est de admisso crimine præcedens cognitio, quam ad Merum Imperiũ pertinere constat ex *l. Solet, & l. Si quid, ff. de Offic. Proconsul. & l. 1. in princip. vers. Etsi familia, ff. de Offic. eius cui.* Hæc autem exequutionem præcedere debet, alias namque iniqua omnino esset, *l. 1. C. de Execution. Rei Iudic.* & nullius authoritatis, alias namque ad carnificem potius, quam ad Magistratum Imperium hoc pertinere diceremus, *l. vltim. ff. de Iudic.* Ius autem Gladij, & Animaduèrsio ab Vlpian. *in dict. l. Ad signata* summum præseferunt Imperiũ, Maximis tantum Magistratibus competens, & quidem speciali prærogatiua, *l. 1. ff. de Offic. eius cui mand. est Iurisdict.* Valdè absurdum ergò esset, asserere Magistratibus illis Potestatem sine cognitione dattam esse, iuxta Text. *in l. vltim. C. Vbi, & apud quem.*

## §. III.

### Quot sint, tàm Ecclesiasticæ, quàm Sæcularis Potestatis Meri Imperij Gradus?

49 QVùm ostensum iam supra fuerit Merũ Imperium nulla Iurisdictione ad Mistum esse, sed separatum omninò existere, nihil commune cum alijs Iurisdictionis speciebus habens, tot eius gradus erunt, quot patrata fuerint cri-

crimina, & quot pœnarum ſpecies eis à Iure præſcriptæ fuérint, quia in facinoroſis Hominibus puniendis totum verſetur, *l. Capitalium, ff. de Pœn.* Vldar. Zaſ. *in dict. l. Imperium, num.* 25. *& ſeqq. ff. de Iuriſdict.* Vbi etiam Anton. Gouean. Vaccon. à Vaccuna *lib.* 6. *declarat.* 78. *num.* 7. *&* 8. Herman. Vultej. *in Iuriſprud. Roman. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 10. *& num.* 18. Camil. Borel. *Summ. deciſ. tom.* 1. *tit.* 41. *num.* 48. & omnes mox referendi in hoc conueniunt.

50 Variant tamen in graduũ numerica aſsignatione. Aſij quippè, tres, quatuor, alij, ſex, alteri conſtituunt; ſed quamuis in Aritmetica computatione diſſentiant, rè tamen omnes conveniunt; nam tres tantum, aut quatuor gradus conſtituentes, alios eis ſub alternos adnectunt, ut apud ipſos videre licèt, & præcipuè apud Bart. Vldaric. Zaſ. & alios Ordinarios, *in dict. l.* 3. *ff. de Iuriſdict.* Maſcard. *de Probat. concluſ.* 403. *num.* 4. Goëden. *conſ.* 39. *num.* 10. Melch Lotter. *de Re Bèneſic. lib.* 1. *queſt.* 21. *à num.* 23. cui addo Anton. Contium *lib.* 1. *de Succeſsiuar. Lectio. num, cap.* 13. Georg. Obrecth. *de Iuriſdict. lib.* 1. *cap.* 7. Iacob. Cuiac. *lib.* 13. *obſeru.* 36. *& lib.* 16. *obſeru.* 1. Vaccon. à Vaccuna *dict. lib.* 6. *declarat.* 77. Miſing. *Reſp.* 16. Gail. *de Pac. Public. lib.* 2. *cap.* 1. Valentin. Foſter. *lib.* 2. *Hiſtor. Iur. Ciuil. cap.* 86. Scipion. Gentil. *de Iuriſdict. lib.* 3. *cap.* 6. *& tribus ſequentib.* Franciſc. de Clappèris *de Imper. & Iuriſdict. concluſ.* 5. *& aliquibus ſequent.* Anton. de Quintanad. *de Iuriſdict. lib.* 2. *tractat.* 2. *à num.* 5. *per plures ſequent.* Muſcorn. *eodem tractat. à num.* 16. *per aliquot ſeqq.* ubi èx Bart. Iaſon. & Abbat. ſex conſtituit huius Impèrij gradùs. Quam diuiſionem communiter ſequuntur Canoniſtæ Eraſm. Cocchier. *de Iuriſdict. Ordin. in Exemptos, tom.* 1. *p.* 4. *queſt.* 169. *à num.* 13. Ludouic. Molina *de Iuſt. & Iur. tom.* 6. *tractat.* 5. *diſput.* 6. *totæ*, Sigiſm. à Borburg. *in Aureis Rudim. Iur. Canonic. Claſſe* 1. *tit.* 2. *§.* 5. *pagin.* 25. & eſt à Practicis communiter ſequuta, Camill. Borell. *in Summa Deciſion. tom.* 1. *tit.* 41. *à num.* 40. *ad num.* 48.

51 Generalem illam Regùlam à principio firmatam, tot nimirum eſſe Meri Impèrij gradus, quot crimina, infectantes, latè in hoc §. Nos diffundi poſſemus, aſt quia generalia tantum principia noſtro Tractatui conducentia ſtabilire ſatagimus, generaliter gradus iſtos exponemus, èt pœnas ſpecificè ad eum pertinentes, videndas relinquimus apud Iacob. Cancer. *tom.* 2. *var. cap.* 2. *de Iuriſdict.* Fontanel. *de Pact. Nuptial. tom.* 1. *clauſul.* 4. Maſtrill. *de Magiſtrat. tom.* 2. *lib.* 4 *cap.* 16. & alios penes ipſos, & à Nobis mox referendos. Et cui videre dattum ſit Menoch. *Tractatum Ms. de Iuriſdict. Imper. & Poteſt. Eccleſ. & Secular.* plènè excuſſas pœnas omnes ad Merum pertinentes Imperium reperiet, *tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 2. à quo non grauarer eas tranſcribere in communem vtilitatem, ni ultra

Tracta-

Tractationis metam prosilire viderentur.

52 I. Ergò Merij Imperij gradus Maximum Imperium esse communiter docent prælegati DD. ad illudque pertinere asserunt in Iure Ciuili, & Canonico, Potestatem condendi Legem pro vniuersa Republica, quod vtrique Supremæ Potestati respectiuè cõuenit, & quidẽ priuatiuè quoad omnes alios, & cudendi monetam priuatiuam authoritatem, indicendi comitia generalia, & inferendi Bella, cõstituendi, & creãndi Tabelliones, alioſq; Publicos Ministros, imponendi tributa, absolutam Potestatem, aliaque quæ ad Supremam Dignitatem, altũque Dominum pertinent. Et quidem Iure Ordinario, vt ex Bart. & Panorm. docet Molin. *cit. disp. 6. n. 1.* cui addo *l. 1. ff. de Constit. l. Non ambigitur, ff. de Constit. l. Neminem, C. de Offi. Præt* Ioa. Saixo. Nicol. Intrig. & Vaccon. à Vaccun. sequutos à Cam. Borel. *d. tit. 41. n. 42.* Erasm. Coch. *citat. q. 109. n. 13. pag. m. 404.* adducentes, quæ specialiter ad hunc gradum spectant.

53 In Foro autem Ecclesiastico. I. Hic gradus versatur in Potestate Legis condendæ pro vniuersa Ecclesia, ut supra innui, nunc que probo, *ex cap. 1. & cap. fin. de Constit.* atque in omnibus causis Maioribus S. Sedi reseruatis, & in alijs, quæ à Summo Pontifice tantum concedi, vel exequi possunt. De quibus singillatim alibi (Deo dante) dicemus, aliqua in hac quæstione exhibebimus.

54 II. Meri Imperij gradus est quod *Maius* communiter DD. appellant, & est *Potestas animaduertendi in facinorosos Homines quà animaduersione, Humana adimitur vitæ, membrum abscinditur, libertas amittitur, & mittitur in perpetuum carcerem, quæ damnato in Metallum comparatur, l. Aut damnum, §. Solent, ff. de Pœn. l. Incredibile, C. Eodem tit. §. Ad hoc, Auth. de Collat.* Franc. de Clappèris *de Imp. & Iurisd. concl. 5.* Ioa. Saixo. Nicol. Intrigl. & Masuer. sequuti à Camillo Borell. *in Sum. Decision. dict. tit. 41. num. 43.* Molina *dict. tract. 5. disput. 6. num. 2. vers. Secundum appellant.* Cuius ratio est, quia quæuis animaduersio grauis, corporis afflictiua dicitur, *l. 11. §. vltim. ff. de Offic. Eius cui, l. Prætor edixit, §. Quid ergò, ff. de Iniur. l. vltim. C. de Furtis, l. Nemo, C. de Summ. Trinit. & Fid. Cathol. l. Si quis in hoc genus, C. de Episcop. & Cleric. l. Vnic. C. de Emendat. Propinq.* Omnes autèm pœnæ corporis afflictiuæ ad hoc pertinent Imperium, ut patet èx *l. 2. ff. de Public. Iudic. & l. Ædicto, ff. de Bonor. Possess.* & luculentissimè probat Menoch. *de Iurisdict. dict. tom. 1. lib. 1. cap. 3.* Ergò quum pœnæ ad numeratę sint corporis afflictiuæ, ad hunc pertinere gradũ, liquet.

55 In Ecclesiæ autẽ Iudicio Maius hoc Imperiũ in Degradatione, & traditionè Brachio Sæculari versatur Innoc. *in cap. Qualiter, & quando, de Accusat.* latè Ioan. de Lignan. *tract. de Confess. Eccles. in princ. n. 5. & 6. in tract. DD. vol. 16. fol. 27.* Coch. *d. q. 109. n. 13.* Molin. *l. c.* atque etiam excommunicare ali-

aliquem, quando non fit ad petitionem alicuius, ſed pro Publica Vtilitate; allegatque in comprobationem Panormitan. cui addo Innocent. *in cap. Tranſmiſſa, de Elect.* & Gloſſ. *in cap. 1. de Sent. Excommun.* docentem excommunicationem mortem eſſe Canonicam, ſi in pœnam imponatur, Abbas *in cap. Paſtoralis, de Appellationibus*, Franc. de Magiſtr. *citato cap. 12. num. 19.*

56 III Meri Imperij gradus Magnum appellatur, ad eumque pertinet Ciuitatis ademptio, ut Deportatio in Inſulam, Aquæ, & ignis interdictio, *l. Rei Capitalis, §. 1. & l Capitalium, ff. de Pœn.* Intrigliol. Saixon. & Clappèris, apud Borell. *loc. cit. num. 44.* cui addo Molin. *citata diſput. 6. num. 1. verſ. Tertium appellant.*

57 In Iure autem Canonico verſatur gradus iſte circa Deportationem, *cap. 1. de Calumn.* Detruſionem perpetuam in carcere hoc quidem Iure permiſſa, licèt ciuili prohibita, Abb. *in cap. Nouimus, num. 3. in fine, de verbor. ſignifi.* Apoſtill. ad eumdem Abb. *in cap. Quod Sedem, verbo, in Metall. de Offic. Ordin.* Idem Abb. *in cap. Tua, de Pœn.* Ioan. de Lignan. Ludouic. Molin. & Eraſm. Choch. *locis citatis*, quibus addo Menoch. *de Arbitrar. lib. 1. q. 89. èt dict. lib. 1. de Iuriſdict. cap. 3.* vbi probat tunc abſque controuerſia ad hunc Meri Imperij gradum ſpectare, rationem aſsignans, & differentiam inter perpetuam, & temporalem carcerationem, concludens hanc non eſſe adſcribendam Mero Imperio, illam autem ad illud proculdubio ſpectare, addenduſque eſt Franc. de Magiſtr. *in Silua Eccleſiaſtica, dict. lib. 1. cap. 12. nu. 16.* Nauar. tantùm allegans *in Man. cap. 25. in tit. de Peccatis Clericorum.* Huic etiam gradui accenſetur condemnatio perpetua ad triremes, Nauar. *de Regular.* ſic intelligendus *Commen. 3. à num. 52.* nam ſi temporalis ſit, ad hunc non ſpectat gradum, Franc. de Magiſtr. *dict. cap. 12. num. 17.* differentiam aſsignans inter Deportationem, & Relegationem, quam optimè exponit Arnold. Vinn. *in §. Relegati 2. num. 12. Inſtit. Quibus modis Ius Patr. Poteſt. ſoluitur*, adducens Chriſtin. *volum. 5. deciſ. 52. in fine*, & Petr. Gudelin. *de Iur. Nouiſſ. lib. 3. cap. 15.*

58 IV. Adſcribitur gradui Merum Imperium paruum, quod eſt *Poteſtas relegandi, torquendi ad pœnam, aliamque imponendi pœnam corporis afflictiuam*, Bar. *in dict. l. Imperium, num. 10. ff. de Iuriſdict.* Clappèris *dict. concluſ. 5. verſ. Quarto gradu*, Ioan. Saixon. & Intrigliol. apud Camil. Borel. *dict. tit. 41. num. 45.*

59 In foro autem Canonico Imperio hoc Relegatio, & verberum inflictio imponitur, *cap. Accedens, diſt. 50. cap. 1. de Calumn. cap. In Archiepiſcopatu, de Raptor.* atque excommunicatio, quæ Relegationi comparatur, Felin. *in cap. 1. in fine, num. 6. de Offic. Delegat.* Molina, & Cocchier. *locis cit.* ſub diſtinctione tamen; nam ſi ad inſtantiam partis feratur, Relegationi non æquiparatur, ſæcùs ſi

in Mèdicinam, propter contumaciam feratur, *cap.1.de Sentent.Excommunic.in 6.* & ex eo Franciſc. de Magiſtris *dict. cap. 12. num. 19.*

60 V. Gradu collocandum eſt Merum Imperium Minus, quod *Modica* definitur *coërcitio omnibus competèns Magiſtratibus*, quales ſunt leuiores Criminum pœnæ, ut ictus fuſtium, *l. Magiſtratibus, de Iuriſdict. omn. Iudic. l.Lèuia, ff.de Accuſat. §. Audient. in Authent. de Defenſor. limit.* Ioan. Saixon. Intrigliol. & Clappèr. à Borrel. adducti *dict. tit. 41. num. 46.*

61 In Foro quoque Canonico huiuſmodi gradus èadem proportione ſeruatur, *cap. Exlitteris, de Offic. Delegat.* Molina, & Eraſm. *in toties allegatis locis.*

62 VI. Denique Mèri Impèrij ſpeciès, in Minimo conſideratur Mèro Impèrio, quod verſari ait in Mulcta indicenda, *l. Mulctarum, C. de modo Mulctan. l.1 ff. Si quis Iudic. non obtemper. l.2. C. de Sportul.* Camill. Borell. *de Præſtant. Reg. Cathol. cap. 13. toto, & in Summa deciſ. tom. 1. tit. 41. num. 47.* ubi præcitatos allègat, atque Hoppèr. Maſuer. & Arum. cui addo Molin. & Choch. *locis cit.* atque Bar. *in dict. l. Imperium, num. 12.* vbi Curt. Iun. *num. 99.* Tapiam *num. 45.* Valaſc. *num. 181. in finè,* Purpurat. *num. 269. ff. de Iuriſdict.* Soccin. *in l. 1. num. 84. ff. Quis, & à quo appellat.* Iacob. à S. Georg. *in Inuentar. Feudal. verbo, cum Mero, & Miſto Imperio, num. 8.* Et licèt ſint quam plures, vel contrarium defendentes, vel ſub diſtinctione loquentes, in quorum recenſione, & expendendis fundamentis plurimum immorari poſſemus, quũ ad generalem Regùlam hæc nobis ſufficiant, nihil aliud ultra adderè decreuimus.

63 Eodem conſiderari modo gradum iſtum in foro Eccleſiaſtico patet *èx cap. de Cauſis*, ubi Abb. *num. 12. & 13. & cap. Præterèa de Offfic. èt Poteſtat. Iudic. Delegat. cap. Dilectus, de Offic. Ordinar. cap. Si vos 23. quæſt. 5. cap. Cum ſit nimis, §. Vltimo, de Iudic.* Concil. Tridentin. *Seſſ. 24. de Reform. cap. 8.* Eraſm. Choch. & Lud. Molin. *locis citat.* & præ omnibus Anton. Diana *in Summ. p. 10. tract. 8. toto.*

## §. IV.

## Quibus, Quo Iure, & quarè Merum competat Imperium?

64 VT propoſitæ difficultatis nodus ſoluatur, aliqua præmitterè necèſſarium duximus. I. Que Merum Imperium in 1. gradu conſideratum, quod ſumma Poteſtas, vel Altum Dominium appellatur (ut diximus) ſolis Principibus Superiorem aliquem in Tèmporalibus non rècognoſcètibus competere, ſu-

ſucceſsione, aut elèctione, ut latè infra dicemus, nuncque ideò tantum adhibemus, Gloſſ. & DD. *in cap. Venerabilem de Elect.* Franciſc. de Magiſtr. *in Silva Eccleſiaſtic. tom. 2. lib. 1. cap. 12. num. 20.* Alij autèm infra eos Merum habentes Impèrium, limitatum quidem, ad reliquos quinque gradus, & pèr Priuilegium, Præſcriptionem, aliamuè conceſsionem illud poſsidebunt, ut docet Matth. de Afflict. *in Proœm. Conſit. Regni*, Franciſc. de Magiſtr. *loc. citat.* De prima Imperij iſtius ſpecie diſſeram. I. de altera aliqua deinde producã.

65 II. Præmittendum eſt: Hanc, & alias Iuriſdictionis ſpecies, diſcutiendas non eſſe iuxta Romani Iuris Principia, vel ſpeculatiuam Iuriſprudentiam in his præcipuè, quæ Hiſtoriam, vel exercitium Iuriſdictionis ſpectant, otioſum ſiquidem eſt antiquum ſtatum ad præſentem redigere. Huic enim Curę incumbèntes olèum, & operam perdent, ut infra latius demonſtrabimus; nuncque addimus, *l. Qui res 98. §. Arèam 8. ff. de Solut.* Hieron. Lauren. *deciſ. 145. num. 16. ad finem*, Alèxandr. Raudenſ. *de Analog. cap. 38.* Andr. Knichen. *in liminar. Epiſt. ad Tractat. de Sublim. & Reg. Territorij Iure*, ubi Georg. Obrecth. *de Iuriſdict. Theſi 69. & ſeq.* improbat, eo quod in Iuriſdictionalibus decidendis à Iure communi diſcedendum non eſſe firmauerit.

66 III. Denique obſeruandum eſt ex Gaſpare KloKio *de Contribution. cap. 3. à num. 152. ad 155.* Quod licèt Superioritas, & Regalia, quoad Iuris collectandi effectum pari paſſu ambulent, & non rarò promiſcuè uſurpentur, & confundantur; hoc tamen ſeruato Iuris rigore fieri nequit; ſed tamquam ſeparata, atque omninò diuèrſa, ea contemplari oportet. Multa ſiquidem reſeruata ſunt Principi, inter Regalia non adnumerata, Iacob. Thoming. *conſ. 24. num. 13.* & ideò Regalia, & Superioritatis Ius confundenda non ſunt, Sixtin. *de Regal. in Proœm. lib. 1. num. 20. & ſeqq.* Poſt Bodin. *de Rep. lib. 1. cap. 10. fol. 269.* Quarè Aluar. Valaſc. *de Iur. Emphit. q. 8. num. 33* reprèhendit Matth. de Afflict. Ius Regale cum Suprema Principis Poteſtate permiſcentem: in concinnum enim ait Valaſc. dum de Iuribus Regalibus agitur, conglomerare omnia, quæ Princeps poteſt, alia enim ad Poteſtatem Regiam pertinent; alia ad Iura Regalia. Ita quoque Merum, & Miſtum Imperium à Principis eminentia, vel ijs, quæ ipſi in iſtius eminentiæ ſignum rèſeruata, ut ſunt Regalia, diſcernendum monet, Zaſ. *in l. Imperium, num. 16. ff. de Iuriſdict.* Patet igitur à Superioritate ad Regalia inferentes, à diuèrſo ad diuerſum argumentari abſque ulla conſequentiæ ſpecie. Miſa. *tractat. de Regal. cap. 4. num. 20.* Sed, & Regalia, quæ ſunt facultatis à reliquis Iuriſdictionis partibus ſeparanda eſſe, docet Petr. Gilken. *de Præſcr. part. 1. cap. 6. num. 68.* ſubdens, Regalia, quæ ſunt facultatis, diſcernènda eſſe à reliquis

Iu-

Iurisdictionis partibus sub Imperij nomine absolutè compræhènsi, quæ cohèret Principi. Aliud autèm esse Imperium, quod inferius est, & limitatum appellatur, èt Principi, & inferioribus suis competere posse discimus, ex Bald. *in l. Imperium, num. 6. ff. de Iurisdict.*

67 Ex qua vtilissima Prænotatione inferimus. Merum Imperium in Principe triplicitèr considèrari posse. I. Prout eius Suprèmam Potestatem, & altum continet Dominium. II. Prout sub eius nomine absolutè concèpti Regalia cõpræhendit. III. Quatenus Merum Imperium significat, commune Principibus, & inferioribus, quibus ex Priuilegio, Præscriptione, aliauè concessione acquisitum est. Omniaque ista separatim in Principè contemplanda sunt. Vndè ab uno ad aliud ex eis non rectè argumentum summi perspicuum redditur. His èrgò prælibatis, ut faciliùs, commodiusque difficultas hæc radicitus percipiatur, eã in aliquas partiri Sectiones, vtile iudicaui.

## Sectio I.

### Quibus specialiter Maximum competat Merum Imperium? Quid, & quotuplex illud sit?

68 MOnuimus iam *præcedenti §.* Ad I. Meri Imperij gradum, *Maximum* pertinere, quod *Summa, seu plena, aut absoluta Potestas, vel Altum appellatur Dominium, solis Principibus Superiorem non recognoscentibus cõpètens*, ut in istius Quæst. principio docui. Quod obiter, & perfunctorie ibi dictum, ampliorem hìc corroborationem exposcit.

69 Hanc autem à Summæ Potestatis natura efficaciorẽ petendam esse censemus: nequit enim sine cõtradictionis implicationè Superiorem agnoscère Sũma Potestas, quod namque Superius est illud Summum non est, ut ad Summitatem Dei ostendendam arguit, Auerroes *disc. 5.* cui accinit Liuius, dum scribit *lib. 31. Quibus Populus Romanus hunc honorem habebat, ut Reges Socij, & Amici vocarentur, illi Potestatem suam iam perdiderat, nisi quantum beneficio Populi Romani requirebant.* Qui ergo Reges vocantur, altèriusque Imperio nihilominus tènentur, perfectam, & illibatam Potestatèm non habent Hening. Harnisæ. *de Doctrin. Ciuil. cap. 11. pag. mihi 339.* exemplum adducens in Rege Danorum, quem Summa Potestate priuatum esse ait, quia Fridèrico I. eiusque in Imperio succèssoribus, se se Iure Iurando adstrinxit Regnum non accepturum Ipsum, nequè vllum in eo succèssorèm, nisi ab Imperatore.

tore. Maneat ergò ſtabilitum, Summam hanc, ſeu plenam Poteſtatem, & Altum Dominium ſolis Principibus Superiorem nõ recognoſcentibus congruere, non itèm alijs, quamuis Reges ſint, ſi ſupra ſe aliquem in Temporalibus recognoſcunt. Quod, & ulterius probamus. Ex quo, ut verè abſoluta Poteſtas aliqua dicatur à nulla alia regi, aut pèndère debet, nec eam habenti quicquam legitimæ Poteſtatis deficerè debet; ſed omni ex parte, ita ſit perfecta, & plena; ut abſoluta valeat appellari; iuxta Grammaticorum namque Regulas, abſolutum dicit Ablatiuum caſum, qui à nullo regitur, vel dependèt, ut notiſsimum eſt. Quo ſenſu de genere bonorum, & Perfectorum eſt abſoluta Poteſtas. Probus ad Monach. *in cap. 1. num. 1. Ne Sede vac. in 6.* Soccin. *conſ. 266. num. 51. volum. 2.* Calixt. Ramir. *de Lege Regia, §. 23. num. 3. litter. L. & num. 16.* ubi plènam Potèſtatem perfectam dici, atque ità ex omni parte abſolutam, ut nulla ſit maior in Republica latè docet.

70 Hæc tamen doctrina temperanda eſt morè, & ſtylo Catholico, ut nimirum procèdat reſpectu Temporalium Dominorum, quibus ſubjici, Summam tollit Poteſtatèm, non verò procedit reſpectu Summi Pontificis, cui in Spiritualibus, tamquam Chriſti Vicario ſubjici, Poteſtatis Summitatem auget, altumque Dominium temporale ex creſcère facit, Thom. Bozius *de Iure ſtatus, ſiue de Iure Naturali, èt Diuino Eccleſiaſtic. Poteſtatis, & Libertatis, lib. 2. cap. 4. pag. 99. & paſsim in opère, & præcipue lib. 6. cap. 10.* ubi latè probat, omnes Principes Eccleſiaſticæ Poteſtati, aut ſubjici nolentes, aut ei aliquo modo infenſos exiſtentes à ſtatu ſuo omninò excidiſſe. Ab hac ergò ſubiectione, nemò Orthodoxus Princeps eximi poteſt; deficeret enim à vera Religione, Abb. *in cap. Omnis Anima, de Cenſibus*, Franc. de Magiſtr. *in Silva Eccleſiaſt. tom. 1. lib. 1. cap. 12. num. 22.* Cuius ratio eſt, quod huìc Poteſtati ſubjici nolentes, Deum dominari re nuunt, quantum in ſe eſt, Thom. Boz. *loc. citat. lib. 1. cap. 4. pag. 16. & ſeqq.* Hinc Catholicos, imò, & quam plures Gentiles, Reges, Epiſcopis, & Sacerdotibus. Faſces ſubmiſiſſe legimus, & fortius ſubmitti debere Romano Pontifici, docet Eduard. Vveſton. Anglus *in Theatro Vitæ Ciuil. lib. 5. cap. 11. num. 11. pag. 516.*

71 Potèſtas autèm hæc Summa conueniet omnibus, quià Superiori Poteſtate, & per conſequèns à Legibus liberi extiterint. Alberic. Gentil. *de Regal. diſput. 1.* Primum oſtenſum eſt ſupra. Secundum autem efficaciter ſuadetur, ex Text. *in l. Legis Virtus, ff. de Legibus*, ex quo Leges ad id latas eſſe deciditur, ut malos Hominum mores in ordinèm cogerènt. Armantur igitur Leges à vi Superiori, alioquin merito ridendæ, ut Leges Leporum in Leones latæ ex Fabula Antiſthenis, cuius meminit Arniſæus *lib. 3. Politic. cap. 13. & de Doctrin. Ciuil. dict. cap.*

*cap. 11. vers. Summa enim, pag. 339. post medium.* Supèriorem autẽ Potentiam Maiestas non agnoscit, ergò nec Leges, quæ sunt Scita Potentiæ Superioris. Vndè Vlpian. *in l. Princeps, ff. de Legibus,* Ius Imperatoris Romani esse scribit nõ subjici Legibus, ex cuius Iuris abundantia de se, Iustin. protulit *Nouell. 105. cap. 2. §. vltim. Omnibus à Nobis dictis Imperatoris excipitur fortuna, cui, & ipsas Deus Leges subjicit Legem animatam eum committens Hominibus.*

72 Obstat tamen, quod Seruius Tullius Leges tulit, quibus ipse obediat Tacit. *lib. 3. Annal.* & Legati Scotorum apud Buccananum *lib. 20.* contenderunt Regẽ subjici Legibus, quod tamquam suæ intentionis unicum scopum, latè fundat Iun. Brut. *in Vindict. contra Tyrann.* Ioann. de Mariana *lib. 1. de Rege, cap. 9.* Fauètque opinio grauissimorum Iureconsultorum, negantium absolutam Potèstatem in Principe quoad Legum obseruantiam; asserunt enim tale absolutæ Potestatis nomen à Nobis procul esse debere, quia istius Potestatis vigore facta magis ad vim, & terrorem Imperij pertinent, quæ inter bellicos strepitus à Ducibus exercentur in Castris, quam ad iustam optimi Principis Potestatem, Couarr. *lib. 3. var. cap. 6. num. 8.* Sarmi. *lib. 1. Select. cap. 8. num. 20.* Mendoça *disp. Iur. Ciuil. lib. 1. cap. 5. q. 2. num. 35.* Pinel. *in Rubr. de Rescind. vèndit. 1. p. cap. 3. num. 24. & 25.* Tapia *in Rubr. de Constit. cap. 1. num. 77. & 78.* Menchaca *lib. 1. Illustr. controu. cap. 26. num. 2.* Parlador. *lib. 2. Rer. quotid. 1. p. cap. fin. §. 7. nu. 10.* Morla *in Empor. Iur. p. 1. tit. de Leg. in præmiss. num. 7.* Cancer. *variar. resolut. 3. part. cap. 3. num. 114.* Cabedo *decis. Portugal. part. 1. aecis. 12. num. 9* Fortun. Garcia, Alciat Spino, Roland. Cabagnolus, Angel. Matthæäcius, Camil. Gallinus, & Ias. adducti à Calixt. Ramirez *de Lèg. Regia, §. 23. num. 2. litter. D. pag. 284.* cui addo Sanct. Thom. Ioann. de Terra Rubea, Anton. de Rossel. Petr. Antibol. Iodoc. Damhauder. Georg. Obrecth. Alberic. Gentil. Andr. Tiraquell. & Bodinum apud Hèning. Arnisæ. *de Doctrin. Ciuili, dict. cap. 11. pag. 345. vers. Sed ad Summam Potestatem reddimus.* Adduntque hanc absolutam Potestatem, quà Princeps à Legibus soluitur, magis Turcarum Imperatori, quã Christiano principi conuènire, Soto *de Iust. & Iur. lib. 4. q. 4. art. 1.* Farinac. *cons. 4. num. 10. 11. & 120.* inquiunt enim in Principem Lege Regia collatam esse à Populo unicam Potestatèm, semper æquè dignam, firmam, & efficacem ad omnia ea expedienda, quæ Principatus Iure sibi licent, Menchaca *dict. lib. 1. cap. 5. num. 15.* Rimin. Iun. *cons. 45. num. 54.* Vndè communem distinctionem ordinariæ, & absolutæ Potestatis, nõ solum admittere renuunt, sed èxpresse rejiciunt, ut apud ipsos videre est, & penès, Tho. Sanch. *de Matri. tom. 1. lib. 2. disp. 15. n. 3.* Pro vtraque opinione ista videndus est Castillo à Sotomayor *tom. 2. cap. 28. & tom. 3. cap. 6. & cap. 28.*

*& tom.7.cap.41. à nu.2. per aliquot ſeqq.* in quibus omnibus locis ſemper diſtinctioni huic opponitur.

73 Hanc, ut vitent obiectionem alterius ſentẽtiæ Aſſeclæ ſub diſtinctione intelligẽdam eſſe docent aſſertionem illam, qua Principem ſolutum à Legibus ob Sũmam Poteſtatem ſuadetur; Dicũt ſiquidem: Principem Supremum Legibus ad contractus pertinentes ligari; Caducaijs verò alijs exolui, Cuiac. *lib.15.obſeru.cap.30.* ſequutus ab Hèning. Arniſæ. *de Doctrin. Ciuil. cap. 11. pag.340.* ſic probans: Principum Superiorem non recognoſcentiũ Poteſtas Sũma eſt, ergò nullis poſitiuis Lègibus in ea latis cogi poterit. Cõſeq. probat: nam huiuſmodi Leges, aut à Superiori, aut à Subditis, aut ab ipſa Maieſtate feruntur. A Superiori nequeunt, quia eum non agnoſcit; à Subditis ferendæ nõ ſunt, quia ſuperioritatis naturæ repugnat, quod Subditi ei Leges præſcribant. Nec deniquè ligari poterit Legibus à ſe latis, quia in ſe ipſum nemò habet Imperium, *l. Ille à quo, §. Tempeſt. ff. ad Treb.* aut nemò poteſt ſe ipſum cogere, *l. Quod aut, §. Vxori, de Donat. inter Vir. & Vxor.* additque illud Tyberij, dicentis: *Nõ aliter conſtare rationem, quam ſi nulli reddatur*, & M. Changij, qui dùm regnare cœpit, dicebat: *Mea vox pro gladio, pro ſecuri futura eſt*, ex Bodin. *lib.1. de Rep. cap.8.* Ciceron *in Orat. pro Tyberio.* proclamante: *Regum Imperia Scito: Dicto pare.*

74 Quod autem Legibus cõtractuum, & omnibus alijs ad Ius Diuinum, & Naturale ſpectantibus ligetur Supremus Princeps, & poſitiuis tantum exoluatur Lègibus patet: Licèt enim Princeps Supremus ſit, adhùc tamen ſubiectus manet Dei, & Naturæ Legibus, quorum reſpectu Ciuis eſt, & inſtar aliorum eis obtemperare debet, ut èx Auguſtin. refertur, in Can. *Quæ contra, diſt.8.* Georg. Obrecth. *de Regal.* Nec æſtimanda ſunt aliquorum reſponſa, qui cõtrarium ſuadère Principibus conati ſunt, ut Conſiliarij Cambyſi, qui teſte Herodot. *lib.3.* Briſon. *de Regio Perſarum Principatu, lib.1. pag.30. in princip.* ei reſponderunt: *Regibus eſſe quicquid fecèrit*, èt Caracallæ Nouerca, ei Adulterium meditanti, ſed Leges adhùc reformidanti ſugeſsit; *Anneſcis Te Impèratorèm eſſe, & dare, non accipère leges.* Hæc enim, & alia huiuſmodi paſsim in Adſentatorũ ore communia omninò abijcienda, tamquam à Patriæ, & Virtutis inimicis prolata, Adulatoribus ſcilicèt, quibus nulla peſtis ſæuior, nulla bellua trucùlentior, nullum immanius monſtrum fingi poteſt. In quos latè inſurgit Calixtus Ramirez *de Lege Regia, §.23. nu.22. pag.190. & 191.* vel illa ſuadentia abſolutam illam licitam, & illicitam Poteſtatem Regiæ attribuẽda licentiæ, quæ ſpectatur tantũ erga ſubditos, non èrga Naturam, & Deum, quorum Leges Superiorès omnibus eſſe monet Arniſæus *d. cap.11. pag.341. & 342.* ubi latè aſſumptum exornat, cui addo Thomam Sanchez *dict. diſputat. 15. numer. 3.* ex Plutarcho,

Anti-

Antigoni referente sententiã dignam quidẽ Augustino, & Hieronymo. Hic enim Rex à Consiliarijs adsuasus Regibus licitum esse quicquid vellent, respõdidisse fertur: *Inter Barbaros, ac Tyrannos ita censeri, cæteris autem solum Iustum, & Honestum licere*, Ioan. Orosc. Menchac. & Tapia, adducti à Calixt. Ramir. *dict. §. 23. num. 22. in princip. litter. K.* Cœl. Rhodigin. *lib. 8. Antiq. lect. ca. 1.* ubi refert Chilonèm vnum ex septem Sapientibus Græciæ dicere solitum: *Principes instar Deorum esse; quia tantum id quod Iustum est exequi debent*, & rectè quidẽ; nihil enim iniustũ Deus facere potest hoc namque posse non est, sed non posse, *cap. Principiũ, §. Charitas, de Pœnit. dist. 2.* Rimin. *cons. 13. num. 76.* Mench. *Illustr. Iur. contr. lib. 1. cap. 21. num. 1.* Lel. Zech. *de Duello, lib. 1. cap. 39.* sed in Deo, utpotè Summo Bono defectus dari nequit, Bellar. *tom. 3 controu. lib. 2. cap. 18.* ergò Potèstas, quæ à Deo emanat, vel sub ipso est, non potest Iusti limites èxcedere, Calixt. Ramir. *d. §. 23. nu. 20.* Thom. Sanch. *d. disp. 15. num. 3.* & Tacitum subinducit, *lib. 3. Annal.* narrantèm Caiũ Sextium dissesuiisse; Principes instar Deorum „ esse; sed nec à Dijs nisi iustas ex „ audiri preces, & dèmũ addit. Cic. *lib. 3. de Legib.* Arist. *lib. 5. Polit. cap. 10. & l. 14. tit. 5. par. 2.* ibi: *E con esto concuerda la palabra del Noble Emperador Iustiniano, que dixo en razon de si, y de los otros Emperadores, y Reyes, aquello era su poder, que podiã hazer con Derecho, &c.* ubi Gregor. Lop. *Gloss. 1.* Quod iam diu Papinianus respõderat *in l. 15. de Cond. Instit.* ibi: *Nam quod facta pietatẽ, & existimationem nostrã læduntnec Nos facere posse credendum est*, & comprobatur, licèt enim *Potestatis* nomen ambiguum sit, ut ex Textu, & Ordinarijs, *in l. Potestatis, ff. de verbor. signif.* & pluribus alijs *in Introduct. Proœm.* Dixi, nũcque addo Archidiaco. Corn. Felin. Alex. & Paul. Cagnol. Bart. & alios, laudatos à Calixt. Rami. *d. §. 23. n. 17. lit. V.* numquam tamen compræhendit Iniquum, sed quod discretioni omninò subjicitur; rectæque rationi, Gloss. *in cap. Quanto, verbo, Absolui, de Iur. Iur. & in cap. Nõ est, verbo, Adimplere, de Voto, & Voti redempt. & in Can. Manet. 24. q. 3.* Decian. *cons. 8. n. 94. vol. 1.* Montal. *in Leges Fori, lib. 3. tit. de las Herencias, l. fin. gloss. fin.* Follet. *in Praxi Censuali, verbo, & submissionis cuicumquè foro, nu. 17.* Rimin. *cons. 13. nu. 74.* Calixt. Ramir. *d. §. 23. n. 17. lit. X.* Concinitquè Claudian. qui Honorium *in 4. consultat.* monens decinit:

*Sed comprime motus*
*Nec tibi quid liceat, sed quid feciſſe decebit,*
*Occurrat: mẽtemq; domet respectus Honesti.*

Et Germanus Vates *lib. 8. de Rebus gest. Friderici:*

*Nam nihil, ut verum fateor, magis esse Deorum,*
*Aut Regale puto, quam Legis Iure solutum,*
*Spontè tamen Legi, se supponere Regem.*

Planèque profesi sunt Theodos. & Valẽt. *in l. 4. C. de Legib.* dicẽtes:

*Dignam vocem esse Maiestate Regentis, Legibus se alligatum profiteri, maiusque quodam Imperio submittere Legibus Principatum.* Sicque intèr prætandus est Can. *Iustum dist. 9. Iustum esse* statuens, *ut Principatus subijciatur Legibus* voluntariè scilicèt, ut de Trajano scribit Plin. *in Panegir. In nostris simili Religionè ipse Te Legibus subiecisti, Legibus Cæsar, quas nemo Principi scripsit.* fauètque *l. Ex imperfecto, C. de Testam.* ubi Salicet. ait *Licèt Imperator Lègibus sit solutus; Viuere tamen vult Legibus.* Plura cũmulat Calixt. Ramirez, *dict. §. 23. tot. & præcipuè à num. 7. per aliquot seqq. Vsque ad num. 15.* Vbi subdit non imminui Supræmam Potestatem; sed potius augeri, ex quo Legibus, & rationis regulis vivat, quod apertè colligitur ex *dict. l. Digna vox. C. de Legib.* Hèning. Arnis. *de doctrin. Ciuil. dict. cap. 11. vers. In sua verò Republica, pagin. mihi 342.*

75 Ex quibus omnibus recte percipi posse non dubitamus, ad quos usque terminos, Supremorum Principum summa Potestas in abstracto considerata, extendi valeat, & breuiter ex eis resolui posse conijcimus, Vltra Naturalis & Diuinæ Legis metam prosilire Principes Supremos non posse; sed intra earumdem chancèllos contineri debere, Positiuisque Legibus obtemperare, licet Coactiua non adstringantur vi, Directiua tamen, atque honestatis, & exempli ratione omninò ligari, ut docet S. Thom. 1. 2. *q. 96. art. 5.* Sotus *de Iust. & Iur. lib. 1. q. 6. art. 7.* Covar. *in cap. Alma Mater, p. 1. §. 1. num. 4. de Sent. excom. in 6.* Gregor. de Valent. *tom. 2. Commentar. Theolog. disp. 7. q. 5. punct. 1.* Andr. Facchin. *lib. 1. controu. cap. 2. per totum* Iacob. Menoch. *de Arbitrar. lib. 1. q. 7. num. 70. & seqq.* Salas. *de Legibus, disp. 14. sect. 2. tota.* Vnde non nulli tuto affirmant quoad obseruantiam, seu directivam vim; non verò quoad vinculum, vel quoad vim coactiuam Principèm Supremum Legibus subijci Angel. *in l. Princeps, ff. de Legibus.* Petra *de Potest. Princip. cap. 1. num. 7. & 8. & cap. 2. toto* Tyber. Decian. *cons. 41. num. 18. vol. 2.* Rolan. à Valle *cons. 100. num. 60. vol. 4.* Thesaur. *decis. Pedemon. 91.* Rodulph. *de Suprema Princip. Potestate, cap. 1. num. 3.* Mar. Burg. *de modo proced. ex abrupto cent. 1. q. 17. num. 14. & seqq.* Quæ autem sit in Legibus Coactiua, & Directiua Vis latè docent Sot. *dict. lib. 1. q. 6. art. 7.* Marta *de Iurisd. p. 4. cent. 2. cas. 195. & voto 174. num. 6.* Cabedo *1. p. decis. 12. nu. 17. & p. 2. decis. 78. num. 1.* Salas *de Legibus, disp. 4. sect. 2.* Facchin. *lib. 1. cõtrou. cap. 2 & lib. 11. controu. 2.* Menoch. *cons. 1007. num. 15.* Covar. *dict. §. 1. num. 4.* Auendaño *de Cens. cap. 63. num. 6.* Morla *in empor. Iur. p. 1. tit. 1. q. 1. num. 9.* Suarez *de Legibus lib. 3. cap. 34. num. 4.* Giurba *cons. 1. num. 34.* Salgad. *de Reg. Protect. 1. p. cap. 2. Prælud. 2. à num. 57 ad 72.*

76 His iam firmatis, omninoque stabilitis principijs, èxpèditiores aggrediemur resoluendam secundam Dubij partèm. Quotuplex scilicet sit

Sum-

Summa Potestas? Dupliciter nãq; eã considerari posse ex hucusque dictis rectè deducimus. Ordinariã vnã, & absolutã alteram negari ènim nequit in Principe Supremo ordinariã residere Potestatẽ, ea nimirũ, quæ legibus règulatur; ultra eãque aliã plenã, & absolutã dari Potestatèm, quæ à nulla alia, sed à Principis arbitrio tantum pendet, nullis adstricta legibus, neq; ordini, formulisve Iudiciorũ, sed simplici cuidã executioni, & celeritati innitens, calliditatẽ fori omninò excludens, ut ex Matiẽç. Greg. Lop. Mader. Ioa. Orosc. Menchac. Thesauro. Petra, Peregrin. & Bernardo Græueo docet Calixt. Ramir. *d. §. 23. num. 3. 4. & seqq.*

77 *Potestas ergò absoluta* (iuxta Bal. *in l. 2. C. de Serui. & aqua, nu. 40.*) *est arbitrij plenitudo, nulli necessitati subiecta, nullisq; publici iuris règulis limitata, ut sic facta mentione talis Potestatis nulla valeat exceptio obijci, nihilq; opponi possit, nec dici; cur ità facis? Sed instar sacrilegij erit de eius Potestate dubitare*, Carol. Sigon. *de Antiq. Iur. Ciu. Roman. lib. 1. cap. 18.* Calixt. Ramir. *d. §. 23. n. 10. litt. F.* Bal. *ibid. num. 39.* Gloss. *in cap. Quanto, de Authorit. & Vsu Palij, verb. Veri, & in l. Relegati fin. ff. de Pœn.* Abb Ant. de Butr. Dec. Felin. Angel. Alber. Alex. Math. de Afflict, Capic. Gozad. Costa, Pinel. Palac. Rub, & Roxas relati à Tho. Sanch. *de Matri. lib. 2. disp. 15. n. 3.* Vbi ex eis addit, quod si aliquid, etiam leue eius animum moueat potest Principem de Plènitudine Potestatis facere quicquid ei libuerit, quod ipsum docẽt Rodulph. Mar. Burgi. Rolan. Peregrin. Curt. Sen. Velazq. de Auendaño, Lancèl. Conrad. Petra, & Marta, laudati à Calixt Ramir. *dict. §. 23. n. 5. litt. N.* Quam definitionẽ explicandam, suscipit.

78 Hanc tamèn diuisionem Summæ Potestatis in ordinariam, & absolutam in Principibus sic intellectã rejiciũt meritò falsissimã eã appellãtes, Paris. Fortun Garc. Alciat. Couar. Pinel. Sarm. Riminald. Menchac. Matienç. Spin. & Mendoç. sequuti à Tho. Sanch. *d. disp. 15. n. 3.* Mouẽturq; ex eo quod Princeps facère potest, ètiam Iuri humano derogans, ordinaria tãtũ Potestate, quidquid ad rectãgubernationẽ ad sequendã opus est, quũ enim: sit supra Ius Hominũ ex sua ordinaria Potestatè, sicut potest illud cõdere, potest abrogare. Quod autẽ cõtra Ius Naturale, & Diuinũ potest de facto, nõ ad Potestatẽ, sed ad Tyrannidẽ spectat, quæ nihil aliud est, quã violẽtũ aliquid exequi, quod in priuato vis; in Principe Tyrannis appellatur, Calixt. Ramir. *d. §. 23. n. 21.* subdẽs nũquã in Principe præsumẽdã esse; ex principali nãq; Maiestate calumniæ facultatẽ capi nõ oportet, imò in maxima fortuna, minima debet esse licentia, *l. Penult. ff. de Hæred. Instit.* Lipsi. *lib. 2. Polit. cap. 10.* Osor. *lib. 5. de Règ. Instit.* Simanc. *de Rep. lib. 4. cap. 15.*

79 Aliter explicari posse Potestatẽ hãc absolutã ratus est, Th. Sanch. *d. disp. 15. n. 3. circa fin.* ut nimirũ sit ea, quæ Princèps in Iure Humano dispẽsat absq; causa, tenet enim talis dispẽsatio, licètin ea

concèdenda Princeps peccet, & quamuis Covar. *dict. cap. 6. num. 8.* Hanc impugnet expositionèm; dicens: *Potestatèm istam, etiam Iure ordinario Principi competere,* adhuc tamen à Theologis admitti debère docet Sanch. *ibidem,* paritate sumpta ab eis affirmantibus; ali qua posse fieri à Deo de Potestate Ordinaria, quæ scilicèt ordine, ac rerum naturali cursu immutato potèst Deus facèrè; alia verò de Potestate absoluta, quæ est supra Vniversum rerum ordinē; Hanc Dei Potentiam, seu Potestatem aliter explicat Scotus *in 1. dist. 44.* Cardinal. Camèracen. *lib. 1. q. 13.* Vbi Ordinariam Dei Potestatem esse docent, quæ Iuxta Lèges á Divina Voluntate latas, operatur; & Absoluta, quæ à Lègibus abstrahit: Illudque de Potentia Absoluta Deum posse dicimus, quod simpliciter, & absolutè potest. Ioan. Altestaing. *in Breuiar. Theolog. lit. P. pag. 480. col. 1. in fine.* Ita Potestas Ordinaria Principis dicetur ea, qua ipse utitur, se sè Legibus Humanis conformans, quibus quoad vim Directiuam adstrictum esse iam supra diximus, quando scilicet dispensat ex iusta causa in Iure humano. Potestas vèrò absoluta erit, quando Princeps non adstringitur his Legibus, & aliquid contra eas operatur, valide quidem, licèt nulla subsit causa. Scot. Cameracèn. & Altestaing. *ll. cc.* qui hanc Iuridicam distinctionem explicantes aiunt. *Potestatem Absolutam eam esse, quæ cum à Nullo impediri possit, operatur de facto quicquid ei libuerit; Ordinariam autem eam esse Potestatem docent, quæ Legibus, & Iuris Sanctionibus adstricta, & regulata omnino est.* Et ita dicètur non posse Principem aliquid facere de Potestate Ordinaria, quando non potest omninò licitè facère, licet si faciat, validum sit; & dicetur posse de Potestate Absoluta, quādo valide; non tamen iustè operatur. Quod Vtrumque in Legis Humanæ dispensatione absque causa èxemplificat Sanch. *loc. cit.* subdens ex neutra istarum Potestatum posse facere Principem, quod ex se nec validè, nec iustè fieri potest, ut si in Lege Naturali dispensabili absque causa dispenset.

8o Addere non incongruè poteram, quibus Dynastis Summa hæc competat Potèstas; Ast quia molestissimum esset singulos recensere, & ingratū Homini Hispano, de proprio Monarcha, obrepta occasione, silentium non interrumpère, cura de alijs Principibus, eorum Vassallis relicta, propriæ incumbimus obligationi.

Sectio

## Sectio II.

### Supremis Hiſpaniarum, & Indiarum, atque Galliarum Regibus, Summa, & Abſoluta Poteſtas, Maximum Imperium, Altumque Dominium in omnibus ſuis Ditionibus, & Prouincijs omninò competit?

81 DIſputationem hanc duplici moti ratione adhibere decreuimus. I. Vt excluderemus Nonnullorum chimeram, quà ſuadere conati ſunt Hiſpaniã Imperio ſubiacere, quã (rationibus deſtituti) coãcèruatione DD. Vltramõtanorum fulcire inhiant, quorũ plures rèfert Iacob de Valdès *de Dignit. Règ. Hiſpan. cap.* 18. *num.* 2. *lit. A. in margin.* Gaſpar KloK. *de Contribut. cap.* 4. *n.* 93. 94. *&* 95. quos omnino ſomniaſſe liquidò demonſtrabimus.

82 II. Autẽ hanc ſuſcèpimus diſſertationem, ut errori occurreremus affirmantium Hiſpaniæ, & Francię Potèntiſsimos Reges etiã quoad Tẽporalia, & merè Profana omninò ſubeſſe Romano Pontifici, Ioa. Açor. *Inſtit. Mor. tom.* 2. *lib.* 10. *cap.* 2. Anaſtaſ. Germon. *de Sacror. Immunit. lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 51. *&* 52. Alexandr. Carrier. *in tract. de Poteſt. Papæ, lib.* 2. *cap.* 3. quorum opinionem omninò deuictam, una cum priori, manſuram ex dicendis non dubitamus. Quod, ut faciliusfœliciuſque adſequamur.

83 I. Præmonendum eſſe cẽſuimus ſermonem noſtrum non procedere de mere Spiritualibus, & Animarũ ſalute reſpiciẽtibus, in hoc enim caſu nemò eſt qui neget Reges omnes Põtificis Maximi Poteſtati ſubeſſe, ut ex Hiere. 1. Matth. 16. Ioa. Ign. *in Diſput. An Rex Frãciæ recognoſcat Imperatorẽ, n.* 104. *verſ. Ego idẽ, & n.* 106. *verſ. Ex his omnibus.* Iacob. Menoch. *in tract. Ms. de Iuriſdict. Imper. Poteſtate Eccleſiaſtica, & Sæculari, lib.* 1. *cap.* 12. *&* 13.

84 II. Adnotandum eſt Nos hìc non loqui de Iuriſdictione Sæculari quatenus reſpicit rationẽ, & finem cõſequendæ æternæ ſalutis, quum nimirum Iuriſdictio Temporalis exercetur ad vitandũ peccatum, tùnc enim verior fert opinio Reges omnes Romano Põtifici ſubjici, ut probat Menoch. *cit. cap.* 13. *verſ. Secundus eſt caſus,* allegans Innocen. *in cap. Nouit. in fine, de Iudic. & cap. Licèt ex ſuſcepto, de For. comp.* Bald. *in cap. Imperialem, §. Præterea, de Prohib. Feud. alienat. per. Frid.* Ign. *l. c. nu.* 86. 89. *&* 90. Nauar. *in prælleg. cap. Nouit. nu.* 108. *de Iud.* Germon. *de Sacr. Imm. lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 52. Alexan. Carrer. *de Poteſt. Pap. lib.* 2. *cap.* 3. His ergò ſtabilitis ad opiniones illas Nos conuertentes affirmandum eſt.

85 Quod vtraque opinio mèritò rejicienda venit. I. Quia cõmuni

muni Iureconsultorum Superioris notæ opponitur sententię; omnes siquidē, tàm Hispani, & Galli quam Exteri affirmare conspirant vtrumque Monarcham Summam habere Potestatem, Altūque Dominium in Vastissimis Prouincijs vtriusque Sceptro subiectis. Nullumque in Temporalibus Superiorem agnoscère, Gloss. *in Can. Adrianus*, 63. *dist. cap. Si necesse, de Donat. inter Vir. & Vxor. cap.* 1. *de Pace tenènda*, docent præter Antiquos in præallegatis Iuribus, *& in cap. Per Venerabilē, cap. Causam quæ, qui filij sint legitim.* Ioan. Ignæus *in Disput. An Rex Franciæ recognoscat Imperatorèm, nu.* 53. *èt* 55. ubi Petr. de Bellapertic. Iacob. à Rauena. Ioan. Fab. Nicol. de Montisc. Fulg. Castren. Salicet. Abbat. Hēric. de Boich. Felin. & Cosm. de Guimièr. adducit, unanimiter asserētes Hispaniæ, & Franciæ Reges Imperatorem non recognoscere, quibus addi possunt, Luc. de Pen. *in l.* 1. *C. de Col. Palest. lib.* 11. Afflictum *in Constit. Neapolit. q.* 2. *num.* 5. Franc. Marc. *q.* 1024. *p.* 1. Boer. *q.* 8. *num.* 4. Rebuff. *in l. Vnic. nu.* 52. *C. de Sent. quæ pro eo quod intèrest profer.* Iacob. Menoch. *cons.* 2. *nu.* 102. *lib.* 1. Vbi Ludoui. Gom. & Modèrnos Parisien. adhibet. Idē Menoch. *in tract. Ms. de Iurisd. Imp. & Potest. Eccles. & Secular. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 13. ubi latè D. Couar. *pract. Q. cap.* 9. *toto & in Reg. Peccatum*, 2. *p. §.* 9. *nu.* 5. Nauarr. *in cap. Nouit. de Iud. notab.* 3. *n.* 32. 116. *&* 119. Castald. *de Imper. q.* 53. Menchac. *Illust. controu. lib.* 2. *cap.* 1. *& cap.* 22. *nu.* 11. Olan. *in Præfat. Antinom. num.* 2. *& n.* 12. Redin. *de Maiest. Princip. verb. Imperatoriam, ex num.* 35. Ant. Gabr. *Commu. opin. lib.* 5. *tit. de Acquir. Domin. concl.* 3. *ex nu.* 3. Parlador. *Rer. Quotid. lib.* 2. *cap.* 3. *nu.* 7. *& cap.* 21. Petr. Zened. *Collect.* 64. *ad Decret. nu.* 3. Ioan. Garcia *de Expens. cap.* 9. *num.* 68. *&* 69. *& de Nobilit. in Inscription. nu.* 25. Humada *in Add. ad Grego. Lop. in l.* 49. *tit.* 6. *p.* 1. Camil. Borel. *de Præstan. Reg. Cathol. cap.* 48, *&* 53. Angel. Matheāc. *de Via Iur. & Arte, lib.* 1. *cap.* 30. *nn.* 13. Lasarte *de Decima empt. & vend. in Schol. ad l.* 1. *nu.* 1. *& seqq. fol.* 6. Bobadill. *in Polit. lib.* 3. *cap.* 2. *nu.* 5. Ioseph. de Rustic. *in l. Cū Auus, ff. de Cōd. & demonstr. lib.* 5. *cap.* 10 *n.* 33. *&* 34. Lancellot. Cōrad. *in Templ. Iudic. & Aduocat. lib.* 1. *cap.* 2. *§.* 3. *num.* 14. Tusch. *Pract. concl. litt. V. conclus.* 345. Ponte *de Potèst. Proreg. tit. de Triremibus, num.* 25. Valdès *d. cap.* 18. *tot.* Martha *de Iurisd.* 1. *p. cap.* 21 *num.* 13. *& cap.* 26. *num.* 68. Mastrill. *de Magistrat. lib.* 1. *cap.* 4. *ex num.* 15. *& lib.* 6. *cap.* 12. *ex nu.* 5. Armendar. *in Proœm. ad Leges Nostras, Reg.* 1. *in fine*, Salgad. *de Reg. Protect. tom.* 1 *p.* 1 *cap.* 1 *n.* 26. Frāc. Molino *de Pact. Nupti. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 8. Solorç. *de Iur. Ind. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 21. *n.* 70. *&* 71. Carleu. *de Iudi. tom.* 1. *lib.* 1. *tit.* 1. *disp.* 2. *q.* 2. *nu.* 118. *& q.* 8. *sect.* 3. *num.* 1109. Salced. *de Leg. Polit. lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 24. *& seqq.* Larrea *alleg. Fiscal.* 12. *n.* 10. *tom.* 1. Augustt. Barbo. *in d. cap. Per Venerabilem, num.* 24. *Qui filij sint legitimi*, Thom. del Bene *de Immun. tom.* 2. *cap.* 16 *sect.* 1. *nu.* 35. Capic. Galeot. *Resp. Fiscal.* 13. *num.* 225.

86 II. Autèm ex antiquis, ve-

vetustissimisque probatur Chronologijs à præcitatis DD. allegatis, & præcipuè Iacob. de Valdès *d.cap.*18. èx quibus cõcludit; quod licèt Hispania Augusti temporibus sub Imperij iugo missa fuerit, *l.2.§.Post aliquod, ff. de Orig. Iur. l. Relegatorum, §. Interdicere, ff. de Interdic. & Releg.* Postmodum Imperatores Arcad. & Honor. in Alaricum Gothorũ Regem, omne Ius, & Potestatem transtulerunt, ut Se cunctamque Italiam à Barbarorũ impetu, atque invasione liberarẽt Armacan. in Marte Gallico *lib.1. cap.*43. Iornandes *de Reb. Geticis, lib.2.* S. Isidor. *in Chron. Goth.* Paul. Diacon. *lib.*13. *&* 14. *Miscella.* Ioa. de Serr. *Histor. Frãcor.* Paul. Æmil. *de Rebus gest. Franc. lib.*1. Carol. Sigon *de Imp. Occidẽ.* Papir. Masson. *Histor. Calamit. Franc.* Prosper. Aquitanic. *in Chronic.* Fauchet. *Antiq. Hist. Gall. lib.2. cap.*9. Ioa. Vasæus *Histor. Chronol. Anno* 412. Luc. Marin. *de Reb. Hispan. lib.*6. Hinc que Iure illo destitutus Iustinian. Imperator de Hispania bello recuperanda, aliqua molitus est, ut colligitur *ex l.2. C. de Offi. Præfect. Præt.*

87 II. Et quidem in eluctabile fundamentum est, quod quum vniversa Hispania à Mauris devastata, oppressa, & penitus fere possessa fuerit, Henric. Spondan. *in Epitome Baron. tom.2. anno* 713. *num.*3.4. *&* 5. & mox referendi, quumque Hispani ipsi sese, cunctaque Regna Hispanica proprio cruore, & armis sese à Sarracenorum tyrannide exemerint, gravequè illud excusserint Iugũ, nullo à Romanis, Pontificibus vel Imperatoribus, temporali auxilio accepto, ut probant Belluga *in Speculo Princip. Rubr.*14. Avendaño *de Exequ. Mand. Reg. lib.*1. *cap.*1. *n.*8. Marian. *de Reb. Hispan. lib.*9. *cap.*5. licèt ante devastationẽ Hispanicã plenũ Dominiũ Põtifices, vel Imperatores habuissent, devastatione ipsa illud omnino amisserunt, & Iure belli plenè acquisitum est Hispanis Populis, & Regibus ab eis electis, & creãtis, Salced. *de Leg. Polit. lib.*1. *cap.*6. *nu.*42. Quod vlterius probamus cõmuni Regula, & generali principio ab omnibus irrefragabiliter admisso: Acquisita nimirũ in bello, præcipuè Iusto, Debellatoris, seu Victoris propria effici, quãuis antea Dominium alijs cõpeteret Dominis, seu Principibus. Quam quidẽ Regulam multipliciter probamus.

88 I. Iure Diuino; nam 1. *Paralipomen.*5.2. *&* *Iudic.*21. *&* *seqq.* Ius belli præcipuus recensetur, & æstimatur titulus, quo iustè, & legitimè Populus Israël, Iosuẽ Duce, possessionem, & Dominium adeptus est Regni Mohabitarum contra Regem Amonitarum, qui illud à Balac, Prædecessore suo olim possessum, & ab Amorrhæo iniuste ereptũ armis contra Israëlitas repetebat, ipsique eum armis debellarunt, & à Ditione illa repulerunt, *Numeror.*21.25. *&* *seqq.* *Deutero.*2.24. & exponit Abulens. *in d.cap.*21. *Numer. q.*26. Nicol. de Lyra *ibid. Gloss. Vrbs Hessebon, & ad Iudic. cap.*11. ibique Arias Montan. Iacob. Salian. *Annal. Veter. Testam. tom.2. Anno* 2849. *nu.*32. Andreas Massius *ad cap. vlt. Iosuë,* Cornel. à Lap.

à Lapide *in cap.* 48. *Geneſ.* ubi etiã Benedic. Perer. *diſp.* 2. *num.* 20. ſic exponentes *Geneſ.* 46. *vlt.*

89 II. Iure Gentium, *l. Naturalem* 5. *§. vlt. ff. de Acquir. poſſeſſ. §. Item ea* 17. *Inſti. de Rer. Diuiſ.* ubi Theophil. hùnc adquirendi modum pactum commune appellat, atque Ariſtotel. *lib.* 1. *Polit. cap.* 6. Legẽ inter omnes Homines ſempiternam Xenophon. *lib.* 5. *Cyropædiæ.* Varijſque exemplis probat Hugo Grot. *de Iure Belli, lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 7. Petr. Ærod. *Rer. Iudicat. lib.* 10. *tit.* 3. *cap.* 2. *&* 3.

90 III. Iure Canonico ex ſingulari Textu Conciliari relato, *in cap. Abbate ſanè* 3. *in fin. princ. verſ. Pro parte autem altera, de Sententia, & Re Iudic. lib.* 6. ibi: *Pro parte autẽ altera dicebatur, quod quum Rex ipſe ſua probitate, ac ſtudio ab infidelibus loca conquiſierit ſupradicta. Donatio Auí, vel Patris ipſius prius facta, de illis, quum ad cultum Fidei peruenirent, Regem eumdem quoad hæc ſuper Eum poſtmodum acquiſita, obligare non potuit, quum ſua propria facta eſſent, & viderentur ab alijs bonis hæreditarijs poſſeſſa.*

91 IV. Iure Ciuili, *l.* 1. *verſ. Item capta, ff. de Acq. poſſeſſ. l. Hoſtes* 24. *l. Si quid Bello* 28. & ibi Bart. *ff. de Cap. & poſtlim. reuerſ.* Angel. & Salicet. *in l. Ab hoſtibus, C. Eod. tit.* Legiſtæ communiter *in l.* 1. *ff. ſol. Matrim.*

92 V. Denique authoritate DD. Angel. *in tit. Renouata Guerra dubit.* 1. Covar. *in Reg. Peccatũ, p.* 2. *§.* 2. Camil. Borel. *de Preſtant. Reg. Cathol. cap.* 47. *à num.* 135. *ad* 153. Solorça. *de Iure Indiar. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 6. *nu.* 23. *& ſeqq.* Larrea *alleg. Fiſc.* 118. *n.* 29. *tom.* 2. Arias de Meſ. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 23. *n.* 5. *& ſeqq.* doctè (ut adſolet) D. D. Franc. Ram. del Mançano *in Supplici Libello ad Rom. Pontifi. pro Epiſcop. Portugall. fol.* 11. *num.* 36. *&* 37. ubi ex Nauar. *conſ.* 2. *de Iniur. lib.* 5. addit Regùlam iſtam admitti in vtroque foro.

93 Licèt adeò corroborata, communitaque ſit Regula hæc adhùc tamẽ labefactari poſſe apparet, præcipuè inter Catholicos exquo internæ Iuſtitiæ temperamento, & æquitate captas, etiam Iuſto bello, Prouincias reſtitui debere priſtinis Dominis quibus illę ſubdebantur ante quam à Victore occuparentur, docet Idem Hugo Grot. *de Iure belli. lib.* 3. *cap.* 16. *n.* 4.

94 Cuius ſententia probatur I. Ex ratione, & ſententia Text. *in dict. l. Ab hoſtibus, C. de Capt. & poſtlimi. reuerſ. ubi* Vulgar. Expoſſ. *l. Pomponius* 94. *ff. de acquir. rer. Domin. l.* 26. *tit.* 26. *p.* 2. Cum alijs Congeſtis à Gregor. Lop. *ibidem.* & à Covar. *dict. §.* 11. *num.* 7. *& ſeqq.* Morla *in empor. Iur. p.* 1. *tit.* 12. *q.* 6. *nu.* 7. Caſtillo *deciſ. Sicil.* 141. *lib.* 2. Capic. Galeot. *Reſp. Fiſcal.* 13. *num.* 16. 25. *&* 164. Molina *de Iuſtit. & Iur. tract.* 2. *diſput.* 118. Tuſch. *Practicar. concluſ. tom.* 1. *lit. B. concl.* 42. & poſt Hotom. *Illuſtr. q.* 5. Ayala *lib.* 1. *de Iur. & Offi. Bell. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 33. *&* 35. *cum ſeqq.* Gudelin. *de Iure Pacis, cap.* 5. *&* 6. Beſol. *de Arte, Iureque Belli, cap.* 8. *num.* 3. *&* 5. Solorç. *de Iure Indiar. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 48. *&* 50. Fauetque alia Regula, quod nimirum

rum immobilia,& agri bello capta redeant ad Priores Dominos capientis Subditos Iure Postliminij,*l.Si captiuus* 20.*§.1.ff.de Capt. l.Si ager* 26.*ff. Quib.mod.vsufruct. amit.l.Cum loca* 36.*ff.de Relig.l.In tantum* 6.*ff. de Rer. Diuision. Can. Prima actione* 13.*vers.Sicut* 6.*q.*3.

95 Adhùc tamẽ Regùla nostra firma undique, & impenetrabiliter cataphracta manet; fundamenta enim, quibus ea expugnari tentabitur in nostro casu adaptari nequeũt. I. Quia illa procedũt respectu capientis, seu debellantis Provincias, & bona immobilia, non autem respectu ipsarum Provinciarum, quæ proprio cruore,& armis sese ab iniusta invasione eximunt, & liberantur: tùnc enim ipsæ Prouinciæ sibi libertatem acquirere perspicuũ est,prioresque Dominos, qui nullum auxilium ad libertatem adsequendam præstiterunt, priori Dominio priuatos manere perspicuum est ex supra adductis,& traditis ab Authoribus nuper relatis, quibus fauet, tàm Pompeij responsum Antiocho dattum apud Iustin. ex trogo *lib.*40.ibi: *Ne volenti quidem Syriæ, nedum recusanti datturum se Regem, qui octo decem annos* ( hic 800.) *quibus Typones Syriam tenuit, in Angulo Ciliciæ latuerit: Victo autem eodem Tigrane à Romanis, alieni operis præmia postulet. Igitur, ut habenti Regnum non ademerit, itaq; cesserit, Tigrani non datturum*, adde Appian.*lib.*1.*Bell.Ciuil.* Dion.Cas. *lib.*36.Plutarch.*in Pompeio, & Lucullo*, quam altera Canonistarum communis Regula: Quod nimirum Ius Patronatus amittitur, si Patronus permittat Ecclesiã destrui,& ab alio reædificari Gregor. XV.*decis.*405.*n.*1.*cũ ibi notat.* Viuia.*de Iur.Patro.p.*2.*lib.*15.*c.*1.*n.*2. vel si dos propter Ius Patronatus adsignata etiã sine culpa Patroni cõsumta fuerit, vtroq; enim casu Ius Patronatus reædificanti, vel redotãti priuatiuè acquiritur, Viuian.*d.cap.*15.*num.*3.*& prius lib.*2. *cap.*5. atque etiam Ius hoc Patronus amittit quoties Ecclesia ipsa, quo vis titulo legitimo, libertatẽ adsequuta est, Abb.*cons.*106.*lib.*2. *col.pen.*concinnitque Text.*in cap. de Quarta*, ubi Innocẽ.*de Præscript.* quum ergò Hispania Nostra omnino diruta à Mauris fuerit, Imperiumque suũ ipsa sibi denuo construxerit, propriamque libertatem absque Romani Pótificis, vel Imperatoris auxilio adsequuta fuerit, sui Iuris effectũ esse, liberamque ab omni extranea Dominatione permansisse Lippis, & Tonsoribus notum erit ex proximè firmatis principijs.

96 Tùm II. Quia Regulæ, quibus instantia innititur in casu præsenti non procedunt. I. Quia respectu Imperatoris omnino abdicatum fuerat Dominium hoc Donatione remuneratoria ab Imperatoribus Honor. & Arcadio Gothis Populis facta, respectu verò Summi Pontificis, etiã extincta omnino fuit quæ vis ratio Dominij, in qua fundari poterat, nullam enim aliam allegant, quam gratuitam,& Deuotam submissionẽ, qua Catholici Reges Hispanię se, Regnaque sua S. Sedi submisse-

tunt,

runt, ut docet Spõdan. *d. Ann.* 713. *num.* 3. *& seqq.* quumque abolita omnino hæc fuerit Maurorum invasione, nullus post recuperationem titulus ei suffragari poterat ad hoc Dominiũ, vltra quam quod gratis admisso, illæ sum Romanis Põtificibus Ius hoc conseruatum esse, illud amisserunt propter rationes, & fundamenta mox referenda.

97 III. Fundamentum libertatis nostræ à Romanorum Pontificum, & Imperatorum Potestate in temporalibus, est quod in Concilio Florentino sub Victore II. Summo Põtifice, celebrato Anno 1055. plenè auditis Imperatoris, & Regum Hispaniæ Legatis, Iuribusque deductis, declaratum est: Omnia Hispania Regna ab Imperatorum Potestate omnino libera esse, nullamque superioritatis recognitionem præstare Imperatoribus debere, Mariana *de Reb. Hispa. lib. 9. cap. 5.* Atque Maximus ille Carol. V. publica sua sanctione perpetuo valitura declarauit Statuta ab eo tamquam Imperatore, non ligare Hispanos, nisi ab eo tamquam eorum Rege expresse confirmata fuerint, ut patet ex *l. 8. tit. 1. lib. 6. Recopil. Castellæ.* Hincque rejiciendũ esse monemus Henric. Spondan. qui innato Supercilio Gallico in Hispanam Maiestatem, *in Epitome Baronij, tom. 2. Anno Christi 1055. n. 5.* affirmare ausus est, ex Ioann. de Mariana, in Concilio Turonen. à Victore II. declaratum esse Hispaniam Imperatori subiectã esse, quum Mariana contrarium affirmet, & Declarationem Concilio Florentino attribuat, quod eodem anno 1055. celebratum esse attestãtur Baronius, Coriolan. & Gualter. *in Chronolog. ad eumdem Annum.*

98 Romani Põtificis Ius quoad Temporale Dominiũ excluſſum etiam reperitur, ex eo quod referente Ioan. de Marian. *d. lib. 9. cap. 5.* reiectus fuit Gregor. VII. Pontifex Maximus volens tributa sibi ab Hispanis solui, quæ ante Sarracenorum devastationem S. Sedi solui asserebat. Repulsæque Hũc, & Successores acquieuisse subdit, ex qua quidem acquiescentia per tot Annorum curricula Ius hoc amissum esse, etiam si perspicuum alias ostenderetur, notissimum Iurecõsultis est, *ex l. Hæc autem, ff. de Servit. Vrban. Prædior.* Ratio quæ in promtu adsignatur: Quod nimirum Ius hoc in corporale proculdubio est, in Iuribus in corporalibus scientia, & patientia eius contra quem possidetur vim traditionis habet, *l. Pen. ff. de Servit.* Pute. *decis. 281. num. 3. & 4. lib. 2.* Seraphin. *decis. 436. num. 4.* Posth. *de Manut. obser. 40. nu. 12. & decis. 460. nu. 5. post tract.* ubi ex Tuscho subdit eumdem effectũ in incorporalibus Patientiam operari, ac traditionẽ in Iuribus corporalibus, ex hac ergò scientia, & patientia Gregor. VII. & Successorum eius legitimè arguimus nostram libertatem, & exemtionem à subiectione Romani Pontificis in Temporalibus suadent adducta à Salgad. *de Reg. Protect. p. 1. cap. 1. prælud. 3. nu. 139. & seqq.* quem videsis.

99 IV. Denique Fundamentum

tum desumimus ex Immemorabili Possessione, quam huiusmodi Superioritatis independentis à Romanis Pontificibus, & Imperatoribus, attestantur Iacob. de Valdès, Ioann. de Mariana, & alij à principio Sectionis laudati. Hunc namque nedum lègitimũ, sed Iustiorem reputant DD. Menoch. *lib.1.cons.2.num.79. & seqq.* Gil Ken. *de Præscript.3.par.cap.11.* Author *Operis attitulati: Portugal convencida, part. 3. cap. 4. sect. 1. 2. & 3.* Solorçan. *de Iur. Indiar. tom.1. lib.3.cap.3.num.10. 17. 23. & 24.* Maximilian. Fausst. *pro Ærar. cons. 9. orain. 760. num.4.* ibi: *Libertas per tempus immemoriale præscribitur adversus Superioritatem Imperatoris per Reges, Principes, Respublicas, & Civitates liberas illum non recognoscentes in Superiorem, & qui per tantum temporis spatium illum Superiorem non recognoverunt; sic enim concludunt Maiores nostri,* &c.

100 Hanc licèt Communem Maiorum Traditionem appellet nuper adductus Author, plures tamen Refractarios habet, Menchaca *lib.2. Illustr. Controver. cap.51. num.28. & cap.89. num.33.* Molin. *de Iust. & Iur. tom.1. tract.2. disput. 74.* Declamator. Franc. *apud Nicol. Vernulæ, tom.2. Dissert. Polit.4. Orat.1. ad finem*, Arroyus *apud Armacan. in Marte Gallico, lib.1. cap.43.* Iacob. Chasan. *lib.1. de la Recherche des Droutes de la France, cap.1. & seqq.* Caramuel *in Philippo lib.2.q.2.art.3.* & hùc referri posse Decem-Viralem Legem: *Adversus Hostem æterna authoritas esto*, apud Ciceron. *lib. 1. Offic.* docet Illustriss. D. D. Francisc. Ram. del Mançano *in numquam satis laudando Supplici Libello pro Episcopat. Portugall. pag.12. num.39.* à quo, solidiora istius fundamenti cœmenta desumpturos Nos, profitemur, palamque confiteri non erubescimus, nihil enim laudabilius existimamus, quam à tanto Præceptore instrui, & in structos Nos fateri.

101 Horum ratio efficacissima dijudicari poterit: Quod nimirum Suprema Regum Maiestas, Romanorum Legibus de Præscriptionibus, & Vsucapionibus rerum privatarum statuentibus non subjacet, ut ex Text. *in l. Omnes Populi 9. ff. de Iust. & Iure, l. Non dubito 7. & l. Postliminium 19. ff. de Capt. & Postlim. reversi.* docent Gloss. Innocen. & alij *in cap. Grandi, verbo, Iure Regni, de Supplen. Negligen. Prælator. lib.6. cap. Licèt 6. de Voto*, Bald. *in l. Ex hoc Iure 5. num.13. de Iust. & Iure, & in cap. Vnico, num.6. de Feudo Marchiæ*, Oldrald. *cons.69. num.5. & 12. & 231. num.1.* Covar. *in Reg. Peccatum, 2. part. §.9. num.6. vers. Iure autem, ad finem, de Reg. Iur. in 6.* Guillelm. Monferrat. *de Success. Regum. 1. part. num.39. tom.16. tract.* DD. Amad. de Ponte, Zas. Mieres, Peregrin. Castillo, Martha, Molina Theolog. Ioan. Ant. Lanar. Guillelm. Barclaj. Franc. Zypæ. Christopho. Bessold. & alij laudati ab Ill. D. D. Frãc. Ram. *l.c. fol.1. pag.2. & fol.2. pag.1. n.2. & 3.*

102 Admissa tamen ratione hàc, adhùc tamen Fundamentum

noſtrum ſubſiſtere nō dubitamus, licèt enim præſcriptio Supremorum Iurium immemorabili præſcriptione acquiſita non liget Supremos Principes, quatenus à Iure Ciuili introducta reperitur, pluribus tamen alijs rationibus eis ſuffragatur, vel obeſt.

103 I. Nā quum Præſcriptio, & Vſucapio ſit ab omnibus Gentibus admiſſa, & recepta. Iuri Gētium adſcribi debet, *l. An inutilis, §. vlt. ff. de Accept.* iuncto Vlpian. *in Fragm. tit* 19. *§. Vſucapione*, & ad rem expendit poſt Pinell. Valaſc. Ægid. Freitas, & alios contra Mēchacam, Solorçan. *de Iure Indiar. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 14. *& ſeqq.* & alij apud Illiger. *ad Donell. lib.* 3. *cap.* 30.

104 II. Quia publicæ vtilitatis, & tranquilitatis ratio id poſtulare videtur Ne incerta ſemper Dominia exiſtant, ſed præfixum habeant terminum, vltra quem licitè Principes tranſgredi non poſsint, *l.* 1. *de Vſucap. l. vlt. ff. Pro ſuo*, Cicer. *pro Cæcinna* vſucapionem appellans finem ſolicitudinis, ac periculi litium.

105 Principes autem Supremos, tàm Ius Gētium, quàm Pax, & Tranquilitas publica obligant, ut docent Panorm. Bald. Oldrad. Açor. & alij apud Solorç. *d. lib.* 3. *cap.* 3. *nu.* 17. 22. *& ſeqq.* cui addendi ſunt Alberic. Gentil. *lib.* 1. *de Iure belli, cap.* 22. Hug. Grot. *eodem tract. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 1. *& ſeqq.* Beſſol. *tom.* 1. *Polit. Diſſert. de Maieſt. in genere, cap.* 5. *n.* 2. *& de Appell. cap.* 2. *num.* 8. *& de Iuriſdict. Imper. q.* 6. Hèning. Arniſæ. *de Rep. lib.* 3. *cap.* 3. *§.* 7. *ex num.* 29. *&* 40. Armacan. Zypæus, Caſtro, Arbit. inter Martem Francie, & Veridicias Gallic. Selden. Petr. Burg. Ioann. Iſaac, Pontan. & Raphaël Turr. adducti ab Ill. D. D. Franc. Ramos *in dict. Supplici Libello, fol.* 12. *pag.* 2. *nu.* 48. qui *num.* 50. addit inſignem Textum Sacrum Iudic. 11. 25. ibi: *Quarè tanto tempore, nihil ſuper hac repetitione tentaſtis? Igitur non Ego pecco in Te, ſed Tu contra Me male agis indicens mihi bella non Iuſta*, ex quo à ſumptum probant Serar. *ibidem q.* 11. *& ad Ioſuë, lib.* 2. *cap.* 1. *q.* 5. *& p.* 2. *cap.* 6. *q.* 2. ubi ex Epiphan. *lib.* 1. *hæreſi* 66. Auguſtin. *Serm.* 105. *de Tempore, tom.* 10. Caſian. *collat.* 5. *cap.* 24. Obſeruat Iſraëlitas non invaſiſſe terram Chanaam ex antiquo, & peruerſo illo titulo hæreditatis tamquam Poſteros Semi quondam legitimi poſſeſſoris terræ illius, ſed ex recenti Dei promiſsione, & iuſſu.

106 Vtque alios omitamus probationes concludendum eſt Chriſti D. teſtimonio, qui licèt Imperium Romanum à Cæſaribus violenter invaſum eſſe ſciret; quia tamen LX. annorum ſpatio temporis illud poſſederunt, eorum Dominium Iuſtum reputauit, atque in eius proteſtationem tributum ſolui iuſsit, Matthæ. 22. *Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, &c.* Bellarmin. *tom.* 2. *controuerſ. lib.* 3. *cap.* 6. *in fine*, Oldrad. *conſ.* 69. *nu.* 4. Marth. *de Iuriſdict. p.* 1. *cap.* 5. *num.* 4. Covarruv. *in Regul. Peccatum*, 2. *p. §.* 9. *num.* 5. *verſ. Tertio*, Beſſoldus *tom.* 1. *Politic. Diſſert. de Maieſtat. in genere, cap.* 4. *num.* 1.

ad

*ad fin.* Grot. *de Iur. Belli. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 20. Illustr. D. Franc. Ram. ad stupore doctus *in d. Supplici libello. fol.* 14. *pag.* 1. *nu.* 56. *& fol.* 18. *pag.* 1. *nu.* 81. *& pag.* 2. *n.* 89. *& propos.* 4. ubi luculentissimè probat, quod Diuinis Præceptis attentis, efficacissimus regnandi titulus est antiqua possessio, quam Iustinianus quatuor generationum terminis circumclusit *in Nouell.* 159. *Vt restitutiones Fideicommiss. cap.* 2. illic: *Scrupulosa Nobis diligentia plenum visum est, si post quatuor demum generationes, huiusmodi quæstionem produceremus in medium.* Et paucis interiectis: *Tamen, quod quatuor iam generationes præteriisse viderentur, haud substineremus tam absolutam causam, denuo tradi Iudicijs.*

## Sectio III.

## Quos producat effectus Summa Potestas, Altumque Dominium?

107 I. Effectus est, ut omnes Principes quibus illa cõpetit fundatam habeant intentionem suam quoad Supremam hanc Potestatem, Altumque Dominium in omnibus Regnis, & Provincijs, quo vis titulo ab eis possessis, Solorçan. *de Iur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 28. *num.* 21. Casanate *cons.* 43. Valençuela *cons.* 94. *num.* 5. Pareja *de Vniuers. Instrument. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resolut.* 1. *num.* 3. ubi plures congerit de Regibus Nostris specificè loquentes.

108 Eorumque assertio Iuris Communis Regùlis conformis est, ut ex Text. *in Can. In apibus* 7. *quæst.* 1. docent Gloss. *in Can. Adrianus* 63. *distinct.* Gail. *de Pace Public. lib.* 1. *cap.* 6. *nu.* 14. Zephal. *cons.* 369. *num.* 9. *& seqq.* Camil. Borell. *in Summ. decis. tom.* 1. *tit.* 41. *numer.* 127. Castal. *de Imperator. quæst.* 52. *nu.* 4. *& quæst.* 53. *num.* 18. Alvar. Valasc. *de Iur. Emphiteutic. quæst.* 8. *num.* 21. *& seqq.* Gaspar KloK. *de Contribution. cap.* 4. *num.* 241. Merlin. *tom.* 1. *controuers. cap.* 13. *num.* 14. *&* 15. Mastrill. *de Magistratib. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 3. *& 8. & lib.* 3. *cap.* 2. *numer.* 6. & pluribus relatis Solorçan. *de Iur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 28. *num.* 41. *& lib.* 4. *cap.* 13. *num.* 30. Ioann. Baptist. Spada *tom.* 1. *cons.* 4. *num.* 1.

109 Hæc autem assistentia, non solum procedit in communi respectu Prouinciarum, & Regnorum Monarchæ nostro Supremo Subditorum, sed extenditur etiam ad omnia bona, quæ quouis titulo, seu colore ad Regiam Coronam attinere possunt, siue Allodialia, aut Patrimonialia, vel Feudalia sint; ea etenim ad hanc Supremam Potestatem attinere, patet *ex cap.* 1. *de Allodijs.* Hincque prædictę Potestatis ratione in eis fundatam habere intentionem, liquet ex adductis à KloK. *post tractat. de Contribut.*

*cons.*10.*fol.*105.*col.*1.*vers. Secundo præmittendum*, & conducunt ab eo tradita *ibidem cons.* 3. *fol.* 49. *col.*1. *vers. Cum quicquid*, & *vers. Et ita responderent. Et vers. Et in terminis*, ibi: *Cum quicquid intra fines Principatus, Comitatus*, &c. *alicui per Investituram concessum est ratione Superioritatis vniversalis*, & *ordinario Iure competentis, eidem cum Principatu*, &c. *cedat l.* 1. §. 4. *ff. de Offic. Præfect. Vrb. l. Insulæ Italiæ, ff. de Iudic. l. Ædes Sacra, ff. de Contrahend. emption. l. Pupillus. §. Reuitoriam, ff. de verb. significat. ubi communiter DD.* Can. *Omnes Basilicæ* 16. *quæst.* 7. *cap. fin. ubi Gloss. verbo, sit situm, de Offic. Archidiacon.* Hieronym. à Monte *de fin. Reg. cap.* 88. *numer.* 1. Chasan. *in Consuetudin. Burg. Rubric.* 9. §.4 *num.* 3. & *sequentib.* Parisien. *in Consuetud.* §. 88. *Gloss.* 7. *verbo* 2. *num.* 5. Covarrub. *Practic. Q.Q. cap.* 1. *num.* 9. Alvar. Valasc. *de Iur. Emphiteutic. quæst.* 8. *num.* 21. & *sequentib.* Anton. Gabr. *comm. conclus. lib.* 1. *de Præsumpt. conclus.* 9. *num.* 1. 2. & 15. Boër. *decis.* 227. *num.* 8. Gail. *lib.* 2. *obseruat.* 62. *num.* 9. & *de Pignor. obseruat.* 8. *num.* 7. Petra *de Fideicomm. quæst.* 13. *num.* 421. *et seqq.* Ioann. Baptist. Aymus. *Tractat. de Alluvion. Iur. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 10. Menoch. *de Præsumpt. lib.* 3. *Præsumpt.* 100. *num.* 1. Caualcan. *decis.* 1. *num.* 4. *part.* 5. Palac. Rub. *in cap. Per vestras*, §. *Sed est pulchra, num.* 43. *de Donat. inter Vir. & Vxor.* Decian. *cons.* 40. *num.* 18. *vol.* 4. Bertaçol. *cons. Ciuil.* 1. *num.* 6. Chacheran. *cons.* 3. *num.* 5. Flamin. de Rub. *cons.* 34. *num.* 67. *vol.* 2. Peregrin. *cons.* 16. *num.* 4. *lib.* 1. Borel. *cons.* 20. *num.* 34. & *seqq.* Hièron. Schurff. *cons.* 26. *num.* 3. & *seqq.* Vvesembe. *cons.* 71. *nu.* 4. Nicol. Reusner. *cons.* 21. *nu.* 62. *vol.* 1. Laurent. Kirkouius *cons.* 1. *num.* 18. *tom.* 1. *var. German. cons.* Mising. *Resp.* 16. *num.* 34.

110 Horum autem, & aliorum, quæ hinc deduci facilè possunt, ratio est, quia respectu Supræmæ Potestatis, & vniversalis Protectionis Regnum comprehèndit vniuersum Territorium, Gentes Regni, omnesque fines, tàm unitos, quàm dilatatos, Mar. Giurb. *obseruat.* 116. *num.* 2. 24. & *seqq.* & præ omnibus Martin. Mager. *de Aduocat. Armat. cap.* 9. *num.* 675. ubi ait: *Deinde Regulare est, quod Bona, vel Prædia in Ducem, vel Principum Territorijs sita, quoad Iurisdictionem, & Protectionem eius esse præsumantur, cuius est Territorium, cap. Cum Persona, de Priuileg. in* 6. *cap. fin.* §. 1. *de Offic. Archidiacon. cap. Cum Episcopus, de Offic. Ordinar. in* 6. *ubi Gloss. verbo, Habere, & in cap. Cum alien. de Præscription. Natt. cons.* 501. *num.* 31. & *cons.* 528. *num.* 2. & 9. *Ergò Nobiles, vel alij etiam Feuda, vel alia Bona Allodialia in Ducum, vel Principum Territorijs habentes, eorumdem quoque Iurisdictioni, ac Protectioni subiecti censentur, & consequenter ab ipsis protegendi sunt*, &c. Atque *dict. capit.* 9. à *numero.* 660. *ad* 662. inquit: *Sic etiam regulariter sub Territorij Dominio*

*veniunt*

*vèniunt omnia Iura in eo existièntia, & Dominus Territorij fundamentum habet intentionem in omni Superioritatis, & Iurisdictionis Iure, itaut omnia, quæ continentur sub finibus sui Imperij subsint eius Iurisdictioni, & Imperio. Alciat. Respons. 12. num. 11. in principio, lib. 3. Alvar. Valasc. quæst. 8. num. 21. & sequentib. de Iur. Emphitèutic. Ioann. Amic. cons. 25. num. 28. Potèrit eiusmodi Iura Princeps intuitu Superioris, & Vniuersalis Feudi, & Dominij exercere in omnes Subditos, tàm mèdiatos, quàm immediatos, Francisc. de Clappèris decis. Causar. Fiscal. Cènt. causa 15. quæst. 2. num. 77. Ioann. Koëp. q. 48. num. 2. &c.*

111 II. Autem effectus est, ut ob hanc Iuris assistentiam, quotiescumque dubitatum fuèrit, ad cuius Potestatèm locus pertineat, qui nostris limitibus circumvallatus est ad Regem Nostrum attinere, pronunciandum sit ex Iuris præsumptione, KloK. *de Contribution. cap. 20. à num. 298. ad 301.* ibi: *Itaut eius censeatur esse Superioritas loci in medio siti, cuius est Iurisdictio circumiacentium locorum, Cravet. cons. 618. num. 1. PrucKman. cons. 27. num. 4. vel cuius est Iurisdictio magis propinquorum locorum. Hironym. de Monte in Tractat. de Finibus, num. 1. & sequentib. Fab. de Anna. cons. 59. num. 20. & seqq. & c.*

112 Et quamuis Author ipse *num. 312. & aliquot sequent.* limitare velit Regulam, ut non procedat, Alio in possessione Iurisdictionis existentè; attamen *num. 324.* declarat limitationem hanc rejici debere, quando constat de Superioritatis Iure, & quando Possessoris intentio sine causa apparet, allegatque Knichen. *de Iur. Territor. cap. 5. num. 105. & multis sequencib.* Francisc. Marco *decis. 80. num. 4. & 5. part. 1. decis. 542. num. 3. & seqq p. 2.*

113 III. Effectus est, ut Summa ista Potestas, ita Regiæ adhæreat Dignitati, ut eam Nemo ab ipsa diuellere Iure possit, Covarruv. *Practicar. QQ. cap. 4. num. 1.* Surd. *cons. 275. num. 6. & 7.* Mastrill. *de Magistratib. lib. 1. cap. 8. num. 17.* KloK. *de Contribution. cap. 3. num. 6. & 7.* Magèr. *de Advocat. Arm. cap. 16. num. 79.* Petr. Barbos. *in l. Competit 6. C. de Præscriptio. à num. 90.* Thom. del Bene *de Immunitat. tom. 1. cap. 8. dub. 48. sect. 6. num. 6.* Salgad. *de Regia Protection. part. 1. cap. 2. num. 26. 34. & 35.* quorum in promptu est ratio. Quod nimirum Summa hæc Potestas inabdicabilis, atque incommunicabilis est Bald. *in l. Intellecto, de Iur. Iur.* Natt. *cons. 460. toto,* Peregrin. *cons. 1. num. 7. & 8.* KloK. *dict. cap. 3. num. 1. & 2.* Surd. *cons. 210. num. 55.* quia scilicèt Honorem, & Maiestatem Principis respicit, quam à se abdicare non potest, Larrea *decis. Granat. 18. num. 14. & 15. & allegat. Fiscal. 110. num. 25.* Magèr. *de Advocat. Arm. cap. 9. numer. 820.* Rosent. *de Feud. cap. 5. conclus. 11.* Mar. Cutellus *ad Leges Martin. in*

*Concor. cum. Inquiſit. cap. 3. num. 51. fol. 377.* Ioan. Bap. Spada, *tom. 1. conſ. 1. num. 19. & conſ. 3. num. 51.* Licèt enim hæc de ipſius Dignitate ſint; non tamèn de eius marſupio, eamque ideò donare non poſſe latè probant Perègrin. *citato conſ. 1. num. 7.* Mager. *dict. cap. 9. num. 380. & ſeqq.* Ioan Bap. Spada *tom. 1. conſ. 5. nu. 2.* Lud. Theſaur. *in allegat. pro Duce Sabaudiæ p. 1. num. 17. poſt medium apud Ioann. Anton. ab Eccleſ. poſt obſervat. 5. tom. 2.* KloK. *de contribut. cap. 3. à num. 1. ad 17. & à num. 33. ad 40. & cap. 4. num. 328.* Mager. *de Advocat. Arm. cap. 16. à num. 79. ad 84.* ubi propè innumeros refert; ſi autem eam de facto donauerit, donationem eſſe nullam Maſtrill. *dè Magiſtrat. lib. 1. cap. 12. num. 51. & 52.* Larrea *alleg. Fiſcal. 64. nu. 35.* Barb. *Axiom. 36. nu. 4.* latè probant donatio licèt iuramento; firmetur Caſtil. *tom. 7. controu. cap. 41. nu. 16.* Reuerter. *deciſ. 537. in edit. Donat. Ant. de Marin.* luculèntiſsimèque in validitatem iſtius alienationis demonſtrant. Mager. *dict. cap. 16. à num. 86. ad 95.* Petr. Barboſ. *in dict. l. 6. num. 92. & ſeqq. C. de Præſcrip.* Salgad. *de Reg. Protect. 1. p. cap. 2. num. 39. & 40.* Vela *diſſert. 44. num. 45. tom. 2.*

114 IV. Effectus eſt, ut numquam conceſſa, vel donata ſit Supræma hæc Poteſtas, licèt ampliſsimis exubèrantiſsimiſq; clauſulis, dominium, ſeu Iuriſdictio alicui à Principe concèdatur, & licèt adiectum ſit Ciuitatem, vel Prouinciam concèdi cum translatione omnis Imperij, & Poteſtatis & cum omni Iure. Petra *de Iur. quæſit. non toll. cap. 21. num. 36. & cap. 22. nu. 85.* credi enim nèquit Principem fontès ſuos dèriuaſſe foras, nihil ſibi reſeruans Cephal. *conſ. 539. num. 50. lib. 4.* Knichèn. *de Sublim. èt Reg. Territ. Iur. cap. 1. num. 317.* Magèr. *de Aduocat. Armat. cap. 9. num. 816. & ſeqq. uſque ad 830. cap. 16. num. 84.* Pluraque in comprobationèm aggèrunt Sixtin. *de Regal. lib. 1. cap. 5. num. 3.* Giurba *de Succèſ. Feudal. §. 2. Gloſſ. 7. num. 3.* Maſtrill. *de Magiſtrat. lib. 3. cap. 2. nu. 30.* Del Benè *de Immunit. tom. 1. cap. 8. Dub. 48. ſect. 2. à num. 5. ad 9.* Larrea *allegat. Fiſcal. 110. num. 5. tom. 2.* Fulu. Conſtant. *in l. vnic. C. de Pæn. Fiſcal. præferen. num. 95. lib. 10.* Petr. Barboſ. *in le Competit. num. 166. & ſeqq. C. d. præſcrip.* Ramon. *conſ. 24 num. 14.* Ioan. Bap. Spada, *tom. 1. conſ. 1. nu. 16. & ſeqq.* KloK. *de Contribut. cap. 4. num. 329.*

115 Nec obſtat oppoſitum ſenſiſſe quã plures relatos à Mandel. de Alba *conſ. 64. nu. 95. tom. 1.* Menoch. *tom. 1. conſ. 2. num. 69. & ſeqq.* Reſpõdetur enim. I. Ab omnibus communiter eos reprobari. Roſſental. *de Feud. cap. 5. concluſ. 11. in Gloſſ. litt. F.* Vela. *diſſert. 44. num. 43. poſt. med. tom. 2.* II. Et quidem efficacius reſponderi poteſt Doctores iſtos rectè intellectos Nobis opponi non poſſe, illi namque de Iuribus Regalibus loquuntur, quæ confundi non debere cum Suprema Poteſtatè monuimus ſupra, nuncque itèrum comprobamus, ex quo Summa Poteſtas impræſcriptibilis eſt. *cap. Cum*

non

*non liceat dè Præscrip. l. fin. C. Ne Rei Domini, l. 6. C. de oper. Pupil. l. 6.* ubi Petr. Barbos. *num. 87. C. dè Præscrip. 30. vel. 40. annor.* Rossental. *dict. cap. 5. concl. 16. num. 1.* Magèr. *de Aduocat. Arm. cap. 6. num. 34. & cap. 16. num. 57.* Maximil. Faust. *pro Ærar. Class. 5. ordinat. 464. fol. 182. vers. Dènique, & class. 9. ordin. 760. num. 3. & 4.* Zevall. *Comm. opin. to. 1. q. 46.* Covar. *in Reg. Possessor. 2. p. §. 2. num. 2. vers. Ex his* Mastrill. *de Magistrat. lib. 3. cap. 2. num. 23.* Solorçan. *de Iure Indiar. tom. 2. cap. 12. nu. 49.* Castillo, *tom. 7. controv. cap. 26. num. 67.* Natten. *de Iust. Vulner. p. 2. tit. 1. cap. 1. nu. 7.* Borell. *in Summa Decis. tom. 1. tit. 41. num. 188.* Regalia autem præscribi posse probatur ex *cap. Super quibusdam §. Præterea de V. S.* Regnèr. Sixtin. *de Regal. lib. 1. cap. 5.* Capic. Galeota *Resp. Fiscal. 23. conclus. 6. num. 155. & seqq. & conclus. 7. num. 279.*

116 Licèt autem Nonnulli Summæ Potestatis in abdicabilitati refragentur saltèm de communi obseruantia Sixtin. Regner. *dict. cap. 5. à num. 145.* Klok. *de Ærar. lib. 2. cap. 123. num. 50.* eis tamen repugnat præallègatus Textus *in dict. cap. Cum non liceat 12. de Præscript.* cuius littera in suo rigore concepta plenè aduersatur eis: videndus omninò *Olea decis. Iur. & Action. tit. 3. q. 6. num. 26.*

117 V. Effectus est, ut si Principibus eam habentibus Supremam Potestatem, aliqua Regna, Principatus, seu status aggregata fuèrint, licèt à principio in Feudum concedantur, adhuc tamen translatum esse Summæ istius Potestatis exercitium affirmandum vènit; sic Supræma hæc Potestas, & altum competit Imperium Potèntissimis Nostris Regibus in Mediolanensi Ducatu, in alijsque Prouincijs ei adiunctis. Quamuis enim eum à principio in Feudeum ab Imperatore acceperint, Curt. Sen. *cons. 73. num. 28.* Lancellott. Galiaul. *cons. 24. num. 10.* Mar. Cutel *tom. 2. decis. 18. num. 6;* quia tamen rationè Supremæ suæ Dignitatis simul effectus est Vicarius perpetuus Impèrij, nullum Superiorèm recognoscit Bal. *tom. 1. cons. 226. & cons. 328.* Paul. de Castro *cons. 34. vol. 2.* Fulgos. *cons. 8.* Rossental. *de Feud. tom. 1. cap. 5. num. 4. & 5.* aliquos referens *litt. B.* Peregrin. *de Iur. Fisc. tit. de his qui Iura Fiscalia habent num. 76.* Menoch. *cons. 2. num. 105.* ubi Curtium Sen. & Ludouic. Bologn. adducit, & *cons. 504. num. 4.* Borell. *de Præstant. Règ. Cathol. cap. 48. num. 9.* Mastrill. *de Magistr. lib. 3. cap. 3. num. 37.* Amaya *in l. vnic. C. Si liber. Imper. soc. num. 54. lib. 10.* Augustin Barbos. *in cap. Per venerabilem, nu. 28. Qui filij sint legitimi* Ciriac. *tom. 4. controu. 552. nu. 8.* Berton. *cons. 10. num. 10. & 11.* Sacca *tom. 1. cons. 8. num. 39.* Theodor. Reinchling. *de Regim. Eccles. & Secular. lib. 1. class. 5. cap. 6. num. 6.* Mager. *de Aduocat. Arm. cap. 6. num. 24.*

118 Ab effectuque probatur, in Ducatu enim Mediolanènsi, aggregatisque Prouincijs Rex noster plenitudine utitur Potestatis; Leges enim Generales con-

condit, derogat ſtabilitas, onera imponit, legitimationes concedit, abolitiones quoque Criminum, ſeu indulta elargitur, omniaque alia poteſt, quæ ad Supræmam Poteſtatem priuatiuè attinere referendi docent. Dixeratque iam diu Felin. *in cap. Quæ in Eccleſiarum num. 33. de Conſtit.* Sixtin. *de Regal. lib. 1. cap. 5. num. 103.* Imperatorque in eo ſtatu, & Prouincijs, Rex Noſter cẽſetur Menoch. *conſ. 307.* Iura namque Imperij plenè, & abſolutè exercet Menoch. *tom. 1. conſ. 2. num. 105.* Imperatorique nulla reſeruatur cognitio, aut cõcèſsio, ſed in Ducibus omnis Supræma reſidet Poteſtas, ab eiſque, neque ad Imperatorem, neque ad Papam ullus datur recurſus, vel appellatio Cephal. Natta. Dec. Peregrin. & Oſaſch. ſequuti à Barboſ. *in dict. cap. Per Venerabilem num. 35.* cui addo alios referentem Cacheran. *conſ. 9. num. 39. tom. 1.* Bal. *conſ. 359. vol. 3.* Nam quum ob communem utilitatem Dux Mediolanus conſtitutus fuerit, Imperij Vicarius perpetuus, omnem Poteſtatem Supræmam, Altumquè Dominiũ in eius Ducem translatum ab Imperatoribus eſſe docet Bald. *dict. tom. 1. conſ. 327. num. 5.* Natta *Conſ. 640. num. 39.* Theodor. Reincling. *dict. cap. 6. num. 3.* Mager *de Advocat. Arm. cap. 10. num. 587.* omninò videndus Coler. *conſ. 33. num. 28.*

119 Nec obex ſit quod iam ſupra monuimus. Supræmam ſcilicet Poteſtatem competere non poſſe ei, qui aliquo modo altèri Subditus ſit. Vnde argui poterit: Feudatarius nequit Imperatorem non recognoſcere, à quo Feudum accepit, ſed eo ipſo, quod Superioritatem aliquam ſupra ſe habet, Supremus eſſe non poteſt, ergo neque Summam hanc Poteſtatem, Altumque Dominium exercere. Negamus etenim Mediolanenſes Duces Supremos recognoſcere ſupra ſe Superiorem aliquem Tẽporalem; licèt enim à Principio Ducatum ab Imperatoribus receperint; non tamen cõſtituti ſunt Feudatarij; ſed Vicarij perpetui; in quos translata ab eis omninò fuit Summa Poteſtas, quę in Imperatoribus reſidebat, qui nullam ſibi Recognitionem, & Superioritatem reſeruarũt. Quæ quidem translatio, quum ob publicam vtilitatem facta fuerit, valida omnino à principio ſubſiſtit, & tractu temporis corroborata, videatur omninò Mager. *dict. cap. 10. num. 587.* & clarius ex dicendis conſtabit.

120 Vlteriuſque reſpondèri poteſt Regulam illam à principio firmatam, Supremam ſcilicet Poteſtatem, Altumque Dominium non competere recognoſcẽtibus Superiorèm aliquem, intelligendam ſub diſtinctione, quando ſcilicet Feudum Privato alicui conceditur, qui Suprema alias non potiebatur Authoritate, & ſimpliciter abſque ea præficitur; tunc enim quum ſubiectum incapax eius ſit, non præſumitur translata hæc Summa Poteſtas; ſecus tamen quando Feudũ Principi conceditur nullum Superiorem recognoſcenti, tunc enim

abſo-

absoluta, Feudi concessio perpetua, quum cadat in Subiectum capax adquirendi Supremam hanc Potestatem, & Altum Dominium; in Eũ translata præsumitur ex nuper adductis à Maximilian. Faust. Nosque addimus tũc potius Vnionem, quam Feudum appellandam esse: argum. Text. *in l. adeò. §. Præterea, ff. de Acquir. rer. Domin.* Sed Vnio reddit vnita eiusdem essentiæ, & Naturæ, itaut nulla qualitas competere possit vni, quã alteri denègãda sit, ut in specie probat *ex l. vltim. C. de Alluvion.* Menoch. *tom. 1. cons. 26. num. 26.* cui addo *l. 4. tit. 12. p. 1.* & conducunt tradita à Petr. Gregor. *de Benef. cap. 20. n. 2.* Açor. *Instit. Moral. part. 2. lib. 6. cap. 28. q. 2.* Gonçal. *in Reg. 8. Chancell. Gloss. 5. §. 7. nu. 26.* Garcia *de Benef. p. 12. cap. 2. ex n. 7.* Thom. Sanch. *in Præcepta Decalog. lib. 7. cap. 29. à num. 145.* Barbos. *de Offi. & Potest. Episcop. p. 3. alleg. 66. à n. 3.* Castro Palao *in Oper. Moral. tom. 2. tract. 13. disp. 6. punct. 12. §. 1. toto.*

121 Quod præcipuè intelligẽdum est quoad Superioritatèm, & Altum Dominium procedere, licèt enim quoad priuilegia, & exẽptiones pèculiariaque Iura, si Vnio æquè principaliter fiat propriam conseruat quælibèt res Naturam, quia separari possunt, & vna quæque potèrit propria separatim retinère, actuque, ideò omnia conseruat, Gloss. *in cap. & temporis 16. q. 1. & in cap. 1. Ne Sede vacante,* Rebuff. *de Vnion. nu. 15.* Gonçal. *d. §. 7. nu. 112.* Garcia *d. cap. 2. num. 73.* Barbos, *d. alleg. 66. num. 50.* Castro Palao *d. §. 1. num. 4.* respectu tamen superioritatis locum haberè non potest ea etènim insolidum penes duos diuersos Dominos residere nequit, plura nãque damna, & incommoda exinde sequerentur, ut latè probant DD. *in l. 4. §. Cato, ff. de verb. oblig.* Abbas *in cap. Prudent. de Offic. Deleg. nu. 2.* Felin. *in cap. Cum ex Officio, num. 2. de Rescript.* Cravet. *cons. 411. nu. 1. & 6.* Menoch. plures allegans *cons. 1156. nu. 50. vol. 12.* Martha *de Iurisdict. 1. p. cap. 18. num. 1.*

122 Eodemque modo ratiocinandum est de Regno Siculo, & Neäpolitano, quæ licèt in Feudũ à Sancta Sede Apostolica à principio Regès acceperint, quum tamẽ in perpetuum donata sint, Superioritatem absolutam, Supremamq; Potestatem accepisse perspicuũ èst ex nuper adductis. Quibus addimus subesse Pontifici nullam inferioritatis notam Principibus inurere Christianis, imò magnam eis prærogatiuam conferre, ut supra diximus, èt specifice de hac quæstione differens, docet Solorçan. *de Iur. Indiar. tom. 1. lib. 3. cap. 1. à num. 71. ad 75.*

123 Corroboratur singularis hic discursus à Nobis èformatus, ex quo Potèntissimi Reges nostri Vicarij perpetui Imperatoris, vel Pontificis in Temporalibus creäti sunt, ut omnes præallegati DD. asserunt, & constat, ex quo primo Duci, Sibi Successoribusque suis cõcèssum esse Vicariatum ostendunt, hoc autem perpetuitatem arguit, Soccin. Iun. *cons. 76. nu. 21. vol. 4.* Iacob. de Sanct. Georg. *de*

*Feud.*

*Feud. verbo, Vicarius perpetuus*, Mastrill. *de Magistr. lib. 1. cap. 6. n. 1.* proprioque, & peculiari iure omnia acquirit Imperialia Iura, nulla alia admissa differentia, quam resultans ex minoris circuli ambitu, sicut scapha differt à naui, Bal. *in Rubric. quæ sint Regal.* Montan. *de Regal. in Prælud. numer. 33.*

142 Alia quam plurima, quæ hùc conducere poterant ad pleniorem huius Dominij intelligẽtiam, & præcipuè quot, & quales fuerint Investituræ ab Imperatoribus concessæ, & an revocabiles illæ sint, vel commisso obnoxiæ. Hæc inquam, & alia libẽter omittimus, ne ultra institutum excurrisse videremur, passim obuia sunt inter Feudistas, quos adire facile cuiquè erit.

## Sectio IV.

### Vndè Summa hæc Potestas Principibus Supremis competens provenerit?

143 NON agimus in præsenti de origine Mèdiatæ cõcessionis absolutæ Potestatis, quæstio nãque ista propriorẽ habet Sedem, dumque èam disquirimus vidèri potèrit, Suar. *de Legib. lib. 3. cap. 3. toto, præcipuè à num. 6.* Salçed *de Leg. Politica, lib. 1. cap 6. num. 1.* Solum ergò inquirimus de immediata istius Potestatis origine, seu concessione. Pro qua sit.

144 Vnica conclusio: *Suprèma, & absoluta Potestas à principio resedit in Populis, ab eisque translata est in Suprèmos Principes, qui eã partialiter Magistratibus communicarunt*, Quam sic generaliter concipit Bal. *in l. Eam quam, num. 30. de fideicommiss.* Borel. *de Præstan. Reg. Cathol. cap. 21. n. 23. & de Magistr. edit. lib. 1. cap. 1. nu. 37. & plur. seqq. & in Summa decis. tom. 1. tit. 41. num. 33.* ex Text. *in l. 1. C. de Veter. Iur. Enuclean. l. fin. C. de Leg. l. 1. post princ. C. de Offic. Præfect. Præto.* eam tamen per partes singillatim èxponi debere arbitramur.

145 1. Quę docens Summam hãc Potestatem a principio in Populis resedisse probant Text. *in l. 2. in fin. & ibi Gloss. verbo, ac si per Populum Iure antiquo, C. de Adopt. l. Barbarius Philippus, in fin. ff. de Offic. Prætor. §. Sed, & quod Principi. Instit. de Iur. Nat. Gent. & Ciuil.* Calixt. Ramir. *de Lège Reg. §. 23. num. 3. litter. K.*

146 Rationèque intrinsecà probatur. Multis retro Sæculis antequam Reges crèarentur Homines inter se Ciuilem Societatẽ constituerunt, Corpusque Reip. effor marunt, ad cuius rectam gubernationem, & defensionem Suprema hac indiguerunt Potestate, ut ex Soto, Innocen. & Covar. docet Morla *in Empor. Iur. p. 1. tit. 2. in præmiss. nu. 3.* & Nos latius infra dicemus.

147 II. Autem pars stabiliens à Populis in Principes translatam esse Potestatem facile probamus, *ex d. §. Sed, & quod Principi. Instit. de Jur. Nat. Gēt. & Ciuil. l. 1. ff. de Cōsti. Princip. l. 1. ff. de Offi. Præfect. Prætor. l. 1. §. Sed hoc studium C. de Vetèr. Iur. Enucl. l. 2. §. Ex actis, ff. de Orig. Iur.* & latè probāt Bald. Cagnol. Mar. Salomō, Orosius, Goucan. Coras. Contius, & Duaren. relati à Morl. *d. tit. 2. in præmiss. num. 3. in fine*, quibus addo Delbene *de Immun. tom. 1. cap. 1. dub. 15. sect 7. num. 1. vers. Respondetur*, ubi propè innumeros adducit Calixt. Ramir. *d. §. 23. nu. 3. & num.* 14. Borell. *d. tit. 41. n. 35.* & Milleni libenter omissi.

148 Hanc autem Potestatē omninò transtulit in Principem Populus, nulla sibi parte, seu Vmbra reseruata, vndè existimantes Populum non priuatiuè, sed cumulatiuè Potestatem suā in Principem contuliſſe prorsus rejiciēdi sunt; licèt enim non negemus duas pro hac opinione militare Regùlas.

149 I. Iurisdictionem numquam privatiuè, & omnimode cōcessam præsumi debere, sed tantū accumulatiuè Bar. *in l. 1. C. de Offic. Præfect. Vrb.* Bald. *in l. Vnic. §. Vt autem, num. 6. C. de Caduc. toll.* Paul. de Castr. *in l. Testamenta, sub nu. 6. C. de Testam.* Ias. *in l. Quod in rerum, §. Si quis, post n. 8. ff. de leg. 1.* Felin. *in cap. Pastoralis, post num. 2. vers. Regulariter videtur, de Offic. Ordin.* Anchar. *cons. 164. sub num. 5. vers. Nec ex èo quod Populus.* Roman. *cons. 393. n. 1. cum seqq.* Deci. *cons. 3. num. 3.* Ruin. *cons. 7. num. 5. lib. 4.* Gonç. *in Reg. 8. Chācell. §. 2. Proœm. n. 20.* Azeued. *in l. 1. tit. 13. ex n. 10. lib. 3. & in l. 10. à nu. 15. tit. 3. lib 8. Recop.* Menoch. *lib. 2. Præsumpt. 18.* Decian. *in tract. Crimi. tom. 1. lib. 4. cap. 15.* Avendañ. *in cap. Prætor. nu. 29. vers. Hæc Iurisdictio*, Cabed. *decis. 9. 10. & seqq. par. 2.* Cancer. *p. 2. var. resol. cap 2. num. 204. & 220.* Carleu. *de Iud. lib. 1. tit. 1. q. 8. sect. 4. disp. 2. nu. 1205.* Rea *alleg. 70.* Ramon. *cons. 24. & 25.* Galeot. *resp. 12. tota.*

150 II. Autem Regùla est: Iura Maiestatis ita dividi posse, ut non omnia in Vnum, quem Principem Populus constituerit, transferatur, sed quædam apud Optimates, aut Populum remaneant, atque ita Tempèratum, ac Mistū fiat Imperium, ut contra Bodinū latè probat Hèning. Arnisæus *de Doctrina Ciuili, cap. 8. pag. 213. vers. Restat igitur.*

151 Ast nullam èx his Regulis adaptabilem huic rèsolutioni respondemus. I. namque duas patitur præcipuas limitationes. I. ut non procèdat, quoties Iurisdictio concessa est fauorè Personæ, in quam exercenda est, cuiusque non interest plurès habere, qui eam exerceant, ut ex Bal. Angel. Fèlin. Aretin. Corn. Afflict. Aymòn, Rimin. Iun. & Menoch. sæpius firmauit Rota, & præcipuè apud Farinac. *decis. 30. num. 3 & 4. p. 2. Canonic. & Ciuil.* Gregor. XV. *decis. 4. num. 15.* Ast Populus ob sui fauorem, & Protectionem omnē Potestatem transtulit in Principem, atque sua interest, ut ille solus, & nō Plures illam exerceant,

ut

ut infra latè oſtendemus, ergò eſt limitatur. II. Prima illa Regùla, ut non intelligatur de Poteſtate, quę in Principem transfertur, ſed de ea, quam Princeps alijs concedit. In primo namque caſu abſoluta, & Suprema ſemper debet eſſe, in ſecundo autem limitata tantum, ratione namque ſubiectorum extenſionem, ſeu reſtitutionem Poteſtas communicata recipit, ut ſupra latè oſtenſum manet.

152 II. Autem Regulam adaptabilem non eſſe patet ex quo eadem Maieſtatis Iura, & retineri, & transferri nequeunt, ut optimè inquit Arnold. Vinn. *in dict. §. Sed quod Principi, num.* 1. nullam aliam rationem adſtruens, quam tamen reperimus apud Beſſold. *in Synopſi Polit. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 29. *& ſeqq.* Vbi docet, quod Summa Poteſtas infirmam, & vniuerſalem requirit obedictiam, ſeu ſubiectionem, quam perſpicuum eſt non habiturum eſſe Populum, ſi aliqua ſibi reſeruaſſet Iura, aut ſi Populi nutui aliquo modo adſtricta remanſiſſet Regum Maieſtas, ut probat latè Beſſold. *loc. cit. ex l. fin. §.* 1. *C. de Legib. Nouell.* 15. *cap.* 2. & pluribus alijs apud ipſum videndis.

153 III. Dènique concluſionis pars ſtatuèns communicatam eis eſſe à Principe omnem, quam exercent Magiſtratus Potèſtatèm docent omnes ſupra relati. Noſque breuiter probamus. Vniuerſalis Poteſtas in Populo à principio reſidebat; hic autem omnem eam in Principem tranſtulit, qui ex hinc origo, & fons omnis Iuriſdictionis effectus eſt, *cap. Ad hæc*, ubi Bald. *de Pace Iuram. firman. & in cap.* 1. *n.* 11. *de Allodijs*, Covar. *in pract. cap.* 1. *num.* 9. Maſtrill. *de Magiſtr. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 5. Iacob. Cancer. *var. reſol. p.* 2. *cap.* 7. *nu.* 327. Parlador. *lib.* 2. *Rer. Quotid. cap.* 1. *num.* 7. Scip. Gentil. *de Iuriſd. lib.* 1. *cap.* 18. Salgad. *de Reg. Protect.* 1. *p. cap.* 1. *Prælud.* 3. *nu.* 114. Oſvv. *ad Donnel. lib.* 17. *Comment. cap.* 7. *liter. O.* Ergò quæcumque Iuriſdictio Magiſtratibus, vel alijs Officialibus concèſſa reperiantur à Principe emanata cenſenda eſt.

## Sectio V.

### Quibus competant alij Meri Imperij Gradus, & Species?

154 DVpliciter examinari poterit propoſita difficultas. I. Attento communi antiquo Romanorum Iure, in cuius expoſitione diu immorari poteram. II. Novum tantumodo Ius recolentes. Vt autèm diſcuſſa omninò abſquè Legentis tædio remaneat dubium hoc leuiter Iure antiquo perluſtrato, Nouum adducemus.

155 Olim ergo Magnum Im-

Imperium, & quod sub inferioribus continetur gradibus competit. I. Dictatoribus *l. 2. §. Populo aucto, ff. de Orig. Iur.* II. Apud Consules, & Proconsules erat, *l. Solet, & l. Si quid, ff. de Offic. Proconsul. et l. 1. ff. de Term. mot.* III. In erat Præfecto Augustali, *l. 1. ff. de Offi. Præfect. August. l. 2. C. Eodem.* IV. Concessum fuit Prætoribus, *l. 2. §. Deinde Cornelius Sylla, ff. de Orig. Iur. l. 1. in princ. vers. Et si à Familia, ff. de Offic. Eius cui, l. Liberorum, ff. de Accusat.* Plutarch. *in Vita Cicer.* V. Præfecto Vrbis Merum competebat Imperium, *l. 1. ff. de Offic. Præfect. Vrb. l. 2. ff. de In Ius voc. l. 1. §. Generaliter, ff. de Pœn. l. Num salutem, §. Cognoscit, ff. de Offic. Præfect. Vigil. l. vlt. C. Eodem.* VI. Præsulibus Provinciarum, etiam competijsse hoc Merum Imperium constat *ex l. Illicitas, §. Sicuti, & §. Qui universas, ff. de Offic. Præsid. l. Si quis forte, ff. de Pœn.* et probatur ex Dione *lib. 53. Histor.* referente Præsidibus datam esse ab Augusto Gladij Potestatem.

156 Et licèt obstare videatur *l. 1 §. à Præfecto, ff. de Legat. 3. l. Si quis Filio, §. Eius qui deportatur, ff. de iniust. rupt. & irrit. testam. l. 2. ff. de Pœn.* ex quibus apparèt: Præsidem deportarè non posse, ergò Merum Imperium non habet, cui enim infimi istius Imperij gradus prohibentur. Maiores ei concèdi non posse perspicuum est.

157 Non tamèn æstimari instantiam posse respondemus; nam iuxta Bart. *in l. Relegatorum, ff. de Interdict. & Releg.* Alciat. *in l. Imperium, num. 133. ff. de Iurisdict.* Corras. *in dict. l. Illicitas. §. Qui universas, in fine, ff. de Offic Præsid.* Iura intelligenda sunt loqui de Præsidibus, qui Insulas in sua Prouincia non habebant, in quas deportare Rèos possent, qui enim eas habebant, deportasse, constat *ex l. inter §. 1. & §. Præsides, l. Relegatorum, §. 1. ff. de Interdict. & Releg.*

158 Hodie autem Merum Imperium principaliter competit Principibus Supremis, à quibus in omnes alios, qui illud habent dèriuatur, ut abundè probatum manet. Atque etiam Ciuitatibus liberis, ut etiam diximus supra, nuncque addimus Gloss. *in l. vlt. verbo, Vna Prouincia*, & ibi Bart. & Angèl. *C. de Præscript. long. temp.* Dec. *in l. Imperium, num. 34. ff. de Iurisdict.* & omnibus eis competet quibus ipsæ illud communicauèrint.

159 Competit ergò primò omnibus Magistratibus, qui Prouincijs præsunt, sicut olim Prouinciarum Præsidibus, Bart. *in l. 1. num. 3. C. de Metrop. Beryto, lib. 11.* Angel. *in l. vltim. C. de long. temp. Præscript.*

160 II. Competit hoc Imperium Magistratibus Ciuitatum, quæ ex Priuilegio, concessione Principum, aut legitima præscriptione, illud acquisierunt, ut Roma, Bart. *in l. Imperium, num. 7. ff. de Iurisdict.* probans *ex l. 1. §. Cum Vrbem, ff. de Offic. Præfect. Vrb.* atque èx *l. Roma, ff. ad Municipal.* Aliæque Ciuitates expressè *in tit. de Pace Constantiæ, §. Nomina*, ubi Merum Imperium eis concessum esse docet Bart. *dict. nu. 7.*

*& in l.1. num.3. ff. de damn. infect.* & quamvis refragètur Bal. *in cap. 1. de Natur. feud.* ubi probare intendit Imperatorem solum confirmasse Imperium, quod ipsæ Ciuitates habere retulere; Relationi autem huic Fides adhibenda non est, nisi de relato constet. *Auth. Si quis in aliquo, C. de Eden. l. Asse toto, ff. de Hæred. Instit.* Surd. *cons.5. num.57.* Mar. Anton. *var. resol.38. num.5. & resol.64. num.7. & lib.2. resol.8. num.12.*

161 Hæc tamen Obiectio non obstat; respõdetur enim verba relatiua à Principe confirmare valente prolata, dispositivè semper interpretanda esse, non autèm relatiuè Bar. *in l. Admonendi, nu.7. ff. de Iur. Iur.* & declarat Dec. *in d. Authent. Si quis in aliquo, col. vltim. num.40.* imò, & in quolibèt primati Hominis instrumento, quoties plena compræhenditur memoria rei cuius fit relatio, non tàm conditionaliter, seu relatiuè, quàm affirmatiuè, vel positiuè adhibita censetur, ut probatur ex Text. *in cap. Abbate, de verb. signifi. l. Si Donatio, C. de Donat.* & utrobique DD. Roder. Suar. *in l. post rem iudicatam, q.1. nu.5. & plures,* sequuti à Parlador *lib.2. rer. quotid. cap. fin.1. p. §.12. limit.3. tot.* Fontan. *de Pact. Nuptial. tom.2. claus.14. num.22. & 23.* Gutierr. *cons.23. num.7. & cons.25. num.1.* Giurb. *decis.10. nu. 13. & 15.*

162 III. Dè Municipijs, & Castris, Vicisque dubitari potest: An illis competat Imperium? Negatque Bart. *in d. l. Imperium, num.7.* vbi Decius *num. 34. ff. de Iurisd.* Abb. *in cap. quod Sedem, num. 7. de Offic. Ordin.* Calcan. *cons. 26. num.7.* Probatquè hoc irrefragabili dilemmate: vel subsunt Ciuitati, & tùnc habere non posse Imperium hoc probatur *ex l. Qui ex Vico, ff. ad Municip. l. Nulli, C. de Episcop. & Cleric. l.3. C. de Natur. liberor.* imò nec Supremus Princèps poterit quicquam statuère in Castris istis inconsulta Ciuitatè, cui subsunt, neque sine eius consensu ea à Ciuitate eximere, aut separare, Alexan. *cons.1. lib.5.* Ruin. *cons.39. num.17. lib.1.* Si verò Ciuitati non subsint, eam tantum Potestatem habèbunt, quam olim exercebant Defensores Ciuitatum, ut probatur *ex tit. C. de Magistr. Municip.* Dicendum tamen est, quod licèt vera omninò sit nuper tradita doctrina adhùc tamẽ Merum hoc Imperium Municipia, Castra, & Vici habere poterunt; si præscriptione, consuetudine, aut concèssione illud acquisierunt Bar. *in l. 1. in fine, ff. de damn. infect. & cons. 189. lib. 1.* Dec. *cons.197. num.3.* asserèns his Castris Merum Imperium, & Regalia, præscriptione haberè posse; concinitque Text. *in l. Vires,* vbi Bar. *C. de diuers. Offic.*

163 IV. Huiusmodi Imperium habent Rectores vniuersitatum Auth. *Habita, C. Ne filius pro Patrè,* Bar. *in d. l. Imperium, n.9. ff. de Iurisdict.* ubi subdit abolitam omninò esse consuetudinem, qua Doctores etiãMerũ hoc habebant Imperiũ Scip. Gent. *de Iurisd. lib.3. ex Auth. habita, C. Ne Filius pro Patre,* & Accurs. *ibid.* licèt refragetur

Hè-

Hèning. Arnisæ, *de Doctrin. Ciuil. cap.*18.*pag. mihi* 572. *vers. Sed de Mero Imperio* falsò tamen innixus fundamento, & ideò non attendendus.

164 V. Episcopi in prò pria Diocœsi. Bal. *in l. sine*, C. *de Dilat.* Guillelm. de Perno *cons.* 5. *in fine*, Peregrin. *de Iur. Fisci, lib.* 1. *tit. de His, qui Iura Fiscalia habent, num.* 100. *in fine*, & Nos luculentius trademus.

165 VI. Abbatibus, quasi Episcopalem Iurisdictionem cum Territorio habentibus hoc competit Imperiũ, si omnino exempt sint. Conc. Trid. *Sess.*23. *de Reform. cap.*10. Flores de Mena *var. resolut. lib.*3. *quæst.* 24. Donat. Anton. dè Marin. *lib.*1. *Quotid. resolut. cap.*1. Mich. Reynoso *observ.* 54. *num.*18. *& seqq.*

## Sectio VI.

### An Merum Imperiũ Magistratibus competens propriũ eorum sit: An verò vsus, & exercitium tantum?

166 VSVM tãtum, seu èxercitium, nullamquè proprietatẽ, seu Dominiũ habere Magistratus, docent Alciat. *in l. Imperiũ, n.*80. *& seqq. ff. de Iurisdict. & lib.*2. *Paradox. cap.*6. Purpurat. *in l.* 1. *num.* 424. *ff. de Offic. Eius cui.* Petr. Loriot. *de Iurisdict. & Imper. axiom.* 12. Parisiens. *in proprias consuetud. tit.* 1. *§.*1. *glos.* 5. *num.* 58. *& seqq.*

167 Receptior tamen, communiorque opinio fert Merum Imperium Magistratibus competèns, èorum proprium èsse Aço. *in Summa, C. de Iurisdict. omn. Iudic.* ubi conquèritur de equo amisso Dissertatione cum Lothario super hac quæstionè Henrico Imperatorè Iudice. Açon. sequuntur Bèllon. *lib.*1. *Supputat. cap.*1. Coras. *in l. Imperium, num.* 11. ubi Bologn. *num.* 35. *ff. de Iurisdict.* Veramquè fatètur sententiam istam, quamuis eam nõ sequatur Alciat. *in d. l. Impèrium, nu.*89. *ff. de Iurisd. & d. lib.*4. *Paradox. cap.*6. Horumque sententia multis probatur.

168 I. Que ex Text. *in l.*1. *in princip. ff. de Offic. Eius, cui mandat. èst Iurisdict.* ubi iusta interuenientè causa Magistratus, quibus Mèrum hoc Imperium cõcessum est, alijs mãdare illud posse statuitur, sed nemò in alium transfert, quod in se non habet *l. Traditio, ff. de Acquir. vèr. Domin.* Neque obstat solutio Alciat. *in d. l. Imperium, nu.* 90. Papinianum de vsu, & exercitio Meri Imperij loquutum esse, non autem de proprietate; comprobans *èx l.*1. *ff. de Offic. Procons. l.*1. ibi: *Potestatem exercere, & l. ultim. ff. de priuat. Delict. l.*5. *C. de Offic. Rect. Prouinc.* Respondetur enim dupliciter considerari posse in Magistratu Merum Imperiũ. In Potentià scilicèt, & in Actu, quatenus scilicèt per se, vèl per alios illud exercère potest: argum. text.

*in l. Prætor ait, §. 1. de Edendo.* Dominium namque, & proprietas Meri Imperij, atque èius exercitium incompatibilia nõ sunt. Bellon. *lib. 1. Supputat. cap. 1.* Perpendèndaque sunt Papiniani verba, & præcipuè Pronomèn *suam*, quo utitur significans Dominium, & proprietatem, *l. Cum suæ, & l. seq.* vbi Bart. *ff. de legat. 3. & in l. Qui suus, ff. de Manumiss.*

169 II. Autèm probatur *ex l. Illicitas, §. Qui universas, de Offi. Præsid.* ibi: *Ius Gladij habent, ëtc.* Vèrbum namque *Habent*, proprietatem, & Dominium significat, *l. Habere, ff. de verbor. signific.* non autem vsum, & exèrcitium, quod est quid facti, *l. Si quid, ff. de Offic. Proconss. & l. 1. in princip. vers. Et si à familia, ff. de Offic. Eius cui, l. 2. ff. de in Ius voc.* Habent ergò Magistratus isti Dominium, & proprietatèm Mèri Imperij, non autem nudum vsum, ut voluit Alciat. *in d. l. Imperium, nu. 93. èt lib. 2. Paradox. cap. 6. ex l. Stipulatio ista, ff. de verbor. obligat.* quem tamen attendendum non esse patet ex quo Iureconsultorũ verba in eorum rigorosa significationè accipienda esse, quoties nullum exinde oritur inconueniens, probatur *ex l. Non aliter, ff. de leg. 3. l. Qui liberis, §. Hæc verba, ff. de vulgar. & pupillar. substit.* Menoch. *de Arbitr. lib. 4. præsumpt. 178. num. 3. & 5.* Fontanel. *de Pact. Nuptial. tom. 1. clausul. 4. gloss. 14. num. 70.* èt in potiori significatione, *l. 1. §. Qui in perpetuum, ff. Si Ager. Vect. vel emph.* Verbum ergò *habere* pro Iure proprio, & Dominio accipiendum est.

170 III. Probatur *ex l. vnic. ff. de Offic. Præfect. Augustal. l. Solet, in princip. ff. de Offic. Proconss. & leg. l. Nemo potest, ff. de Orig. Iur. l. 1. §. Qui mandatam, ff. de Offic. Eius cui*, in quibus de Imperio loquitur, & dattum Magistratibus dicitur. Verbum autem *Dare* Dominij translationèm, & proprietatem, præsefert, *l. Vbi autem, l. vltim. ff. de verbor. obligat. §. sic itaque. Instit. de Action.* Nec attendendus est Alciat. impropriare volens verbi propriorem significationẽ, ut Dominium excludat, facilè namque ex proximè dictis eius instantia eliditur.

171 IV. Denique probatur ex *l. 1. & l. vltim. ff. de Offic. Proconss. & Leg.* in quibus deciditur Proconsulem Romam ingressum Imperium deponerè, Prouinciaquè ègressum insignia retinere consularia, atque ita Imperium; non tamen illud exercere. Ergò in Proconsule non erat solus vsus, & exèrcitium, sed èiam Dominium, & Proprietas Dignitati adnèxa, aliàs namquè nihil retineret Prouincià egressus. Corroboraturque *ex l. Lege, ff. de Offic. Præsid.* vbi abdicato Impèrio, adhuc Præses illud retinet, donec illud in manibus Principis renunciauèrit, Ast si solũ haberet vsum, sola abdicatione eo priuaretur: argument. *l. Si vsusfructus, ff de Iur. Dot. & l. Si quis, §. Differentia, ff de Acquir. possess.*

172 Aliqua, in hanc sententiam,

tiam, obijcienda à præallegatis DD. contrariæ opinionis Aſſeclis, facillimè dilui poterunt vndè brevitatis gratia cõſultò omittimus.

## §. V.

## Quænam Pœnę ad Merum Imperium ſpecialiter attineant?

173 LIcèt §.3. indicauerim pœnas ad Mèrũ Imperium præcipuè pertinentes; quia tamen leui eas manu perluſtrarè potuimus, aliqualiter diffuſius earum notitiam hic exhibère decreuimus.

174 I. Ergò Mèmbri abſciſſionem eſſe Meri Impèrij affirmarunt Accurſ. *in l. Impèrium, gloſ. 3. ff. de Iuriſd. omn. Iudic.* ubi Bart. *num.* 8. *vèrſ. Eſt Impèrium*, & Iaſ. *num.* 24. Dec. *num.* 42. Purpurat. *num.* 221. Gaſp. Valaſc. *num.* 157. Ludouic. Peguer. *deciſ. Crimin.* 10. *num.* 3. *&* 4. Fontanell. *de Pact. Nuptial. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſſ.* 14. *num.* 74. vbi aliquos adducit ſententiam ſuam multipliciter probantes.

175 Et præcipuè ex quo Mèrum Impèrium eſt *Glady Poteſtas ad animaduertendum in facinoroſos Homines, d. l. Imperium*, cum alijs ſupra adductis, ſed membri abſciſsio propriè èſt animaduerſio in facinoroſos, ut patèt; morti enim equiparari conſtat, §. *Ad hac, Authent. dè Coll.* ubi Bart. Fedèr. Scot. *tom.* 1. *lib.* 6. *reſp.* 4. *nu.* 4. Fontanel. *d. gloſſ.* 14. *num.* 75. ubi alios de hac pœna diſſerentes adducit apud eum videndos. Ergò Membri abſciſsio ad Merum pertinet Impèrium. Conſeq probatur *ex l.* 2. *C. de Offic. eius, qui Vic. alièr. gèr.* ubi Accurſ. docet in illa cõſtitutione permiſſam eſſe Rectori Prouinciæ omnem Iuriſdictionèm præter vltimum ſuplicium, & membri abſciſsionem, individualiuſque probatur ex Authen. *de Collat.* §. *Ad hæc Novell.* 128.

176 II. Autèm probant: Animaduerſio de quauis pœna corporis afflictiua interprætatur, ut *d.* §. 3. latè probaui, ſed mèbri abſciſsio èſt corporis afflictiua, ergò ad Merum pertinet Imperium.

177 Maior autem difficultas eſt inquitèndo: An Abſciſsionis mèbri pœna capitalis ſit, nec ne? Negant ſiquidem Bart. *in l.* 2. *n.* 12. *ff. de Publ. Iud.* Innoc. Bal. & Aret. ſequuti à Dec. *in l. Imperium. nu.* 42. *ff. de Iuriſd.* ubi Curt. Iun. *num.* 84. Gaſp. Valaſc. *n.* 158. Alciat. *n.* 126. *in fin. & in l. licèt la* 2. *n.* 3. *ff. de verbor. ſignifi. & in l. Tranſigere, nu.* 15. *C. de Tranſact.* Affirmant ſequuti à Bart. *in l.* 2. *nu.* 12. *ff. de verb. ſignifi.* Caſtren. & Alex. *in d. l. Tranſigere, C. de Tranſact.* vbi etiam Curt. Iun. *num.* 23.

178 Antequam tamèn noſtrã depromamus ſententiã; tres pœnarum gradus diſtinguendos eſſe monemus. I. Maximas continet

pœnas, capitalès propriè dictas vltimum supplicium inferentes, *l. Si quis forte, §. vltim. l. Aut damnum, §. 1. l. Capitaliū, & l. qui, ff. de Pœn.* Huicque accensenda est ad gladium damnatio, *l. Eius qui, §. vlti. ff. de Testam. l. Si quis filio, §. Irritum, ff. de iniust. rup. & irrit. testam.* Atq; damnatio ad Bèstias, Alciat. *Parergon. lib. 2. cap. 28. & lib. 9. cap. vlti.* Tiraq. *de Pœn. leg. tempèr. cauſ. 50.* Covar. *lib. 2. var. cap. 9. num. 6.* Ad hunc ergò pœnæ gradum Abscisionis membri pœnam non pertinere perspicuum est iuxta Paul. *in l. 2. ff. de Public. Iudic.* ibi: *Ex quibus pœna mortis, &c.* & in hoc sensu procedit sententia negantiū mèbri abscisionèm pœnam esse capitalem.

179 II. Autem pœnę gradus est de pœnis morti proximis, quales sunt seruitus, deportatio in Insulam, & in metallum damnatio. Hæc tamen pœna propriè capitalis non est; non enim damnatus capite plectitur; hoc est morti naturali non traditur, sed ciuiliter meri dicitur, *l. 2. ff. de Public. Iud.* ibi: *Aut exilium, hoc est aquæ, & ignis interdictio, &c.* Pèr has enim pœnas caput ciuis eximitur de Ciuitate, *l. 2. ff. de Pœn. l. licèt la 2. ff. de verbor. signif.* Et neque huic pœnæ gradui adscribi posse Membri abscisionis pœnam liquet. Et veram esse opinionem Negantium eam esse capitalem, in hoc sensu acceptam, & consideratam censemus.

180 III. Denique pœnæ gradus earum est, quæ licèt mortèm non inferant naturalem, nec Ciuilem, obsuitam grauitatem, capitales appellari solent, qualis est coercitio aliqua. Relegatio ad tèpus, fustium castigatio, vel nota infamiæ, *l. Aut damnum, l. Veluti, l. Relegati, & l. Capitalium, §. 1. ff. de Pœn. l. Licèt la 2. ff. de verb. signif.*

181 Ad hùnc pœnæ gradum referèdam esse mèmbri abscisionem cènsemus, & sic impropriè capitalem esse affirmandum venit; licèt enim ob sui grauitatem hoc mereatur nomen, propriè tamen capitalis appellari nó potest. Qua quidem diuisione retenta intelligendum esse monemus, I.C. Paul. *in dict. l. Licet la 2. ff. de verb. signif.* dum pœnam irrogationis infamiæ capitalem appellat. & Relègationem pœnam esse capitalem, Vlpian. rèspondit *in l. Is qui accusare, §. Idemq; dicendum, ff. de Accusat.* & latius infra dicetur.

182 Deportationis pœna ad Merum attinet Imperium, Bar. *in d. l. Imperium, nu. 9. ff. de Iurisd.* ubi Dec. *nu. 44.* Purpur. *n. 238.* Alciat. *nu. 133.* ex eo probantes, quod deportatio intèr capitales adnùmeratur pœnas, *l. Sed & si, in princip. ff. Si quis cautio. l. Æ dicto, ff. de Bonor. possess. iunct a l. 1. §. ij, quibus el 3. & l. 2. §. 1. ff. de Pœn. l. 2. ff. de Public. Iudic.* omnes autèm capitales pœnæ ad Merum attinet Imperium, ut passim dicimus, ergò Deportatio ad illud attinere debet.

183 Vtquè obiectionum atq; æquiuocationis causa vitètur, præmonendum est, diuersam omnino esse Deportationem à Relegatione, ut eruditissimus D. Nicolaus Anton. probat *in luculentissimo, & sin-*

*singulari opere de exilio, lib. 2. cap. 1. toto, & aliquot seqq.* & ab effectu manifestũ fit: Relegati namque, sive in Insulam, sive simpliciter certis Provincijs interdicti (vtroque etenim modo relegari potest; quia duplicem Relegationis speciem Vlpian. adsignat *in l. 7. ff. de Interdic. & Releg.* exornata a D. Nicolao Anton. *citato cap. 1. nu. 2.*) omnia sua Iura retinẽt, nèc refert in perpetuum, an ad tempus relègentur, *l. 4. & l. 7. ff. de interdic. & Releg.* sed, & bona sua omnia retinent, nisi parte bonorum nominatim adempta in perpetuum relègentur, *d. l. 4. & l. 7. §. Ad tempus*; Doctissimus ex Primarius Salmãtin. multis titulis Nobis commendabilis. D. D. Ioseph Fernandez de Retes *ad tit. de Interdic. & Releg. lib. 1. cap. 3. num. 4. vers. Relegatus.* Deportati autem hæc omnia cum Ciuitate amittunt, *l. Sunt quidam 17. §. 1. ff. de Pœn. l. 4. in princip. ff. de Interdic. §. Minor. Inst. de Cap. Minut.* D. Nicol. Anton. *d. lib. 2. cap. 5. nu. 9. & seqq.* quia pœna hæc in locũ interdictionis ignis, & Aquæ succesit, *l. 3 ff. ad l. Iul. pecul. Glos. in d. l. Æaicio, §. Rei autẽ capitalis, verbo, Interdicio*, plures Concordantes addens, *ff. de Bonor. possess.* Petr. Calefat, Vincent. de Franch. & Alex. Rauden. sequuti à Fontanel. *de Pact. Nupt. claus. 4. glos. 14. num. 67. tom. 1.* pœna autem hæc morti comparata fuit D. Nicol. Anton. *de Exilio, lib. 1. cap. 7. præcipue ex num. 7.* quem omnino vide. & ideò Deportatio in eius locum subrogata eamdem conseruat similitudinem, *l. 1. §. vltim. ff. de Bonor. possess. contr. Tab. l. Lex Iulia, in fin. ff. ad l. Iul. repetund. §. Cum autem. Inst. quibus mod. Ius Patr. Potest. solv. §. 2. Instit. de cap. diminut.* Arnold. Vinn. *in d. §. Cum autem, verbo, Perinde quasi eo mortuo, & §. Relegati, num. 1. Inst. Eodem*, ubi rationem adducit. Quod nimirum Deportati perpetuo exilio mulctati iubèbantur compedibus vincti, & nauigio impositi à seruis publicis, constitutam in solitudinem euehi; quæ condèmnatio eos manifestè ad perègrinitatẽ redigebat, *l. Sunt qui dam 17. §. 1. ff. de Pœn.* D. D. Ioseph de Retes *de Interdict. & Releg. lib. 1. cap. 6. nu. 1.* D. Nicol. Anton. *de Exilio, lib. 2. cap 1. & 2.* adde Menoch. *de Arbitr. lib. 1. q. 80. nu. 126.* Relègatis autèm dies præstituebatur, intra quem excederent, D. Nicol. Anton. *d. lib. 2. cap. 2. nu. 1.* moris enim erat ita pronunciari: Illum Prouincia Insulisque relego, excèdereque debebit intra illum diem, *d. l. 7. §. His qui 17. ff. de Interdict. & Releg.* Quæ sententia èxistimationem quidem Ciuis minuit, sed non consumit, aut caput de Ciuitate eximit *l. 5. §. 2. ff. de Extraord. cognit.* Menoch. *d. q. 80. num. 125. & lib. 2. cas. 240.*

184 Hæc vtroque nomine strictissimè accepto procedunt; in propria namque significatione diuersum vtrumque nomen habere docet Marc. Ly Klama, *lib. 2. Membranar. Ecloga. x* generaliter verò exilij nomen commune, tàm Deportationi, quã Relegationi erat Exulesque, non Deportati solum, sed, & Relegati, atque Interdicti appellabantur, *l. 4. l. 5 ff. de Interd.*

& Releg. l. 4. ff. de Pœn. l. Tutor. 28. §. 2. & l. seq. ff. de Excus. Tutor. quippe omnes extra solum missi, sive solo Patrio expulsi Exules dictos attestantur Festus, Nonius, & Quintilian. *declam.* 336. atque ex Petro Crinito, Cornel. Tacito, Plinio, & Cuiac. docet D. Nicol. Anton. *de Exil. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 10. cui addi potest Arnold. Vinn. *in d.* §. *Relegati, num.* 1. *in fin. Inst. Quibus mod. Ius Patr. Potest. sol.* subdens plerumque, & quasi propriè exilium de Deportatione dici, quasi exilium propriè non sit, quum Ius Ciuitatis retinetur, *l.* 2 *ff. de Public. Iudic.* Hinc que Ouidium non se Exulem, sed Relegatum appellasse, *lib.* 2. & 5. *Trist.* monet Nos tamen indistinctè vtroque nomine pœnam suam appellitasse legimus; Relegatus namque dicitur *loc. citat.* atque etiam exul, dum cecinit:

*Vade, sed incultus, qualem decet*
*Exulis esse.*

Hodie autem omnèm hanc distinctionem sublatam esse, & Deportationis nomine solum exiliũ perpetuum compræhendi docet Farin. *de Delict. & Pœn. p.* 1. *tom.* 1. *q.* 19. *num.* 15. Fontanel. *d. Gloss.* 14. *nu.* 67. ubi alios allegat, ex eisque concludit exilium hoc tãtum modo ad Merum pertinere Imperiũ.

185 Sed grauiter obstat Præsidem Prouinciæ, qui Merum Imperium proculdubio habet, & ad mortem naturalem damnare potest, *l. Illicitas, §. Qui vniuersas, ff. de Offic. Præsid.* Deportare non potest, *l.* 1. *§. ij, quibus, ff. de Legat.* 3. *l.* 2. *ff. de Pœn. l. Inter pœnas, ff. de Interdict. & Releg.* & mox referendi DD. vnanimiter fatentur dèportare non potest, ut supra diximus; nuncque addimus D. Nicol. Anton. *de Exilio, lib.* 2. *cap.* 26. *num.* 8, (in quem, & in tractatum de Interdictis, & Releg. D. D. Ioseph de Retes, nunc Regij Patrimonij Fiscalis sero incidimus, è manibus enim Typographi codicẽ eripuimus, ut breuibus istis remissionibus Opus nostrũ cohonestaremus) Nõ ergò à pœna mortis ad Deportationem rectè arguitur, *l. Solemus, §. Latrunculator, ff. de Iud.* Soccin. *in l.* 1. *n.* 17. *ff. Quis, & à quo appell.* Dèc. *in l. non debet, n.* 5. *ff. de Reg. Iur.* & in specie Iacob. Cuiac. *in l. Si quis filio, §. Sed, & si quis, ff. de iniust. rup. & irrit. testam.* ergò Deportatio ad Merum non attinet Impèrium.

186 Hunc obicèm, quem supra leuius attigimus, nuncque latius proposuimus facile deuiari posse, dicet aliquis negando Præsidibus Prouinciæ denegatam esse Potestatem istam; quum eam habuisse aperte doceant Hotoman. *lib.* 1. *obseru. cap.* 12. Ioan. Coras. *in l.* 6. *§. Qui vniuersas, ff. de Offi. Præsid.* Ioan. Gryphiandro *in tract. de Insul. cap.* 16. Ast solutio hæc, atq; horũ Authorum Animositas, quà contra claras Iuris sanctiones suã sententiam firmare nõ verentur, omnino rejicienda est, atque improbat eã. D. Nicol. Anton. *d. lib.* 2. *cap.* 26. *num.* 13. Aliter ergò remouendus est Obex iste, scilicèt, adhibita Bart. solutione *in l. Relègatorum, ff. de Interdict. & Releg.* ex illo Textu respondente dubi-

tatio-

tationi huic, Præsidem Prouinciæ deportare non potuisse, quia generaliter Insulam non habebat; Vnde non ex defectu Meri Imperij, sed Insulæ, in quam deportare posset, hæc facultas ei nõ competere dicebatur, si namque in Prouincia sibi demandata Insula erat, vel à Principe in Insulam Potestas concedebatur; deportare potuisse perspicuum est, *ex l. Relegatorum, §.1. & confert l.1.§. Relegandi. ff de Offi. Præfect. Vrb.* Quam quidem Interpretationem prius excogitauit, Gloss. *in d.l. Illicitas, §. Qui vniuersas, ff. de Offi. Præsid.* & probavit postea Alciat. *in d.l. Imperium, num.* 133. Alię quoque solutiones peti poterunt ex Curt. Iun. *in d.l. Imperium, num.* 93. Purpur. *num.* 238. Bologn. *num.* 75. & postremo ex D. Nicol. Anton. *dict. lib.* 2. *cap.* 26. *à num.* 13. quem videsis, & plenè erudieris.

187 Relegationis pœnam ad Merum spectare Imperium scribunt, Gloss. *in l. Nulli, C. de Sent. & Interlocut. omn. Iud. & in §. Relegati, Inst. Quib. mod. Ius Patr. Potest. solu.* Bar. *in d. l. Imperium, num.* 10 *ff. de Iurisd.* ubi Purpur. *num.* 243. Gasp. Valasc. *num.* 120. Bologn. *num.* 78. Quorum sententia licèt amplectenda esset, Bartoli tamen fundamentum omnino rejiciẽdum est; in eo namque nititur, quod Relegatio Officio Iudicis Nobili indicitur, publicam respiciendo vtilitatem, in quo Meri Imperij essentiam consistere autumat, quum autem falsum hoc præsupositum ostendèrimus, rationem corruere rectè infertur. Genuina ergò huius sententiæ ratio est, quod Relegatio pœnis capitalibus accensetur, *l. Hos accusare, §. Idem dicèndum, ff. de Accusat.* licèt impropriè, ut eruditè ostendit D. Nicol. Anton. *d. lib.* 2. *cap.* 30. *num.* 7 *& 8.* Nosque rationem ab eo adductam inueneramus antequam in illum incideremus; quod scilicèt, Relegatus libertatem, & Ciuitatem retinet, *l.* 4. *ff. de Interd. & Releg.* D. Nicol. Anton. *d. lib.* 2. *cap.* 13. *mox à princip.* grauis tamen pœna est, & ideò intèr inflictas à Lege Iulia adnumèrata, *§. Item, l. Iulia. Inst. de Public. Iud.* Illæ autem omnes ad Mèrũ pertinebant Imperium, *l.* 1. *ff. de Offic. eius cui mandat. est Iurisd.* ergò, & ista. Hanc ipsam sententiã sequutus est Petr. Bellug. *in Specul. Princip. Rubr.* 24. *vers. Et primo ante, nu.* 4. qui Regni Valentiæ forum èxplicans illud indistinctè Supremæ Potestati Exilium, seu Relegationèm reseruare asserit, siue perpetuum, siue temporale sit; quia Exul etiam tèmporanèus mortuus ciuiliter reputatur, & caput eius de Ciuitate eximitur, *l.* 2. *ff. de Public. Iudic.* quamuis aliqua retineat, *l. Relegatorum, ff. de Interdict. & Releg.* Mastrill. *decis. Sicil.* 38. *num.* 10.

188 Obijci tamẽ potest Speculatorem relatum à Bart. *l. c.* & Dècium *in d. l. Imperium, num.* 47. affirmare Relegationem, non ad Merum, sed ad Mistum Impèrium pèrtinère, quod ipsum neruosè defendunt Alex. Rauden. *de Analog. lib.* 1. *cap.* 15. *nu.* 233. Fontanèl. *d. claus. l.* 4. *gloss.* 14. *nu.* 67. I. Quia hæc Relegationis pœna inter capita-

pitales pœnas non adnumeratur *in l. 2. ff. de Public. Iudic. & in l. edicto, ff. de Bonor. possess.* II. Ex *l. 4. & l. Relegatorum, §. Hæc est differentia, ff. de Interdict. & Releg.* ex quibus probatur Relegatum, nec Ciuitatem, nec libertatem amittere; sed eis conseruatis pœna capitalis esse non potest, & capitalem non esse luculenter probat D. Nicol. Anton. *d. lib. 2. cap. 31. nu. 1. & seqq.* ergò nec ad Merũ pertinet Imperium. III. Ex *l. Absentem, §. 1. ff. de Pœn.* ubi Relègationis pœna pecuniariæ ęquiparatur, sed hæc ad Mistum attinet Imperium, ergò, & illa.

189 His tamen minimè refragãtibus vèram esse assertionem istã, & adhùc defendi posse, obiectaque facillimè dilui, arbitrabitur aliquis. Ad I. Què respondebit, quod etsi inter pœnas verè Capitales Relegatio nõ adnumeretur, ad eas, licèt impropriè, ob sui grauitatem pertinet. Hocque sufficere, ut ad Merum Imperium referatur, ex his quæ supra demonstrauimus. Ad II. Respondebit non rectè argui, pœna aliqua, Ciuitate, aut libertate non priuat, ergò ad Merum Imperium non spectat; in Tortura enim contrarium offenditur, quę libertate, aut Ciuitate non priuat, & tamen ad Mèrum attinet Imperium, ut mox probabimus. Ad III. Dicetur I. Pœnam Relegationis ibi pecuniariæ non æquiparari; sed tantum decidi maiorẽ esse Relegationis pœnam, pecuniaria. II. Satisfaciet negando suppositum, Pœnam enim pecuniariam ad Merum Imperiũ referendam esse docent *èx l. 4. ff. de Interd. & Releg.* Petr. Fab. *in l. Nemò 70. ff. de Reg. Iur.* Coras. *lib. 3. Miscellan. cap. 17.* Angel. Costal. Gouean. & Duaren. *in d. l. 3. ff. de Iurisd.* Arnold. Vinn. *de Imper. & Iurisdict. cap. 1. n. 5.* Franc. Clapèr. *eodem tract. conclus. 4. n. 4. vers. Similiter,* Scip. Gentil. *de Iurisdict. lib. 1. cap. 7.* Longaual. *in d. l. Imperium, p. 2. cap. 1. num. 3.*

190 Hæc licèt vera omnino, & sentèntiam istam sequi constaingere, apparèant, sub distinctione tamẽ vtramque opinionem pèrcipiendam cènsemus, affirmandumque Relegationẽ temporalem ad Mistum pertinere Imperium; quia Ciuitas retinetur, nullumq; lusa dimitur. Vndè hæc non corporalis, nec corporis afflictiua pœna rectè appellari potest, & consequentèr nequè à Mero Imperio inflicta, ut latè probat Menoch. *de Arbitr. dict. lib. 1. q. 80. num. 123. & seqq.* Fontanel. *d. claus. 4. gloss. 14. nu. 67. 68. & seqq.* si autem Relegatio perpetua sit, tùnc Deportationi comparatur, & ideò ad Merum spectat Imperium. His iam ex Nobis ex cogatis incidimus in D. Nicolaum Anton. *dict. lib. 2. cap. 31. nu. 3.* hanc ipsam amplectentem distinctionem, & iuxta eam exponentem *l. Reg. 4. tit. 24. lib. 8. Recop.* cauentem: *Que los que deben ser condenados en penas corporales, ò en cortar pie, ò mano, ò destierro perpetuo, ò otras penas semejantes, se conmuten en ir à servir à las Galeras, &c.* Quę quidem Lex obseruari iubetur, *l. 12. eiusdem tituli.* Ex qua rectè infert perpetuam

Rele-

Relegationem, corporalibus accenſeri pœnis, & in hoc ſenſu exponendi ſunt DD. abſolutè docẽtes ad Merum Imperium Relegationem ſpectarè, & præcipuè D.Garſ. de Maſtril. *d. deciſ. Sicil. 88. num.* 10. qui iuxta Fontanel. omnem Relègationem Mero adſcribendam Imperio ſenſit, non attendens Authores, quibus innititur de perpetuo, non autem de temporali loqui exilio, ſeu Relegatione. Aſt Maſtril. ipſe *de Magiſtrat.tom.2.lib.4.cap.16.nu.161.* Fontanel. dormitaſſe inquit, quum ei opinionem iſtam impoſuit, quia de perpetuo exilio ſe loquutum eſſe *in d.deciſione*, attèſtatur.

191 Damnatio in Metallum à Mero Imperio tantum infligi poteſt. Ad illud namque priuatiuè attinet *l.Illicitas, § Qui verſas*, ubi communiter ſcribentes *de Offc.Præſid.l.Capitalium quoque, ff.de Pœn.* & ex eis Fontan. *d. Gloſſ.* 14. *num.* 54. & probatur ex quo pœna hæc ſpecialiter ab Vrbis Prefecto imponebatur *l. Aut damnum, § Præfecto plane ff.de Pœn.* ſpecialitas autem in Præfecto adnotata Merum rèdolèt Imperium, *l.1. ff. de Offic. Eius cui.* Ergò, &c. efficatiuſque probatur. Ad Mètallum damnatus ita pœnæ ſeruus efficitur, *l.quidem, ff. de Pœn. l.in Metallum, ff.de Bon.Proſcriptor.* ut neque Indulgentiam Principis conſequutus, vel libertatem, vel priſtinum Dominum recuperet, ſed Fiſci ſeruus perpetuo manent, *l.8.§.12. ff. de Pœn. l.Generaliter* 24. *§.5. ff. de fideicomm.libert.l.8.C.de Sentent. Paſſ.* D. Nicol. Anton. *de Exilio, lib.3.cap.4 num.8. & cap.5. nu.11.* Amiſsionis autem libertatis pœna, Mero adſcribitur Imperio, *l.Illicitas, §. verſas, ff. de Offic. Præſid.* ergò damnationis in Metallum pœna ad Merum attinet Imperium.

192 Banni pœnam accenſendam eſſe Mero Imperio docènt Valaſc. *in l.Imperium, nu.*178. ubi etiam Purpurat. *nu.*249. *ff. de Iuriſd* ubi Decius *nu* 65. Menoch. *de Arbitr.lib.2.cent.5.caſ.*438. *num.* 35. Pro quorum opinione allegari etiam poſſunt Bar. *in l.1. in fin. C.de Hæred. Inſtit.* Rippa *in l. ex facto, num.*14. *ff. ad Trebel.* affirmantès, *Bannire* idem eſſe quod *Deportare*, D. Nicol. Anton. *d.lib.3. cap.9.nu.* 1. *& ſeqq.* ubi plurima non vulgaris eruditionis cummulat circa nominis etymon *Deportare* autem ad Merum attinet Imperium; ergò, & *Bannire.* Noſque ſententiã iſtam fortius corroboramus, ex quo Banni pœna non niſi à Supremo Principè, vel generali Lege imponi poteſt, ut docet Maſtrill. *de Magiſtr.tom.2.lib.4. cap.16.nu.* 100. fuſè Menoch. *de Arbitr. lib.1. q.90. & 92.* ergò ad Merum Imperium, & quidem primo gradu cõſideratum referendum eſt.

193 Corroborarique fundamentũ hoc ſic valet. Banni pœna morti naturali comparari poteſt, quæ libèt autem capitalis pœna ad Merum pertinet Imperium, ergò hæc Banni pœna ei accenſenda eſt. Min. & conſeq. patent. Mai. Probo. Bannitus impunè occidi poteſt, *l.3.tit.17.p.7.* & docẽt quã plures apud Menoch. *d. q.90.*

no-

notissimè q; eruditiss. P. Mathæus de Moya è Societate Iesu *in Selectis disp. tract. 6. Miscellan. q. 3.* ubi absque controuersia firmat occidi Bannitum posse, subditque nullam hæsitationem admittere etiã inter Christianos; si causa proscribẽdi iusta sit. Sic concilians Iasonem, & Alexandrum, docet etiã Alciat. *in l. 123. num. 18. ff. de V. O.* Covar. *lib. 2. var. cap. 20. num. 10. vers. Tertio.* Maceraten. *lib. 30. resol. cap. 15. num. 1.* Anton. Gom. *in l. 76. Taur. num. 15.* Petr. Belluga *in Specul. Princip. Rub. 27. num. 10.* sequuti à D. Nicol. Anton. *d. lib. 3. cap. 9. num. 17.* asserens communem esse Theologorũ, atque Iureconsultorum consensum, licèt addat: *Nec sine peccato tamen perpetrari hanc occisionem existimant qui rem serio expendunt, nisi ductus publicæ vindictæ zelo fuerit homicida,* allegatque in comprobationẽ Anton. Gom. Covar. Petr. Plaça, Menoch. & Paul. Laiman; omnes tamen affirmare conspirant in foro externo impune Bannitum occidi, solumque dubitant: An extra territorium Bannientis impunè occidatur? Qui autem impune offendi possunt misseriores sunt Deportatis, grauiorique pœna puniti, ut prudenter adnotat D. Nicol. Anton. *d. lib. 3. cap. 9. num. 19.* Ergò pœna hæc capitalis rectè appellatur, & consequenter Mero Imperio legitimè adscribitur. Min. & conseq. probamus. Maiorem tamẽ negamus; Magna siquidem differentia est inter *Deportare,* & *Bannire,* ut latè probat Menoch. *de Arbitrar. lib. 2. casu 438. num. 35. centur. 5. & casu 530. num. 25.* ubi plura de Bannitis, & nominis derivatione cumulat.

194 Carcèris pœnam ad Merum attinere Imperium absolutè docuèrunt Bal. Salicet. & alij sequuti à Dec. *in d. l. Imperium, n. 45.* vbi Valasc. *num. 162.* Purpur. *num. 225. de Iurisd.* Nos tamen Regulam istam aliter concipiendã esse cènsemus: Carceres nimirum, & eorum Custodes ad Merum attinere Imperium. Cãcer. *lib. 2. var. cap. 2. num. 57.* & ex eo, Iul. Clar. & Auilès, Masstrill. *de Magistrat. d. cap. 16. nu. 196.* Quoad pœnam autem non absolutè, sed sub distinctione, Mèro adscribẽdam esse Imperio monemus.

195 Tres namquè distinguo carcerandi casus. I. Quando Carcer ad solam custodiam adhibetur in causa ciuili, & pecuniaria, tunc que ad Merum Imperium Carceratio non attinet, ut docent Bart. & mox referendi Authores. II. In causa criminali; tùnc enim licèt ad custodiam tantum adhibeatur, *l. Aut damnum, §. Solent, & l. Credibile, ff. de Pœn.* Paris. *cons. 2. nu. 148. lib. 4.* Franc. Balduin. *in Leges XII. Tab. l. 46.* Menoch. *de Arbitr. lib. 2. cent. 4. cas. 305. num. 2.* Ad Merum pertinet Imperiũ, ut docent Bart. Salicèt. Dec. Valasc. & Purpurat. *locis sæpius citatis* quorum probatur opinio ex Text. *in l. 1. ff. de Custod. Reor.* ubi respondit Vlpian. *Proconsulem cognoscèrè, an carcerari ob delictum quis possit.* Idem autem Iudicium est dè causa Præparatoria, ac de Principali, *l. Quoties, & l. Ordinarij,* ubi DD. *C. de rei*

vindicat. Ergò quum dèlictum propter quod carceri emancipari quis possit ad Merum pertineat Imperium, ètiam, & carcèratio ipsa ad illud attinebit. Conseq. èt Discursus corroborantur *ex Auth. de Exhib. Reis, §. Si verò*, ubi statuitur hanc carcerandi facultatem non transirè mandata Iurisdictione, & aput Romanos olim solis Tribunis Plebis concessa erat Potestas hæc, Agell. *lib.* 13. *Noct. Attic. cap.* 12. Vndè reijciendus est Bar. *in dict. l. Imperium, num.* 8. *vers. Sed iuxta* asserens carcerationem istam ad Merum non pertinère Imperium, Textus enim quibus innititur id minimè probant; nam *l. Diuus, ff. de seru. fugit.* quùm loquatur de Privatis, qui Præsidis licentia perquirunt Delinquentes in Præsidijs, Merum Imperium habere non posse perspicuum est; nihil ideò contra assertionem istam probant. Nec obstat Iustiniani Constitutio, de qua *in Authen. de Defensor. Ciuitat. §. Audient*; Illa enim loquitur de Ciuitatis Defensore carceri Delinquentem emancipante, ut Reũ ad Præsidem transmittat, cui Merum Imperium non competere, indubitati Iuris est. III. Deniq; casus est, quando Carcer est ad pœnam, quod, & dupliciter contingerè potest, vèl ad tèmpus, quod Iure Imperiali permissum esse manifestũ est; vel perpetuò, quod Iure communi vetatur, ut docent Bal. *pluribus in locis*, Angel. Alex. Soccin. Sèn. Lèl. Zech. Purpur. Valasc. & Crauètt. sequuti à Menoch. *de Arbitrar. lib.* 1. *quæst.* 89. *num.* 3. ita, ut neque ex plenitudine Potestatis Sęcularis Iudex perpetuum Carcerem indicere possit, ut ex Angel. docet Menoch. *dict. quæst.* 89. *num.* 5. qui *num.* 6. subdit: *Sententiam imponentem carcerem perpetuum ipso Iure nullam esse*, licèt aliquid ab eo adducti refragẽtur. Iure tamẽ Canonico imponi, validè, & licitè potest perpetui Carcèris pœna, *cap. Nouimus, de Sentent. Excommunic. cap. Antiq. de Hæret. cap. Quamuis, de Pœn. in* 6. *cap. Commissa, de Hæret. in* 6. Pluraque de hac pœnà adducit Pètr. Gregor. *Syntagm. Iur. lib.* 2. *cap.* 33. *num.* 23. *&* 24. Menoch. *de Arbitrar. Iudic. lib.* 1. *quæst.* 89. *tota, & præcipuè num.* 10. tùncque ad Merum attinère Imperium docet Bart. *in dict. l. Imperium, num.* 8. *ff. de Iurisdict.* Cuius ratio est; quia perpetuus carcèr libertatẽ adimit *l.* 2. *ff. de deliber. hom. exhib. l. Post cèrti, C. de liber. caus.* & pèrpetuæ seruituti comparatur, Menoch. *dict quæst.* 89. *num.* 4. Eumque pœna capitali punitum censeri docet Bar. *in l.* 2. *num.* 9. *ff. de Pœn.* Alex. & alij *in l. Transigere, C. de Transact.* Bal. Bart. & Ruin. sequuti à Mènoch. *dict. quæst.* 89. *num.* 3 Obidque tèstamenti factionèm amittèrè docènt Bart. *in l. Eius qui, §.* 1. *ff. de testam.* Hypolit. de Marsil. *sing.* 565.

196 Tortura latinè Quæstio ad Merum attinere Imperium incunctanter affirmant Hypol. de Marsil. Francisc. Brun. Andr. Gail. Farinac. & alij sequuti à Cancèr. *var. resol. p.* 2. *cap.* 2. *nu.* 50. Fontanel. *de Pact. Nupt. tom.* 1. *clausul.* 4.

*gloss.14. num.73. & seqq. vsque ad 75.* qui *eodem, num. vers. His moti Doctores* se multum diuque de hac opinionè dubitasse, & dè ea cogitandum grauissimis relinquit Viris, aliquibus fundamentis in contrarium præjactis, utquè facilius Iudicium illi efforment, monemus tripliciter considerari Torturam posse.

197 I. Quando Tortura pœnæ nomine, seu causa indicitur, & tùnc ad Mèrum Imperium spectare liquet, *ex §. vlt. in Authent. Vt nulli Iudicum*, ex quo probatur esse pœnam atrocem, qua Hominis membra, artusque dissoluuntur, Peguera *decis. crimin. 6. num. 5.* ex Bos. *in pract. Criminin. tit. de Tortura, num.* 12. Huiusmodi autem pœna ad Merum attinet Imperium, *l. Si quid erit, ff. de Offic. Procons.* & iam supra innuimus, nullumque refragantem reperimus. II. Est casus quando Tortura adhibetur ad eruendam vèritatem, & distinguendum est si causa propter quam Tortura infligitur Capitalis est, & tùnc ad Merum pèrtinet Imperium, sin autem alias, minimè, ut singulariter probatur *èx l. Defensores 2. C. de Defens. Ciuitat.* ubi quibus capitalis pœnæ cognitio non competit, Merum prohibetur Impèrium iuxta Azo. *in Summa, C. eodem tit.* Coras. *lib. 3. Miscellan. cap. 6. num. 9. & sequent.* Quæ autem causæ capitales, vel quæ delicta atrocia dicantur, ut grauis tortura imponatur? Videndus est Fontanel. *dict. claus. 4. gloss. 14. num. 83. & seqq.* III. Est casus quando tortura infligitur pro eruenda veritate in causa, quę Iurisdictionis est, pœcuniaria nimirum, *l. Diuus, ff. de Quæst.* vèl in alia Ciuili admissa, ut in *cap. 1. extra de depos.* Alèx. *cons. 77. lib. 1.* Marsil. *in dict. l. Diuus*, in quo, quidem casu plurès sunt opiniones.

198 I. Asserit Torturam in hoc casu ad simplicem pertinère Iurisdictionem, quia eiusdem est naturæ, ac causa principalis, quæ ad eam pertinet Bart. *in dict. l. Imperium, num. 10. in fine, ff. de Iurisdic.* ubi Alberic. & Curt. Iun. *num. 95.* Sapia *num. 42.* Alciat. *num. 135.* Bolognèt. *num. 29.* II. Autem fert opinio etiam in hoc casu Torturam pèrtinere ad Merum Imperium, pro qua allegant Bart. *in l. quum seruus, ff. de Cond. ob causam, & in l. Interdum, § Qui furèm, ff. de Furt.* Dec. *in dict. l. Imperium, num. 47.* ubi etiam Rimin. *num. 450.* qui omnès Torturam absolutè ad Merum pèrtinere Imperium affirmarunt, nullum casum excludèntès. III. Denique opinio, & quidem sequenda, est Torturam in hoc casu, nec ad Merum Imperium, nec ad Iurisdictionem, sed ad illud pertinerè Imperium non Merum appellatum, de quo loquitur Vlpian *in l. vltim. ff. de Offi. eius cui*, & Papinianus *in l. 1. §. vltim. ff. èodem*, quod separatam constituit specièm à Mero, & Misto Impèrio, Vacconius à Vaccuna *lib. 6. declar. cap. 78. col. 2. vers. Et quia*, Coras. *in dict. l. Imperium, num. 29. & in l. Magistratibus, num. 12. ff. de Iurisdict. omn. Iudic.* Petr. Loriot. *de Iurisdict. & Imper. num. 29. in fine.* Ratioque in promptu est, cõcessa nimi-

nimirum, seu mandatà Iurisdictionè omnia concessa cènseri, sine quibus ea exerceri non potest. *l. 2. ff. de Iurisd. omn. Iud. cum vulg.* Mandata ergo ad hunc casum Iurisdictione, concessa etiam censetur modica illa coèrciò necessaria ad illam èxequendam, hęc autem Imperij quidem est sed non Meri, nèc Misti, *d. l. 1. §. vltim. & l. vltim. ff. de offic. eius cui.* Ergo ad illud pertinere debet, & sic conciliari posse, seu èxponi dissentièntès opiniones existimo. Plura alia, quæ ad pleniorem huius difficultatis cognitionem poterant, videnda remittimus apud Fontanel. *de Pact. Nuptial. tom. 1. clausul. 4. gloss. 14. à numer. 23. usque ad* 107.

199 Mulctam indicerè An ad Merum Imperium pertineat, grauiter inter DD. controuertitur, & ad illud pertinerè affirmãdũ videtur, ex eo quod pecuniarię pœnæ inter grauiores coercitiones ad numerantur *in l. 4. ff. de Re Iudic.* Coras. *lib. 3. Miscell. cap. 17.* Angel. Costal. Govean. & Duarèn. *in l. 3. ff. de Iurid.* Arnold. Vinn. *de Imper. & Iurisdic. cap. 1. num. 5.* Francisc. de Clappèr. *eodem Tractat. conclus. 4. num. 4.* Scipion. Gentil. *de Iurisdict. lib. 1. cap. 7.* Longoual. *in dict. l. Imperium, part. 2. cap. 1. num. 3.* & conducunt tradita à Thom. Sanchez *de Matrimon. lib. 4. disputat. 5. num.* 21. *&* 22. Grammat. *decis. 5. num.* 10. Ricc. *Collectan.* 4008. Gloss. *in l. Aduocati, verbo, Vitam, C. de Aduocat. diuers. Iudic.* Sanct. Isidor. *lib. 5. Etimolog. cap. 27.* Stobæo *de Laudibus Diuitiar. Serm. 91.* Aloys. Nouar. *Schediasm. Sacro-Profan. lib. 10. cap. 17. num. 72. & sequentib. & cap. 27. num. 102.* qui plura cummulant ad probandum pecuniam esse vivorum animam, eiusquè ademptionem morti cõparari. Vnde grauioribus pœnis cœquandam esse grauissimam Mulctam inferunt, & consequenter Mero Impèrio adscribendam, Alij è converso existimant pecuniæ ademptionem parum æstimandam, & ideò Mero Impèrio non adscribendam. Vt autem nostram depromamus sententiam, aliqua præsupponerè decreuimus.

200 I Mulctam distinguò à Pœna; Hæc ènim tam de pecuniaria, quam de corporis afflictiua, intelligi potest; Mulcta verò solùm de pecuniaria intelligi valet *l. Aliud, §. Intèr Mulctam, & l. Si qua pœna, ff. de verbor. signific.* Vndè autem Mulcta dicta sit, videndus est Vario *de Ling. Lat. lib. 19.* & Agell. *Noct. Attic. lib. 11. cap. 1.* ubi quæ, & quales olim Mulctæ apud Romanos fuerint, & de necessitate eas imponendi plura cummulant. Hodie Iudicis arbitrio relictæ sunt, *dict. l. Aliud, §. Inter Mulctam, ff. de verbor. signific.* Iure tamen regulato *dict. l. Si qua pœna, ff. eodem.* Aliquibusquè Magistratibus regula præscripta fuit, *l. vltim. mox à princip. C. de modo mulctan. l. vltim. C. de Sportul.*

201 II. Præsuponendum est Ius indicendi Mulctã, nõ omnibus Magistratibus competijsse, sed ijs

tantum quibus publicum Iudiciũ exercere permissum èst *l. 2. §. vltim. ff. de Iudic.* sicuti Magistratibus Vrbis Romæ; & in Prouincijs solis Præsidibus *d. l. Aliud §. vltim. ff. de verb. significat.* quia publicum habent Iudicium, hoc est Potestatèm cum Imperio *l. 2. ff. de in Ius voc.* Hoc autèm de Iurè ordinario, extraordinario namque omnès alij habebant facultatèm istam, quibus specialiter concessa erat *d. l. 2. §. vltim. ff. de Iudic. d. l. Aliud. §. inter Mulctam, ff. de verb. sign.*

202 Duum Viris, Defensoribus Ciuitatis, ac cæterìs Municipalibus Magistratibus Ius hoc non competèbat *l. Vnic. ff. Si quis Ius dicen. non obtèmper*, & si in contumaces alijs possint uti remedijs. *l. contumacia ff. de rè Iudic.* Ne eorum Iurisdictio eludaretur. *l. vltim. ff. de offic. eius cui.* Delegati quoque Mulctam indicere prohibentur *l. 2. §. vlt. ff. de rè Iudic. l. 1. §. vltim. ff. de offic. eius cui. cap. ex litteris de offic & Potest. Iudic. Deleg.* nisi Principis Delegatus sit *cap. de causis §. vltim. eodem tit.* Arbitri Mulctam imponere nequeũt, nisi à Partibus compromisso eis permissum sit *l. non ex omnibus, §. 1. ff. de recep. Arbitr.* sic intelligenda.

203 His èrgo præmissis ad dubij resolutionem deuèniendo. I. Fert opinio; Mulctã indicere ad Merum attinere Imperium, Bart. *in d. l. Imperium num. 12. & ibidem* Rimin. Sen. *num. 27.* Curt. Iun. *num. 99.* Sapia *numer. 45.* Valasc. *num. 181. in fin.* Purpurat. *numer. 269.* Soccin. *in l. 1. num. 84. ff. quis, & à quibus appellar. lic.* Iacobin. a S. Georg. in *Inuentar. feudal. Verbo cum Mero, & Misto Imperio*, qui latè hanc corroborant sententiam pluribus à se adductis, & explicatis Iuribus Bald. *in l. 1. ff. de offic. Præfect. Vigil. & in l. Imperium ff. de Iurisd.* ubi etiam Ias. Rolan. à Vall. *cons. 42. vol. 2.* Peregr. *de Iur. Fisc. lib. 6. tit. 5. num. 42. & 43.* Carol. Tapia *in l. fin. cap. 2. nu. 48. ff. de Consti.* Mastrill. *de Magist. rom. 2. lib. 4. cap. 16. nu. 29.* II. Sententia est affirmantium Mulctam indicere non esse Meri Imperij, sed potius Iurisdictionis ex *l. non ex omnibus ff. de Recep. Arbitr.* & fortius *ex l. 2. ff. quis, & à quo appellat. lic.* vbi Vènulejus respondit; *Legatum Proconsulis Mulctam indicere posse*; hic autem solam Iurisdictionem habebat *l. Solet, & l. Siquis ff. de offic. Proconsul. & legat.* Suffragatur q. Agell. *lib. 7. Noct. Attic. cap. 19. & lib. 10. cap. 6.* Scribens *Ædilibus, & Tribunis Plebis concessam esse facultatem indicendi Mulctam*; Nullus tamen eorũ Merum habebat Imperium, ergo, &c. Ast opinio hæc leuibus innititur fundamentis, nuper enim relatis planè satisfaciunt Govean. *in l. 1. ff. de Iurisd. omn. Iud. & libr. 1. var. Lect. cap. pen.* Budeus *in l. 2. §. vltim. ff. de Iudic.* III. Autem sententia à Nobis sequenda sub distinctione cõcipienda est, & quidem dupliciter, attendi nimirum debere Mulctæ qualitatem, & causas propter quas indicitur.

204 I.

204 I. Si Mulcta est levis imponi potest à Baronibus, & Iudicibus, Mero, & Misto Imperio carentibus, ut latè probat. Petr. Gregor. *de concess. Feud. part. 7. quæst. 2. num. 50.* Mastrill. *de Magistrat. d. cap. 16. num. 31.* imò, & à Capitulis Cathedraliũ Ecclesiarum Æconomicam Potèstatem tantum habentibus Tõdut. *Quæst. Canonic. tom. 1. capit. 61. num. 10. & cap. 62. nu. 17.* Si autem Mulcta gravis est ad Merum attinet Imperium, vt præallegati DD. affirmant. II. Autèm contemplari debet causa propter quam Mulcta indicitur. Abea namque dimetiendam esse eam indicentis authoritatem suademur; si enim a Magistratu imponatur, vt suam tueatur Iurisdictionem iuxta *l. Vnic. ff. Siquis Ius dicẽ. non obtemp.* Tũc Mulcta nõ est Meri Imperij; sed illius tantũmodo, quod non Merum ab Vlpian. appellatur *in l. vltim. ff. de offi. eius cui.* Nam omnibus Iudicibus, etiam Mulctis indictis, suam Iurisdictionem tuere permissum ex, èxceptis Duum-Viris *d. l. Vnic.* Omnibus tamen concessum non est Merum Imperium, ut alibi latè probamus; ergo Mulcta ad illud pèrtinère non potest; corroboraturque Discursus ex *d. l. 2. ff. quis, & à quo*, iuxta Goueani interprætationem, & in hoc sensu explicanda est sententia, quæ à cõmuni deviatur, vel si aliter. Sentire reijcienda est. II. Casus quãdo Mulctã propter delictũ irrogatur; nã irrogari posse perspicuũ est ex *l. in Mulctis, C. de appellat. & l. Siqua pœna ff. de verbor. signif. ubi* Gloss. Vltim. aliqua Iura in comprobationèm cummulat, & præsertim *l. 2. C. de Episcop. Audien.* & hoc casu Mulctã ad Merum pertinère Imperium patet; nam quum, Dèlicti animadversio, pro ter quod irrogatur Mulcta ad Mèrum pertinèat Impèrium, quumque hæc loco corporalis pœnæ subrogetur ad ipsum pertinere irretragabilitèr sequitur. Adeò notus discursus est, ut nulla indigeat probatione.

205 Bonorum publicationènem ad Merum pertinere Imperium, affirmat Bald. *in l. 3. ff. de offic. Præfect. Vigil.* Riminal. Senior *in d. l. Imperium, num. 26. ubi* Alciat. *num. 140.* Purpur. *in l. 1. num. 646. ff. de offi. eius cui.* Andr. de Isern. Bart. Luc. de Pen. Gloss. Oldrad. Boss. Capiblanc. Rossental. Sesse, & Rolan. sequuti à Mastril. *de Magistrat. tom. 2. lib. 4. cap. 16. num. 88.*

206 Ast ut assertio hæc radicitus percipiatur distinguenda est duplex Publicationis Bonorũ speciès. I. Quæ à lege est ob causam aliquam exprèsse vel tacitè indicta, & hanc ad Merum Imperium non pertinere perspicuum redditur, quia à quolibet etiam inferiori Iudice, & Magistratu imponi quidem potest. Altera autem Confiscationis, seu Publicationis bonorum species est, quæ nec expresse; nec tacite à lege imponitur, & hæc ad Merum spectat Imperium, quia à solo illud habente imponi potest, ut ex Salicet.

Azon. Alber. de Rosate, Boer. Iaſ. Purpur. & Calcan. docet Iacob. Menoch. *de Arbitr. lib. 1. q. 93. nu. 3. & 4. et in d. Tractatu Ms. de Iuriſd. Imper. & Potest. Eccleſ. & Secular. d. tom. 1. cap. 2. circa finem*, ubi plura adducit fundamenta breuitatis cauſa omiſſa.

207 Pertinet etiam ad Merum Imperium Pœna corporalis pro pecuniaria ſubrogata. Dec. *in l. Imperium, nu. 162.* Valaſc. *n. 253.* Probaturque, tùm *ex l. vltim. C. de in Ius vocan.* vbi exequutio pœnæ corporalis pro pecuniaria ſubrogata Præfecto Vrbis tantum committitur, qui Merum habebat Imperium, non autem alijs, qui illo carebant; concinitque *l. Si quis iniuriam, ff. de iniurijs*, ubi iubetur: *Prætorem pœna graui pecuniaria caſtigare eum, qui iniuria aliquem affecerit, & ſi eas non habuerit pœnam corporis afflictiuam imponi.* Fine ergò, & effectibus conſideratis ad Merum pertinere Imperium pœnam iſtam affirmandum eſt, ratioque ſuadet: quando enim pecuniaria pœna in corporalem commutatur, corporalis omninò reputatur, & è conuerſo, Bar. *in l. 2. nu. 3. ff. de Public. Iudic. & in l. 1. ff. de Cuſtod. Reor.* Dec. *in d. l. Imperium, num. 62. ff. de Iuriſd.* Videndusque omninò Menoch. *de Arbitr. d. lib. 1. caſ. 80. num. 21. & ſeqq. & de Iuriſd. d. lib. 1. cap. 21. in fine.*

208 Pœna Damnationis ad Triremes (de cuius antiquitate diſputat Ann. Robert. *Rer. Iudicat. lib. 4. cap. 16.*) ad Merum pertinere Imperium docet Cancer. *var. reſol. p. 2. cap. 2. nu. 45. & ſeqq.* ubi ſic ſemper cenſuiſſe affirmat ex eo motus, quod ad Triremes condemnatus, licèt ad tempus, mortuus ciuiliter reputatur, *l. 2. ff. de Public. Iudic.* Pœna autem hæc ad inferiorem Iudicem non ſpectat, *l. Illicitas, §. Qui vniuerſas, de Offic. Præſid.* Bellug. *in Specul. Princip. Rubr 24. verſ. Et primo videamus, n. 3.* Alia in huius ſententiæ comprobationem adducit Fontanel. *de Pact. Nupt. tom. 1. clauſ. 4. gloſſ. 14. nu. 55. & 56.* Vbi præcipuum hoc adſtruit fundamentum. Pœna remigandi, ſiue perpetua ſit, ſiue temporalis pœnę damnationis in Metallum ſuccèſsit, Iul. Clar. *in Praxi §. fin. q. 67. n. 7.* Paul Granut. *Theorem. 3. nu. 10. tot.* & præcipuè *verſ. Nec Ioan. de Imola*; ſed damnatio in Metallum ad Merũ attinet Imperium, ut iàm ſupra vidimus, èrgò, & damnatio ad Triremes, iuxta ſubrogatorum regulam, de qua alibi non ſemèl.

209 Admittèntes hanc ſententiam limitant, & explicant de condèmnatione ad certum, & limitatum tempus, non autem ad bèneplacitum habentis Merũ Imperium, ſi Princeps non ſit, cui priuatiuè hæc auctoritas competit Vincent. de Franch. *deciſ. 370. nu. 12.* Capiblanc. *de authorit. Baron. Pragm. 7. nu. 17.* & ex eo Maſtrill. *de Magiſtr. d. lib. 4. cap. 16. nu. 154. qui num. 156.* ex eodem Capiblanc. addit: *Condemnationem ad remigandum, faciendam eſſe ad Triremes Regis, vel Principis, cui condemnans ſubditur, non ad alias:* argum. Tex. *in l. Relegati, ff. de Interd. & Releg.*

210 Sunt non nulli abſolutè affir-

affirmantes pœnam istam ad Mistum tantum attinère Imperium, ex eo probantes, quod illa damnationi in Metallū non succesit, quia seruus pœnæ damnatus non efficitur Bart. *in l.2.n.10 ff. de Publ. Iudic.* ergò non potest ad Merum attinere Imperium, Fontanel. *de Pact. Nupt. a clauſ. 4. gloſſ. 14. n. 57. & ſeqq.* ubi hanc adducit opinionem, pro ea Binīū allegans *conſ. 44. nu. 21. p. 1.* & Franc. Rip. *in l. ex Facto, § Si quis rogatus 2. num. 1. ff. Ad S. C. Trebell.*

211 III Dèniquè, & omninò ſequendi opinio, vtramque præcedentem concilians, eſt affirmātium condemnationem ad pèrpetuam remigationem Mero adſcribendam Imperio: Temporalem vèrò Mixto, quam quidem luculenter probant Maſtril. *deciſ. Sicil. 167. nu. 12 p. 2. & de Magiſtr. d Lib. 4. cap. 16. nu. 158.* Fontanèl. *d. clauſ. 4. gl. ff. 14. nu. 60. & ſeqq.* qui *nu. 64. verſ. Prodijt* aliā èxhibet diſtinctionem ex Hortènſio Caualcan. *de Brach. Reg. p. 6. f. a. m. 76.* inter condemnationē nimirūad Triremes, & cōdemnationem ad remigandum, quam latè explicat, quia tamē, monentè ipſo Fotanel. *nu. 65. circa finem*, hodie diſtinctio hæc nō admittitur, idem namque eſt ad Triremes, ac ad remigandū condemnare, in ea diutius nō immoramur; neque in amplioris huiu; opinionis coprobatione, egrègie enim id præſtiterunt præallegati DD.

212 Vnum tamèn, & ſingulare fundamentū pro illa diſtinctione confirmanda, ex Nobis addere libuit, ut, & reſolutio noſtra firmior exiſtat; & plures aliæ quæſtiones èx principijs mox firmandis non difficultèr reſoluantur Omnes ſcilicèt capitale pœna ad Merum attinere Imperium, ut ſæpius repetimus *ex l. adic. 6, § Rei autem capitalis, ff. de Bonor. poſſeſſ. & l. Capitalium, ff. de Pœn.* Fontanèl. *a. clauſ. 4. gloſ. 14 nu. 59.* dicens adeo itèr ſe correllatiua eſſe Merū Imperium, èt capitales pœnas, ut idem ſit inquirere: An ad illud attineant, vel an capitales ſint? Aſt pœnæ infamiam irrogantes capitales ſunt Bal. *in l. Tutor. § fin. ff. de Excuſat. Tutor.* Beroj. *in Rubr. de Iudic. num. 67. & in cap. At ſi Clerici, nu. 151. eod.* Marc. Mantua *in l. Si quis Maior, nu. 130. C. de Tranſact.* Borell. *in Sūm. deciſ. tom. 1. tit. 49. nu. 175.* Comprobaturque èx communi Sanctorum Patrum Oraculo, quo monemur Vitæ præferendum eſſe Honorèm, & famam, S. Thom. 2. 2. q. 103. S. Ambr. *Ser. 10. in Pſalm. 118.* S. Auguſt. *in Summ. 23. q. 5.* probantes ex Apoſtol. 1. *Ad Corinth. 1. 9.* ibi: *Bonum eſt Mihi mori magis, quā ut gloriam meam quis evacuet*, & ex Eccleſ. 41. ſuntque in Iure noſtro apèrta teſtimonia, & præcipuè *l. Infamia 8. C. de Decur. l. Iſti quidè 9. § 2. ff. quod met. cauſ. l. in eadem, ff. èx quibus cauſ. Maior l. Si Adulterium, § fin. ff. ad l. Iul. de Adulter. l. 1. 4. & 6. tit. 14. p. 2.* Medices *in Tract. Mors omnia ſoluit 1 p. n. 171.* Alèx. *conſ. 143. vol. 2.* Alciat. *conſ. 6. num. 13.* Bovad. *in Polit. lib. 2. cap. 14. nu. 44. tom. 1.* Trèntacinq. *var. reſol. lib. 1. tit. de Defenſ. reſol. 1. n. 5.*

Frec-

Frèccero *de Existimatione, lib. 2. cap. 8.* Amaya *in l. Prohibitum, num. 21. C. de Iur. Fisc.* Gizarèl. *decis. 18. num. 3.* & alij libenter omissi, ergò pœna honorèm, & famam denigrans capitalis debet appellari, qualiter, & illa, quæ vita naturali priuat. Sed omnes capitales pœnę ad Merum attinent Imperium, ut luculenter manet probatum, ergò Trirèmium pœna huic debet accenseri Imperio. Conseq. Probo. Triremiũ pœna irrogat infamiã, ergò èst capitalis, ergò ad Mèrum attinet Imperium. Conseq. patet. Ant dupliciter probamus.

213 I. Ex communi Prouinciarum, & Regnorum Europæ consuetudine, in quibus recèptum est hanc pœnam inter ignominiosas, & irrogantes infamiam adnumerari. Qua propter Nobiles simili pœna plèctendos non èsse docènt Grammat. *decis. 32.* Covar. *lib. 2. var. cap. 9. nu. 4.* Gomèz Arias *in l. 77. Tauri, num. 34. Iul. Clar. in Praxi Crim. §. fin. q. 60. vèrs. Et ideò de Consuet.* Gutierr. *Pract. quæst. lib. 4. q. 16. num. 6. & 7.* Mastrill. *decis. Sicil. 261. num. 31. p. 2.* Fontal. *decis. 168. ànum. 10.* ergò, &c. II. Probatur: Triremium pœna effectum sortita Irrègularem reddit eum, qui illam passus est, quia infamiã irrogat. Nauar. *cons. 43. incip. Quæritur I. nu. 2. de tempor. ordin. in nouis.* Card. Tusch. *Pract. conclus. verbo, Infamia, conclus. 111. nu. 5.* Lezana *in Summa Q. Q. Regul. cap. 16. n. 36.* Molfes. *in Summa tractat. 6. cap. 8. num. 14.* Campanil. & alij sequuti à Barbos. *de Potest. Episcop. part. 2. alleg. 42. num. 15.* Cui addendi sunt Anton. Thesaur. *de Pœn. Cleric. p. 1 cap. 33.* Diana *p. 10. tract. 11. resol. 26. vers. Sed quid dicendum,* ubi rètractat contrariam opinionè, quã sequutus fuerat, *p. 4. tract. 2. res. 83.*

214 Nèque his obstat, quod nouissimè èruditus P. Mathæus de Moya *in Select. disp. tract. 5. de cènsur. q. 8. ànum. 2.* pro suo ingenio suadeat Trirèmium pœnam infamiam, non irrogare, sed delictum propter quod similis pœna imponitur: admissa namquè eius resolutione, èt magni habita luculentissima eius expositione, & solidissimis, quibus innititur principijs, adhùc ea non obstare respondemus: quia speculatiuè procedere, practicè verò numquam verificari sentètiam istam posse perspicuum èst; nam quum Clerici Nobilès ratione ordinum efficiãtur, Nobiliũque Priuilegijs fruãtur. Can. *deniq. 4. dist. Can. 1. in fine, 17. dist.* Can. *Quis dubitèt, 96. dist.* Can. *Duo sunt 12. q. 1.* & pluribus relatis docet Aug. Barbos. *in cap. Sèdes 15. num. 13. de Rescrip. & de Potest. Episcop. p. 2. allèg. 1. n. 1.* Nobiles autèm nequeunt hac pœna plècti, nisi ob delictum eos Nobilium Priuilegio priuans, ut præcitati DD. asserunt, ergò respectu Clèricorum spèculatiua tantum est hæc distinctio, inseparabilis namque est quoad illos pœnam esse Triremibus dignam, atque infamem esse; Vnde Amici nostri pluribus nobis titulis commendabilis resolutioni nó acquièscimus, sed ex prædictis omninò affirmãdum censemus, quod sententia legitima, & iuxta Iuris Regulas lata

Cle-

Clericum ad Triremès condemnans, infamiam ei irrogat, quia nè quit esse legitima, si delictum nõ sit adeò atrox, & enorme, quod ei infamiam irroget, & Clèricatus, atque Nobilitatis Priuilègio omninò priuet.

215 Distinctionè èrgò iam supra adducta resoluenda vtraq. difficultas est, & affirmandum: Damnatum ad Triremes pro aliquo limitato tempore infamem à Iure non fieri; perpetuo autem damnatum infamia Iuris affici; hic nãque seruus pœnę efficitur, *l. quidam sunt, l. Capitalium, in fine principij, ff. de Pœn.* Fontanel. *de Pact. Nupt. tom. 1. claus. 4. gloss. 14. nu. 61.* Serui autèm infames à iure sunt Amaya *lib. 1. obseruat. Iur. cap. 13. num. 2 & 4. & lib. 2. cap. 6. num. 9. & 10. & in l. Si libertus 2. nu. 3. C. de Decurion. lib. 10. tit. 32.* Limitatè autem damnatus, seruus pœnæ non efficitur, vndè nèque infamis. Hincque datta Hypothesi Clericum damnari posse ad Triremes, ob delictum, infamiam nõ irrogans, si perpetuò damnaretur, èx hac condemnatione infamis fièret, & irrègularis manerèt: sin autem ad limitatum tèmpus tantum damnarètur, infamiam facti tantum incurrerret; quæ irregularem eum non redit, ut optimè probat Moya *d. q. 8. num. 3 & seqq.*

216 Discutiendæ ètiã erant res, quæ in ciuilibus ad Merum hoc pertinent Imperium. Ast quia hoc esset singula ad Tractatum de Iurisdictione in commuui attinentia discutere contra votum, & Institutum nostrum, eas videndas remittimus apud Peregrin. *de Iur. Fisc. lib. 6. tit. 5.* Cancer. *var. resol. par. 2. cap. 2* Et præ omnibus Mastrill. *de Magistrat. tom. 2. lib. 4. cap. 16. à num. 30. per aliquot seqq.*

## QVÆSTIO IV.

### Ec quid? & quotuplex Mistum Imperium sit?

1 SEcundam Imperij speciẽ propositam explicandam suscipimus, & licet plura de illa differere possemus, multis resecatis, necèssaria tantum subministrare curabimus, quę, ut clarius percipiantur. Sit.

### §. I.

### Vnde? & quid Mistum Imperium, & an diuisibile sit?

2 MIrificè variant DD. Nostri in èxplicanda ratione, cur ista Imperij species, Mistum appèlletur Imperium? Tres namque recensentur sententiæ, quarum quælibèt gra-

grauissimos, & validissimos habet Authores.

3 I. Fuit Bart. *in l. Imperium, nu.* 14. *& 15. ff. de iurisd.* ubi etiam Dec. *num.* 5. qui sequuti Gloss. *in l. Iubere cauere, ff. eodem*, affirmant ideò *Mistum* appellari Imperiũ, quia de Mero, & simplici participat Iurisdictione, ut patet in actionibus, *l. Actionis Verbo, §. vltim ff. de oblig. & Actic. §. Sequèns Instit. de Action.* Iurisdictionisque Societate infirmius, & debilius Mero Imperio redditur, tamquam vinum aqua dilutum, argum. text. *in l. Si eo loco, §. vltim. ff. Si seruit. Vindic.* Hanc eamdem interpretationem sequuti fuerè Calet. Cantiunc; Vaccun. à Vaccuna, Nicol. Bellon. & Mier. adducti à Fontanel. *de Pact. Nuptial. tom. 1. clauſ. 4. gloſſ. 14. numer. 46. in fine.* Secunda fuit opinio Curtij Iun. *in d. l. Imperium numer.* 101. Bellon. *lib. 3. ſupputat. Iur. cap. 5. num. 3.* affirmantium Imperium Mistum ex Imperio, & Iurisdictione dici. Quibus assentirè videntur Duaren. *lib. 1. disputat. Annuersar. cap.* 53. Ludouic. Charond. *in d. l. Imperium num.* 19. *& ibi etiam* Corras. *nu.* 9. Eorumque opinio innititur Textui *in l. Iubere ff. de Iurisdict.* vbi Vlp. ait. *Iubere, cauèrè, & in possessionem mittère Imperij magis est, &c.* Vbi adnotandum est dixisse: *Magis Imperij* simplicitèr, non autem: *Magis Imperij Mèri*; Accinitque *l. 1. §. qui mandatam, ex l. vltim. ff. de offi. eius cui, & in l. ea, quæ ff. ad Municip.* ex quibus aliqualiter dissentire posterioris sententiæ Doctores à prioris opinionis Assectis videntur; qui tamẽ conciliari facilè potèrunt priorũ explicata sentèntia; Mistum scilicèt Imperium, componi ex Impèrio, quod dèmta Iurisdictionè remanet Mèrum; in genèrè autem consideratum, Imperium simplicitèr appellatur; adjunctum verò jurisdictioni, Mistum rèctè dicitur, ut ex dictis apparet; videndique sunt Clappèr *de Imper. & Iurisd. concluſ. 7. num. 1.* Osvv. *ad Donnel. lib. 17. commen. cap. 8. litt. Bb.* Arnol. Vinn. *de Imper. & Iurisd. cap. 7. num. 1. & ſeqq.*

4 II. Fuit opinio Gasp. Valasc. *in d. l. Imperium num.* 223. docentis Mistum Imperium èssẽ quoddam cõpositum, partim èx Imperio, partim èx Iurisdictione, & tamèn nèquè Imperium, neque Iurisdictionẽ èssè, argum. Text. *in l. Quæritur. ff. de Stat. Homin. & in §. Si duorum tamen materia Instit. de rer. diuiſ.* Ast opinio hæc lèuissima est, quia nec I. C. nec Doctores illud exponentes dicunt esse Imperium, aut Iurisdictionem, sed Mistum, ex utroque, retento dignioris nomine, Georg. Obrecth. *de Iurisdict. lib. 1. cap. 3. num. 22. & disputat. 7. Thesi. 202.* Scip. Gent. *de Iurisdic. lib. 1. cap. 5.* Vvesemb. *in Paratit. ad tit. ff. de de Iurisdict. num. 7. Verſ. Dicitur autem* Donnel. *lib. 17. comm. cap. 7.* Osvv. *d. lib. 17. cap. 8. litt. X. & Bb.*

5 IV. Denique est opinio Alciati *in d. l. Imperium. num.* 167. affirmantis non ratione ad signatæ participationis Mistum hoc appellari Imperium, sed ratione simili-

tu-

rudinis; quia nimirum Impèrio, & Iurisdictioni secundum aliquam rationèm similè hoc Mistum est, ut colligitur *ex l.2.in fin. ff. Ad leg. Aquil.* Ast opinio hæc rejicienda ab omnibus est; pèrspicuũ nãque èst Mistum Imperium ab utraque participare specie, Imperio scilicèt, & Iurisdictionè, luxta superius dicta; clariusquè redditur *ex d. l. Imperium*, ubi I. C. asserit in danda bonorum possessione consistere. Bonorum autem possessionis datio mista est; Quatenus enim de Re pecuniaria agitur ad Iurisdictionem; quatenus verò Prætor iubèt aliquem possidere, ac à nèmine molestari, pœnisque in Perturbatores procèdit, ad Imperium spectat, ut notum est. Vndè ex utraque specie hæc mista resultat participatio, ex qua; non autem ex similitudine Mistũ componitur Imperium, fauetque Misti vera, & rigorosa significatio, atque etiam Metaphorica, de quibus consulendi Osvv. *ad Donnel. lib. 19. com. cap. 2. litt. F. & G.* cui addo *§. Quod si frumentum, & ibi gloss. 1.* & communiter Scribent. *Inst. de Rer. Diuis.* cõcinitque Callistr. *in l. Cum seruus 82. ff. de Cond. & dèmonstr. l. 30. ff. de Vsucap.*

6 Antequam definitionem exhibeamus perpendendũ est. An Misti Imperij Diuisio aliqua assignari valeat? Et licet affirmatiue. respondeant Menoch. & alij apud Osvv. *ad Donnèl. lib. 17. Cõm. cap. 8. litt. X.* cui addo Eguinar. Baron. *in l. vltim. ff. de Offic. eius cui*, Muscornium *de Iurisd. num. 143.* Georg. Obrecth. *eodem Tract. lib. 1. cap. 12. n. 25.* Bozèr. *in Simil. Tract. cap. 4. num. 18.* duas misti Imperij species comminiscentes. I. Quæ Iurisdictioni cohæreat, atque subseruiat comparata ad Iurisdictionem contentiosam tuendam, atque explicandam. II. Cui insit Iurisdictio, seu cui tamquam principali Iurisdictio ancilletur, quarum exempla adducunt. Attamèn diuisionem istam toto Cœlo erratam esse ait Arnol. Vinn. *d. cap. 7. num. 12.* nullam Misti Imperij diuisionẽ legitimã assignari posse ostèndens. Quod ante ipsum docuerant Hug. Donnell. *d. lib. 17. Comm. cap. 8.* Ant. Fab. *lib. 4. coniect. 3.* quibus omninò acquiescimus.

7 In definitione assignanda, varij quoque sunt DD. Bart. enim *in d. l. Imperium, num. 15. ff. de Iurisd.* ait: Mistum Imperium esse Iurisdictionem, quæ Officio Nobili Iudicis exercetur ad priuatam vtilitatem. Hanc eamdem amplectuntur Calefat. & Facchinæus adducti à Fontanel. *de Pact. Nuptial. tom. 1. claus. 4. gloss. 14. num. 36.* qui comprobare videtur *nu. 46. vers. Verum respondemus*, ubi eam explicat, Camil. Borell. *in Summ. decis. tom. 1. tit. 41. num. 49.* Sed hanc definitionem multis argumentis impetitam, expugnant Loriot. *de Iurisd. & Imper. Axiom. 27.* Alciat. *in cap. Quod Sedèm, num. 49. de Offic. Ordin & lib. 2. Paradox. cap. 8.* atque *in l. Potestatis, ff. dè verb. signifi.* aliã à se excogitatam adducens: *Mistum scilicet Imperium esse, cui Iurisdictio ineſt*; Quod quomodo intelligatur: An scilicet de Iurisdictione in genere sumpta, ut ea

insit

inſit Miſto Imperio, quemadmodũ genus ineſt ſpeciei, vel potius intelligatur de Iuriſdictione in ſpecie ſumta, quę in Ciuilium cauſarum diſceptatione conſiſtit, ut ſcilicet ea, vel illius qualitas dicatur in eſſe Miſto Imperio? Diſputant DD. adducti à Fontanel. *de Pact. tom. 1. claus. 4. gloss. 14. nu. 34.* quos etiam diſputare ait: Quibus modis Imperio in eſſe poſsit Iuriſdictio? Alciat. *loc. cit.* explicat Iuriſdictionẽ in eſſe Imperio, hoc eſt illud conſiſtere in his, quæ neque ſimplicis Iuriſdictionis ſunt, ut Actio, neque Meri Imperij, ut accuſatio, ſed Perſecutionis. Hancque rejiciunt Loriot. *loc. cit. Axiom. 28.* Ioan. Gillot. *de Iuriſdict. lib. 2.* docentes Miſtum Imperium èſſe, quod cum Iuriſdictionè conjunctum èſt; quam quidem admittunt, & corroborare nituntur Ioa. Corraſ. *lib. 3. Miſcellan. Iur. cap. 17. num. 15. et in l. Imperium, num. 2.* ubi etiam Alciat. *nu. 168.* Goudan. *ibidem, ff. de Iuriſd.* Robert. Aurel. *lib. 4. Sentent. Iur. cap. 22.*

8 Ex his omnibus poſtremam hanc aptiorem reputamus, & licèt eam omninò nõ admittamus, èxplicandam duximus, quia omnia, quæ in eius corroborationem dixèrimus ſubſeruient definitioni à Nobis aſsignandæ.

9 Impèrium Iuriſdictioni cõjunctum duplicitèr conſiderari poteſt. 1. Dum cohæret *l. 1. ff. de Offic. eius cui*, ideſt quia Iuriſdictio ſine illo Imperio èxercèri nèquit *l. vltim. ff. de Offic. eius cui.* Hinc Iuriſdictione conceſſa Imperium hoc tranſit, *l. 2. ff. de Iuriſd. omn. Iud.* Quod quidẽ intelligitur pro modo Iuriſdictionis, *l. 1 nic. in princip. ff. Si quis Ius dicen. non obtèmper.* & hoc caſu non dicitur Imperium Miſtum. II. Quando Iuriſdictio in èſt Imperio, quia res judicatur præcedente cauſæ cognitione, & juſſu ipſo, ſeu coercitionè ſubſequẽti. Franc. de Clappèr. *de Imper. & Iuriſd. concluſ. 7. nu. 2.* Oſvv. *ad Donnel. d. lib. 17. Comm. cap. 7. lit. A.* ubi plures allegat Ant. Fab. *lib. 4. conject. 4.* Henric. à Schuerin. *Repetit. Lectionum, cap. 11.* Cuiac *lib. 30. obſerv. 21. & ad l. 1. ff. de Offic. eius cui.* Licèt autem conjunctum hoc Imperium cum Iuriſdictione ſit, diuèrſa tamen re vera ſunt, ipſa inter ſe, atque èorum actus diſtincti, itaut quod Iuriſdictionis èſt, Imperio huic, neque quod Impèrij eſt, Iuriſdictioni, attribui debèat, ut rectè monent Zaſ. *in l. 3. num. 47. ff. de Iuriſd.* Scip. Gentil. *eodem Tract. lib. 3. cap. 10.* Vinnius *d. cap. 7. num. 3.* Nec huic obſtat interpretationi Charond. *de Iuriſd. & Imper. nu. 19.* docens dationèm poſſeſsionis bonorum eſſe Miſti Imperij ex Vlp. *in d. l. Imperium*, & tamen nulla in ea vèrſatur coercitio, etiã modica, ergò, &c. Rèſpondetur enim, negando ſuppoſitum; licèt ènim nõ ſemper actualis coèrcitio ſit in bonorum poſſeſsionè concedenda, quia non eſt qui contradicat; habitualitèr tamen ineſt coercitio bonorũ poſſeſsioni, quia paratus eſt Prætor coërcere, & punirè omnes, qui poſſeſsionem hanc impedierint, & quoties impedimèntũ ſit irrationabilè, punitio actualis eſt;

quod

quod ſufficit, ut aſſertio noſtra vèrificètur; nam iuxta Dialecticorũ ſentèntiam, verba in definitione non dicunt actum, ſed aptitudinẽ. His ergò prælibatis.

10 *Miſtum Imperium eſt Modica coèrcitio, qua Magiſtratus Iuriſdictionèm ſuam tuètur, & èxplicat l.1. in fine, l.vltim. §.1. ff.de Offic. eius cui*, Arnold. Vinn. *dè Imper. & Iuriſdict. cap.7. num.1.* cui addo Longoval. *in l.Imperium, part.3. §.Imperium, num.21. & 22. èt §.Venio ad Miſti, num.1. ff.de Iuriſdict.* Cuiac. *in l.1.2.3. & 4. ff.de Iuriſdict. & lib.21. obſeruat. 31.* Scip. Gentil *de Iuriſdict.lib.1. cap.5.* Georg. Obrecth. *dict.lib.1. cap.3.num.4.* Franc.de Clappèr. *de Imper.èt Iuriſdict.concluſ.8.num.3.* Hulric. Hunn. *in Encycloped. Iur. part.2. tit.36. cap. vltim.* Quibus omnibus addo Hermannum Vultèj. *in Iuriſprudènt. Roman. lib.1. cap.12. num.14.* & Borel. *citat. tit.41.num.49.* Ioachim. Hopper. *de Ver. Iuriſprudent. libr. 9. tit. 7.*

## §. II.

### An, quot, & quales ſint Miſti Imperij gradus?

11 Difficultates iſtas luculentiſsimè explicant Franciſc. de Clappèris *de Iuriſdict.& Imper. à concluſ.9.ad 18.* Guido Pap. *quæſt.490.* Carol. Tapia *in l.fin.p.1.cap.2. de Conſtit.* Mandoſ. *de Inhibit.quæſt.55.* Longoval. *in dict.l. Imperium, part.3. §. Venio ad Miſti, num.2.* Alciat. *lib.2. Paradox. cap.1.* Cuiac. *lib.1. QQ. Papin. in l.1. ff.de Offic.eius cui*, Paul. Buſius *lib.2. Subtilit. Iur.cap. 14.* Georg. Obrecth. *dict.lib.1.cap. 12.* Petr.Grègor. *lib.47. Syntagm. cap.13. in princip.* Petr. Venderan. *lib.1.quæſt.22.* Iul. Pac. *Legum Conciliat.Cent.2.quæſt.100.* Zaſ. *in l.Ius dicenti. num. 40. ff. de Iuriſdict.* Scip. Gentil. *eodem Tractat. lib.1. cap.3.* Vincent. Cabot. *lib.2. diſput. Iur.cap.8.* Camil. Borel. *in Summa Dècision.tom.1.tit.41. à num.51.* & alij ab ipſis adducti, ex quibus brèuiter propoſito ſatisfaciemus dubio.

12 I. Ergò Miſti Impèrij gradus Maximi eſt, & in ſolo Principè reſidet, ab èoque exercetur, veniam ętatis concedendo, *l.2. C.de his, qui ven. ætat. impetrauèr.* & in arrogatione authoritatem ſuam interponẽdo, *l.2. ff.de adoption.* Corn. *conſ.200. vol.1.* in emãcipatione Infantis, *l pèn.C.de emãcip. libèr.* & lègitimando pèr Reſcriptum, *§. Illud, & §.pen. Authen. Quib.mod. Natur.èffic. ſui.*

13 Ad II. Gradum Maiùs ſpectat Miſtum Impèrium, ad eumque referendum eſt Ius cognoſcendi, dè quibuſcumque ſententijs ex ſupplicatione, quod ad ſolum Principem, vel Præfectum Prætorio ſpectabat, *l.1. C.de Sent.*

*Præfect. Prætor. Auth. Quæ supplicatio, C. de præcibus Imper. offer.* Afflict. *decis. Neapol.* 341. *sub num.* 3. Ioan. Saixon. *in Consuet. Turonens. tit. Des Deo icts de baste Iustice, gloss.* 1. *col.* 3. Nicol. Intrigliol. *art.* 79. *n.* 67. *cent.* 2. priusquè docuèrant Bart. *in l. Imperium, num.* 18. ubi etiam Curt. Iun. *num.* 107. Gasp. Valasc. *n.* 229. Purpur. *num.* 301. Alciat. *num.* 198. Eamdemque opinionem probauit Caccialup. *num.* 54. alios referens, qui tamẽ addunt soli Principi Reuisionem istam competerè, nègãtes Præfecto Prætorio competere posse, ne contingat eum esse Iudicem in propria causa contra *l. Qui ff. de Iurisd. omn. Iudic. & l.* 1. *C. Nè quis in sua causa Ius sibi dicat*; libellum quidèm Præfecto Prætorio porrigendum affirmant; sed rècognitionem à solo Principe faciendam monent *ex l.* 1. *C. ae Sent. Præfect. Prætor* sicque intelligèndũ Tèxt. *in l. Si quis aduersus, C. ae Præcib. Imper. offeren.* & ideò *in d. Authen. Quæ supplicatio*, solum agi de Libello offerendo ipsi Præfecto Prætorio, adnotant; Et hac limitatione retènta veriorẽ hanc opinionem judicamus, & licet sint non nullæ aliæ opiniones nègantes Recognitionem hanc ad Mistum attinere Imperium, debili iniiti fundamènto pèrspèximus. Vnde ab èis discedimus, èt ob angustiam Tractatus èos impugnare non vacat.

14 III. Gradui Misti Imperij adscribitur Magnum, quod consistere aiunt in expellendo aliquẽ re ipsa dè possessione, alium ex secundo decreto in eam mittendo, & etiam in eam mittendo ex Constitutione *l. vltim. C. de edict. Diu. Adria. toll.* Menoch. *de adipisc. remed.* 4. *quæst.* 53. & in cõcedenda Restitutione in integr. *l. Ea, quæ, §. Magistratibus, ff. de Municip.* Atque etiã in carcèratione Hierony. Treutler. *select. disputat. lib.* 1. *disput.* 3. *Thesi.* 4. Ioan. Saixon. *l. c.* Intrigliol. *d. art.* 79. *num.* 68.

15 Non nullas patitur difficultates Gradus iste in exèmplis adductis. I. Nam grauiter controuersum est: An mittèrè in possessionem ex secũdo decreto ad hoc attineat Imperium. Negant siquidem Gouean. *in l. Iubere cauere, ff. de Iurisdict. & in eodem Tract. lib.* 1. *pag.* 10. vbi simplici Iurisdictioni illud attribuit, & Rober. Aurel. *lib.* 4. *Sentent. Iur. cap.* 22. Neque Misti esse Imperij, neque Iurisdictionis sensit, sed dècreti, quo relucet Imperium, instar animadversionis, quæ in Gladio posita dicitur *l. Solèt, ff. de Offi. Procons. l. Imperium ff. de Iurisdict.* Ast opiniones istæ non obstant; quia communi opponuntur, ferenti ad Mistum attinere Imperium in possessionem missionem ex secundo decreto. Bar. *in l. Imperium, num.* 19. ubi Dec. *num.* 55. Purpurat. *num.* 313. Longoval. *num.* 120. Corras. *nu.* 30. Bolognet. *num.* 96. & alij communiter.

16 II. Quamuis enim Longoval. *in dict. l. Imperium, nu.* 128. *ff. de Iurisdict.* multis suadere conetur Restitutionem in integrum ad Mistũ nõ pertinere Imperiũ; cõtrariũ tamen ab omnibus cõmuniter docetur in eadem lege Bart. *n.* 19.

Dec.

Dec. *n.* 56. Curt. Iun. *nu.* 109. Sapia *n.* 51. Gasp. Valasc. *nu.* 230. Corras. *num.* 30. Bolognet. *n.* 96. Loriot. *de Imper. èt Iurisd. Axiom.* 29. *in fin.* sed obstat Text. *in cap. causa, de in integr. rèstitu.* ubi deciditur causam restitutionis in integrum corã Delègato tractari posse, siue Dèlegatio spècialis, siue genèralis sit. Sed quæ ad Mistum attinent Imperiũ delegari nequeunt; ergò eum delegari posse constet *ex præallegato Textu, & ex l. vltim. in fin. C. ubi, & apud quos in intègr. rest.* sequitur ad illud non pertinere. Nèq; satisfiet dicens cum Longoval. *l. c. nu.* 130. Pontificèm Maxim. errasse in hoc Textu, tã in huius quæstionis decisione, quàm affirmãdo Arbitros posse in intègrum rèstituère, quũ omnino falsum sit, iuxta *l. fin. C. ubi & apud quos in integr. restit. pet. deb.* Et hoc mirũ nõ esse affirmat; quia in his profanis controversijs decidendis multotiès Pontifices errarunt, ut ostendit Alciat. *lib.* 2. *disp. Iur. cap* 23. & 24. Ast solutio non quadrat, quia facilius est errasse Iureconsultos, qui passim èrrorès admiserunt, ut docent Accurs. *in l. Filius Fam. §. Dici, ff. dè leg.* 1. Bald. *in l. vltim §. Sed cum in secundam, in fin. C. de furt.* copiose Tiraq. *de Nobil. cap.* 31. *n.* 135. Gomez *in §. Fuerat, col.* 1. *Inst. de Act.* Quam Pontifices Sũmos, qui semper infallibiliter decidunt, ut alibi latè probabimus. Alia ergò euasio quęrenda est, & duplex à Nobis inuenta. I. Negando delegari non posse, quæ ad Mistum Imperium attinet, quũ dèlegabilia esse Longoval. ipse probet *in præalleg. loco, num.* 146. II. Asserendo, quod licèt de Iure Ciuili in dubium vocari possit delegabilitas hæc, Iure Canonum nullam admittit dubitationem, *cap vltim. de Offic. Ordin. cap. Licèt, de Offi. Vicar. in* 6. Neque èrroris argui potest decisio præallegati Tèxtus, quatenus Arbitros de in intègrum restitutione cognoscere posse decidit, facillimè namque respondetur incidenter tantum huiusmodi cognitionem Arbitris attribui; non autem principalitèr; & tùnc etiam Iure ciuili attento decisionem illam subsisterè probat *ibidem Gloss. Magna, verbo, incidentèr* omnino videnda.

17 Mistum Imperium paruũ quarto accènsendum gradui, est cognoscerè de his, quæ ex se causæ cognitionèm exposcunt, scilicèt Datio Bonorum possessionis Pronunciarè de mittendo in possessionem ex secundo decreto, Intèrponère authoritatem alienationibus alimentorum *l. èa, quæ, §. Magistratibus, ff. ad Municip. l. Omnia quæcũq. ff. de Rè Iud. l. Nèc quicquam, §. vbi Decretum, ff. de Offic. Procons.* & docent communiter præallegati DD.

18 V. Misti Imperij gradus rècensetur Minus, consistens in his, quæ Officio Iudicis Nobili expediri solent, & summariam exigunt cognitionem, Bart. *in d. l. Imperium, n.* 21. & omnes à principio allegati, & præcipue Clapper. *conclus.* 12. Camil. Borel. *num.* 55.

19 VI. Misti Impèrij gradui adscribẽdum est Minimum, quod consistère ajunt in authoritatè intèrpouenda emãcipationi, & manumissioni Bar. *loc. citat. num.* 22.

& omnes iam citati, quibus addimus Massuèr. *in praxi titulo de Iud. & eorum Iurisdict. sub n.* 12. *&* 13.

20 Huius Mixti Imperij authoritas in prædictis gradibus ciuilibus consistit, & tot èrunt ipsi, quot causæ fuerint ciuiles, ut docent Vaccon. à Vaccuna *lib.* 6 *declarat.* 78. *num.* 12. Camil. Borel. *dict. tit.* 41. *num.* 57.

## §. III.

## Quibus olim, & nunc, ac quomodo Mixtum competat Imperium.

21 VT brèuitèr ab hoc Nos expediamus dubio, altercationes, & dissentientès omittimus opiniones, & affirmamus olim Mixtum Imperium competi jsse.

22 I Consulibus, adnotante Goucan. *in dict. l. Imperium, ex l.* 2. *§. Ex actis deinde Regibus, ff. de Orig. Iur.* II. Prætoribus *l.* 1. *ff. de Iurisd. omn. Iudic.* vbi Vlp. ait: *Ius dicentis hoc est Prætoris*, iuncta *l. Si Filius, ff. de vulg. èt Pupill. substit.* vbi Prætoris Imperium latissimum esse dicitur, & in danda Bonorum possessione cõsistere, sed hoc ad Mixtum attinet Imperium, *d. l. Imperium, & l. Iubere cauere, ff. de Iurisd.* cum alijs à Nobis supra congestis, quibus addimus *l.* 4. *§. Si forte, ff. de damn. infect.* III. Præsidibus Prouinciarũ hoc cõpeti jsse Imperiũ, Goucan. docuit *in d. l. Imperiũ*, & apertè cõstat *ex l.* 3 *&* 4. *ff de Of. Præst.*

23 Defensoribus Ciuitatum hoc Mixtum competi jsse Imperiũ. Affirmat Bart. *in d. l. Imperium, nu.* 22. *ff. de Iurisd. ex §. Nulla in Authen. de Defens. Ciuitat.* quem tamẽ cõtrarium probarè sensit Accurs. *ibidem, verbo, Iurisdictione.* Vndè à Bart. discedit Corras. *in d. l. Imperium, n.* 29. ductus respõso, vbi deciditur Pauli *in l. èa, quæ, ff. ad Municip.* Magistratus Municipales ea tractarè nõ posse, quæ Imperij magis, quam Iurisdictionis sunt, sub his autem Mixtum Impèriũ èxplicatũ diximus, ergò &c. Ast Municipaliũ Magistratuũ nominè, & appellatione Defensores Ciuitatũ, cõpræhendũtur *l. Vnic. ff. Si quis Ius dicen. non obtemper. & l. vltim. C. de Iud. d. l.* 4. *§. Si fortè, ff de Damn. infect.* Nec Bartoli opinioni suffragari potest, quod Defensores isti possent modicè castigarè, *§. Audient. in Authent. de Defensor. Ciuit.* Respondetur enim modicam castigationem, nec Imperio, neque Iurisdictioni cohærère, sed esse quid diuersum ab utroque, causis pecuniarijs ęquiparatum, *l. vltim. ff. de fer.* hancquè, & non aliam Defensores istos obtinuisse docet Corras. *in d. l. Imperium, num.* 29. *&* *in l. Magistratibus, ff. de Iurisd.* cuius sententiam tamquam vèriorẽ amplectendam arbitramur.

24 Quibus nunc hoc Mixtum competat Impèriũ dubitant DD. Bart. *in d. l. Imperium, num.* 16. *ff de Iurisd.* illis competère affirmauit, qui Merum habèrènt Imperium inni-

innixus Textui *in §. Audient. in Authen. de Defens. Ciuit.* ubi etiam Gloss. & rationi à Maioritate petitæ juxta vulgarem Regùlam: *Non debet cui plus licèt, quod minus esse non licere, ff. de Regùl. Iur.* in consequenter ergò negabitur Mistum Imperium, quod minus est, cui Merum Imperium, quod plus est, concessum fuerit.

25 Sed saluâ Bart. Authoritate, eius opinio non subsistit; ex Textu enim quo movetur contrarium apparet; nam *in dict. §. Audient.* Iustinian. expresse affirmat: Defensoribus Ciuitatum Mèrum non competere Imperium, ergò neque Mistum iuxta ipsius Bart. sententiam. Nec efficacior est ratio desumpta ex Regùla: *Non debet, &c.* Respondetur enim eam in Iurisdictionalibus non procedere, ut probatur *ex l. Solemus, §. Lutrunculatores. ff. de Iud.* & explicant Dec. *in dict. l. Non debèt, num. 5. vers. 3. Regùla*, Soccin. *in l. 1. numer. 17. ff. Quis, & à quo.*

26 Secunda fuit opinio Gaspar Valasc. *in dict. l. Imperium, num. 225.* affirmantis Mistum Imperium hodie Minoribus tantum Magistratibus concedi, & objectioni occurrit desumendæ *ex dict. l. èa quæ*; docèns, ex eo quod in præallegata Lege deciditur Municipalibus Magistratibus hoc non competere Imperium; non inde inferri, omnibus alijs Maioribus concessum non esse.

27 Tertia denique opinio à Nobis sequenda est Ioann. Longouall. *in dict. l. Imperium, num. 141.* affirmantis Mistum Imperium apud illos esse Magistratus, qui Ciuilium causarum cognitionem habent; quia nimirùm regulari Iure permissum est Magistratibus suam tuëri, & defendere Iurisdictionem, pœnalique præcepto in Rebelles, & Perturbantes procedere, *l. Vnic. ff. Si quis Ius dicen. non obtemper.* Sed hoc ad Mistum attinet Imperium, ergò, &c. Hincque diximus Imperium Mistum, esse coërcitionem cohærentem Iurisdictioni; cuius actus præcedunt Imperio, quoties non paretur decreto, vi Iurisdictionis expedito; si namque mox paretur, subsistit Mistum Imperium in nuda potentia, & actu primo, ut censuit Anton. Fab. *lib. 4. conjectur. 4.* quem Gouean. Longouallium, & Bachoui, laudat Arnold. Vinn. *de Imper. & Iurisdict. cap. 7. num. 4.* addens apud Nullum alium distinctionem hanc reperijsse, nam alij DD. qui decreta, & iussa Magistratuum esse statuunt, passim sibi contradicunt, docentes Mistum Imperium nervos. habere, & omninò positum esse in exequutione, atque expeditione, Ioann. Corras. *lib. 3. Miscellan. cap. 17.* Duaren. *de Iurisdict. cap. 7.* Donnel. *lib. 17. Comment. cap.* Facchin. *libr. 2. controuers. 95.* Scipion. Gentil. *de Iurisdictione, lib. 1. cap. 3.*

28 Excipiuntur tamè à generali Regùla Defensores Ciuitatis,

seu Duum Viri, qui licèt Iurisdictionem habèant, *Authen. de Defensor. Ciuitat.* pœnale hoc præceptũ adhiberè non possunt, ut omnes fatentur.

29 Quomodo autèm competat Mistum Impèrium? An scilicèt Iure Magistratus? Et quidèm affirmatiuè rèsolvunt communiter DD. argum. *l. 2. ff. de iurisd.* Alciat. *lib. 2. Paradox. cap. 1.* Iacob. Cuiac. *in l. 1. ff. de eo, cui mand. est Iurisd.* ubi etiam Gloss. verbo, *Magistratus*, quam sequuntur Scribèntès *ibidem*, & præcipuè Bar. Bal. Paul. de Castro, Ias. Rom. et alij. Et licèt Raph. Fulgos. nimium subtilizarè volens à communiter receptà Glossæ opinionè recèdere velit, *in d. l. 1. num. 11. et seqq. usque ad 17. & in l. Iubere cauere, & l. Magistratus, ff. de Iurisdict.* quem sequitur Decius *in dict. l. 1. num. 41.* & Alciat. *citat. cap. 1.* Ab èa tamen recèdendum non esse, latè probat Frãcisc. de Clappèr. *de Imper. & Iurisd. conclus. 18. num. 5.*

## QVÆSTIO V.

### Ecquid, & quotuplex simplex Iurisdictio, Tertia Imperij assignata species?

1 TERTIAM Meri Imperij principalem specièm à principio Quæstionis simplicem Iurisdictionèm assignauimus Bart. & alios sequuti, quibus nùnc addimus Fontanèl. *de Pact. Nuptialibus, tom. 1. gloss. 14. num. 47.*

2 Varij sunt DD. Nostri in assignanda simplicis Iurisdictionis definitione; licèt ènim Vlpian. *in dict. l. Imperium*, asserat, ut sit Iudicis dandi licentia, ex qua primam adducit definitionem, Francisc. Duaren. *Ad tit. de Iurisdict. cap. 2.* docèns simplicem Iurisdictionem, nihil aliud esse, quam de causis, et controversijs ciuilibus, seu priuatis cognoscendi, iudicandiquè facultatem. Quam sequutus est Thobias Paurmeisthier. *lib. 1. de Iurisdict. Rom. Pop. cap. 12.* & arridet adducta à Claudio cantiuncul. *in tract. de Offic. Iudic. lib. 2. cap. 9. num. 1. vol. 2. tract. DD.* relata à Fontanel. *dict. claus. 4. gloss. 14. n. 47. vers. Est igitur.* Sèd rejiciendas esse Definitiones istas suademur, tùm ex dicẽdis; tũ, & quia *in d. l.* non definiendo, sed exẽpla adducendo I. C. procèsisse docent communiter DD. mox referendi. Prætereà quum verba illa adeò obscura, èt pene in intèlligibilia sint, ut adhùc sub Iudice lis sit, quisnam fuerit eorum sensus, ut attestantur Calef. *in dict. l. Imperium, num. 217.* Nicol. Bellon. *lib. 1. supputat. Iur. cap. 4.* Alciat. *lib. 2. Paradox. cap. 18. & in dict. l. Imperium, num. 4. & in cap. Quod Sedèm, n. 66. de Offic. Iud. Ord.* Parlador. *lib. 2.*

Rer.

*Rer.quotid.cap.1.num.1.* Fontanel. *dict.gloss.14. num.47.* & alij penes ipsos, non potest perspicua èx eis definitio elici, ut par est. Illis èrgò prætermissis, alias adducunt DD. ipsi definitiones. Primò namque Bart. *in dict. l. Imperium, num.23.* simplicem Iurisdictionem esse ait, quæ Officio Iudicis Mercenario exercetur, seu expeditur ad priuatam utilitatem principalitèr, quẽ sequuntur communitèr Scribentes in præallegato Textu, & præcipuè Calefat. *num.216.* Fontanel. *dict.num.47. vers. Est Igitur.* Hanc tamèn quatuor validissimis refellit fundamentis, Franc. de Clappèris *de Imper. & Iurisd. concluf.18. à num.1. per aliquot seqq.*

3 Aliam simplicis Iurisdictionis definitionẽ adducit Franc. de Clappèris *de Impèr. & Iurisdict. concluf.18. nu.4.* quæ sic se habet: *Simplex Iurisdictio est ciuili nulli Impèrio accedèns, & Iure Magistratus competèns.* Quam Iuris principijs conformiorem, & omnibus bonæ definitionis præceptis cõstare probat, & præcipuè genere, èt differentijs; quod ipse latè ostendit.

4 Quod autem Iure Magistratus hæc simplex Iurisdictio cõpètat probat Clappèr. *èx l.1. ff. de Offic. eius cui mandat. est Iurisdictio,* ubi mandata gènèralitèr Iurisdictione trãsire in Delegatũ simplicẽ Iurisdictionẽ decidit I. C. nõ autẽ transiret, si Iure Magistratus ea non competeret, sed specialitèr tribui deberet ut notum est, ergò quum sub generali illa concessione transeat simplex Iurisdictio: Iure Magistratus eam compètère perspicuum èst. Et corroboratur *ex l. Muto, §. Tutoris datio, ff. de Tut.* ubi Tutoris dationem ad simplicèm Iurisdictionem Iure Magistratus cõpetentèm pertinere statuitur juxta eumdem Clappèris *dict. concluf.18. num.4.*

5 Sed in hanc corroborationem instari. I. potest, quod nulla est Iurisdictio simplex seorsim in Magistratu considerata, quia nullus est Magistratus sine Impèrio, quo Iurisdictionem suam tueãtur, *l. vltim. §.1. ff. de Offic. eius cui, l.2. ff. de Iurisdict.* Ergò absurdum est dicere simplicem Iurisdictionem per se consideratam Iure Magistratus competere.

6 Vt hanc vitet objectionèm Arnold. Vinn. *de Imper. & Iurisdict. cap.5. num.2* dupliciter Iurisdictionem considèrat, in concreto scilicèt, & in abstracto, addèns in concreto nullam èsse sine Imperio Iurisdictionem, vndè in hoc sensu simplicèm assignari nõ posse, in abstractu vèrò simplicèm dari posse ostendit, quod sufficit, ut nostra verificètur assertiõ.

QVÆS-

## QVÆSTIO VI.

### An? Quale? Et quo Iure Merum Imperium Summum Ecclesiasticæ competat Potestati?

1 NEcessitatē Quæstionis istius agnoscēnt Quotquot legerint passim apud quam plures Scriptorès, nedum apertos Ecclesiæ Hostes, verum apud alios, qui hàc notà usti non sunt; penes Ecclesiam nullū ex Christi institutione, Impèrium residere; quia nullam cogentem vim Ecclesia habere noscitur ex Christi institutione; sed si quam exercuisse aliquando legatur, & nùnc habere videamus ab Imperatoribus communicatam esse affirmāt, quum ergò absque coactiuà Potestate Imperium consistere nequeat, si illam à Christo non accepisse constat; Imperium illi non competere perspicuum est, & docent Scip. Gentil. *de Iurisdict. lib. 3. cap. 14. 15. & 16.* Franc. Duaren. *de Sacr. Eccles. Minist. lib. 1. cap. 4* Quorum petulantiam, licet retussam esse videamus à Supremo Sac. Inquisit. Consilio *in Indicc Expurgator. cæto, Anno 1640. pag. 391. col. 1. & pag. 884* ubi integra capita deleri iubentur; adhùc tamen ostendere necessarium duximus quam longe à veritate distent huiusmodi Homines, hæc, & alia deliria suadere conantes.

### §. I.

### Ec qui denegauerint Ecclesiæ vim coactiuam cui Merum hoc innititur Imperium, Eorum Fundamenta, damnato adducuntur.

2 HEterodoxos Imperium Ecclesiæ, eiusque coäctiuam Potestatē in omni sæculo demoliri ad laborasse perspicuum est, & præcipue tempore Ioannis XXII. quo pro defendendo Ludouico Bauaro Imp. exacuerunt in Pontificiam Iurisdictionem linguas suas, ut gladiū acutum, venenum Aspidum labijs suis evomentes tùm proprio, & innato supercilio in Ecclesiæ Supremum Antistitem inuecti, tùm, & blandiendi iniquo Principi cupiditate attracti, inter quos præcipue excelluerunt immanissimi Homines Ioann. de Ianduno, & Marsil. de Padua, postremus iste Heresiarcha appellatus ab Aluar. Pelagio *de Planctu Eccles. lib. 1.*

*cap.69.fol.93.pag.1.col.1.in fin.* qui librum cõscripsit inscriptum: *Defensor Pacis ad Ludou. Bauar. Imp.* vbi probare intendit Iurisdictionem coäctiuam non esse, cui non conceditur facultas infligẽdæ alicuius pœnæ inuito, cum enim nõ cogatur, qui sponte aliquid facit; quia coäctio voluntario, & spontaneo opponitur, non solum ex Philosophi Aristot. *in lib. Ethic.* & cæteris; Verùm etiã ex PP. Iren. *lib.4. cap.7.* Tertul. *lib.2. contra Marc.cap.2.* Hilar. *in Psal.2.* Orig. *Proœm.lib.Periarch.* Euseb. *de Prap. Euangel.cap.6.* Epiph. *Hæres.& 16.* & Macar. *Homil.15.* Chrisost. *Homil.11.in Ioan.* & alibi sæpè Aug. passim, atque ex ijs sequi arguit Iurisdictionem coäctiuam nõ habere, qui inuito pœnam infligere non valet; Ecclesia autem inuitum nullum cogerè potest. Ergò, &c. sic Deperditum illum ratiocinasse legimus apud Francis. de Hallier. *de Eccles. Hierarch. lib.4. art.7.§.2. pag.420.* à quo, & apices trãscripsit, eum nõ referens, Guill. Beyer. *de Eccles. Hierar. quæst.13. de Iurisdict. coact. Eccles. cap. 2. pag. 581.* ubi Marsilij fundamenta adducit, quæ postèa vsurpasse Anton. de Dominis *lib. 5. de Rep. cap.1. 2.& 3.* addunt ipsi.

3 Istius, & aliorum circa quęstionem hanc errores damnauit Ioan. XXII. *art. 5.* hunc sic proponendo, & condemnando: *Quinto adhùc isti Blasphemi dicunt, quod tota Ecclesia simul juncta nullum Hominem punire potèst punitionè coactiua, nisi concedat Imperator. Quod utiquè Doctrinæ Euangelicæ noscitur obuiare; constat ènim, quod à Christo Petro, & in Persona Petri Ecclesiæ Potestas coactiua concessa, vel saltem permissa existit, quæ quidem promissio fuit postea adimpleta, quùm sibi Christus dixit: Quodcumque ligaueris super terram,* &c. *Ligantur ènim non solum voluntarij, sed Inviti; Adhùc sicut ibi lègitur, in Matheo quod si aliquis damnum alicui indèbitè dedèrit, illudque ad mandatum Ecclesiæ noluerit emèndare, quod Ecclesia per Potestatem à Christo sibi concessam, ipsum ad hoc per excommunicationis sententiam competerè potest; quæ quidem Potestas, utique coactiua est. Circa quod est aduertendum, quod cũ èxcommunicatio Maior, nedum èxcommunicatum à perceptionè Sacramentorum rèmoueat; sed etiam à communione Fidelium, ipsum excommunicatum excludat, per quod corporalis à Christo coactio Ecclesiæ est permissa; quia secundum Leges Imperiales grauius rèputatur inter Homines conuersari, ipsorumque priuari suffragijs, quam ab Hominibus separari, èx quo sequitur Potestatem coactiuam, non ab Imperatore Terreno; sed ab ipso Christo fuisse originaliter Ecclesiam consecutam,& c.* Moxque exèmpla Ananię, Saphiræ, & aliorum in comprobationẽ istius exhibet Potestatis, quæ latè expensa videri possunt apud Turrecrem. *in Summa Eccles. lib.2. cap. 46. vers. Tertio erroris,* Hallier. *citato, art.7.§.1. pag.419.*

4 Ioan. ergò XXII. hunc articulum, qui omnium postremus est, cæterosque quatuor Articulos, velut Sacræ Scripturæ contrarios, & Fidei Catholicæ inimicos,

cos Hæreticos, seu Hæreticales, & erroneos damnauit, nec non, & prædictos Marsil. de Padua, & Ioan. de Ianduno Hæreticos, imò Hæresiarchas fore manifestos, & notorios finaliter declarauit, teste Guillelm. Beyer. *dict. q. 13. cap. 1.* missa ad Facultatem Parisiens. Damnatione hàc, quę reuerenter à cunctis eius DD. susceptа est 1. Septembris, Anno 1330. in Congregatione habita Domi Chancellarij; in qua ægreferentes Magistri Galliæ eis adscribi detestabiles illos libros Inquisitionē decreuerunt in falsitatis illius Authores, ut ex publicis eorum tabulis, refert Hallier. *dic. art. 1. circa Ioannès autèm, pag.* 419. Guillel. ipse Beyer. *dict. q. 13. cap. 1.* addens Potestatem coercitiuam Ecclesiæ à Christo conuenire docuisse semper eiusdem facultatis Magistros. Eamque eijsdem fere argumentis, quibus Ioan. XXII. probauit Gerson. *de Potest. Eccles. consid. 4.* fuse Heruæus *lib. de Potest. Eccles. & Laic. q. 3. cap. 2.*

## §. II.

## Merum Imperium in Summo Gradu esse in Ecclesia ex Christi institutione probatur.

5 QVum Meri Imperij Fūdamentum vis coactiua sit; ita ut conuèrtibilia inter se sint; idem est inquirerè; Vtrum Merum Imperiū Summum Ecclesiæ competat ex Christi institutionè; ac inquirere: An vis coactiua ex eadem Christi institutione in Ecclesia sit? Hanc quæstionē resoluunt Antiq. Doctores Galli etiam parum fauentes Pontificiæ Iurisdictioni; adducti à Franc. Hallier. *dict. §. 1. pag.* 420. ubi præcipue allegat Iacob. Almayn. *de Author. Eccles. cap. 2. collor. 3. dicentem Marsilius de Padua de uiauita Fide omnem Iurisdictionèm coercitiuam ab Ecclesia auferens,* &c. *Item de Potest. Eccles. & Laic. q. 3. cap. 2. Marsilius de Padua ponit, quod Papa nullam habeat Potestatem coercitiuam, seu coactiuam ex institutione Christi; sed ista opinio est damnata, erroneum enim est, quod Papa non habeat Potestatem coactiuam in ullis rebus.*

6 In Concil. quoque Senonen. Prouinc. habito Anno 1528. Præsid. Ant. Card. à Prato Archiepisc. Senonen. Regni Franc. Chancellar. cui plurimi ex DD. facultatis Paris. intèrerant, damnātur errorès varij Marsil. Patauini, atque inter cæteros ille, quèm à Ioan. XXII. damnatum diximus, his verbis. *Post hos, nempè Valdenses, surrexit Marsilius Patauinus, cuius pestilens liber, qui Defensorium pacis nuncupatur, in Christiani Populi perniciem, procurantibus Lutheranis, nuper excussus est. Is hostiliter Ecclesiam insectatus, & terrenis Principibus applaudens, omnèm Prælatis adimit Iurisdictionem, eà dumtaxat excep-*

*exceptà, quam Sæcularis largitus fuèrit Magiſtratus, &c.* Hallier. *d.§.1. pag.*420.

7 Quum una expræcipuis, quæſtionibus Tractatus noſtri hęc ſit, altius eam examinare decreui; grauiorumque DD. qui antiquitate, & authoritate venerabiles ſunt teſtimonijs; eam fulcire, & corroborare. Quod ut facilius aſſequamur.

8 Præmittendum eſt Supremam Iuriſdictionem, & Poteſtatem Pontificiam duplicem eſſe, Directiuam ſcilicet, & coactiuã, Directiuam appellamus eam, qua dirigimur, & moderamur ad bene beateque viuendum, juxta Dei mandata, & Sanctorum PP. Regulas, quibus obſeruatis, Diuinaq; fauente Miſericordia vita functi æterna fruamur fœlicitate, quæ eſt noſter ſcopus, in quem unice collimare debemus, atque finis, in quẽ peruenire debemus, & inhiare tenemur, & ut eũ facilius aſſequamur, conſtitutus eſt à Chriſto eius Vicarius Romanus Pontifex Vniuerſo Populo Chriſtiano dirigendo præpoſitus. Ioan. à Turrecre. *in Can. cũ ad verũ, col.7. verſ. Decimo quod pertinet 96. diſt.* Albert. Pygh. *de Eccleſi. Hierarch. lib.5.* Franc. de Varg. *in Tract. de Epiſcop. Iuriſdict. reſponſ.6.* probans ex illo Ezechiel. 34. *Paſcam Oues meas, & Ego eas accubare faciam,* & Sophon. 3. ubi dicitur: *Ipſæ paſcentur, & accubabunt, & non erit, qui exterreat.* Hæc accubatio eſt ipſa Directio, ſiue Deductio Ouium per cuſtodiam Diuinorum Mandatorum, ut recte interpretatur, Cardinal. Turrecrem. *l. c.* in cõprobationem allegans Sanct. Auguſtin. *in Serm. SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli*, cuius elegãtiſsima verba id recte comprobant.

9 Noſque ulterius hac efficaci (ni fallimur) ratiocinatione, hanc directiuam Poteſtatem probamus. Poteſtas Eccleſiaſtica, non in ſola coercitione, ac caſtigatione, ſeu punitione conſiſtit, ſed etiã exercetur docendo, & adminiſtrãdo Sacramenta, quia Scriptura Sacra non tantum verbis ligandi, & ſoluendi Matthæ. 16. & 18. Verum etiam per *Paſcendi* verbum, Poteſtatem Eccleſiaſticam explicuit Ioann. 21. ad Corinth. 1. 9. Petr. 1. 5. Atque per Docendi authoritatem Matthæ. *vltim.* 1. *ad Corinth.* 12. *ad Epheſ* 4. Sed hæc omnia ad directionem pertinent, ergò Poteſtas hæc directiua eſt à Chriſto Domino in Eccleſia inſtituta. Conſequentia eſt irrefragabilis. Minor autem ex nuper adductis perſpicue liquet, & corroborari poterit Patrum Doctrina, ſequuta à Franc. de Hallier. *dict. lib. 4. ſect.1. cap.1. art.2. pag.*388.

10 Poteſtas autem coactiua Eccleſiæ eſt, quà Romanus Pontifex omnes compellit Orthodoxos Dei Præcepta obſeruare, Iuſſa tàm Diuina, quàm ſua implere, omninòque obtẽperare. Hancque diuiſionem ſequuti Patres Poteſtatem Pontificiam, modo ligandi, atque abſolvendi Authoritatem vocant. Tèrtul. *de Pudicitia, cap.21.* Cyprian. *Epiſt. 55. & libro de Vnitate Eccleſiæ*, S. Leo. *Serm.3. Aniuerſàr. Aſſumpt. ſuæ.* Modo Poteſtatem

tē Iudiciariā Cyprian. *cit. epist.* 55. & alij aliquādo Patèrnitate, Orig. *in cap.* 4. *ad Roman.* Ambros. *in Psalm.* 43. Hieron. *in Psalm.* 44. August. *Epist.* 162. *&* 165. & alij Multoties Pastoratū *Epist.* 67. alijq; Patrès ab Hallier. supressò nomine allegati *dict. art.* 2. *pag.* 388. Ex quibus optimè probat Ecclesiasticam Potestatem Directione, Coactione, & administratione constare.

11 Potestatem coactiuam in Ecclesia Dei esse ex Christi institutione docent omnigènæ scientiæ DD. scilicèt, Theologi, Iureconsulti, & Canonistæ Ioann. à Turrecrèm. *in Summ. lib.* 2. *cap.* 45. *&* 46. Albert. Pygh. *d. lib* 5. Varg. *dict. respons.* 6. Bellarm. *de Roman. Pontif. lib.* 4. *cap.* 15. Anastas. Gèrmon. *de Sac. Immun. lib.* 3. *cap.* 13. Ioseph. Stèphan *de Potest. coactiua Romani Pontif. lib.* 1. *cap.* 3. *&* 4. Innoc. *in cap.* 2. *in fin. de Maior. &* *Obed.* Berojus *in cap. de His de Accus.* & Alij penes ipsos luculentissimè coactiuam istam Potestatem, pluribus fundamentis corroborātes, & præcipuè Turrecremata, qui duodecim pondèrat petita.

12 I. à Sacra Pagina Matthæ. 16. *Tibi dabo Claues Regni Cælorum: Quodcumquè ligaueris supèr terram;* In quibus Potestatem coactiuam in utroque foro compræhendi probat. Quod corroborat ex eodem Matth. 18. *Si peccauerit in Tè Frater tuus, &c.* juncta gloss. verbum, *alligaueritis*, explicans: *Vinculo Anathèmatis*, & Hieronymo *Damnandi Potèstatèm* interprætāte. Damnatio ad coactiuam Potestatem, èt Merum attinet Imperium. Ergò, &c. Clariusque eadem Potestas explicatur in eàdem Sacra Historia referente *cap.* 26. abscisionē auriculæ Malci. S. Grègor. relatus *in Can. Si Petrus* 24. *q.* 1. explicat illud Luc. 22. *Ecce duo gladij hic.* In quibus vèrbis duplicem Ecclesiæ Potestatem Spiritualem, & Temporalem, seu coactiuā designatā esse S. Bernar. scripsit *in lib. de Consid. ad Eugen.* Turrecrem. *d. cap.* 46. *vers. Quarto* Idē colligitur Ioann. *vltim. Pascè Ouès meas.* Quod Præcèptū absque vi coactiua impleri non posse sensit Gloss. *ibidem* Ioseph. Stephan. *dict. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 4. *&* 5. Quæ omnia validissimè corroborantur ex Apostol. 1. *ad Corinth.* 4. ibi: *In virga veniam ad Vos*, ideſt ferrea Apocalyps. 1. ibi: *Dabo illi Potestatem super Gentes, &* *reget eas in Virga ferrea*, hoc est coactiua Potestate Ioseph. Stephan. *dict. lib.* 1. *cap.* 3. Turrecrèm. *d. cap.* 46. *vers. Sexto idem ostenditur.*

13 Probant II. hanc eamdèm Conclusionem Conciliorum Generalium praxi, maximè illorum Quatuor Principalium, in quibus damnati, excommunicati, & à suis Dignitatibus depositi, imò, & flāmis cōbusti Hæretici lèguntur. Sicut in Nicæno Arius, in Cōstantinopolitano Macèdonius, in Ephesino Nestorius, in Chalcedonensi Euthices Can. *Canones, dis.* 15. Hoc Sancti Patres facere non potuissent, nisi ex Christi institutione, & ordinatione hanc Potèstatèm, & Iurisdictionem coactiuam habèrent. Turrecrem. *dict. cap.* 45. *vers.*

*vèrſ. conſequenter ſecundo.* Fortiuſque ex Concilio Conſtanticſi probatur, ubi non ſolum deciſſa, ſed etiam exequutioni mandata repèritur Poteſtas hæc coactiva; in eo namque ipſius Concilij dècrèto combuſti ſunt Ioann. Huſ. & Hieronymus de Praga Hèrèſiarchæ, pertinaces in ſua Hæreſi permanentes. Coriolan. *in Breuiar. Chronolog. Anno* 1417. *pag.* 376. *Iacob. Gordon. in Chronolog. tom.* 2. *anno* 1416. *pag.* 557. *& Seſſ.* 19. *hæc habẽtur. Declarat Sancta Synodus: Saluoconductu per Imperatorem, aut alios Principes concèſſo nullum Fidei Chriſtianæ, aut Iuriſdictioni Eccleſiæ præjudicium gènèrari poſſe, aut debere, quo minus liceat Iudici Eccleſiaſtico de huiuſmodi perſonarum èrroribus inquirere, eoſque punire, quantum Iuſtitia ſuadebit, ſi ſuos errores reuocare pertinaciter noluerint, etiam ſi ſaluo conductui Laicorum confiſi ad locum venerint Iudicij alias non venturi. Nec ſic promittentes, quum fecerint, quod in ipſis eſt, remanere obligatos &c.* Quod decretum emanauit, ut innoteſcèret Hæreſiarchis illis nõ profuiſſe ſaluumconductum à Sigiſmũdo Imperatore dattũ, Sãct. Antonin. 3. *p. Hiſtor. tit.* 22. *cap.* 6. §. 3.

14 Ex cuius Concilij facto, & deciſione efficaciſsimè probatur, nedum in Eccleſia coactiuam reſidere Poteſtatem, vèrum eam indèpendentèm omninò a Suprema Temporali ei incumbere. Quod latiſsimè comprobat Martin. Becan. *Opuſculor. Theolo. to.* 2. *Opuſcul.* 2. *Miſcellan. q.* 5. *num.* 2. *& ſeqq.* Omninò videndus, luculentiſsime ènim illationem iſtam probat.

15 III. Hanc coactivam Poteſtatem probant præ allegati DD. Apertiſsimis Iuris Canonici teſtimonijs, & præcipuè ex *cap. ex Litteris. cap. ſuſpẽſionis de Ofic. Delèg. cap.* 2. *de Maior. & obèd. ubi Innocen. in fine.* Suntque integri Tituli in Decrèta liũ libris de *Pœnis*, in quibus graviſsimæ, & ultimæ ſtatuũtur Hæreticis, & alijs, quas in ſtatuènte ſupremã arguère, & præſupponere coactiuam Poteſtatèm perſpicuum eſt.

16 Plura in hanc ſententiam communiter obijciuntur, congeſta à Turrecrem. *dict. l.* 2. *cap.* 47. Ioſeph. Steph. *de Poteſt. coactiua* Ro. *Pontif. lib.* 1. *cap.* 9. *& ſeqq.* Franc. Boz. *de Temporal. Eccleſ. Monarch. paſſim.*

17 Ex quibus hoc vnum objectum diiuèndum ſelegi. Romanus Põtifex nèquit ex Divinà Inſtitutione maiorèm haberè Poteſtatèm, eà quæ ipſi Chriſto, tamquã Eccleſiæ capiti, competijt, aut illa, quam Chriſtus D. Petro communicavit ſibi, & Succeſſoribus ſuis in Pontificatu, ſed Chriſtus tamquã viſibilis Pontifex Summus Eccleſiæ hac coactiva caruit Poteſtate, & quamvis non caruiſſet eam tamen Petro numquam communicavit, ergo Suceſſorès Petri eam habere non poterunt ex Chriſti inſtitutione. Maj. & Cõſeq. patent Minor. duas habet partes, quarum peculiari quælibet indiget probatione.

18 I. Ergo Minoris pars denegans in Chriſto hanc reſediſſe Poteſtatem aperte colligi videtur ex

Tertul. *lib. de Idolo-latr. cap.* 18. vbi de Christo loquês ait: *Si Potestatê quoque nullam, nec in suos quidem exercuit, quibus sordido ministerio functus est; si Regem se denique fieri conscius fui Regni refugit, plenissime dedit formam suis dirigendo omni fastigio, & suggestu tam Dignitatis, & Potestatis, &c.*

19 II. Eamdem Min. probant. Ex quo potestas coactiva sine Divitijs, & auxilio Divitum èxèrcèri non potest; Omnibus autem his Christus Dominus destitutus lègitur, ergo &c. Confirmantque discursum ex ipsis verbis Domini profitentis se: *Non ministrari sed ministrare vènisse.* Ergo non exercere coactivam Potestatèm, & Iurisditionem Secundam autem Minoris partem, quoad Petrum scilicet probamus ex S. Bernardo scribente ad Eugen. Pap. *Non monstrabunt puto qui hoc dicerẽt, vbi nã quispiam Apostolorum Iudex sederit hominum, &c.* Moxque: *Stetisse namque lego Apostolos iudicando, sedisse iudicantes non lego, etiam illud non fuit.* Ast coactiva hæc Potestas absque Iudicio exerceri nequit, iuxta luculentèr dicta §. præced. ergo Potestas hæc Petro non competijt, ergo neque successoribus suis.

20 Hoc argumentum, quod efficacissimum Non nulli reputant, facilimè dilui posse docuerũt præallegati DD. & precipue Turrecrem. *dict. lib. 2. cap.* 47. *vers. ad secundum, et vers. ad Octauum* Respondendo Minorem illam, quatenus nègat in Christo Potestatem illam coactivam hærèticam èssè, vtpotè Sacro Textui contrariam, nam Isai. 33. de Christo Vaticinatur. *Ipse Dominus Noster, Iudex Noster, & Legifer Noster, & Rex Noster.* Hæc autèm de Christo verificari non possent, si Potestate coactiva careret. Vnde Matth. *vltim.* Ipse Dominus dixit. *Data est Mihi omnis Potestas in Cœlo, & interra*; sub qua vniversali concessione comprèhensam essè Potestatem coactivam, ne quidè Gramatica stèr negabit, eamque èxèrcuisse Ioann. 2. & Matth. 21. probatur iuncta expositione S. Gregor. *lib. 1. Mor. ca. 25.* Ad alia loca etiam respondit ipse Turrècrem, & hos infra luculentius alibi satisfacièmus.

21 Quoad Petrum verò respondemus S. Bernardum ibi non loqui de Potèstate Coactiva; sed de causis, litibusquè Sæcularibus Privatorum, quibus Apostoli sese immiscere renuebant, non quia Iurisdictione carèbant; sed quia èas inferioribus hominibus relinquebant, vt colligitur ex Apost. 1. *ad Corinth. 6.* cuius vèrba adducit in hoc sensu, explicat Cardin. Turrecrem. *dict. cap.* 47. *vers. Ad octauam*, omninò vidèndus. Cuncta enim obiecta optimè diluit.

§. III.

## §. III.

### Quotupliciter cõsiderari posſit Merũ Imperiũ Põtificiæ Poteſtati, & Iuriſdictioni competens? Quibus, & quomodo conueniat?

22 DVpliciter poteſt Merũ hoc Imperium conſiderari. I. Vt Forum intèrnum reſpicit, èt aliud, prout èxtèrno foro moderatur. In I. Acceptione, Forum hoc internum rurſus dupliciter conſidero. I. Vt Forum Sacramentale, èt purè internum. II. Vt accidentaliter internum. In I. hac conſideratione actus illius Fori purè, & formaliter interni, primariò Lègi Æternæ, & Naturali tantum ſubjiciuntur, ſecundario autem Eccleſiæ Viſibili, eiuſque Miniſtris, quibus, quoad illud Forum, Miniſterialis hæc Poteſtas, & Imperiũ à Chriſto Domino concèſſum fuit: Vt tamen illud non Eccleſiæ nomine, ſed ipſius Chriſti exercetur, ſic colligere licèt ex dictis, & fuſe docènt mox referendi. Vnde nequit Eccleſia quoad illos Merum Imperium exercere in vèriori opinione, ideò nequit Eccleſia punire delictum merè internum, & conſequenter, neque vetare, aut jubere, ſic docent communiter Ganoniſtæ, per Text. *in cap. Cogitationis, de Pœnit diſt.* 1. vbi præcipuè Nauar. *num.* 9. *& in cap. Si quis non dicat, eadem diſt. num.* 8. Eſtque Theologicum principium S. Thom. 1.2. *q.* 91. *art.* 4. *& q.* 10. *art.* 9. ubi præcipuè Vazq. *tom.* 2. *q.* 96. *art.* 4. *diſp.* 169. *cap.* 5. *num.* 36. *& 37.* Suar. Salas, Valenc. Bonac. & alij penes Caſtro Palao *tom.* 1. *tract.* 3 *diſp.* 1. *punct.* 6. *nu.* 2. ubi per numeros ſeqq. id optimè explicat. Limitandum tamen eſt; ſi Actus interior neceſſarius ſit ex præcepto actus èxterioris; nam tùnc ex illa præciſſa connexione, & relatione actus extèrni ad actum internũ pro ſua pèrfectione cenſetur, & actus internus Eccleſię ſubjectus, & ab illa legitimè præceptus. Eleg. Text. *in cap. Dolentes, de Celeb. Miſſar.* ubi Officium Diuinũ ſtudioſe, attẽtè, & devotè recitari jubetur. Adi eoſdem DD. id latiùs proſequentes.

23 Quum autem actus per accidens ſunt interni, eo ſcilicèt, quia delictũ adeò occultè fuit perpetratũ, ut nullis poſsit legitimis verificari probationibus, Eccleſiæ Imperio omnino ſubjacet; ſic Nauar. Suar. Auila, Bonacin. & Hurtad. quos ſequitur Noſtras R. P. Leand. à SS. Sacramènto, Trinit. Famil. Excalceatæ, ſemel, atq. itèrum Digniſsimus Generalis Moraliumque Reſolutionũ indefenſus Indagator, *tom.* 4. *ſuor. Oper. Tract. de Cenſur. in communi diſp.* 8. *q.* 4. quibus ipſe Leandèr (*tom.* 5. *Tractat.* 1. *de Irregular. in communi diſp.* 1. *q.* 10. *verſ. Secundo quia*) addit Caſtro Palao, Pellizar. & Dian.

24 In ſecunda autem Fori acceptione (extèrni videlicèt) dupliciter poſſe Eccleſiæ compe-

tere Merum Imperium, consideramus I. ut est in se genericè sumptum. II. Prout circa delicta purè Spiritualia pœnis purè Spiritualibus procedit. III. Prout in hęc dèlicta, vel in alia mista alijs procedit pœnis, pecuniarijs scilicèt, aut corporalibus. IV. Denique prout capitales pœnas imponit, quæ tribus à Nobis sunt explicanda Cõclusionibus. Quarum sit.

25 I. In Ecclèsia Catholica Romana, tàm in capite (quod est Romanus Pontifex) quàm in principalibus membris, ut sunt Domini Antistites datur Merum Imperiũ in se, & genericè consideratũ. Cõclusio hæc duas habet partes, quarũ prima concedens in Sũmo Põtifice Merum Imperium, ultra quã quod infra *concl.* 4. latè probanda est à nemine poterit inficiari.

26 Quoad Dominos Antistites, Episcopos scilicèt, Archiepiscopos, Patriarchas, &c. docent eã cõmuniter Canonistæ, & pręcipuè Bal. *in Rub. paulo ante n.* 8. *vers. Vel dic, quod Episcopus, extra de Const. in cap. cũ cõtingat, n.* 2. *per Tex. ibi. extr. de for. cõp. & de Mero Misto Imperio* Card. *in cap.* 1. *paulo ante nu.* 1. *vers. Et facit etiam hæc littera de Of. Ord.* Barbat. *cons.* 47. *nu.* 4. *ad med. vers. Vnde Dominus Cardinalis, vol.* 1. & fuit originalis doctrina Guillelmi de Turno, & Cyni, quos refert Fèder. de Sen. *cons.* 190. *in primis verbis,* Purpu. *ad l. Imperiũ, n.* 137. *ff. de Iurisd.* Hẽr. Boteus *in tract. de Synodo Episcop. p.* 3. *n.* 105. & cum eis Melch. Loter. *de re Benef. lib.* 1. *q.* 21 *n.* 40. *&* 41. Sbroz. *de Vicar. Episcop. lib.* 2. *q.* 165. *&* 167. Lel. Zech. *de Rep. Eccles. cap.* 23. *§.* 1. *nu.* 7. *pag.* 163. *priuileg.* 9. quod irrefragabile censeo sequènti discursu.

27 Episcopis in propria cõpetũt Diœcesi Magistratus Supremi Iura, ut alibi dixi; At Magistratibus Imperiũ hoc ex natura suà cõpetit, ut probatur ex Arist. qui Magistratũ describens, seu definiens 4. *Polit. cap.* 15. ait: *Hi maximè dicendi sunt Magistratus, quibus Ius est de quibusdã, & deliberãdi, & iudicãdi, & imperãdi, &c.* Et satis ad rẽ addit: *Hocq; maximè; imperare namq; Magistratus est magis propriũ.* Vbi Oberth. Giphan. *in eius Comm. pag.* 505. addit: *Neminè propriè Magistratum posse vocari, nisi cui cõpetit Imperiũ.* Fauet Cicer. *lib.* 1. *de Legib.* & ad stipulatur Tex. *in l. Sed, & quidã, ad fin. cum l. seq. èx quibus Cau. Maiores:* Melior Text. *in l. Quibus* 57. *ff. de vèrb. signif.* Loter. *d. q.* 21. *num.* 27. Mastrill. *de Magistr. in Prælud. n.* 10. *cum alijs præcedènti quæst. congestis.* Ergò Episcopis ratione suæ Dignitatis Merũ cõpetit Imperiũ, quod tripliciter possunt exercere, ut ex seqq. Conclusionibus patebit.

28 II. Conclusio: Principaliora Ecclesiæ mẽbra (ut sunt Domini Episcopi) ex primordiali suarũ Dignitatũ institutione Mero fungũtur Imperio. Hãc Cõclusionẽ defendit *ex cap.* 1. *de Of. Ordin.* Molin. *de Iust. & Iur. tom.* 6. *tract.* 5. *disp.* 6. *&* 7. Laym. *lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 5. *ad fin.* ab effectũq; probatur. I. Nã àb Dignitatũ origine possunt hi Prælati pœnas corporales usq; ad mortẽ imponere, ut generaliter docuit Iul. Clar. *lib.* 5. *Sẽtẽt. §. fin.* & specialiter probatur ex eo quod possunt Dñi Antistites Relegationis, & deportationis pœnà mulctare *c.* 1. *ex*

*tra*

*tra de Calumn. cap. Ad Audientiã,* & ibi Abb. *num.* 3. *de Crim. Falſi.* Ac etiam Clericos in exilium mittere Can. *in Synodo, in fine,* 63. *diſt.* Can. *in primis mox à principio* 2. *q.* 1. Can. *Hi qui* 3. *q.* 4. Can. *Attendendum* 17. *q.* 4. Bal. *in cap. Cum non ab Homine, num.* 2. ubi etiam Decius *num.* 67. *de Iudicijs,* Bernard. Diaz *in Praxi, cap.* 137. *num.* 1. Ad triremes damnare Bernardus Diaz *in Praxi Crimin. cap.* 146. *num.* 3. Iul. Clar. *in Praxi, §. fin. q.* 70. *verſ. Frequens eſt etiam.* Flagellis quoque afficere ex Text. *in cap. in Archiepiſcopatu de Raptor. cap. fin.* ubi Gloſſ. verbo, *Aut corporali,* 35. *diſt. cap.* 1. & ibi Gloſſ. *fin.* 23. *q.* 5. *Gloſſ. pen. in Can. His quibus eadem, q.* 8. *cap.* 1. & ibi Gloſſ. verb. *Flagellator* 5. *q.* 1. *cap.* 1. *de Calumn. cap.* 1. & ibi Gloſſ. *pen. de Depoſito, cap* 2. *& ibi Gloſſ.* 1. *de Cleric. Percuſſ. cap. Clericis,* & ibi Abb. *num.* 5. *Ne Clerici, vel Monachi,* Gloſſ in Can. *Illi,* verbo, *Religioſus* 5. *q.* 5. Abbas *in cap. Sententiam, num.* 10. *Ne Clerici, vel Monachi,* Bellettus *Diſquiſit. Clerical. p.* 1. *tit. de Diſcipl. Cleric. §.* 5. *num.* 152. *in poſtrema edit.* 1654. Iacob. Berretta, Camil Borel. Foller. & Bovadill. laudati à Mautic. de Alçedo *de Præcellen. Epiſcop. Dign. p.* 1. *cap.* 12. *num.* 64. cui addo Gloſſ. *in Can. Sapè malorum* 28. *q.* 1. Felin. *in cap. Vniuerſitatis, de Sent. Excommun.* Bernard. Diaz *in Praxi Crimin. cap.* 136. *nu.* 1. Arnaldum Albertin. *de Catholicis Aſſertionib. q.* 23. Simancas *de Catholic. Inſtitution. tit.* 40. *num.* 7. Tyber. Decian. *in Tract. Crimin. lib.* 4. *cap.* 26. *num.* 2. *verſ. Item exemplum* probantes ex prælegato Textu *in cap.* 1. *in fine, de Calumn.* Can. 1. *in fine,* 35. *diſt.* Can. *Beatus,* 45. *diſt.* Quà pœnà olim plecti etiam Clericos potuiſſe conſtat *ex dict. Can. Beatus,* ubi Gloſſ. excipit Præsbyteros Abbates, & Leuitas Diaz *in dict cap.* 136. *num.* 2. Hodie verò gèneraliter quoad omnes Clericos abolitam eſſe pœnam iſtam in Gallia præcipuè, & in Hiſpania atteſtantur Salçedo *in Adait. ad Diaz d. cap.* 136. Iul. Clar. *d. q.* 70. *verſ. Et etiam.* Tormẽtis quoque afficere Maleficos, & Characteribus eos valent inuere, atque perpetuis mãcipare carceribus, quod morti comparatur, *cap. Qualiter, & quando, de Accuſat.*

29 Secundo quia poteſt Epiſcopus pecuniarias pœnas imponere omnibus in Foro ſuo delinquentibus, tàm Sęcularibus, quàm Eccleſiaſticis, ut probatur generaliter aſſertio ex Tèxt. *in cap. Si quis* 3. 21. *q* 4. ubi plura congerit Gloſſ. *in cap. in Antiquis* 7. 12. *q.* 2. verbo, *Multiplicatione,* cui addi poſſunt Can. *Si vos* 23. *q.* 5. *cap. Dilectus, de Offic. Ordin. cap. Cum ſit nimis, §. vlt. de Iudæis,* & docẽt communiter DD. Corneus *conſ.* 19. *lib.* 2. *toto,* Farin. *in Prax. crimin. tom.* 1. *q.* 19. *num.* 51. & plures adducti ab Alçedo *de Præcel. Epiſcop. Dignit. p.* 1. *cap.* 12. *num.* 90. Barboſ. *de Poteſtat. Epiſcop. p.* 3. *alleg.* 107. *nu.* 16. Diana *tom.* 10 *tract.* 8. *reſol.* 1. *verſ. Verum his non obſtantibus.* Nec obſtat Tex. *in cap. Licèt, de Pœnit. & Remiſſ.* ubi pœna pecuniaria Epiſcopis prohibetur imponi, cui concinnunt Text. in Can. *Si Lapſis* 50. *diſt.* Can. *Pauper.* 11. *q.* 3. *cap.* 3.

*de Pœn. cap. Irrefragabilis, §. vlt. de Offic. Ordin. cap. Vt Clericorum, de Vita, & honest. Clericor.* & conducunt tradita à Diana *dict. resol.* 1. *in princip.* Obiectum tamen non obstare dicendum est; respondet enim Gloss. *in dict. cap. Licet, de Pœnit. & Remission. verbo Pœnam pecuniariã*, hoc intelligi, quãdo alia pœna imposita èst à lure delicto puniendo; tùnc namque nõ posse aliam imponi pœnam ex illo Textu indubie colligi; non verò quando nulla pœna delicto est à lure imposita, tùnc namque pro arbitrio Episcopum pecuniariam imponi pœnam claret ex nuper relatis Auctoribus, & præcipuè Farinac. *dict. q.* 19. *num.* 51. Abb. *in dict. cap. Licet, de Pœnit. & Remiss.* Diana *dict. resolu.* 1. *in fine.* Atqui omnia hæc ad Merum pertinent Imperium, cuius sunt gradus *l.* 3. *ff. de Iurisdict.* argument. Text. *in l. Cognitio, §. Cum proprium ff. de Offic. eius cui*, & probant Azo. *in Summ. C. de Iurisdict.* quem communiter sequuti sunt Posteriores, ut docet Ant. Vacca *in l. Illicitas, §. qui vniuersas, ff. de Offic. Præsid.* Nosq; fusissime ostendimus *præcedenti quæst.* Ergò &c. Comprobarique ulterius potest Conclusio ex Text. *in cap. Contra Idolorum Cultores* 10. 26. *q.* 5. permittente Episcopis contra Idolorum Cultores, Aruspices, & Sortilegos procedere, *& cap. Attendendum* 13. *q.* 4. eamdemmet cognitionèm Episcopis tribuens contra Sacrilegos, *& cap.* 2. *de Adulteris*, Iurisdictionem eis etiam in Laicos cõcedens contra Virginum stupratores, ut possint eos capere, carceribus addicere, & corporaliter punire. Ansald. (qui licèt frequentissimè sit Ecclesiasticæ Iurisdictioni exosus id tamen negare non potuit) *in Tract. de Iurisd. p.* 2. *tit.* 11. *cap.* 7. *num.* 17.

30 Sunt, & aliæ pœnæ in Foro Ecclesiastico ad Mèrum Imperium spectantes, ut supra probaui, quas absque Potestate coactiua infligi non posse perspicuum est, quales sunt: Detrusio in Monasterium. Bernard. Diaz. *in Praxi, cap.* 130. Clarus, *d. §. fin. q.* 70. *vers. Sunt etiam*, qui tamèn subdunt hodie in vsu non esse pœnam istam. Mithræ etiam pœna vulgo (encoroçar) ad augendam flagellorum infamiam à Iudice Ecclesiastico imponi potest, Clar. *dict. §. fin. q.* 20. *vers. Mithræ* Iacob. Menoch. *de Arbitr. lib.* 1. *q.* 80. *nu.* 41 ubi alios refert, & illam corporalem pœnam dijudicandam subdunt. Degradatio, quæ corporalis pœna ab omnibus habetur, non nisi à Iudice Ecclesiastico indici potest Iul. Clar. *dict. q.* 70. *in fine*, Menoch. *de Arbitr. lib.* 2. *casu* 415.

31 Confirmatur hæc nostra Conclusio hac efficaci ratione, Ecclesiastica Iurisdictio non dependet essentia, aut èxistèntia, siue conseruatione à Sæculari; sed è convèrso, ut alibi latius probo, respondendo ad exempla, & fundamenta contraria, iamque breuiter attigi supra, nuncque addo Bal. *in Authen. statuimus ante nu.* 1. *C. de Sacr. Eccles.* docentem quod pijssimus Imperator Constantinus Magnus non concessit denuo Eccle-

Ecclesiæ Potestatem illam,& gloriæ Dignitatèm, quam donare videtur, & nunc possidet, sed restituit ipsi Ecclesiæ, quam de facto Prædecessores sui tyrannicè abstulerant,quod comprobari potest ex adductis ab Ansald. *dict. Tract. 1.cap.2.à num.90.per aliquot seqq.*

32 III. Conclusio. In Ecclesia Catholica, atque in eius Suprèmo Capite Sanctissimo Pètri Successore Romano Pōtifice dattur Ius Gladij, seu Potestas Sanguinis, hoc est Maximum, & Supremum Meri Imperij Culmen, aut primus gradus, quatenus eo opus est ad finem supernaturalem non tamen competit gradus iste alijs Dominis Antistibus,cuiusque sint Dignitatis.Duas cōtinet principales partes Conclusio hæc,quarum.

33 I. Ecclesiæ,siue Summo Pontifici, ut eius capiti tribuens hanc Potestatem, seu Ius Gladij, licèt supra probata maneat ; ne proprius locus vacuus reperiatur, iterum eam probamus; Tùm ex iam memorato exemplo *Act. 5.* Vbi Petrus,Primus Summus Pontifex illud exèrcuit morte subitanèà, & improuisa damnando Annaniam , & Saphiram eius uxorèm,& eodem *lib.cap.13.8.*S.Paulus Magum Dœmonibus seruientem subita cœcitate mulctauit, Quę,& alia adducit Michaël Maucler.*dè Eccles. Monarch.tom.1.p.2. lib.8.cap.8. litter.C.* Quæ quia altiori spiritu patrata esse iam supra probaui minus recte Ecclesiæ Mero Imperio adscripta censemus, alitèrque ideò Conclusionis partem hanc probare decrèuimus, illamque sic corroboramus.

34 II.Merum hoc Imperium sub materiali, & formali Gladij Potestate continetur ut iam vidimus;sed Summus Pontifex Tèmporalem habet gladium actu, & habitu,ut probaui etiam,nuncque luculenter probantem adstruo *D.* Valençuel. Velazq. *contra Venet. p.7.num.39.& seqq.* Vbi utrumque Gladium Papæ compètere solidissimis stabilit fundamētis magna DD.copia èxhibita,*& num.49.* Temporalem Gladium negantes Hæreticos esse reputandos, probat *& num.56.& seqq.* distringère materialem Gladiū pro Spiritualium defensionè,& conseruatione ostendit, quando Spiritualis non sufficit. Ergò,&c.

35 III. Iuris Pontificij probatur testimonijs, & præcipuè ex Tex.*in cap.fin.de Pœn.in 6.*ubi pœna mortis infligitur occidentibus Cardinales,& Sanctissim.Vita,& Dignitate Pius V. *sua Constitutione incipien.Cum Nihil magis, Datta Romæ apud S.Petrum VIII.Kalen. Novembr. Anno Domini* 1570. *& Pontificatus sui 5.quæ in Bullar.nouissimo Angel. Cherubini extat.tom. 2. Constitut. III.* Pœnam mortis statuit in Monetarios Sæculares; Quam eamdem pœnam ampliauit in omnes Ecclesiasticos,Sæculares,& Regulares, per Italiam degentes,locorum Ordinarijs eos subjiciendo, non obstantibus quibuscumque Priuilegijs, ut degradentur, Vrban. VIII. ut patet *ex sua Constit. quæ in eodem Bullar. reperitur,tom.4.incipitque in Suprema Pasto-*

*Pastorali 75. eiusdem Pontif. Datt. Romæ apud Sanct. Mariam Maior. Anno Incarn. Dom. 1627. Idibus Nouembris, & sui Pontificat. Anno 4.* Ergò Potestas hæc rèsidet in Sũmo Pontificè, ut Capite totius Ecclesiæ. Docent cõmunitèr Canonistæ Hostiẽn. *in cap. Clericis*, & ibi Abb. *num. 9. in fin. Ne Clèrici, vel Monachi* Bal. *in cap. 1. de Maior. & Obed.* Butr. *in cap. Quæ in Ecclesiarum, de Constit.* Aretin. *cons. 58. n. 6.* Arnald. Albèrt. *de Agnoscendis assertion. hæretic. q. 25. n. 39.* Bernard. Diaz *in Praxi Criminal. cap. 61. in fin.* Covar. *lib. 2. var. resol. cap. vlti. num. 10. vers. Primum vèro censeo, & vèrs. Tertio èadem ratione.*

36 Poteram, & hìc aliam fortiorem adducere probationem quod videlicèt in Pontificè, & Ecclesia resident Suprèma Potestas Vniuersalis, tã Spiritualis, quàm Temporalis, vndè irrefragabilitèr sequebatur nostra Conclusio. At quia de hac sumus disceptaturi Tract. 3. eã nùnc prętermittimus, interim videndam apud Bordon. *in Sacr. Tribun. cap. 2. q. 39. to. 1. suorũ Oper. in Postrema edit. Lugdu. 1665.*

37 Secunda autem Conclusionis pars denegans alijs Prælatis inferioribus à Papa hùnc Supremum Impèrij gradum, probatur èx illo Matthæ. 26. 52. ubi Dominus præcepit Petro conuèrtere gladium in locum suum, amputata Malchi auricula, ex quo omnes intelligunt interdictum ei esse ius sanguinis, quod tùnc accidit, quia reali præsentia Christi nondum erat Summus Pontifex, indeque plenitudinem Potestatis non habebat, quà indigebat, ut ei hoc ius competeret Bord. *dict. cap. 2. q. 52. nu. 261* ubi congerit alia iura prohibentia DD. Episcopis hoc ius sanguinis, seu Gladij, cui addimus *cap Sententiam sanguinis, ne Clèrici, vel Monachi, cap. per Venerabilem, in fine, qui filij sint legitimi. Can. sæpè Principes 23. quæst. vltim.* Specular. *in tit. de Dispensation. §. Iuxta vèrs. Item litigicsus, & vers. Facto autem si quis*, Alberic. *in Dictionar. verbo, Homicidium 4.* Abb. *in dict. cap. Sententiam sanguinis, num. 3. & in cap. Clericis, num. 3. eodem tit. Ne Clerici, vèl Monachi*, Syluèst. *verb. Homicidium 3. q. 2. nu. 3.* Simon Maiolus *de Irregularit. lib. 2. cap. 6. num. 2.* docèntès sub hac prohibitione cõpræhendi quam cumque membri abscisionem.

## §. IV.

## An Potestas Ecclesiastica per se hoc est per Ministros suos Merum hoc possit exercere Imperium, irrequisito sæculari auxilio.

38 ARduam sanè, & per difficilẽ aggredimur Prouinciam, & ferè inaccessibili expeditioni Nos accingimur; èam enim exorsus Francisc. Molino *de Brachio Sæculari, lib. 1. cap.*

*cap.*18. sic præfatur: *Clamarè nunc arma oportet, & decèrtare Leges ipsas, & inèrmia armis Iura decorare, ut vtrumque tempus bellorũ, & pacis rectè posit gubernari. Accinguntur vtrinque Intèrpretès, clarescunt sonitus, & armorum ingruit horror, confundunt sese, ut de his vaticinari visus fuèrit Lucan.lib.*1.

*Immin et armorum rabies, ferrique potestas.*
*Confundet Ius omne manu.*

*Ipse post Optimorum tèrga, & iusta induam arma, & si cum Cicer.lib.*1. *Orat.Fas. sit proloqui armis Prudentiæ causas tuèri, atque dèfendère, &c.* Vt ergo, à tot Validissimis, strenuisque militibus honestum fœdus, aut Victoriam obtineamus, militaria præcepta insectantès, dèbito ordine Phalangem nostram distribuemus, in Sectiones aliquas, §. Istum diuidendo. Quarum sit.

## Sectio I:

### An Suprema Potestas Ecclesiastica propria auctoritate exequi valeat Merum suum Imperium irrequisito Sæculari auxilio.

39 PRæmittimus in hac sectione omnia illa, quæ citra controversiam à cunctis admittuntur, ut expeditiores controuersiam aggrediamur.

40 I Ergo omnibus irrefragabile est Pontifici Summo Potestatis istius vertici, & culmini, authoritatèm competere exequẽdi per Ministros ab Eo deputatos sententias suas, & Decreta, nullo Principum Temporalium auxilio implorato, aut requisito, ad idque propriam habere posse Familiam armatam Gloss. *in cap.Nouit.de Iudic. in cap.Causam quæ Qui filij sint lègitimi, & in cap. Dilecto de Sent. èxcommun.in* 6. Villadiego *de Hæret. q.*11.*num.*17. Duaren.*lib.*1.*de Sacr. Eccles.Minist.cap.*4.*vers.Excipiatur tamen.* Rolan. à Valle.*cons.*37. *nu.*9.*lib.*4. Iacob.Menoch. *in Tractat.MS.de Iurisdic.Imper.& Potest. Eccles.& Secular.lib.*3.*ca.*21.*tom.*2 ubi hac firmata sententia in eius comprobationem subdit: *Et quidẽ de Summo ipso Pontificè accipiendum est illud Saluatoris Nostri apud Euangelistam Ioan. cap.*8.*eccè duo Gladij, sicuti intelligit D.Bernard. in Epist. ad Eugen. lib.*5.*sic pariter intelligendam esse arbitror Cõstitutionem illam Bonifacij VIII. Vnam Sanctam, §. In hac, eiusque Potestatè, quo circa damnare, atque explodere omninò soleo Ioan.Bodin. in Libris de Republica, pag.*160. *negantèm Pontificem Maxim. habere Imperium, vocationem, Prahensionem, Viatorèm, aut Lictorem, &c.*

41 Huius sententiæ veritatem, & Bodini falsissimum deliramentum clarius alibi ostendemus, ne tamen hic absque munimine illam, & absque repulsa istud relinquamus Menochij sententiam

corro-

corroboramus communi Theologorum, & Iureconsultorum principio, quo instruimur Pontificem Summum gladio temporali uti posse ad arbitriũ suum. S. Thom. 2.2. q. 40. *art. fin.* Alvarez Guerrero *de Potest. Summ. Pontific. & Imper. casu* 16. Molina *de Iust. & Iur. tract.* 2. *disput.* 29. *tot.* Mich. Agia *de Exhib. Auxil. Fundam.* 19. Estque communis Canonistarum, *in cap.* 1. *de Offic. Ordinar.* Et omnium Pragmaticorum, & præcipuè Covar. Palac Rub. Boss. Iul. Clar. Oldrad. Redin. Zeuall. Martha Duard. Barbos. Torreblanca, Solorçan. Salgad. & aliorum penes Larrea, *decis.* 1. *Granat. num.* 5. *tom.* 1. Licèt non diffitèamur Pontificèm Summum ab istius Temporalis Gladij vsu communitèr abstineri in terris sibi non subditis, quoad Temporalia; ut docènt Bellarmin. *de Principe, lib.* 5. *cap.* 1. *vers.* 3. Nauar. *in cap. Nouit de Iudic. num.* 21. Molina *citata disp.* 29. Martha *de Iurisdiction.* 1. *p. cap.* 17. Menchaca *Illustr. Controuers. cap.* 20. *à num.* 1. *per aliquot seqq.* & cõmunem esse Theologorum, & Canonistarum attestantur Henriq. Vitoria, & Sot. sequuti à Larrea, *dict. decis.* 1. *num.* 17. *in fine.*

42 II. Etiam absque contradictore (in quem hucusque inciderim) procedit competere Legatis à Latere Summi Pontificis huiusmodi facultatem exequendi Imperium suum proprijs Ministris, & armata familia, quam ad id deputare posse affirmare conspirant. Omnès teste Gambar. *de Offic. & Potestat. Legat. lib.* 1. *Rubr. Qualiter se gèrère debeat Legatus in ingrèssu Prouinciæ in fine.* Eorumque sententia probatur, ex quo legatus Merum habet Imperium, sicque Gladij Potèstatem in Prouincia sibi demandata. Angèl. *in Rubr. ff. de Offic. Proconsul. & Lègat. & in l.* 1 *ff. de Offic. Præsid.* cum alijs congestis à Boèr. *in Tractat. de Potestat. Legati à Latere, num.* 26.

43 Tam assertionis, quam adductæ rationis, fundamentum solidissimum est, Legatum à Laterè pèrsonam Romani Pontificis immediatè præferre, *cap.* 2. *de Offic. Legati in* 6. Vbi communiter Scribentes Speculat. *eodem tit. §.* 3. Fel. *in cap. Mandata col.* 2. *de Rescrip.* Boer. *in dict. Tractat. num.* 65. alios referens. Quod hinc corroborari potest, quod Lègati à Latere sub Sedis Apostolicę nomine continentur Fab. de Anna *cons.* 93. *col.* 3. *vers. Hinc est* Præpos. *in Can. Regula §. Porro dist.* 3. Boer. *in dict. tractat. num.* 74. Menoch. *in dict. Tractat. MS. citato cap.* 21. *vers. Secundus est casus,* ubi assertionem istam incunctanter admittit, hisque rationibus fulcire conatur. His tamen nõ assentior, quatenus genèraliter firmant Legatum à Latere sub Sanctæ Sedis nomine contineri, plura si quidèm eidèm Sanctæ Sedi reservata sunt, quæ Legatis à Latere non conceduntur. Barbosa alios allegans *de Iure uniuerso, tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 25. *&* 26. omninò videndus.

44 III. DD. Inquisitoribus facultatem capiendi, & distringendi propria authoritatè omnes concedunt èx Clement. 2. *§. fin. de Hæretic.*

*tic.* cum alijs cógestis à Repertor. Inquisit. *§. Arma, vers. Sed vtrum Inquisitores*, Villadiego, Simanc. & Rolan. à Valle, sequuti à Menoch. *dict. cap.* 21. *vers. Tertius est casus*, qui ob id potissimum facultatem istam Inquisitoribus competere, affirmat; quia Merum habent Impèrium, etiam in Supremos Principes in causis ad Fidèm spectantibus. Eamdemque sententiam sequuntur Rojas *de Hæret. p.* 2. *num.* 422. Peña *in Director. Inquisit. p.* 3. *nu.* 105. Franc. Molin. *de Brachio Secular. citato cap.* 18. *nu.* 11. Diana *p.* 4. *tract.* 4. *resol.* 31. Bovadill. *in Polit. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 88 ubi plures allegat Barbos. *de Potest. Episcop. p.* 3. *alleg.* 107. *num.* 6. Caren. *in Caten. Inquisit. p.* 1. *tit.* 14. *§.* 1. *nu.* 1. Ioan Mar. Bèllett. *Disquisit. Cleric. par.* 1. *tit. de fauorè Cleric. Real. §.* 1. *num.* 20. *in fine.*

45 Expèrimentoque demonstratur: Inquisitores namque Familiares habent, quibus permissum est omnia Armorum genera deferre, non obstante quacumque Lege, seu Statuto, vel Constitutione Sæculari, Bèllett. *dict. §.* 1. *num.* 20. *in fin.* Impedientesque Familiaribus istis armorum delationem quouis prætextu, aut causa, cènsuris, & pœnis ab Inquisitoribus affici posse, docent Gloss. *in cap. Statum, in princip. de Hæret. in* 6. & alia sequuti ab Ignatio Lop. de Salçedo *in Addit. ad Pract. Bernard. Diaz cap.* 154. *num.* 25. qui *num.* 26. ex Peña addit Priuilegiũ hoc èxtendi ad Consultores, Aduocatos, Notarios, Custodes, & alios S. Inquisitionis Ministros, Menoch. *d. cap.* 21. Generaliterque Familiares isti Reos capiunt, & in Sanct. Inquisitionis carceres deferunt, nullo requisito Tèmporali auxilio, si eo opus non esse ad tutamen non censent.

46 IV. Etiam absque Contradictore procedit omnes Ecclesiasticos Iudices hæc ipsa facultate uti posse in omnibus illis Prouincijs, Regnis, aut Ciuitatibus, in quibus id consuetudine introductum reperiatur, quam tenaciter custodiendam docuerunt Bald. Palac. Rub. & alij sequuti à Couar. *Pract. Q. Q. cap.* 10. *num.* 2. *vers. Primum*, ubi de Consuetudine, & recèptum apud omnes attestatur Menchaca *lib.* 3. *de testam. §.* 22. *num.* 17. Paz *in Praxi, tom.* 2. *Prælud.* 2. *num.* 56. Incert. Author. *apud Consilia Berret.* 3. *num.* 10. Sègura Daualos *in Director. Iud. Eccles. par. cap.* 14. *num.* 24. Auèndañ. *de exequend. Mandat. Règ. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 22. Azeued. *in l.* 14. *nu.* 7. *tit.* 1. *lib.* 4 Franc. Molin. *de Brach. Secular. lib.* 1. *cap.* 18. *num.* 51.

47 V. Denique stabiliendum est omnibus alijs Præsulibus habentibus Temporale Dominium, competere pro eius exequutione facultatem habendi armatam familiam, Hostien. *in cap. Dilecto, de Sentent. Excomm. in* 6. Innocent. *in cap. Olim, de Restit. Spol. eodem lib.* Bal. *in l.* 2. *num.* 69. *C. de seruit. & aquâ*, Calderin. *de Tregu. & Pace, cons.* 1. *col. pen.* Abb. *in cap. significasti in fine, de Offi. Deleg.* Afflict. *in Constitut. Neapol. Rubr.* 9. *de Illicita Armor. Portat. num.* 13.

48 Horum sententia perspicua

cua redditur alio generali, & ab omnibus irrefragabiliter admisso principio Iurisdictionem nimirũ illam Temporalem, semper profanam, & Sæcularem conseruari: Vndè à sententia lata ab Episcopo tamquam loci Domino non ad Superiorem Ecclesiasticum, sed ad Regias Chancellarias appellandum est *l.8.tit.3. lib.1. Recopil. Castell.* Mastrill. *de Magistrat. lib.1. cap.2. à num. 19. & lib. 3. cap. 8. à num.27.* Bovadill. *in Polit. lib.2. cap. 17. nu.195. & 196 & cap. 18. n.64.* Sutd. *cons. 275.* Ponte *decis.2 nu. 20.* Fulv. Constant. *in l.1. C. de Fil. Official. à num.10. lib.12.* Merlin. *Controuer. foren. cent.1 cap.13. à nu. 40. per aliquot seqq.* Christophor. de Paz *de Tenuta. cap.63. num.3.* Felician. de la Vega *in cap. Clerici, num. 38. de Iudic.* & pluribus rèlatis Solorçan. *de Indiar. Gubern. lib. 3. cap. 25. à nu.3.* præ omnibusque videndi Covarr. *Pract. QQ. cap.4. num.2. & cap.35. num.3. vers. Arsi Laicus,* Mari. Cutell. *ad ll. Martin.*

*cap.4. num.33.* Hènric. Henriq. *in Summa, lib.14. capit.12. §.6. litter. P.*

49 Vassallique grauati à Prælatis pro grauaminis reparatione ad Principem Temporalem, eiusque Suprema Tribunalia recurrère debent, Bovadill. *dict. cap.18. n.60. & 64.* Fontanel. *decis. 341. num.1.* ubi sæpius iudicatum attestatur, latequè prosequitur *à num.16.*

50 Prælatiquè hac Iurisdictione gaudentes, nequeunt eã censuris, aut pœnis Ecclesiasticis, sed purè Temporalibus exercere, Couar. *Pract. QQ. cap.36. nu.6.* Camill. Borel. *de Præstant. Re. Catholic. cap. 72 num.2.* Mastrill. *dict. lib.1 cap.9.* Bouadill. *citato cap.18 n.196.* Solorçan. *dict. cap.25. num.31.* Ergo Iurisdictio hæc omninò Temporalis reputatur, ergo ad eius vsum, & exercitium familiam armatã habere poterunt Pręsules, quibus illa competierit, non sæcus ac alij Domini Temporales.

## Sectio II.

### Episcopis, & Archiepiscopis facultatem non competere exèrcendi Merum Imperium per proprios Ministros irrequisito Brachio Sęculari. Qui sensérint, quibusque innixi fundamentis.

51 NEGANT èquidem facultatem istam omnibus Præsulibus supra iam expressis, quam plurimi, & præcipuè Glos. Ioan. Andr. Hostiẽ. Panormitam. Felin. Capra. Berojus. Oldrad. Rom. Anton. de Butr. Angèl. Franc. Geminian. Probus. Anchar. Innocen. Loazes. Imola. Zabarel. Bal. Aflict. Berret. Laudunèn. Iul. Clar. Cræs. Bellug. Palac. Ruvi. Aviles. Avendañ. Menchac.

chac.Suar.de Paz,Did.Perez,Redin.Montalv.Azèvèd.Olib. Luc. de Pen. Boèr. Chassan. Carol. de Grass.Capell.Tholosan.Massuèr. Rebuff. Franc. Marc.& Papon in vnum congesti à Francisco Molin. *de Brach.Secular.lib.1.cap.* 18.*num.* 96.*& seqq.*cui addimus, quam plures alios antiquos congestos à Menoch.*dict.lib.3.cap.*21. qui mordicus hanc sententiam tuendam suscepit,eique superaddi possunt Modèrniores alij Anguian.*de lègib.lib.* 3.*controu.* 30. Bovadill. *in Polit. to.* 1.*lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 167. Salgad. *de Reg.Protect.p.*2.*cap.*4.*n.*36.*& seqq.* Mar.Cutèll.*in Cod.ad leg.Feder.nota* 87.*n.*11. *atq; de Recent. & Prisc. Eccles.Libert.li.*2.*q.*4.*&* 89. Gabr. Pereira *de Manu Regia p.*2.*cap.* 57. *n.*2.*& seqq.& decis.*117 Larrèa *decis.*1.*Grana.n.*16.*&* plures alij adducti à Barbosa *de Potest. Episcop. p.* 3. *alleg.* 107.*num.*1. Amaya *in l.Carcerem* 2.*num.*36.*C.de èx actor. Tribut.li.* 10.*tit.* 16. Ioseph. Vela *in Prælect.ad cap.*1.*p.*1.*num.*118.*de Offic.Ordin.to.*2.*post Dissertationes.* Quorum hæc sunt fundamenta.

52 I. Quia Armorum vsus Ecclesiasticis prohibetur, *cap. Clericis,de vita,& honest. Clericor.* Eorum enim arma sunt lachrymæ, & orationes,quibus Populum vincunt. Can. *conuenior* 23.*q.*8. Menoch.*de Arbitrar.cas.*394.*num.* 32. Marian. Soccin. Sen. *in cap.ad Audientiam.n.*36. *de Homicid.* Aflict. *in Const.Neapol.Rub.de cultu Pacis. num.* 54. Sanctaque Dei Ecclesia mundanis non constringitur legibus,nec habet gladium, nisi Spiritualem,quo non occidit, sed vivificat. Can. *interhæc* 33.*q.*2. Corporalia proinde arma nèscit. Can. *Porro* 16.*q.*3. Nec Pontifèx armis vtitur contra Rèbèlles,aut èis inimicos vincit, sed orat, Deique fidit potentiæ, Can. *Siquis vult.fin.* 36.*dist.* Qui autem per se aliquid agère prohibetur,pèr alium agere ei non permittitur,*l. Pupillus §.si per interpositam,ff. de aur.& argen. lègat.* Menoch.*de Arbitrar,lib.*2.*cas.* 459. Ergò cum Episcopis armorũ vsus sit interdictus, prohibita eis etiam censetur Familia armata.

53 II. Autèm Ratio èst,Ecclesiasticis omnibus bellũ prohibitũ est S.Thom.2.2.*q.*40.*art.*2. Can. *Clericorum,* Can.*de his Clericis,* Can.*èos qui* 20.*quæst.*3.*cap.Clerici, cap. Qui cũque Clericus,cap.qui cũque ex Clericis,cap.ex multa,de voto,& voti redept.*& ex illo Pauli 2. *ad Thimoth.* 2.*Nemo militãs Deo implicat se negotijs Secularibus,* protulit Nazianz. *Orat de Pace:* Arma omninò prohibita esse Clericis, quod ipsum docuit Bernard. *lib.*4.*de Cõsid.ad Eugen.* exponèns Christi Verba Math. 26. relata: *Mitte gladiũ tuũ in vaginam,* solumque controversia est: An solo Iure Positivo, vel etiam Naturali Iure Prohibitio ista procedat? De qua quidem difficultate videndi sunt Valentia, Turrecrem.& alij apud Dianam *par.*10. *tract.*2.*resol.*1.*mox à princip.* Ergò nequeunt Prælati per Ministros suos armata manu Merum exercere Imperium;talis enim exequutio Belli reputatur species, ut docuit post Innocen. Angel. *in l. Qui restituère, col.*1.*de rei vindic.* quem ad hoc allegat Larrea *dict.decis.*1.

*num.*16. ubi late hoc exornat fundamentum.

54 Nec satisfacies dicens. I. In pœnalibus Episcopos, & Cardinales Clericorum nomine non comprehendi Ioann. Monach. *in cap.*1. *de Schism. in* 6. Barbatia *cons.* 23. *dubitat.*3. *num.*1. *vol.*1. Diana *dict. tract.*2. *resolut.*3. *mox à princip.* II. Quod licet expresse comprehendantur, prohibitio hæc non adaptatur casui nostro; solũ enim prohibetur Clericis manu pugnare. Candid. *Disquis. Moral. tom.*1. *disput.*17. *art.*10. *dubit.*2. Squillante *de Oblig. Cleric. p.*2. *dub.*16. *num.* 50. Coninch. *in* 2.2. *disp.*31. *de Bello dub.*6. *num.*90. Rodrig. *in Summa, tom.*1. *cap.*209. *num.*15. Diana *loc. cit.* Sed Familiam armatam destinare non est propria manu pugnare. Ergò non recte arguitur.

55 Non inquam satisfieri duplici illa solutione, respondemus. Vtraque enim facillime diluitur ex adductis à Diana *p.* 10. *tract.*2. *de Prohibitione. Ne Clerici exercitibus præsint, resolut.* 3. ubi suppositũ vtriusque euasionis destruit, ut videre est penes ipsum.

56 III. Autẽ huiusmodi facultatẽ Negantiũ fundamentũ est duo esse armorum genera, Spiritualia scilicet, & Tẽporalia, seu materialia; hæc sunt quibus omne bellum geritur, & corpus læditur, qualia sunt Fustes, Hastæ, & similia, quorum vsum concedere Principibus Temporalibus competit, Iacob. Gothofredus *in C. Theodos. tom.* 5. *li.*15. *ti.*15. *Vt armorũ vsus, &c. l.*1. *pag.*419. Craveta *cons.*341. Fragos. *de Regimine Reip. Christianæ, to.*1. *p.* 1. *li.*3. *disp.*5. *§.*1. *n.*3. & alij libẽter omissi cõmodius forte alibi retendi. Spiritualia autẽ arma sunt quibus anima vulneratur, & occiditur, qualia sunt excommunicatio, & Anathematizatio, quorum promulgatio ad Episcopos, omnesque Antistites attinet. Can. *Debent*, Can. *Nemo* 11. *q.*3. *cap. Cum non ab Homine, de Iud.* Obidque excommunicatio Mucro Episcopi recte appellatur. Cã. *Præsẽte* 5. *q.*2. Can. *visis* 16. *q.*2 Gloss. in Can *Præsente* 5. *q.*2. *&* in Can. *Corripiatur* 24. *q.*3. *&* in Can. *Inter hæc* 33. *q.*2. & hoc Armorũ genus solũ cõpetere Episcopis probatur *ex dict. Can. Inter hæc* 33. *q.*2. ibi: *Gladiũ non habet nisi Spiritualem, &c.* Nam dictio illa: *Nisi* omnes alios excludit gladios, *l. Actione*, & ibi Iason, & Philipp. Dec. cum alijs congestis ab Augustin. Barbos. *dict.*217. *num.*2. Nullaque in Ecclesia maior ea pœna reperitur, *dict. Can. Corripiantur*, & docet Abb. *in cap. Cum sit generale, num.*9. *de For. competent. &* in *cap. Sacro, de Sent. Excomm.* & alibi passim.

57 IV. Quia præcipuo Episcoporum instituto repugnat Armorum vsus, & Armatorum Famulatus; nam inspectores tantum, & Spirituales Animarum Custodes à Domino præfecti sunt. Alciat. *lib.*7. *Parerg. Iur. cap.*22. Ad eosque ideò Sacrarum omnium cura priuatiue spectat, ut ex 1. *Ad Timoth.* 3. probat Alciat. *in l. Pupillus, §. Territorium, ff. de verbor. signific.* Quod, ut expeditiores exequantur ab omni Sæculari strepitũ se se abstinere strictiùs quam Clerici, & assidue, orationi, &

contemplationi vacare jubentur Can. *Duo sunt genèra* 12. *q.* 1. Can. *Nimium*, & Can. *Reprehensibile* 29. *quæst.* 8. Hincque legimus Sanct. Leonem dicere solitum: *Ecclèsiam esse Episcopi Castrum, in quo assiduus esse debet*, Can. *Nullus*, 54. *distinct.* Huic autem instituto repugnat, armatam domi alere Familiam. Ergò, &c.

58 Confirmaturque authoritate Gregorij relata *in Can. Episcopus nullam*, 88. *dist.* ubi nullam rei Familiaris curam, S. Pōtifex Episcopis, sed Spiritualibus exercitijs, & curis vacationem perpetuam injungit ex Dictione autē illa *Tātummodo*, quæ taxatiua proculdubio est, *l. Lucius, §. Quæ debebat, ff. ad Trebellian*, Corn. Corras. Menoch. & alij apud Barbos. *dict.* 404. *num.* 1. omnem aliam curam exclusam omnino mansisse, ex præallegatis DD. docet ipse Barbos. *loc. citat.* ergò, & Familia armata prohibita mansit.

59 V. Vno eodem subsumpto medio, contrario tamen sensu duplicitèr arguunt. I. Summus Pontifex in actu gladio materiali non utitur, sed vèlut proprium, & peculiarem Sæcularium Principum in quos remisit, ab eis, quùm opus est, illum requirit, ut docet Larrea *dict. decis.* 1. *nu.* 17. sed Summus Pontifex est fons, & origo Ecclesiasticæ Iurisdictionis, ut passim probamus, ergò quod illi non competit, Episcopis ab èo dattis, conuenire nefas est dicère; non enim plus esse potest in causato, quam in causa, *l. Is, qui in Ius, ff. de Règ. Iur.* Bald. Curt. Iun. Ossasch. Tiraq. Tusch. Afflict. Menoch. & alij ad hoc specialiter adducti à Larrea *dict. decis.* 1. *num.* 17. *post med.*

60 Aliter arguit Menoch. *dict. lib.* 3. *cap.* 21. soli Summo Pontifici propter Suprèmā eius Dignitatem vterquè gladius permittitur, & quibus ille specialiter concèsserit, ut *Sectione præcedenti* manet probatum, sed facultas hæc Episcopis communicata à Summo Pontifice non legitur, ergò eam non habere tuto affirmandū erit. Discursum ex Nobis probamus. Armorum vsus Episcopis interdictus est, ut vidimus; prohibita autem numquam censentur licita, nisi dè concessione expræssè constet. Ergò, ut Episcopis licerèt Armatam habère Familiam opus erat probare prohibitionem illam sublatam esse à Roman. Pontificè; hoc non constat. ergò non licèt Episcopis armatam habere Familiam.

61 VI. Arguunt Ius, & Natura nihil frustra statuunt, *l. Quibus idèm de verb. obligat.* cum vulgatis, otiosum autem, atque supervacaneum est Episcopos habere Familiam armatam, ergò eam habere non dèbent. Conseq. patet Min. probant. Familia hæc armata, vel ad authoritatem Episcopis necessaria est, vel ad executionem sentèntiarum, & Decretorum suorum; sed ad neutrum ex istis èa indigent, ergò otiosa illis erit Familia hæc. Probant Min. Quoad authoritatem. Ex quo Dignitas Episcopalis adeò excellens, & suprema ab intrinseco est, ut non indi-

geat extrinsecà illa authoritate. Quoad necessitatem etiam asserũt Familia hàc Episcopos nõ indigere; quia Sæculares Iudices præsto esse tenentur suis obtèmperare præcèptis. Adduntquè honorabiliùs affore Iudicibus Ecclesiasticis ipsos Iudicès Laicos, & eorum Lictoritiam Familiam, Virgis, fustibus, & gladijs succinctam, Ecclesiæ executionibus famulatricem, promptam, & submissam experiri, ut tenètur Can. *Principes Sæculi*, Can. *Administratores* 23. *q.* 5. Ecclesiastici namque Magistratus proprium est pèr Sanctam admonitionem à peccatis, & delictis Homines remouere, compellere verò, ejicère, excludère, & constringerè, peculiare censetur Iudiciariæ auctoritatis Rectoris Provinciæ, Can. *Potimus* 11. *q.* 1. licèt Reus sit atrocioris criminis in Ecclesiam, Can. *de Liguribus* 43. 23. *q.* 5. cum alijs congestis à Larrèa *dict. de is.* 1. *num.* 16. Menoch. *dict. cap.* 21.

62 VII. Arguunt ab obseruantià, & vsu, qui Lèges, & Constitutionès interprætatur, *l. Minimè*, *l. Si de interpretatione*, *ff. de Lègibus*. Ast obseruantia, in veteratàque obtinèt consuetudo, ut Episcopi Familiam armatam non habèant Bald. & Felin. *in cap. Significasti*, *num.* 4. & 5. Lel. Iordan. *de Maior. caus. cap.* 8. *num.* 4. Ioseph Ludouic. *conclus.* 38. *col.* 1. *vers. Ampliatur primo*, ubi èx aliorum sentèntia subdit vlum hunc interprætationum non indigère longo temporis cursu, sed sufficere ita aliquando fuisse obseruatum. In pluribus autẽ Prouincijs, & Regnis, nèdum consuètudine, sed Legibus etiam municipalibus, & statutis prohibitũ reperitur & præcipuè in Castellæ Regnis, *l.* 14. & 15. *tit.* 1. *lib.* 4. *Recopilat.* ubi expressè cauetur Laicos ab Ecclesiasticis carcerari non posse absque Sæcularis Brachij auxilio.

63 VIII. Denique arguunt Iuris Canonici testimonijs, & præcipue Textus *in cap. Si quis* 2. *de Clerico excommun. ministrante*, ibi: *Et Episcopus emèndare minimè potuerit, Regio Iudicio ad requisitionem Ecclesiæ exilio damnetur*. Ex quibus non solum exequutionem, verùm nec cõdemnationem, nec sententiam in pœnis temporalibus, sibi conuenire Iura Canonica atteștantur, *cap. Excommunicamus* 1. *§. Si verò, de Hæret. cap. Post miserabilem*, *cap. Quanto, de Vsur. cap. Ita quorumdam*, *cap. In nonnullis, de Iudæis*, *cap. Postulasti, de Homicid.* Nec enim pro tutamine Iurisdictionis à Sacerdotibus arma carnalia capienda sunt, quum etiam pro se ipso Dominus Petro prohibuit, Can. *Cum à Iudæis* 23. *quæst.* 8.

## Sectio III.

### Opinio affirmativa, & eius fundamenta adducuntur.

64 AFFIRMATIVAM ergò ſententiam defendunt Gloſſ. Panorm. Innocent. Felin. Barbat. Imola, Zabarell. Ioann. de Anna, Foller. Marian. Socc. Vaquel. Cagnol. Angel. Bal. Fulgoſ. Marſil. Neuizan. Incertus, Auth. inter Conſil Berrett. Menoch. Sbroz, Didac. Covarr. Villadiego, Bernard. Diaz, Segura Daualos. Franc. Peña, Stephan. Aufrer, & alij apud Franc. Molin. *de Brach. Règ. cap. 4. & cap.* 18. cui addo Oldrad. Covarr. Nattam, Nauar. Petr. Caball. Oſſaſch. Maſtrillum, Guazzin. Giachard. & alios ſequutos ab Alexandr. Sperell. *deciſ. For. Eccleſi. 4. nu. 3.* eique adnecto Menoch. *de Arbitr. lib. 2. caſ. 894. num. 65* Thom. Boz. *de Iure Naturali, & Diuino Eccleſi. Potèſt. & Libert. lib. 2. cap. 8. in fine*, Vela *in Prælect. ad cap. 1. de Offic. Ordin. num. 117.* Ioan. Andr. Philip. Dec. Roland. à Valle, Bonacina, Martin. Vran, Anton. Scappa, Ignat. Lop. de Salçed. Ludou. Alfer, Ioan. Aloyſ. Leo, Marcell. Vulpellum, Mauric. de Alçed. Franciſc. Leo, Lell. Iord. Duard. Ciarlin. Hugolin. Mar. Antonin. Carol. de Graſſ. Bellett. Cardinal. Tuſch. Campanil. Sperel. & Loter. ſequutus à Barboſ. *de Iur. Vniuerſ. lib. 1. cap. 39. §. 4. à num. 39. & de Poteſtat. Epiſcop. part. 3. allegat. 107. num. 2. atque in Collect. ad Conc. Trident. Seſſ. 25. de Reformat. cap. 3. num. 28.* ubi pro more ſuo eiſdem omnibus relatis Authoribus ad citatam allegationem Nos remittit, cui addo Thom. Delben. *de Immunitat. Eccleſiaſt. tom. 2. cap. 10. dub. 9. num. 3.* Franc. Anſald. *de Iuriſd. p. 2. tit. 11. cap. 7. num. 8.* ubi allegat Bal. Ioann. Anton. Hig. Decium, Hypol. de Marſil. Menoch. Bartholom. Soccin. Gundiſaluum, Villadieg. Tybet. Decian. Matth. de Affict. Abb. & Rolan. à Valle. Alios refert Larrea *dict. dèciſ. 1. num. 6.* aperteque ſententiam iſtam defendit DD. Ioan de Solorç. *de Indiar. Gubernat. lib. 3. cap. 7. num. 82. tom. 2.* penes quos prope innumeri recenſentur. Quorum præcipua fundamenta in medium adducemus.

65 I. Vſus armorum pro exequutione Iuſticiæ licitus eſt, ut pater èx dictis *ſectione 1.* quum ergo Epiſcopo, & cuiuis Ordinario Iudici exequutio Iuſtitiæ pèrmittatur, *cap. 1. de Offic. Ordin. cap. Nouimus de verb. Signific.* omnia ad prædictam executionē neceſſaria concèſſa cenſeri debènt, argum. Text. *in cap. Præterèa 5. de Offic. Deleg. l. 2. ff. de Iuriſdic.* Aſt niſi Epiſcopo pèrmittatur familia Armata, Iuſtitiā exequi non poteſt, quia Magiſtratus, qui auxilium impèrtiturus eſt obicem potius, quam auxilium exequutioni adhibèt Lel. Iordan. *dict. cap. 8. num. 39.* Segura Daualos *in Director. Iud. Eccleſiaſt. cap. 13.*

*num.*21. *&* 41. Nosque sæpius experti Summus Iudicis Ordinarij munerè fungèntes in hoc Archiepiscopatu.

66 II. Ex Clementin. 2. *de Hæretic. cum alys sect.* 1. congestis, èx quibus constat, Papam expressè Familiam Armatam pro exequutionè Iustitiæ Inquisitoribus concessit. De Episcopis autem, qui ex proprio officio hoc munus exercent Clem. 1. *eodem tit.* nihil Papa disponit, èx quo quidèm Tèxtu duplex efformamus argumẽtum. I Concessa Inquisitoribus, Episcopis datta censentur, *cap. Per hoc in fine de Hæret. in* 6. obidque possunt Episcopi carcerare Delinquẽtem. Clemen. 1. *§. Propter de Hæretic.* ergo si illis permissa, vel concessa est Familia armata, etiam Episcopis Villa Diego *de Hæretic. q.* 11 *num.* 17. Lell. Iordan. *dict. cap.* 8 *num.* 41. II. Autem arguitur, eo ipso, quod Põtifex de Episcopis nihil in præallegata Clement. disponit, eis hanc facultatem Iure proprio cõpetere non dubitauit, concessioneque speciali, ideo non indiguisse iudicauit; si namque pro comperto id Pontifex non habuisset eodem modo Episcopis, ac Inquisitoribus expresse Familiam armatam concessisset, ut ratiocinatur Franc. Ansald. *dict. cap.* 7. *num.* 12. *& sequent.*

67 III. Fundamentum innititur *cap. Dilecto* 6. *de Sent. excom. in* 6. iuncta Gloss. *ibidèm. verbo Bonis*, & Glos. fin. Sic exposita ab Abbat. *in cap. Suscèpimus* 10. *num.* 3. *dè Homicid.* ubi Clericis permittitur arma susçipere pro defensione rerũ suarum ad priuatam scilicet defensionem, & probat. Ias. *in l.* 2. *col.* 2. *ff. de Iurisdic. omn. Iudic.* Imò, & ipsis Episcopis defensionis causa arma permittuntur, *cap. Cum olim el* 1. *de Restit. Spoliat.* Abb. *in cap. Cum non ab homine col.* 3. *num.* 9. *de Iudic.* Soto *de Iust. & Iur. lib.* 5. *q.* 1. *art.* 8. *ad* 3. Melius ergo, & iustius permitti arma debebunt Episcopi Ministris ad publicam vtilitatem, & vindictam; ergo poterit Episcopus armatam habere Familiam. Ansald. *l. c. num.* 15. Iordan. *dict. cap.* 8. *num.* 55.

68 IV. Apertissimis testimonijs Canonici Iuris, & præcipue Can. *Contra Idolorum Cultorès* 10. 26. *q.* 5. Vbi contra Idolorum Cultores, Aruspices, & Sortilegos facultas conceditur Episcopis procedendi etiam etiam si Laici sit capiendo eos, & corporaliter coercendo, eademque Potestas eis dattur contra Sacrilegos, Can. *Attendendum* 13. 17. *q.* 4. & contra Stuprantes Virgines *cap.* 2. *de Adulter.* ex quibus liquet armata ad hoc indigere Familia, Covarr. *Practic. Q. Q. cap.* 10. *num.* 2. Ansald *dict. cap.* 7. *num.* 16. Lotter. *de Re Benefi. lib.* 1. *q.* 6. *num.* 91.

69 V. Et quidem expressissime ex Sacrosancto Concil. Trident. *Sess.* 25. *de Rèformat. cap.* 3. iuncto Loter. *dict. q.* 9. *num.* 96. ibi: *Hodie non longe èsset ab errorè, qui in hæc impingeret, quum S. S. Concil. Trident. supponèns Iurisdictionem Episcopi in Laicos, tamquam principium eos coercèri pèrsonalitèr, & per suam Familiam Armatam jusserit, prohibens, nèque ad censuras, neque ad inuoca-*

*uocationem Brachij Sæcularis deuenirè, nisi in subsidium*, &c.

70 VI. Efficacissime probatur ex communi principio ab omnibus stabilito: Illi scilicèt cõpetit facultas, & authoritas habendi Familiã armatã, cui Merum competit Imperium, *l. Illicitas, §. Qui vniuersas, ff. de Offic. Præsid. l. Imperium, ff. de Iurisdict.* Sed hoc plenissime Episcopi habent proprio Iure, ergò, & Familiam Armatam habere poterunt. Conseq. patet. Minor. vltra quam quod plenissime supra manet probata, eam ulteriùs probamus ex Bald. *in l. Nam salutem, §. Ait enim, ff. de Offic. Præfect. Vigil.* èt *in Authen. Causa quæ, & in l. Episcopale*, ubi etiam Castren. *C. de Episcop. & Cleric.* Geminian. *in cap. Cum Episcopus, de Offic. Ordin. in 6.* Ioann. Andr. *in cap. 2. de Adulter.* Bertachin. *de Episcopo, 2. par. lib. 4. §. Videamus, vers. Secundo quæro: Vtrum Episcopus possit*, Guid. Pap. *quæst. 437. nu. 6.* comprobatur, ex quo Pręses Provincię dicitur, Bal. *in l. Siue pars, in fine, C. de Dilation.* sed Præsidi huic Merum competit Imperium, *dict. §. Qui uniuersas*, cum alijs adductis à Luc. de Pena *in l. Vnic. C. Vt armorum vsus*, & Nos late supra diximus, ergò, & Episcopo Merum hoc debet Imperium competere; Imperio autẽ perpetuo inest Iurisdictio contentiosa, ut late alibi probamus, & præcipue *ex l. 3. ff. de Iurisd. omn. Iudic.* Hæc autem versatur circa negotia Ecclesiastica, *cap. Decernimus, de Iudic.* siue talia reputentur rationè personę; quia sint Clerici, aut Ecclèsiastici, *cap. Clerici, eodem tit.* siue ex natura rei; quia scilicèt Spiritualis sit, vel ad Spiritualia ordinata, *cap. 3. eodem tit.* Aut quia concernat crimen Ecclesiasticum, ideſt quod Canones puniant, *cap. 1.* & ibi Gloss. verbo, *Secundum Canones, de Offic. Ordin.* vel denique concernat emendationem publicè peccantis, *cap. Nouit, cum seqq. eodem tit. de Iudic.*

71 Hinc rectè infertur, habere Episcopos circa nègotia Ciuilia *Ius immittendi in possessionem*, ut èx *l. 1. ff. de Iust. & Iur.* docet Lotter. *dict. q. 9. num. 90.* Sperrell. *decis. 4. nu. 3.* Circa Criminalia *Ius eis competet distringendi, & carcerandi* nedum Clericos, verum etiam Laicos, in his, quæ ad matèriam peccati attinent. Idem Lotter. ex Can. *Atiènadendum*, & ibi Gloss. verbo, *Carcèri 17. q. 3. & in Can. Contra Idolorum 26. quæst. 5.* & Covarr. *dict. cap. 10. num. 2.* Ergò competit eis plenissimum Imperium, ergò, & Armatam haberè Familiam poterũt, quo illud exerceant, ut rèctè ratiocinatur Loter. *ibidèm dict. quæst. 9. num. 92. & seqq.*

72 Hanc instantiam quam validissimam iam diu agnouit Iacob. Menoch. *in Operè MS. de Iurisdict. & Imper. dict. lib. 3. cap. 21.* ut vitaret, negare ausus est Episcopo Merum compètère Imperium. Tùm, quia non habet gladij Potestatem ad animaduertendum in facinorosos Homines, *cap. ex Litteris, de excess. Prælat. & cap. Sententiam. Nè Clerici, vel Monachi.* Tùm quia Territorium matèriale non habet, ut latè probare

nixus

nixus est ipse Menoch. *cons.* 1000. *num.* 81. *lib.* 10. & idèo solum appellari potest Præses Prouinciæ quoad Spiritualia, non vèrò quo ad Tèmporalia. Vnde Bald. *in dict. l. Siue pars* affirmantèm Episcopum habere Territorium; intelligendum èsse asserunt de Diocœsi loqui, quæ impropriè Territorium dicitur.

73 Vlterius addunt: Gratis admisso Episcopo Merum competere Impèrium, eius exercitium quoad Spiritualia tantum extenditur, ut nimirũ possit Episcopus excommunicare, suspendere, & deponere, quæ ad Mèrum Imperium Ecclesiasticũ pertinere perspicuum est, ex alibi dictis, & probat Speculat. *tit. de Iurisdict. omn. Iudic. num.* 27. Ad hoc autèm Familia armata non indigèt. Ergò, &c.

74 Ast omninò rèspuenda in euasionẽ istam respõdemus, utpotè contrariã omninò apèrtis Iuris Canonici tèstimonijs Quod enim Episcopus Mèrum habeat Imperium, cui adnexa sit Potestas animaduertendi in facinorosos Homines, satis compertum manet ex dictis *hac ipsa quæst.* & præcipue ex Text. *in cap. in Archiepiscopatu, de Raptor.* Can. *His*, & Can. *Illo qui* 5. & ibi Turrecrem. & Diaz *in Praxi Crimin. cap.* 123. *num.* 6. Vbi Episcopis facultatem, & Iurisdictionem fustigandi, & torquendi competere deciditur, & probatur. Ast hoc, plenissima Potestas est animaduertendi in facinorosos Homines, ut iam alibi probamus Ergò, &c. Quod verò Territoriũ in rigorosa acceptũ significatione habeat Episcopus probamus ex Text. *in Can Omnes Basilicæ* 16. *q.* 7. *cap.* 2. *§. vltim. dè Constit. in* 6. *cap. Si Episcopus, de Offic. Ordin. eodem lib.* Oldrad. *cons.* 176. *num.* 2. Rebuff. *in l. Pupillus, §. Territorium, col.* 2 *ff. de verb. significat.* latè Sperell. *decis. For. Ecclès. tom.* 1. *decis.* 3. *num.* 9. 10. *&* 16. *& decis.* 4 *num.* 8. Barbos. *de Potest. Episcop. dict. allegat.* 107. *num.* 1. *& seqq.* plurimos alios referèntes.

75 VII. Huius sententiæ fulcrum est, quod licèt Clericis permissum non sit suis manibus arma tractare, juxta alterius opinionis Assecias, ut *præcedènti Sectione* vidimus, nuncque addimus Hènric. Henriq. *in Summa, lib.* 14. *de Irregularitate, cap.* 11. *§.* 3. *litt. O.* possunt tamen alienis manibus, *cap. Quicumque, §. His ita, & §. Supplicitèr* 23. *q.* 8. Geminian. Franc. & alij, *in cap. Dilecto, de Sentent. Excommun. in* 6. Henriquez *dict. lib.* 14. *cap.* 12. *§.* 6. *litter. H. & cap.* 13. *litter. D.* Auila *de Censuris, p.* 7. *de Homicid. disp.* 6. *sect.* 5. *dub.* 2. *concluf.* 3. *vers. Ex dictis sequitur.* Vbi addunt Clèricos à Consilio rerum Bellicarum constitui à Rege posse, & absque Irregularitatis pœna de Bèllo indicendo suffragiũ ferre eis permissum esse. Hoc autem sufficit, ut Episcopus habere possit Familiam armatam; ergò nulla est ratio efficaciter suadens eam Episcopos habere non posse. Confirmaturquè: Episcopus potest indicere Bellum pro defensione, aut recuperatione rerum suæ Ecclesiæ, *Can. Igitur, cum seq.* 23. *quæst.* 8. & dum Iurisdictionem

habet

habet Temporalem non prohibetur à iusto bello, præcipuè defensiuo, Sylvestr. *in Summa, verbo, Bellum* 3.§. 2. Simon. Maiolus *de Irregular. lib.* 5. *cap.* 49. *nu.* 1 & pluribus relatis docet èx S. Thom. 2.2.*q.*40.*art.*2.*ad* 3. ibidem Bañez *dub.*4. *conclus.*3. Henric. Hènriq. *in Summ. lib.*14.*cap.*13.§.1.*litt.M.* vbi aliquos adducit.

76 Corroboraturque discursus ex Lel. Iordan. *dict. cap.*8.*num.* 34. sic arguente: Iudex, qui suam sententiam exequi potest, exequutionem altèri committere valet; concessa facultate eam exequendi etiam vi, si opus fuerit, Innoc. *in cap. Nostris, num.* 3. *de conces. Præben.* Felin. *in cap. de cætero, num.*8. *vers. Excquutor, de Rescript.* Hoc autem exèqui nequit, nisi armis adhibitis, ergò ad exècutionem istam armis opus est, & Familiam, qui ea portare valeat. Tũ sic, sed Episcopi suas sententias exequi valent, ergò, & Familiam habere armatam, Consèq. èst irrefragabilis. Ant. probatur *èx cap. Significasti, & cap. Quærènti, de Offic. Delèg.* juncto Ioan. Honor. Vanagel. *in Summa Decretal lib.*2. *tit.* 27. *num.* 50. ubi probat Iudicèm Ordinarium, & Delegatum à Papa extra Romanam Curiam, posse absque speciali commissionè èxequi sententias suas, ergò, & eas exèquendas, ètiam vi alijs committere potest, ergò, & ad eorum exequutionem armatam habère Familiam.

77 VIII. Hæc ipsa sententia probatur: Episcopus maior est quocumque Sęculari Magistratu, Gloss. *in l. Ex causa, ff. de Postul.* Bal. *in Margarita, verbo, Episcopus, & cons.* 276. *nulla dubitatio*, quèm allegat Lel. Iordan. *d. cap.*8.*nu.*33. cui addimus indiuidualius loquẽtem eumdem Bald. *cons.* 91. *lib.* 5. Ergò non dèbet Episcopo denègari, quod Sæculari Magistratui conceditur, consèq. patet. Nam contra Iuris, & Naturæ Regùlas censetur, Maiorem, Digniorem-que non gaudere priuilegijs, & honoribus, quæ communitèr inferioribus conceduntur. Alt cuilibèt Magistratui Sæculari armata conceditur Familia ut notũ est. Ergò nequit Episcopo denegari.

## Sectio IV.

### Opinio distinguens, à Nobis sequenda, adducitur.

78 VT perspicuitati, quam semper amamus, consuleremus, hanc distinguẽtem addimus Sectionem, in qua aliquibus firmis, & ab omnibus communitèr receptis Conclusionibus, ab hac Nos expediemus difficultate; sit ergò.

79 I. Conclusio. Vbi consuetudine legitimè præscripta obtèntum est, quod Iudex Ecclesiasticus, habèns alicuius causæ, tàm

tàm Ciuilis, quàm Criminalis cognitionē aduersus Laicos posit eos capere, carceri tradere, & distringere per proprios Ministros, nullo ad hoc Sæcularis Brachij auxilio requisito, omnino seruanda, & inviolabiliter retinenda est, quam docent Bal. *in cap. Significasti de Offic. & Potestat. Iudic. Delegat.* Palac. Ruvi. *de Donat. inter Vir. & Vxor. §. Sed est pulchra dubitatio, nu.* 26. Covarr. *Pract. QQ. cap.* 10. *num.* 2. *vers. Primum*, vbi attestatur in aliquibus Hispaniæ Diocœsibus iam diù consuetudinem istam inualuisse, moxque addit: *Nec Carolus Cæsar Rex Invictissimus hanc consuetudinem tollerè, lègeque propria voluit usquam improbare; etiam si sæpiùs fuerit petita huius praxis, & vsus abrogatio in publicis totius Regni Conuentibus, ut apparèt ex capitulo* 117. *Lègum Matritiarum, Anni* 1528. *& cap.* 2. *Anni* 1534. *&c.* Quibus addo suffragantes Textus *in l. Minimè* 22. *l. si de Interpretatione* 36. *ff. de Leg.* Curt. Iun. Anton. Natta, Bart. Gail. Dec. Alex. Carolum, Ruin. & Card. Paris. adductos à Franc. Ansald. *de Iurisdictione, p.* 5. *tit.* 3. *cap.* 2. *num.* 12. *per aliquot seqq.* ubi plura in specie adducit ad probādum consuetudinem attribuèrè Iurisdictionèm eam alias non habenti.

80 Conclusio hæc licèt probata, satisque corroborata manerèt tantorum DD. munita præsidio, adhùc eam ulteriùs in duas partes diuidēdam monemus, quatenus Ciuilem scilicèt, & Criminalem attribuit Ecclesiastico cognitionem. Quoad Criminalia autem luculentissimè comprobata manebit Conclusio hæc ex mox dicendis. Quoad Ciuilia, in quibus major est difficultas Conclusionem hanc communimus efficacissima ratione: Quod nimirum consuetudine legitimè præscripta introduci potest; quod Laicus in causa merè Ciuili per Iudicem Ecclesiasticum conueniri, & iudicari possit. Et nedum Romana Ecclesia in expeditione Apostolicarum litterarum contra Laicos, hanc præscripsit consuetudinem, *Gloss. vltim. in cap. si Clericus Laicum* 5. *ad finem, vers. Sed Papa, de Foro competen.* Archidiacon. *in cap. Iudicatum est* 5. *num.* 2. *dist.* 89. subdens ex Tèxtu *in cap. fin. de alien. Iudic. mut. caus. cap. Constitutus* 8. *dè in integr. restit. cap. vltim. de Iudic.* Quod Papa Clerico concedit littèras contra Laicum cottidiè; Verùm, & aliæ Ecclesiæ huiusmodi consuetudinem cōtra eosdem Laicos præscribere valent, *dict. cap. si Clericus Laicum, in fine, de For. competent.* & ibi Bellamera *num.* 2. *vers. Quarto nota: Quod de consuetudine legitimè præscripta*, vbi etiam Abb. *num.* 5. *vers.* 5. *nota, quod potest cap. Quoniam intèllèximus* 4. *de Immunit. Eccles. in* 6. Lapus *alleg.* 58. *nu.* 8. *ad finem, vers. Fatetur tamen*, Spècul. *lib.* 2. *tom.* 2. *tit. de compet. Iud. adition. §. Generaliter, ergo traditur, in principio*, Franc. Ansald. *de Iurisd. p.* 2. *tit.* 2. *cap.* 32. *à nu.* 95. *qui n.* 99. *&* 100. rationē addit èx Mariano Soccin. *in cap. cum contingat* 13. *de For. competent.* per Text. & Gloss. *ibidem num.* 13. *&* 14. Quod

sci-

scilicèt præallegatus Textus parificat, & æquiparat priuilegium, & consuetudinèm. *cap. super Quibusdam, vers. Præterea, de verbor. signifi.* ubi Barbos. *num.* 7. Quum ergò privilegio Iurisdictio in Laicos concedi valeat, etiam consuetudine acquiri posse pèrspicuum est Archidiacon. *in Can. Conquæstus* 8.9.*q.*3. *&* *in cap.* 1. *de Præscript. in* 6. Ansald. *d. tractat. de Iurisdict. p.* 5. *tit.* 3. *cap.* 3. *nu.* 46. Posset adhùc ratio hæc dubia, & instantijs exposita dijudicari. Vnde aliam efficaciorem addimus: Quod nimirum Iudices Ecclesiastici, Iure communi attẽto, capaces sunt Iurisdictionis Ciuilis in Laicos, Oldradus *cons.* 83. ipsisque Laicis permissum coram Ecclesiastico cõparere, eique se subjicere, *l. si qui èx consensu, & l. Episcopali, C. de Episcop. Audien.* Hincque hoc ipso communi Iure attento Laici possunt prorogare Iurisdictionem Iudicis Ecclesiastici, absque Dominorum consensu, ut ex præallegatis Juribus, atque ex Anton. de Butr. Marian. Soccin. Ioann. Fab. Franc. Marc. Boer. Cacher. Viu. Aufrer. Natta, Nauarr. & Petr. Barbos. docet Consiliarius Regius Carleual. *de Iudic. tom.* 1. *disput.* 2. *q.* 8. *sect.* 3. *num.* 119. *&* *num.* 1120. Bellet. *Disquisi. Cleric. p.* 1. *tit. de Fauor. Cleric. personal. §.* 2. *nu.* 261. Thom. Sanch. *Consil. Moral. lib.* 6. *cap.* 1. *dub.* 6. *num.* 1. Ergò fortius subjicientur vigorè lègitimæ consuetudinis.

81 Vt autem Conclusio plenè èxplicata maneat, inquirere rèstat: Quæ nam consuetudo legitima dicatur, vt Ecclesiasticus Iudex Iurisdictionèm omnimodam in Laicos exèrceat proprijs Ministris, non inuocato auxilio Regio? In qua quidem difficultate varie sensisse DD. comperimus, veriorem tamen, reputamus sententiam affirmantium, antiquam sufficere consuetudinem, hancque esse addunt, quæ illo oritur spatio sufficiente ad inducendã Præscriptionem, *Bart. in l. Vnic. C. de Aur. Coronar. num.* 1. Alex. *cons.* 68. *num.* 12. *vèrs. Et ideò, Bart. lib.* 2. Idem Alex. ad Bartol. *in l. Vnic. C. de Mulier. in quo loco muner. sex. congr. & honor. agnoscant, lib.* 10. *verbo, ex consuetudine,* Abb. *in cap. fin. de Consuetud. num.* 11. Et quia Iura longum rèquirunt tempus ad consuetudinem inducendam, ut constat *ex toto tit. C. Quæ sit longa consuetudo, l.* 2. *C. de Seruitut.* Ast lõgũ ideò tempus decem Annorũ interstitio tèrminari monemus, *ex toto tit. C. de Præscri. lõg. tep.* Curt. Iun. *cons.* 61. *n.* 6. *in prin.* Vnde hoc tempus sufficere argui posset. Sed quia in Conclusione rèquirimus cõsuetudinem legitimè præscriptam triginta Annorum curriculum intercèdere necessarium cẽsemus, *Gloss. vltim.* sequuti *in l. Domini Prædiorum* 5. *vers. Aliàs fortè triginta Annorum, C. de Agric. & Cens. lib.* 11. Card. Paris. *cons.* 25. *num.* 58. *&* *plur. seqq. p.* 1. Ioann. Franc. Balb. *de Præscrip.* 2. *p.* 5. *part. principal. q.* 6. *n.* 1. 2. *&* 3. Aym. Crauètta *de Antiquit. tempor. p.* 4. *sect. incip. Materia ista, num.* 33. Ansald. *d. p.* 5. *tit.* 3. *cap.* 2. *nu.* 17. Qui licèt *num. seqq.* aliquos referat immo-

morabile tèmpus desiderantes; eorum tamen sententiæ nõ acquiescit, imò *num.* 18. *vers. Verùm quoniam*, omnia eius diluit fundamenta, vnde primæ inniti sententiæ non dubitamus.

82 II. Conclusio, secluſa consuetudine potèst Iudex Ecclesiasticus, irrequisito auxilio Sæcularis Iudicis Laicum proprijs Ministris capere, & in carcerèm mittere, quoties legitimè aduersus illum criminali procedat iudicio, vel sententiam tulerit, vèl cognitionem, & èxamen culpæ ad punitionem instituèrit, Can. *Attendendum* 17. *q.* 4. Can. *Contra Idolorum* 26. *q.* 5. & docent communitèr omnes pro affirmatiua adducti opinione, & præcipuè Roman. *singular.* 66. Felin. *in cap. Cum sit generale de For. compet. num.* 20. *&* *in cap. Significasti de Offic. Deleg. col. vlt.* Stephan. Aufrer. *in Clemen.* 1. *de Offic. Ordin. q.* 5. *&* *de Potest. Eccles. Super Laicos in principio.* D. Ioseph. Vela *in Prælect. ad Text. in cap.* 1. *de Offic. Ordinar. p.* 1. *num.* 117. Vbi propè in numeros adducit, *&* *num.* 118. contrariæ sententiæ DD. memoratis in puncto Iuris verisimam nostram appellat, & prę omnibus Couarr. *Pract. QQ. cap.* 10. *num.* 2. *vèrs. Secundo quoties*, subdens: *Nec video etiam secluſa quacumque consuetudine contrariam opinionèm posse optimè defendi. Cum non alia ratione in his criminibus, quæ à quibusdam excipiuntur, capi possint Laici à Iudice Ecclesiastico, &* *in Carcerèm mitti, quam quod Iudex Ecclesiasticus Ius habèat cognoscendi de èisdem criminibus, &* *delinquentès puniendi, &c.* Ergò juxta Illustris. Præsidem (imò, & juxta iuris receptiora principia, *præcedenti Sectione*, expensa) est irrefragabile argumentum, competit Ecclesiastico Iudici cognitio causæ in Laicum, ergò, & etiam Potestas eum capiendi, & distringendi per proprios Ministros, sed in Vniuèrsa Diocœsi competit Episcopis facultas inquirendi, & cognoscèndi, atque puniendi crimina, *cap.* 1. *de Offic. Ordin.* Can. *Scitote* 2. 6. *q.* 3. Can. *Per singulas.* 2. *vers. Vnumquemque* 9. *q.* 3. cum pluribus alijs congestis à Vela *in prælect. ad præallegat. cap.* 1. *p.* 1. *num.* 1. comprobantibus Minorem istam, ergò Iure communi attento, competit Episcopis facultas capiendi proprijs Ministris Laicos committètes, crimina, seu delicta ad eorum forum pertinèntia; èrgò, & Familiam haberè armatam potèrunt, qua Potèstatem istam exerceant, & in hoc sensu accipiendi affirmatiuæ sententiæ Authores.

83 III. Conclusio; solo Iure communi attento omni consuetudine, & municipali Iure excluso Iudèx Ecclesiasticus, qui lègitimè de causa ciuili cognouit, & Laicum condemnauit, non poterit irrequisito Sæcularis Iudicis auxilio per proprios Ministros illum ad executionem sententiæ cogere, eius bona capiendo, aut in eorum possessionè aliquem immittendo, Gloss. *in l. Episcopali, C. de Episcop. Aud. Gloss. in cap. cum Episcopus, de Offic. Ordinar.* Odofred. Hostien. Ioann. Andr. Innocent. Collectar. Bal. Angel. Salicet.

Cas-

Castren. Fulgos. Zabarell. Abb. Imol Barbat. Felin. Guillel. Bened.Bellug.Euerard.Rebuff. Auilès,Franc Marc. Bèrnard. Laurēt. Villalob. Palac. Ruv. *in cap. Per vestras 2. Notab. §. 1. n. 5.* Couar. *dict.cap.10.num.2.vers.Tertio illud èrit*, vbi addit: *Sic deniquè sunt accipiēda, quæ pro communi opinione* (Nègativa scilicèt) *adhùc fuere; nam, & leges Regiæ, etiam si genèralitèr de hac refuerint statutæ, nihilominus in hùnc casum tendere frequentius videntur, &c.* Ignat. Lop. de Salçedo, Berrètta, Tyber. Decian. & Azevedo, sequuti à Iacob. Menoch. *in Tract. MS. de Iurisdict. lib. 3. cap. 22. cas. 2.* Petr. Barbosa. *in l. Qui prior 29. num. 97. & num. 102.* rationèm adducēs, quod bona Laici semper existunt in alieno Territorio respectu Iudicis Ecclesiastici, *cap. Postulasti, in fine, de For. compet. l. Cum vnus, §. pen. ff. de bon. Auth. Iud. possid.* Vt èrgo Ecclesiasticus Iudex executionem in illis facère possit, debet obseruare formam præscriptam *in cap. 1. §. Contrahentes, de foro comp. in 6.* Quem quidem Textum perpendunt in specie, *ibidem* Geminian. *in 6. notab.* & Anchar. *ibidem* Berretta *cons. 5. num. 8. vers. Secundo in eadem*, atque adduci etiã posset, Can. *de persona 11. q. 1.*

84 Et quamuis communiorèm hanc opinionem fateamur, & præcipue in Hispania, vt salvètur præallegata Lègis Sanctio. non desunt tamen grauissimi Authores dissentientes, Anastas. Germō. *de Sacror. Immun. lib. 3. cap. 12. num. 36.* Paz *in Praxi tom. 2. prælud. 2. nu. 55.* Ioan. Gutièrr. *pp. qq. lib. 1. q. 45.* quibus apertissimè suffragatur Cō cil. Tridèn. *Sess. 25. de Reform. cap. 3. Vers. In Causis verò Iudicialibus*, vbi mandatur omnibus Iudicibus Ecclesiasticis, cuiuscumque Dignitatis èxistant, vt quādocumque exèquutio realis, vel personalis in qualibet parte Iudicij facienda sit propia authoritatè ab ipsis fiat, & omnino se abstinèant, tàm in procedendo, quàm in definiendo à Censuris Ecclesiasticis, seu Interdicto, sed liceat eis, si èxpedire videbitur in Causis ciuilibus, & Forum Ecclesiasticum, quomodolibèt perninētibus procedere cōtra quoscumque (etiam Laicos Barbos. *dè Potest. Episcop. p. 3. alleg. 107. n. 18.* Martha *de Iurisdict. p. 1. cap. 50. n. 18.* Ioa. Baptist Ciarlin. *contr. Iur. tom. 1. cap. 50. num. 37.* Copiosè Diana *p. 10. Tract. 8. resol. 2. tota*,) per Mulctas pecuniarias, quæ locis pijs ibidem èxistētibus, eo ipso, quod exactæ fuerunt adsignentur, vt nuper allegati DD. communiter tradunt, quibus addendi sunt, DD. Solorçan. *dè Iur. Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 7. nu. 76. & 77.* cui etiam adnecti possunt Quaranta Rub. Thom. Chartar. & Bariola, laudati à Dian. *d. resol. 2. vers. sed claudamus.* Atq; etiã permittitur Episcopis in dicto Decreto procedere per captionē pignorū, personarūque districtionem per suos proprios, aut alienos Executores faciendã, sive etiam per priuationem Beneficiorum, aliaque Iuris remedia procedere, & causas diffinire. Quod si exequutio realis, vel personalis aduersus reos hac ratione fieri non poterit, sitque erga Iudicèm contumacia, tùnc eos etiam anathematis mucrone arbitrio suo

præter alias pœnas ferire poterit, etiam in causis criminalibus; Huc usque Concilij expressa dispositio, ex cuius dècisione incertus Aut hor. inter Concilia, Berrèttæ *cons. 3 num. 30.* inferi clarissimè ait: *Posse Ecclesiasticos Iudices, etiam in Causis Ciuilibus propria authoritate per Ministros suos Laicos incarcerare, in eorum bonorũ possessionem alios mitterè, & pignora capere, irrequisito Iudicis Sæcularis auxilio.*

85 Nec satisfaciunt ipse Berretta *cons. 5. col. vltim.* Alphõs. de Azèvèd. *in dict. l. 14. num. 2. vers. vides tamen*, & Iacob. Menoch. *dict. cap. 22. vers. Nec horum opinioni.* Volentes facultatem Iudicibus Ecclesiasticis in pręallegato decreto cõcessam quoad civiles causas, intelligi respectu Clericorũ, non autẽ Sæculariũ, quod vt suadeant tres personarũ distingunt species, sed hanc interpretàtionem non satisfacere diximus, quia violentam, & omninò litteræ Decreti Concilij contrariam esse facilè percipitur.

86 Fatèor equidem postremam hanc opinionem consentaneam esse S.S. Concilij Tridentini decisioni, qua vigente contrariam vix defendi posse censemus. Ast quum in Castellę Regnis ante Concilium lex illa in viridi observantia fuerit, post illudque observata semper sit, durius, quam oportet èrga Regiam Iurisdictionem Nos gereremus si iniquam appellaremus Sanctionem istam, eiusque inconcussam observantiam, quum præcipuè lata illa fuerit, à Principe innitènte opinioni, tunc receptiori, & omnibus communiori. Vnde à prima opinione recedere indecorum erit Castellanis sub illis legibus viuentibus; aliter namque ratiocinandum est de Regnis, quæ licèt Castellæ adjũcta sint, vèl illi vnita, proprijs rereguntur legibus, in quibus hæc non reperitur lex, in illis namque Conciliaris illa dispositio observanda proculdubio est.

87 IV. Conclusio Iudex Ecclesiasticus potest proprijs Ministris capere, & in carcerèm mittèrè Clericos sibi Subditos pro arbitrio suo, nullo ad hoc Sæcularis Iudicis auxilio requisito, seu implorato, nisi quatenus eius vices non sufficèrent ad carcerationem, seu appræhensionem faciendam, *cap cum Episcopus, de offic. Ordin. in 6.* Covar. *dict. cap 10. num. 2. vers. Quartò non est prætermittendũ*, vbi erroris arguit Parisien. & Iacobum de Belloviso, affirmantes illus Textus decisionem procedère in terris, vbi Episcopus Dominium habet tèmporale; in alijs namque Clericos eum capere non posse, irrequisito Brachij Sæcularis auxilio; quod ipsum docuère Cyn. Bald. Alciat Duaren. Bellug. Cujac & Bodin. improbati à Vela *dict. p. 1. num. 129.* vbi etiam addit Larream, & Amayam, quorum assertionem omninò rejiciendam ex nostræ Conclusionis corrobatione liquidò demonstrabitur.

88 I. namque Iuris apèrtis testimonijs probatur, *cap. Nullus Clecus 6. in fin.* ibi: *Triginta dierum inclusione mulctetur 2. q. 1. cap. cum Episcopus 7. de offi. Ordin. in 6. cap. Novimus*

*mus 27. §. pro illo, de Verbor. Signif. Extrauag. Vnic. ad finē, de pœn.* imò & Verberare, & in exilium illos mittère valet per se ipsum nullo auxilio rèquisito Iudicum Sæcularium, *Can. cum Beatus, 45. dist. Can. Hi qui 9. q. 4. Can. Nullus Clericus 11. q. 1. cap. 1. in fine de Calumniator, cap. in Archiepiscopatu 4. dè Raptor.* Ber. Diaz *in praxi Crim. Can. cap.* 133. 134. *&* 137. sive Verius *cap.* 135. *Verberari*, latè Salgad. *de Reg. Protect. p. 2. cap. 4. num.* 210. *&* 211. D. Ioseph. Vela *in Prælect. ad Tex. in cap. 1. de Offic. Ordin. p. 1. num.* 115.

89 II. Autem probatur conclusio. Ecclesiasticus Iudèx potest propria authoritate in Laicos procedere excarcerando, & distringendo, irrequisito Sæcularis auxilio, quoties delicta Ecclesiastica committunt, quia cognitio causæ ad illum privative spectat in eos, vt *Conclusione* 2. abundè vidimus; ast Clerici omnes in causis, tam Spiritualibus, quàm Tēporalibus, Ciuilibus, & Criminalibus plènè Episcopo subjiuntur, quocumque conveniātur modo, seu actione ut latè probat Gratianus *causa 11. q. 1. tota*, pluribus Pontificum, & Conciliorum testimonijs adductis. Comprobaturque ex *Can. Denique 5. & ferè omnibus alijs, 96. distinct. cap. Decernimus 2. cap. Et si Clerici. 4. cap. cum non ab Homine 14. cap. Qualiter 17. de Iudic. cap. si diligenti 12. cap. Significasti 18. de For. Comp cap. Seculares, eodem lib.* Concil. Trid. *Sess. 25. de Reform. cap. 20. Auth. Statuimus C. de Episcop. & Cleric. Auth. apud quos oporteat causas dicere tit. 8. collat. 6. Auth. vt Clerici apud proprios Episcop. tit. 12. eadem collat. 1. 5. tit. 6. p. 1.* & luculèntissime probant Aufrèr, Chas. Guillelm. Bènèdict. Couar. Bèllug. Borel. Mènchac. Tusch. Ioan. Garcia, Steph. Gratian, Bernard. Diaz, Salzedo, Bobadill. Menoch. Maranta, Tyber. Dècian. Scaci. Farin. Ambrosin. Marta, Zenedo, Carol de Grass. Soccin. Dominic. Sot. Michael, Salon. Molin. Teolog. Suar. Sair. & Less. sequuti á Carleual. *de Iudic. tom. 1. lib. 1. tit. 1. disputat. 2. q. 6. sect. 1. num.* 392. cui addo Franc. Ansald. *de Iurisd. p. 1. cap. 2 à nu.* 39. vbi plura cummulat, ergò ad capturam, & carcèrationem Clericorū Iudex Ecclesiasticus nullius auxilio indiget.

90 Consequentiam hanc latè defendunt Innocèn. *in cap. 1. de Mut. petit.* Zabarèll. *in Clement. 1 q. 10. de offic. Deleg* Franc. Marc. *q. 21. num. 8. & 9 p. 1.* Iul. Clar. *in Prax. Crim in §. fin. q. 37. vers. Vnum tamen*, Anastas. Germon. *de Sacror. Immun. lib. cap. 12. num. 79.* Azeved. *in dict. l. 14. num. 5. in fine.* Salcèd. *in Add. ad Bernad. Diaz, cap. 123. col. 1.* rejicientes opinionem Iacobi de Bellouis *in cap. Romana, §. Contrahentès, num. 92. de de For. compet.* & Parisien. *in consuetud. tit. 1. §. 41. num. 66.* Oldrad. *cons. 17. num. 3. &* 10. Affirmantium Episcopum Iurisdictionèm suam absque Sæcularis auxilio, etiam in Clericos exèqui non posse, si Dominium Temporale non habeat; cuius Sententiæ alios Assecias, iam supra adsignauimus, quos omnes rejiciēdos probant nuper allegati

gati DD. Quibus omninò standum est teste, Menoch. *in Tract. MS. cap.* 22. *vers. Primus est casus.*

## Sectio V.

### Argumenta contraria omninò diluuntur.

91 LICET longissimum esset singula argumènta diluère, quæ contra Sentètiam nostram militant, & communitèr proponuntur, vel quæ sola à Nobis *præcedentibus adducuntur Sectionibus*, adhùc tamen hùnc non excusaremus laborem, si nullus eum hucusque subijsset. Ast quum prolixè id præstiterint, Franc. Molin. *de Brach. Reg. lib.* 1. *cap.* 4. *&* *cap.* 18. & Barb. *de Iur. Eccles. Vniuers. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 39. *§.* 4. *à n.* 61. *vers. Respõsiones* èa singillatim comminuètes, otiosum idèo repetère Iudicaui. Omnibusque idèo alijs prætermissis.

92 Illud tantùm modo deuiare curabimus petitum, *ex l.* 14. *&* 15. *tit.* 1. *lib.* 4. *Recop.* vbi expræsse prohibetur Iudicibus Ecclesiasticis Laicos in carcèrare propria authoritate, absque Brachij Sæcularis invocatione, non obstante quàcumque consuetudine in contrarium vigènte, omissaque gravissima illa difficultate: An lex illa prę judicet Ecclesiasticæ libertati, & Potestati, & an fèrri ea potuisset, vtpotè innixa debilioribus Iuris fundamentis, quæ ad statuendum, & Iudicandum contrà Immunitatèm non sufficiunt, alijsque resecatis, alibi forsan commodiùs exponèndis.

93 Predictam legèm non obstare asserimus; quia eius prohibitio, & cosuetudinis derogatio solum procedunt in causis civilibus, vel criminalibus civilitèr intentatis, quarum respectu improbatur consuetudo, quæ ante illas leges vigebat, vt Ecclesiastici Iudices aduersus Laicos ad èorum capturam procedebant, vt vidimus ex Couar. *dict. num.* 2. *vers. Tèrtio illud èrit*; cui nùnc addimus Anastas. Germon. *de Sacr. Immun. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 80. Paz *in Praxi, tom.* 2. *prælud.* 2. *num.* 55. *&* 56. Azèued. *in dict. l.* 14. *num.* 7. D. Ioseph. Vela *dict. p.* 1. *num.* 121. *& seqq.* Non autèm procedet legis illius disposítio, & consuetudinis improbatio in causis criminalibus, & criminaliter intentatis, quomodolibet ad Forum Ecclesiasticum pertinentibus; in quibus, nedum obseruanda est consuetudo; verum & absque illa adhùc posse Ecclesiasticum Iudicem vti Potestate carcerandi, & distringèndi Laicos propria authoritate, & per Ministros suos iam supra probaui, numque addo quod Lex Regia, dummodo effectum Sortiatur, intèrpretanda est, modo quominus Iuri Canonico detrahat, & officiat; imò taliter, quod nullà ei offensiònè irroget: argum. *in cap. odia, de Regul. Iur. in* 6. Sed admissà intèrpretatione ista, lèx sufficientèm sortitur effectum; sublata ènènim per eam est consuetudo

in-

in carcerandi Laicos in causis Ciuilibus, vèl civiliter intentatis,& Iuri communi nõ detrahitur substancialiter ; fatemur enim Bona Sæcularium Principi Temporali subjecta esse ; & ideò absque eius consensu nequeunt ab alio Iudicè distrahi, vèl protèrea Laicus compræhendi,& distringi, sæclusa cõsuetudine, qua vigènte, etiam in Ciuilibus eamdem habere Potestatem Ecclesiasticos Iudicès, iam supra docuimus, nùncque addimus Velam, *dict. p.1. num.123.& quatuor seqq.*

94 Hàcque interprætationè non admissa Iuri Canonico, & Ecclesiasticæ Libertati, & Potestati omninò detrahunt præallegatæ Regiæ Sanctiones, ansamque præbent plurimis damnis, improbitatibus, & seditionibus, ut latè pondèrat Sègura Davalos *in Director. Iudicum Ecclesiasticor. 2.par. cap 13.num.28.* illusoriaque omninò redderetur Ecclesiastica Iurisdictio, si inermis relinquatur Gambar. *de Potestat. Legat. à Latere, lib.8.§.1.nu.136.* sequitur Agia, alios cumulans *de èxhiben. auxil. Fundam.12.* Concinitque Decius *cons. 131. in princip & cons. 300. num 4.* Vndè necessario admittèndam esse interprætationem istam, irrèfragabiliter sequitur.

95 Sed in hanc intèrprætationem,& omnès Conclusionès supra firmatas validissimè obstat: Quod Episcopi Territorium non habent, vndè nedum Laicos in qualibèt causa, verùm neque Clericos ipsos capere, & incarcerarè posse absq; Sæcularis Brachij auxilio rectè inferri apparet. Quod aperte probatur *ex tot. tit. C. de Episcop. Audient.* solam Notionem, & simplicem Audientiam præseferentem, ut interprætantur rejecti *conclus. 4. præcedentis Sectionis mox à principio*; quibus nùnc addimus Diocœsis nomen ex propria, naturalique significatione non denotare Territorium, sed simplicem Administrationẽ, Petr. Gregor. Tholosan. *lib.15. syntagm. Iur. cap.12. num.3.* Nomen siquidem istud Administrationem tantum, seu procurationẽ præsefert ; hincque Diœcetæ olim vocati Administratores, Procuratoresque Penoris ipsius Principis, *l. Archigerontes, C. de Episcop. Aud.* Alciat. *lib.3. dispunct. cap.18.* Sed Prælati omnes Superiores Diocœsim habere dicuntur. Ergò non habent Territorium.

96 Ast nullius impedimẽti instantiam reputamus ; negamus enim simplicèm Notionèm tantùm Præsulibus, & Antistibus concessam esse ; sed plenam administrationem, & Gubernationem Spiritualem Plebium suarũ, & Iurisdictionem plenissimam in eas, ab exordio Ecclesiæ commissam esse, & Territorium intra quod Iurisdictionem illam exercere debeant, Diocœsim, vèl Prouinciam appellatũ esse. Can. *Concilia 6 16. distinct. Can. Propter Ecclesiasticas 4.& 14. Can. Peruènit 6. Can. Quoniam 7. Can. Si Episcopus 12. Can. Annis 15.& Can. fin. 18. distinct. Can. studeat 39. 50. dist. Can. Peruènit 20. Can. Placuit 21. Can. Episcopus, de Diocæsi 26. cum alijs*

*sqq. 7. quæst. 1. Can. Nullum 6. Can. Episcopi 8. cum sequent. 9. quæst. 2. Can. 1. Can. Decrevimus 10. cum sequent. 10. quæst. 1. Can. 1. Can. Vnio 3. cum aliis 10. quæst. 3. Can. Episcopi 8. 11. quæst. 3. Can. Omnes Basilicæ 10. 16. quæst. 7. Can. Sanè 3. de For. Compet.* latè Vela *in dict. Prælect. ad cap. 1. de Offic. Ordinar. p. 1. à num. 144. per aliquot sequent.*

97 Et licèt ab obiecto facilè Nos expedire posſemus, rèspondendo cum Loterio *de Re Benef. lib. 1. q. 21. num. 50.* Tèrritorium Episcopi pèr Metonimiam Diocœsim appellari, nihil aliud sibi vindicantem, quam Maioritatem, & obedientiam, sub qua omnis Iurisdictio continetur, *ex tit. de Maior. & obed.* Bald. *cons. 294. num. 1. lib. 5.* Adhùc tamen, ut hoc radicitus percipiatur, & cauillorum causa vitetur, addere libuit, Diocœsis nomen proprie significare: Administrationem multarũ Prouinciarum quę sub vno Præfecto Prætorio coactæ per Eum, & Vicarios suos regebantur, *l. vnic. C. vt omnes Iudices*, tàm Ciuiles, quàm Criminales, ex qua, & nonnullis Ciceronis, & aliorum amœnioris studij Authorum testimonijs vnanimiter docent Iuris Lexicographi, & præcipue Brissonius, Pratej. Sichar. & Ioan. Calvin. *verbo, Diocæsis*, & Petr. Gregor. Mandos. Bouadilla, Guid. Pancirol. Michael, Maucler. & Bulenger. sequuti à Vela *dict. par. 1. num. 144.* Christian. Lup. *tom. 1. in Concil. General. pag. 237. in Scholio ad Can. 6.* inquit: *Vox Diœcesis hodie Nobis significat Parochiam, seu Territorium Episcopi; Olim habuit varias significationes. I. Accepta fuit pro Rusticana Parochia. Ita IV. Synodus Carthag. cap. 36. eodèmque loquuntur modo, Synodus III. & Secunda. II. More nostro significat unius Episcopi Territorium. Ita accipit Gregor. Magn. in Litteris ad Ioann. Velitrènsem Episcop. lib. 2. Epist. 2. & lib. 6. Epist. 38. & lib. 7. Epist. 44. III. pro integra Prouincia. Ita Honorio Tarraconènsium Metropolitæ mandat Siricius Pontifex, ut suas Decrètales Litteras omnibus in sua Diocæsi (quam cèrtum est fuisse vnicam Prouinciam) constitutis Episcopis promulget. IV. Denique accipitur pro plèna Natione, seu plurium Prouinciarum in unam Administrationèm, seu Præfecturam unitarum congerie. Quæ significatio fuit olim famosior, & principalis, ut ex sequentibus liquidò demonstrabitur.*

98 Petr. de Marca *de Concordia Sacerdotij, & Imperij, tom. 1. lib. 1. cap. 3. §. 2. & lib. 3. cap. 1. §. 1.* dicens: *Ecclesiæ per Prouincias ab Apostolis ad exemplum Imperij diuisæ in unum Diocæseos Corpus sub Constantino coaluèrunt. Diocæsimque eo sensu in ea vsurpari significatione, quam tùnc in Ciuili, & Ecclesiastica Administratione locum habuisse constat, scilicet pro tractu quodam, & diuersarum Prouinciarum collectione, quæ Præfecto Prætorio, aut eius Vicario parebat,* &c. *& tom. 2. lib. 6. cap. 16. §. 1.*

99 Iacob. Gothofred. *in Cod. Theo-*

*Theodos. tom. 2. lib. 6. l. 4. tit. 4. de Prætor. & Quæstor. in Commentar. §. Supereſt, pag. 37. col. 2.* ibi: *Diœceſeos appellatione hac lege 4. Diocæſim Vrbicariam Præfecti Vrbis accipiendam, quæ variis Regionibus, & Prouincijs Vrbicarijs, ſeu ſub Vrbicarijs conſtalat, id cum Diocæſis eſt, plurimi inquam Prouintiarum in vnam Adminiſtrationèm collecti, &c.* Moxque: *Quarè hoc iam teſtimonio confutabuntur, qui nègabant Diocæſeos appellationem Præfecti Vrbis Admiſtrationi unquam tributam, vel tribui poſſe, vèlut Spectabilium propriam: V. G. Proconſulum, & Vicariorum; Vnicamque Diocæſim infra Illuſtrium Dignitatem fuiſſe, quos rèfurant ètiam, vèl exempla, licet poſteriora paulo: Præfectorum Prætorio Africæ, de quo Titul. de Offic. P. P. Africæ, & P. P. Italiæ, de quo Nouella 69. & 70. Imò, & Præfect. Prætor. Galliarum aliquando vnica Diocæſis quoquè tributa, l. 11. infra dè Medic. & Profeſſ. vbi dicam, &c.*

100 Expræſsius, & ad Noſtrum Tractatum aptius, *tom. 4. lib. 12. in l. 8. cum tribus ſeqq. tit. 12. de Lègat. & decret. in commentar. §. 1. Ampliatio. pag. 593. col. 1. circa med.* ibi: *Diocæſis hic, ut & l. 11. infra de Medic. & Profeſſoribus, alijſquè pluribus eſt juncta plurium inter ſe Prouinciarum Adminiſtratio; quod vèl hæc lèx apertè oſtendit, vbi diſſertà ſingulæ Prouinciæ integræ Diocæſi opponuntur. Balſam. in Chalcèdonèn. Can. 9. & 17. Eoque ſenſu paſsim à Conſtantini M. tèmporibus Diocæſeos vox elata, ut apparet èx ipſiuſmet Conſtantini M. Epiſtola ad Eccleſias apud Socratem lib. 1. cap. 9. pag. 517. Eo ſenſu paſsim vſurpatur hoc codice, & Iuſtinianeo, apud Ammian. Marcèllinum, Notitiam Impèrij, Scriptores Eccleſiaſticos, & in Concilijs, vbi paſsim Prouinciæ, & Diocæſes appenuntur, ut hic, velut l. 14. C dè fund. Patrimon. in Actis Concil. Conſtantinop. I. Can. 2. Concil. Epheſinij, Can. 8. eiuſdem Concilij in Chalcèdon. Can. 9. & 17. & in Epiſtol. Innocent. I. ad Alèxand. Epiſcop. Anthiochèn. Has vèro Diocæſes; vel Præfecturas quidam èximinij rexerè, veluti Præfectus Auguſtalis, qui Ægyptij Diocæſim rexit. Prefectus quoque Vrbi, qui Vrbis Romæ Diocæſim, quæ pluribus Regionibus ſuis Prouincijs, quæ Vrbicariæ, ſeu ſub Vrbicariæ dicebantur, vel Vicarij Præfectorum Prætorio, vnde paſsim Diocæſeon Vicarij, vel pro Præfecti Diocæſes rèxere, curare, adminiſtrare temperare dicuntur hoc Codicè, apud Ammian. Marcelin. & in notitia Imperij. Imò l. 9. id ipſum indicatur, verſ. Neque Prouinciæ Rector. collato cum initio Legis. Regebant, & Proconſules nonnulli Diœceſeos, veluti Proconſul Aſiæ. Quod etiam teſtatur, l. Vnic. C. de Ratiocin. oper. public. Tandem, & Comites nonnulli, ut Comes Orientis. At Præfectus Prætorio pluribus Diocæſibus præerat, quod indicatur quoque, l. 9. hoc tit. verſ. Aut etiam Præfectura cum præcedenti, verſ. Collato.*

101 Ad rem ergò noſtram eruditiſsimus iſte Gallus Author concludit: *Sequuta quoque Eccle-*

*Ecclesia in gradibus Episcoporum constituendis; imò, & quod huic argumento proprius est in generibus Conciliorum; nam, et ibi fuere singularum Prouinciarum, & integrarum Diocæseon Cōcilia. De quo sunt iam iusti libri, &c.* Nosque ei addimus *l.* 13. *C. Theodos. de Episcop. & Clericis, sic intelligendam in illis verbis: Qui mox est causarum ciuilium, idem in negotijs Ecclesiasticis obtinendi sunt, &c.* Cuius loci sensum Anian. perturbasse monet, Petr. de Marca *dict. lib. 3. cap. 1. §. 1.* quum Diocœseos Synodū pro unius cuiusque Episcopi Synodo capi existimauit, quam omnium Prouinciarum Synodi intelligi illic debèant.

102 Has Diocœseon, & Regionum Synodos, Constantinopolitana aliquot posteà Annis scilicèt 381. Canone suo confirmauit, ex eaque Diocœseon diuisione manauit mos ille, ut Episcopi non amplius Proninciis tantum distinguèrentur, sed Diocœsibus, & Concilijs Diocœseon, Marca *dict. cap 1. §. 1. post medium*, exemplum adducens Episcoporum Illirici, Italiæ, Hispaniæ, & Africæ. In illo Concilio limites Episcopaliū Iurisdictionū, seu territoria constituta esse Marca ipse probat *citato tom. 2. lib. 7. cap. 5. §. 2. & seqq.* addens amplissimam Iurisdictionem, & Potestatem hac Diocœseon diuisionè attributam esse.

103 Ne tamen diuisio Territorij Episcopalis, seu singularum Diocœseon Concilio huic primario attribuatur, & ut omninò rejiciatur illorum opinio, qui temerè asserèrè ausi sunt partitionem istam, & Territoriorum assignationem attribuendam esse Magno Constantinò, ut ex Rasis Arabis doctrina, refert Ioan. de Mariana *de Reb. Hispan. lib. 1. cap. 16.* addère necessariū duxi, rejiciendam omninò esse opinionèm Hominis Barbari, & infidèlis, mirādumque esse ei aliquam fidèm à Iurisprudentibus adhibitam, ut benè ponderat Baron. & post cum Spōdan. *Anno 675. num. 2.* sequuti à Loter. *de Re Beneficiar. lib. 1. q. 10. num. 11.* qui *num. 12. & seqq.* addit quod ab Apostolis fuèrunt assignatæ Diocœses, & Prouinciæ iuxta diuisionèm factam ab Ethnicis ante aduentum Christi. Quod comprobauèrat *num. 7. ex Can. 1. cum quatuor seqq. & ibi Gloss. verbo, Petrus, 80. distinct. Can. 1. 99. dist. cap. Pastoralis, de his, quæ fiunt à Præl. sine consens. capit.* Petr. Gregor. *de Benefi. cap. 4. sub num. 5.* Rota *in una Chonchen. Decimarum del Infantado, 7. Februarij 1608. coram Martin. Andrea.*

104 Hinc iam I. colligere. Licet falsam esse Platinæ opinionem, Dionysio Papæ accensentem Diocœseon partitionem *in eius Vita.* Quem forte errorem hausit ex ipsius Dionysij Epistola relata *in Can. 1. 13. q. 1.* & ante eum sequutus fuerat errorem ipsum, Gloss. *in Can. Nec numerus, verbo, aut in electa 10. q. 3.* cui licet obitet acquieuisse videatur Rota *in Theatin. Iurisdictionis, 4. Maij 1612. coram Coccino.* Error tamen apertissime convincitur ex ipsa Epistola. Textus namque ex illa desumptus de Parochialium distinctio-

tinctione loquitur, seu Plebium Vrbis Romæ non autem Diocœseon, Rotà *in dicta Chonchen. Decimarum del Infantado*, Lotèr. *dict. q.*10.*num.*9.

105 II. Autèm inferendum est quod licet in pluribus Concilijs Generalibus fuèrit de limitibus Diocœseon (ut passim refertur in Annalibus Ecclesiasticis) id tamèn per modum renovationis, vel concordiæ intèr Episcopos de Finibus contèndentes, non autem pèr modum primordialis Constitutionis quicquam in eis decisum est, vt declarat Anacletus Papa *in Can.* 1.99. *dist.* vbi Provincias, & Diocœses assignatas esse ab Apostolis secundum diuisionem factam ab Ethnicis antè adventum Christi scribit.

106 III. Inferendum, & præmonẽdũ est, quod licet Temporales Dynastæ Ciuitatum, & Prouinciarum fines aliter distinxerint, quã olim essent, Diocœseõ tamẽ fines semel à Sãctissimo Petro illiusque Succèssoribus adsignati alterare ausi non sunt; quià id vetitum illis iam diù repèritur, Can. *Imperatorum* 10. *dist. ubi gloss.* 1. & Gemin. *in* 4. Præpos. *in* 6. *notab.* èt fuit decisum à Rota Rom. *in una Virdunen. Elect. Episcop.* 15. *Nouèmb. Coram Pamphil.* teste Lotèr. *loc. citat. præcipuè num.* 12. ubi subdit non procedère argumentationèm à limitibus Territorij Tẽporalis ad fines Ecclesiastici Territorij, quod optimè ex aliquibus probat apud eum videndis.

107 Ex quibus luculentèr probari censemus Diocœsim significare posse amplissimum Territorium, illudquè proprie, & rigorosè Episcopo competere, ut alibi latè probamus; nùncque addimus Sperèll. *decis.* 3. *num.* 9. & *decis.* 4. *num.* 7. ubi plures allegat.

## Sectio VI.

### An quomodo? & quando auxilium hoc Sæculare impartiendum? & inuocandum sit?

108 SVNT quam plurimi magnæ notæ DD. affirmantes Episcopos aliosque Ecclesiasticos Magistratus, quibus implorandi auxilium Brachij Sæcularis facultas compètit, cà pro arbitrio uti non posse, sed in subsidium tantum, postquam scilicèt prius excomunicavèrint, anathematizaverint, & interdixerint, quum nimirum eam Ecclesia ampliùs quid faciat, non inveniatur, deducèntès *ex cap.* 1. ibi: *Cum opus fuerit de Offic. Ordin. cap. quoniam.* 14. illic: *Si nècesse fuerit eodem titulo cum alijs Sect. seq. mox à principio referendis*, in quibus omnibus auxilium hoc implorari permittitur, si opus fuerit. Quoties autèm Ecclesia rèmedia illa habeat, quibus

bus compellere omnès possit ab inuocatione ista sese abstinere debere affirmandum censent Innocent. Oldrad. Feder. de Sen. Palac. Ruv. Covarruv. Redin. Mandos. Avil. Menoch. Gail. Græuçus, Cãcèr. Montealegre, Matta, Farin. Ricc. Avendañ. Anguian. & Molino, relati à Vela *in dict. Prælect. p. 2. num. 27.*

109 Contraria tamèn sententia verior est, & ab omnibus sequenda facultatẽ scilicèt impartiendi auxilium, non in subsidium Episcopis dattam, sed Eorum arbitrio utendam concessam esse, ut ea sine limitatione utantur quotiescumque expedire, oportunumque esse ipsis videbitur. Quã docent Zypæus *de Iurisdict. lib. 4. cap. 3. num. 22.* relati à Barbos. *in collect. ad Concil. Trident. Sess. 25. de Reform. cap. 3. vers. In causis, nu. 19. 20. & 21. & de Iur. Vniuers. lib. 1. cap. 39. §. 4. num. 73. 74. 75. & 76.* Gab. Pereir. *de Manu Reg. 2. p. cap. 52. num. 14. vers. Respondetur.* Anguian. *de Legibus, lib. 3. controu. 31. num. 30. & 31.* Bovadill. *in Politic. lib. 2. cap. 17. num. 169.* & pluribus relatis Vela *dict. p. 2. num. 28. & seqq.* Quam efficacissimè probari cènsemus, *èx dict. cap. 1. & cap. Quoniam, de Offic. Ordinar. cum alijs mox rèferendis seq. Sect.* qui quidem Textus serio perpensi nullatenus dècidunt in Iuris subsidium tantum inuocandum esse Sæculare Brachium; sed cum opus, vèl necèsse fuerit. Quibus verbis proprius significatur; tùnc demum huiusmodi auxilij inuocationi locum esse, quum necessitas exposcit

tulet in quacumque litis parte, siue cum magis expedire Ecclesiastico Iudici visum fuerit.

110 II. Autẽ concèssa Iurisdictione, nedum concessa cènsentur necessaria; verum magis opportuna, & commodiora ad illius Iurisditionis exequutionem, vt argum. Tex. *in cap. Præterea 5. de Offic. Iud. Deleg.* & aliorum Iurium, notant cum Bald. Aretin. & alijs Philip. Dec. *ibidem limitat. 2. sub num. 21. vers. sed contrarium* Sahagum *num. 4. Vers. Ex quibus.* Quod fortius in hac Quæstione procedit, quia nimirũ manca nimis, & elusoria Iurisdictio Ecclesiastica redderetur, si in subsidium tantum vti hac facultate ei permitterètur contra Regulam Tex. *in l. si Prætor. 75. vers. alioquin, ff. de Iudic. l. Episcopale 8. aliàs 9.* ibi: *Nè sit Casa Episcopalis cognitio, C. de Episcop. Audi.* cum alijs adductis à Vela *dict. p. 2. num. 4. & num. 29.*

111 III. Et quidem irrefragabiliter ex Conc. Trident. *sess. 25. de Reform. cap. 3. vers. In causis verò,* ibi: *In Causis verò Iudicialibus mandatur omnibus Iudicibus Ecclesiasticis, cuiuscumque Dignitatis existant, ut quandocumque executio realis, vel personalis in qualibèt parte Iudicij propia autheritate ab ipsis fieri poterit, abstineat se, tàm in procèdẽdo, quã definiendo à Cènsuris Ecclesiasticis, seu Interdicto, sed licèat eis, &c.* ab exèquutione scilicèt rèali, vel personali per proprios, vel alienos exequutores à Sæculari nimirum concessos incipere, non nisi in Subsidium cènsuras aliquas fulminandi facultate concessa, prout

om-

omnes cõmuniter post prælegatũ Decretũ affirmare conspirant, & præcipuè Vela *dict.p.2.n.30.& num.56.* vbi Molin. *de Brach.Reg. lib.1. cap.3. à num.34.* Peguèram *decis.92. num.25.* Azeved. *in l.14. num 2.post med.tit.1.lib.4.Recp.* Ioseph Ramon, *cons. 98. num. 3.* Franc.Hier.de Leon.*decis.Valent. 154. num.15.& 16. lib. 2.* Gabr. Pereyra *decis. Lusitan. 117. num. 10.* Anguian. *dict. centrou.30 à numer.25.* latè decreti illius sensum alitèr exponèntes fallatiæ, & inconstantiæ, atquè cerebrini responsi notat, Decisionèmque Granatensis Prætorij pro hac opinionè latam adducit, huicque oppositam, errorem palam appèllitat. Addendique sunt Segura Davalos, Salçedo, Farinac. Bovadilla, Anguiano, Moneta, Barbosa, & alij sequuti à Ioan. Bap. Costa *de Remed Subsidiario, Remed.21. num. 6.* Ex eisque firmat Pareja *dict. rosol.8. num. 3.*

112 IV. Denique Sententiam istam probamus ex Barbat. *in cap. cum non ab Homine, num.39. vers.sed pro certo, de Iudic.* Eamque post alios sequutus est Lel. Iordan. *in tract at.de Maior.Caus.Episcop.ad Papam defer.cap.8.n.43.* qui unanimiter asserunt DD affirmare Episcopũ pro arbitrio suo auxiliũ Sæculare invocare posse, ad id tamen inuitum nõ teneri: argum. Text. *in l.Non quid, ff.de Iudicijs.*

113 Quomodo autẽ implorari hoc auxilium debeat passim inter Ecclesiasticos, & Sæculares Iudicès controverti solet, quum præcipuè animo, & voluntate dissident, prout communiter accidere solet, illi namque præceptivis vti posse Verbis contendunt; isti verò non nisi deprecatorijs petendum affirmant, & si alijs conceptæ sint impartitoriæ istæ litteræ, auxiliũ ex hac tantum causa Sæcularem denegarè posse addunt, & si Ecclesiasticus cènsuris illũ compellere vult, ut impartiatur, ad Regias rècurrit Chancèllarias Sæcularis, actisque transmissis, Ecclesiasticus monetur, ut vrbanius cum Sæculari Magistratu sese deinde gerat, & interim exequutio præcepti Ecclesiastici suspenditur, ut sæpius accidisse vidimus, & fieri posse docènt Gratia. Zèvall. Martha, Farinac. Salzed. Giachar. Carol. de Grass. & Franc. Marcus, sequuti à Carleval. *de Iudicijs, tom.1. lib.1. tit.1. disp.2. q.1. num.40.* Ast licet duram nimis Praxim istam semper reputauerimus, quia tamen eã inconcusse obseruatã experti sumus, otiosum judicauimus in ejus impugnatione immorari.

114 Vt autem damnũ hoc graue nimis, & præjudiciale litigatoribus vitetur omnis Iudicibusq; omnis tollatur disidèndi ocasio, optima est, quæ placuit sempèr Nobis praxis adducta à Carlev. *de Iudic.dict. disputat.2. q.1.nnm.40.* Vrbanis nimirum primo vti litteris, quibus si Sæcularibus non paruerit tũnc præcèptũ adhibere cũ censurarũ comminatione, easque in contrauentionis casu fulminando, prout legitimè fieri posse constat ex Can. *Administratores, in fin. 23. quæst. 5. cap. 2. de Maledic. cap. Licèt, & ibi gloss. verbo,*

com-

*compellendos, de Iur. Iur. in 6. & in cap. Cum quidam, verbo, compellantur, & verbo, per Superiores, de exception. eodem libr.* Molin. *de Brach. Secular. lib. 1. cap. 14.* ubi plures refert Carleual. *dict. num. 40. mox à princip.* cui addo Velam *in d. Prælect. dict. p. 2. num. 67. & 68.* & ex eo sententiam, & Authores ex hauriens Pareja *dict. resolut. 8. nu. 4.* ibi: *Et ad præstandum auxilium prædictum poterit Ecclesiasticus censuris cogere Secularem Iudicem, non solum inferiorem, verum etiam Supremos Magistratus, cap. Principes 20. 23. q. 5. & c.* Adnectique etiam potest, Franc. Typæ. *de Iurisdict. Eccles. & Secular. lib. 4 cap. 6. nu. 1.* ubi melius reputat ad Superiorem recurrere, suprema scilicet Tribunalia, aut Principem ipsum, ut aliud ipse det auxilium, vel recusantem impartiri suum, cogat, ut quoad fieri possit cẽsurarum promulgatio vitetur. At Praxis hæc in Hispania hucusque inaudita est, sed familiaris est nuper adducta pro eaque addo Gloss. Innocen. Abb. Alciat. Menoch. Eman. Rodrig. Farin. Gail. Græuæũ, Marth. Monet. Pereiram, & Campanil. sequutos à Vela *in dict. Prælect. p. 2. num. 7.* eique adnecto Gloss. *in cap. ad abolendam, de Hæret. & in cap. 1. de Offic. Ordinar.* ubi Alciat. *num. 26. & 123.* Bellug. *in Specul. Princip. Rubric. 11. §. Tractandum, num. 2.* Petr. Binsfeld. *de iniur. & damn. dato, cap. 7. conclus. 5. pag. 575* Covarr. *cap. 1. Pract. Q. Q. vers. Quæ Iurè illud*, Gail. *lib. 1. obseruat. 115. num. 1.* Azeved. *in dict. l. 15. num. 1. tit. 1. lib. 4. Recopilat.* Salçed. *ad Bernard. Diaz, cap. 154. num. 20.* Menoch. *de Arbitr. lib. 2. cas. 452. & in tract. MS. dict. cap. 22. vers. Cæterum in casibus*, ubi arbitrarijs pœnis mulctari ab Ecclesiastico posse Sæcularem renuentem auxilium ei impartiri ultra censuras, quas in eum fulminarè posse, fatètur.

115 Hoc autem Auxilium peterè possunt Ecclesiastici, nedum ab inferioribus Iudicibus, verum, & à Superioribus, & Supremis Magistratibus, Consiliarijs scilicèt Regijs, quos præmissa depræcatione posse deinde censuris ad illud impartiendum compellèrè tuto affirmant Regius Consiliarius, Vela *in dict. Prælect. par. 2. num. 8. & 9.* allegans Segur. Davalos, Salçedo, Farinac. Bovadill. Molin. & Monet. Nosque addimus Zypæum *de Iurisdict. Ecclesiast. & ciuili, lib. 4. cap. 3. num. 10.* ubi optimam adducit rationem petitam ab obligatione, qua omnes Magistratus adstringuntur ad Ecclesiæ eiusque Iurium defensionem, quam aliquibus Iuris testimonijs apertè demonstrat, & *eodèm lib. cap. 6.* inquirit: An à Militari Præfectò possit Ecclesiasticus auxilium hoc petère.

## Sectio VII.

### Quibus competat Iudicibus Authoritas hæc invocandi Auxilium?

116 IVdicibus Ordinarijs facultatem istam competere omnia Humana clamitant Iura, Canonicum quidem *in cap.1.vers. Et cum opus fuerit de Officio Ordin.* cui consonant Can. *Si quis pecunia, 9.79. dist.Can.Petitionis* 19.11.*q.1.Can.Prodest.*4.*Can. Administratores* 26. *Can. de Liguribus* 43.*Can. Quali* 44 33.*q.5.cap. Postulasti, de Homicid.cap.2.vers. Per temporalem, de Maledic.cap.fin. in fine, de excess. Prælat. cap. Vnic. §. fin. in fine, de statu Regular.in 6. cap.Vt Officium* 11.*§. Compescendi, vers.Denique,de Hæret.in 6.cap. Dilecto, de Sent. Excomm.eodem lib.* Concil.Trid. *Sess.*24.*de Reformat. Matrim. cap.*8.*ad fin.& Sess.*25.*de Regular cap.5.post princip.* Regium etiã *l.* 58.*&* 59.*tit.* 6.*p.*1.*l.*14.*&* 15.*lib.*4.*Recop.* Imperiale quoque in *l.Hoc genus* 10.*l.Sanctissimarum* 44.*§. Tua igitur excellentia, C. de Episcop. & Cleric. l. Episcopale* 8. *aliàs* 9.*vers. Per Iudicum quoquè officia, C. de Episcop. Aud.l.*2.*§.Sin autem, vers. Tùm Iudex, C. de His qui rationes,* lateque probant quam plures sequuti à Carleual.*de Iudic. tom.*1.*lib.*1.*disp.*2.*q.*1.*num.*40.*&* *q.* 7.*sect.* 1.*à num.*772. cui prope innumeros addo adductos à Vela *in Prælect. ad cap.* 1. *de Offic. Ordin. p.*2.*num.*1. ubi copiosè eam exornat quos ipsos transcripsit Pareja *de Vniversa Instrum. edit. tom.* 1. *tit.*2.*resolut.*8.*num.*2. eisque super addit Sbroz *de Vicar. Episcop.lib.* 2.*quæst.*190.*ex nu.*75. & Rot.*apud Farinac.decis.*10.*nu.*28.*in Posthum.* 2.*part.* atque Hieron. Buccaron. *de Differen.inter Iud.Ciuil.& Crim. different.* 209. *tota*, eique addo Ioan.Bap.Fragoso *de Regim.Reip. Christianæ, tom.*1.*lib.*4.*disp.*10.*§* 2. *num.*149.

117 Solum èrgò difficultas est circa Delegati Iudicis facultatem, hancque breuiter examinauit Franc. Zypæ. *de Iurisdict. Eccles. & Ciuil.lib.* 4. *cap.*3. *num.*26. latiusque Vela *in Prælectione ad cap.* 1. *de Offic. Ordin. p.* 2. *num.*10. vbi pro nègatiua sententia adducit Archidiacon. Abb. Felin. Lap. Dominic.Federic.de Sen.Calcan. Mandos. Eymeric. Ioan. Redin. Marchesan. Farin. Camil. Borel. & Gabr.Pereir.affirmantes solum Ordinarijs Ecclesiasticis, non autem Delègatis facultatem competere inuocandi auxilium Brachij Sæcularis. Pro cõtraria verò quam, & ipse vèriorèm, & recèptiorèm appèllat, allègat Frideric. de Sen.Abb.Imol. Fèlin.Dec.Bero, Ægid. Boss. Rolan. à Valle, Covarr. Navarr. Avilès, Brunon. à Sole, Menoch. Redin. Peñam, Azeved. Bernard.Diaz, & Salçedo,Farin.Gail.Græu.Morla, Mar-

tha, Montealegre, Cancer. Marchesan. Marc. Anton. Genuen. Ricc. Franc. Molin. Moneta, Aug. Barbos. & alios penes Pereiram, quorum omnium adducit fundamenta, & utraque pars ab eo exornatur, & præcipue secunda, quam ipse amplectitur, & obiectis satisfacit. Hisque relatis Authoribus receptam, & communè esse sententiam istam docet Pareja *dict. resolut. 8. num. 2.*

118 Ast licet à doctissimo illo Regio Consiliario quæstionem luculentissime discussam fateamur, generaliter tamen eam decisam censemus, ille namque duas tantum, vt vidimus opiniones adducit, affirmantem scilicet, & negantem, quum, & alia sit optimè distinguens, & duas præcedentes forte concilians, ut ex dicendis apparebit.

119 Resolutio ergò ist hæc in quatuor est partienda casus. 1. est, quando ambigitur: An Delegatus ab inferiore facultatem habeat exequendi sententiam suã contra Laicum irrequisito Brachij Sęcularis auxilio? In quo quidem casu nullus, in quem hucusque inciderim quidquam resolvit, imò, neque dubitationem mouit, uno excepto Menoch. *in Tract. MS. de Iurisdict. dict. lib. 3. cap. 22. vers. Secundum est huius disputationis caput*, idem sibi accidisse obtestans, addensque tùnc Delegatum inuocare non posse Auxilium Sæculare. Sed recurrere debere ad Ordinarium, vt vel ipse exequatur, vel Auxilium illud requirat, & impartiri faciat, cuius resolutioni acquiescimus.

120 II. Est casus, quando Delegatus ab inferiore facultatẽ accepit exequendi sententiam suã in ipsis Delegationis, seu Commissionis litteris, non tamen ei Potestas conceditur inuocandi auxilium Sæculare, vel quando vtrumque Delegato conceditur. In postremo isto casu facultate illa uti posse admittũt passim DD. Hostien. *in cap. 1. de Offic. Delegat.* Oldrad. *cons. 89. propè fin.* Innocen. *in cap. significasti, num. 3. de Offic. Deleg.* Lap. *in cap. ut Officium, §. Denique, vers. An Delegatus, de Haret. in 6.* Guillelm. de Monte Laudun. *in Clemen. 1. num. 6. de Offic. Delgg.* Bald. & Salicet. *in l. in Crimen. C. de Iurisdict. omn. Iud.* Federic. de Sen. *cons. 163. dub. 1.* Albèr. & Castren. *in l. Episcopale, C. de Episcop. Aud.* Zabarel. *in Clemen. 1. q. 10. de Offic. Deleg.* latè Martin. de Fano *in tract. de Brachio Sæculari. num. 3. & 4. inter Tract. DD. tom. 11. p. 2. pag. mihi 417. in edit. Veneta 1584. qua utimur* multipliciter probans Hènric. Boich. *in cap. significasti, nu. 1. de Offic. Deleg.* ubi etiam Abb. Fèlin. & Dec. Idem Abb. *in cap. si quis contra Clericum, col. pen. de For. Compèt.* Calcan. *cons. 119. num. 2. in fin.* Belluga *in Specul. Princip. Rubr. 11 §. & quæ dicta, num. 1. vers. Et ideò communis*, Franc. Marc. *q. 72. & 169. p. 1.* Navarr. *in cap. cum contingat, in 1. remed. de Rescriptis*, Rolan. *cons. 37. num. 1. lib 1.* Bermond. Chouèt. *de Public. Concubin. verbo, curent à suis Subditis*, Gail. *lib. 1. Pract. obseru. 115. in fine*, Azeved. *in l. 15. num. 3. tit. 1. lib. 4. Recopil.*

*copil.* Peña *ad Director. Inquisit. p. 2. in expos. cap. ut Officium, §. Compèscendi. num. 1. de Hæret. in 6. pag. 206. col. 2. & 3. par. q. 57. Comment. 106. pag. 585.* Salçed. *ad Bernard. Diaz, cap. 154. num. 8.* Menoch. *dict. cap. 22. vers. Secundus, est casus.*

121 Quid autem in primo casu quando scilicèt exequendi tantum facultas Delègato concèditur, non tamen inuocandi Brachium Sæculare potestas expresse datur? In qua quidem difficultate licèt negènt Abb. Antiq. *in cap. Significasti, de Offic. Deleg.* Archidiacon. *in cap. vt Officium, de Hæret in 6.* Eymeric. *in Director. Inquisitor p. 3. q. 57. in fine,* Quintilian. Mandos. *Commiss. Referen. verbo, Auxilium Brachij Sæcular.* Verior tamè, & ab omnibus rècèpta opinio est posse, tùnc facultate ista, uti Delègatum, Ioann. Redin. *de Maiest. Princip. verbo, non solum armis decoratam, p 2. n. 159.* Azeved. *in dict. l. 15.* & Menoch. *citato cap. 22.* Peña *in dict. Comment. 106.* Ratioque suadet, concessa scilicèt èxequutione sententiæ omnia illa censeri datta, sine quibus exequutio illa perfectè assequi non potest, ut sæpius diximus, sed si propriam Familiam nõ habet, vel ea nõ sufficiat auxilio Sæculari indigebit ad exequutionèm sententiæ suæ, ergò si Delegato conceditur exèquèndi facultas, censetur etiam datta Potestas inuocandi Sæculare auxilium, sine quo exèqui non poterit.

122 III. Casus est in Delegato à Sũmo Pontifice, in quo etiam duplèx consideratio fièri potest; vel dubitari potest: An in delegatione facultas hæc expresse concessa sit? Et licèt nonnulli negare videantur, affirmandum procul dubio est; apertissimè namque id docent Archidiacon. *in Can. Administratorès 23. q. 5.* Feder. de Sen. *cons. 163.* Specul. *in tit. de Iudic. Delèg.* Geminian. *in cap. Vt Officium, §. Denique, de Hæret. in 6.* Butr. *in cap. Tãta, de excèss. Prælat.* Calcan. *cons. 119. num. 1.* Barbat. *in cap. Significasti, num. 15.* vbi etiam Felin. *num. 2.* Dècius *num. 4.* Butr. *nu. 24. de Offic. Deleg.* communèm opinionem istam appèllantes Frãc. Mar. *q. 72. num. 4. & 5. part. 1.* Mènoch. *dict. cap. 2. vers. Tertius est casus,* vel in Delegationis litteris ipsi èxpresse concèditur, & tùnc illi eam competere indubitati Iuris est Paulus Castrèn. *cons. 322. Visis Actis, col. vltim. lib. 1.* Quem, & Felin. Atque Federic. de Sen. Menoch. allegat, *loco cit.*

123 IV. Denique casus est quando Delegatus habèns facultatem exequendi sententiàm suã, & inuocãdi auxilium Brachij Sæcularis, ea uti non vult, sed propria authoritate, & per Ministros suos, si illi sufficiant, exequi sententiam suam vult; In quo quidem casu omnia *Sect. 5.* dicta, ad huius difficultatis resolutionem accomodanda sunt.

## Sectio VIII:

### An, & quando Sæcularis Iudex Auxilium ab Ecclesiastico Iudice implorare possit? & an ad illud impartiendum Ecclesiasticus teneatur?

124 SVNT quam plurimi casus, in quibus Sæculares Iudices sententias suas absque Ecclesiastici Iudicis auxilio exequi nequeunt in omnibus scilicèt casibus, in quibus incidèn-ter, vèl quolibèt alio modo sententiam in Clericum, vel eius bona protulit, de quibus alibi latiùs differẽdum est. Aut quoties Adulteram in Monasterio includi vult, juxta *Nouèll.* 124. *cap.* 10. siue Authen. *Vt nulli Iudicum, §. Si quando verò, vers. Adulteram verò*, ibi: *In Monasterium mitti.* Authent. *Sed hodie*, illic: *In Monasterium mittatur, C. ad l. Iul. de Adulter. l.* 15. *tit.* 17. *par.* 7. tùnc nimirum auxilium suum impartiri debet Ecclesiasticus Iudex, ut Moniales cogat ad eam recipiendam. Quamuis hodie casus iste generaliter cessauerit; quia durior pœna Adulteris imposita est Iure Regio, *l.* 2. *tit.* 7. *lib.* 4. *For.* cum alijs congestis à D. Ioan. Vela *de Delict. cap.* 1. *num.* 28. *&* 29. in aliquibus tamen casibus in praxi receptam nostris vidimus temporibus. Indiget etiam hoc auxilio Sæcularis Iudex ad examinandam Fœminam ad Monasterium confugientem, alicuius delicti conscíam. Et etiam, ut citare faciat constitutum in Territorio Ecclesiastici, & in millenis alijs casibus passim occurrendis, quia difficultas hæc generaliter procedit.

125 Et sub hac generalitate affirmatiue eam resolvunt Iuris vtriusque Consulti, tàm Antiqui, quàm Moderni, Gloss. *in cap.* 1. *de Offic. Ordin.* & ibidem Abb. *nu.* 10. Martin. de Fano *in dict. tractat. de Brach. Sæcular. nu.* 19. Martin. Soccin. Sen. *in cap. Cum sit generale, num.* 24. *de For. comp.* Ias. *in l. à Diuo Pio, §. Sententiam, num.* 16. *ff. de Re Iudic.* Afflict. *in Proœm. Constit. col. vltim.* Azeved. *in l.* 15. *num.* 10. *&* 11. *tit.* 1. *lib.* 4, Gail. *lib.* 1. *Pract. obseruat.* 115. *num.* 2. *vers. Proinde, & num.* 8. Natta *cons.* 529. *num.* 8. *lib.* 3. Auilès *in cap. Prætor. cap.* 20. *verbo, Vsurpare, num.* 17. Alex. *in dict. cap.* 1. *de Offic. Ordinar. num.* 71. Covarr. *Pract. Q. Q. cap.* 10. *num.* 2. Salçed. *ad Bernard. Diaz, cap.* 154. *num.* 10. Solorçan. *de Iur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 79. *& seqq.* D. Ioseph Vela *in Prælect. ad cap.* 1. *de Offic. Ordinar. p.* 2. *num.* 63. *& seqq.* Vbi pro hac adducit opinionè Gloss. Innocent. Hostiens. Ioan. Andr. Abbat. Imol. Guid. Pap. Alciat. Marian. Soccin. Covarr. Avilès, Ioan. Baptist. Villalobos, Paz, Menoch. Salçedo, Morla, Villadie-

diego, Amat Rodriguez, Farinac. Gail. Greuæ. Ruger. Rulant. Martha, Cancer. Bovadilla, Montealegre, Ioan. Bapt. Vinian. Campanil. Anguian. Francisc. Molin. Calixt. Ramir. & Pichardum, quos ipsos pro hac opinione adducit Pareja *de Vniuers. Instrum. editio, tom. 1. tit. 2. resolut. 8. num. 5.* addens tantum Fragos. & Aug. Barbos. *loco à Nobis mox allegando*; Nosque ei addimus Francisc. Zypæ. *de Iurisd. Ecclesiast. & Ciuil. lib. 4. cap. 3. num. 29. & seqq.* Carleval. *de Iudic. tom. 1. tit. 1. disp. 2. q. 1. num. 40.* Gabriel Pereira *de Manu Reg. 2. p. cap. 57. num. 7.* August. Barbos. *de Iur. Vniuers. lib. 1. cap. 39. §. 4. num. 71.* hos, & alios referentes. Quorum præcipuum fundamentum ab ipsa petitum est Natura, prouida omniũ Matre, suadente, ut quum singuli quibusdam rebus ad vitæ præsidium, variasque eius necessitates subleuandas indigeant, sibique ipsi soli prouidere nequeant, ab alijs mutuum capiant auxilium, & hominem beneficio affici, hominis interesse respondit Papinian. *in l. Seruus ea lege venit 7. vers. Nec videntur, ff. de Ser. exportan.* cecinitque Alciat. *Emblem.* 160. his Versibus:

*Loripidem sublatum humèris fert lumine captus,*
*Et socij hæc oculis munera retribuit.*
*Quo caret alterutèr, concors sic præstat Vterque*
*Mutuat hic oculos, mutuat ille pedes.*

Alias adducunt præallègati DD. rationès, præcipua tamen est nècessitas officiorum, quorum exigit ratio, ut una Iurisdictio iuuet alteram, & in commune bonum amicè vtraque cõspirèt, Binsfeldi *Tract. de Injur. ad cap. 9. q. 7. concluss. 7.* latè Franc. Zypæ. *dict. lib. 4 cap. 1. toto.*

126 Assertio hæc cum absque Contradictore procedat, solum investigare restat: An Ecclesiastici Iudicès sint Sæcularibus pares obligatione impartiendi auxiliũ? Affirmantquè absolutè Innocen. *in cap. 1. num. 2. vers. Hic loquitur, de Offic. Ordin.* ubi Ioan. Andr. *n. 10.* Abb. *num. 11.* & post alios Cancer. *var. resol. p. 3. cap. 19. num. 2.* quos indistinctè, & confuse sequutus est Pareja *de Vniuers. Instrum. edit. dict. tit. 2. resolut. 8. num. 7.* Ast eorum opinionem generaliter acceptam subsisterè non posse perspicuum est, si illius Antesignani velint Ecclesiasticum renuèntèm auxilium suum exhibere, cogi à Sæculari posse, sicuti vice vèrsa accidere iam supra probauimus, quum Sæcularis in hoc minimè sit Ecclesiastico æqualis; sed eò longè inferior, adeòque ad compulsionem istam adire debet Sæcularis Superiorèm Ecclesiastici per appellationem intèrpositam ab iniusta auxilij dènegatione. Paritas ergò obligationis illius interprætanda est ratione mutuæ correspondentiæ, ut ènim inquit Ambros. *lib. 2. in Luc. cap. 1. post init. Morale est omnibus, ut qui fidem èxigunt, fidem adstruant, &c.* Et ideò opinio hæc intelligenda est in hoc sensu, suppositis coactionis terminis in vtraque, ut aduertit Imola

*in dict. cap. 1. num. 14. vers. Et sic quoad præmissa*, Vela *in dict Prælect. p. 2. num. 74.* ubi monèt hæc non percepisse Pereyram *dict. cap. 52. num 7. circa finem*, dum impugnauit Cancèrium.

127 Huiusmodi ergò Implo ratio, vel Impartitio Auxilij ab Ecclesiastico facienda multipliciter à Sæculari differt. I. Quod Ecclesiasticus, utpotè excellentiori Iurisdictione utens, cogère censuris poterit Sæcularem ad auxilium præstandum, ut luculentissimè supra probaui; Sæcularis verò, quum potestate sit inferior, cogere Ecclesiasticum nullo modo valet, *cap. Qualiter, & quando 17. de Iudic. Can. Legimus, 93. dist.* Notant communiter Canon. *in dict. cap. 1. de Offic. Ordinar.* & præcipuè Innocènt. *num. 1.* Hostiènsis. *num. 8.* Ioan. Andr. *num. 11.* Imola *num. 14.* Vivian. Farin. Bovadill. Gabr. Pereyra, & Molin. sequuti à Vela *dict. p. 2. num. 27.* cui addo Menoch. *in dict. Tractat. MS. de Iurisdict. lib. 3. cap. 22. circa fin.* Carleval. *dict. disp. 2. q. 2. num. 40. in fin.* hanc ipsam rationem èxponens addensque Sęcularem Iudicem auxilium suum obsequendo impartiri; Ecclesiasticum verò solum patrocinando illud èxhibere, allegatque in comprobationèm Ias. Panorm. Alciat. Rebuff. Covarr. Salçedo, Parlador. Segur. Daualos, Bovadill. Marth. & Pereiram.

128 Quod si Ecclesiasticus Iudex iniustè auxilium suum dènèget, & appellationi ob denègationèm istam intèrpositæ deferre rècuset, ad Regia Tribunalia rècurri posse, ibique Ecclesiasticum vim facere decidendum esse resolvunt ex Avilès, Eman. Rodrig. Bovadill. & alijs Salgad. *de Reg. Protect. part. 1. cap. 6. num. 33. & 34.* Pereyra *citato cap. 52. nu. 32. vers. Secundus casus, & nu. 33. vers. Quod si contingat*, Vela *dict p. 2. num. 75.* Zenedo *quæst. Can. 35. nu. 14.* Cancer. *lib. 3. var. cap. 19. ex num. 15.* Pareja *dict. resol. 8. num. 7.*

129 II. Autèm differunt modo impartiendi auxiliū juxta opinionem, Marthæ *de Iurisd. p. 1. cap. 50. in fine, & cap. 51. & p. 4. cap. 151. nu. 12.* docentis Ecclesiastico permissum esse Sæcularis acta examinare, non verò Sæculari; vel juxta aliorum opinionem Ecclesiasticus à Sæculari requisitus, ipsius Processum indistinctè examinare potest, dè eiusque Iustitia, vel iniustitia cognoscere, Sæculari autèm aliquādo tantum id permissum est Menoch. Farin. Molin. & Ioan. Baptist. Vivian. sequuti à Vela *dict. p. 2. nu. 76. & 77.* Quod an verum sit, & quomodo intelligendum? sequenti exponemus.

***

# Sectio IX.

## An mutua hæc auxilia impartienda sint ab Vtroque Magistratu, nullis examinatis Iudicialibus? Actis?

130 ANtèquam sinuosæ istius quæstionis pèniora reseramus, prænonèndum cènsui ad auxilij inuocationem distinguenda esse judicialia ab èxtra judicialibus, in illis namque impartiri generaliter debere iam supra ostendimus, distinctiusque èx dicendis constabit; Ad èxtra judicialia autem, nèque peti, neque impartiri debere probant, Abb *in cap.1. de Offic.Ordin. num.11. vers. Sed postèà*, ubi etiam Alciat.*num.*69. Alex. Redin. Salçed. ad Bernard. Diaz, Agia, Farinac. & Franc. Molin. sequuti à Vela *in dict. Prælect. ad cap. 1. de Offic.Iudic. Ordin.p.2.nu.*44. atque exscripti à Pareja *tit.2.resolut.8. num.* 35. cui addimus Innocent. *in cap.fin.de Offic.Ordin.* quem Alciat. & Salçedo, allegat Menoch. *in Tractat.MS. de Iurisdict.& Imper. Eccles.& Secular.tom.2.lib.3.cap.* 22.*§. Cæterùm in casibus, vers. Requiritur sanè primo.*

131 Hæc Admonitio, seu Distinctio communiter ab omnibus adducta, in explicata ab eis relinquitur, eamque ideò exponere necessarium est, ut scilicèt judicialis impartitio Auxilij distinguatur àb accomodatione Familiæ, quæ est quidam extra judicialis actus prouisionaliter factus ad vitanda scandala, quæ fortè orirentur si Iudicis Ecclesiastici Ministri soli exequerètur sententiã, vel Mandatũ extra judiciale ab eo emanatũ, ut docet Pareja *d. tit.2. resolut.8. num.* 23. ubi Accomodationem istam fieri solitam esse docet in casibus, & Negotijs à Iure Ecclesiastico permissis, in quibus absque mora exequi sententiam suam desideret, utque breuius id exequatur, non petit auxilium, sed Familiam à Sæculari Iudice, eamque accomodare teneri nullis visis actis infra dicemus. De Iudicialibus ergò procèdit ist hæc difficultas, ut consulto in titulo agnosci voluimus.

132 Tres in ea præcipuas comperimus sententias, validissimos habèntes Patronos, quos breuiter recènserè operè prætium duximus, eiusque fundamenta indicarè, ut clarius nostra percipiatur.

133 I. Ergò substinet Sæcularem Iudicem antèquam auxilium suum Ecclesiastico impartiatur, ab eodem sibi processum exhibèri petère posse, ut examinet; vtrum ritè, & rectè Ecclesiasticus processerit, atque ita de injustitia, vèl nullitate sententiæ indirectè cognoscere. Hãc tuêtur Ioa. Andr. Oldrad. Federic. de Sen. Anchar.

Cal-

Calcan. Redin. Rolan. Did. Perez, Camil. Borel. Parlador. Surd. Bèrnard. Græu. Cancèr. Montealegre, Farin. Bart. Ioan. Igne. & Azevèd. congesti à Franc. Molin. & Anguian. relati à D. Ioseph. Vela *dict. p. 2. num. 37. & 38.* cui addo Carleval. *dict. disp. 2. q. 7. ex num. 761.* Parejam *de Vniuers. Instrument. editio. tom. 1. tit. 2. resol. 8. nu. 11.* Hos omnes Authores allegans, eique adnecto Imol. Navar. Iul. Clar. Sègur. Davalos, & aliquos ex allègatis, adductos à Mènoch. *dict. §. Cæterùm, vers. Requiritur secundò*, ubi tamen horum sententiam explicat addens illos affirmare quidem Sæcularē Acta Ecclesiastici, exhibèri sibi, petere posse antequam auxilium suum impèrtiatur, non ut cognoscat de effectu sententiæ, vel præcepti Iudicis Ecclesiastici ad reuocationem, quod omninò illi prohibitum est; sed ut consideret an sententia legitima, vel iusta sit, ut ad eius èxequutionē partes suas valèat interponere.

134 Huius opinionis Assecłæ mouentur I. Text. *in cap. 1. de Offic. Ordin.* ibi: *Non ad præjudicandum, sed ad èa, quæ Dèo sunt placita prosequèndum.* Ex quibus verbis clarè elici affirmant auxilium Sæculare ad iusta sempèr inuocandum, atque hoc examinarè posse Sæcularèm Iudicē, docènt *ibidem* Innocènt. *num. 2. ad finèm*, Alciat. *num. 79.* II. èx Authènt. *de Sanctiss. Episcop. §. Si verò crimèn, coll. 9. siuè Nouell. 123. cap. 21.* illic: *Hùnc secundum Ecclesiasticas règùlas dejiciat, èt tùnc competèns Iudèx cum comprehendat, & secundum leges, litem examinans, Causæ finem imponat. Can. Administratores 26.* ibi: *Absque negligentia examinènt 23. q. 5.* In quibus locis clarè decisum èsse affirmant priùs examinandum processum, quam auxilium præstandum esse à Sæculari Iudice. III. Quod injusto Superioris præcepto obtemperandum nō est, *l. Prohibitum, C. de Iur. Fisci, Can. Julianus 92. Can. Qui resistit 95 vers. Sed quid cum alys 11. q. 3. cap. Si quando, de Rescript. & cap. 8. de Offic. Delegat.* IV. Quia sententia nulla non dicitur sententia, *l. 4. §. Condèmnatum, ff. de Re Iudic.* Atque ideò exequutioni mandari nequit, *l. Si feriatis 6. vers. Et quod aliter aduersus ea, ff. de feriis, l. Si Prætor. 75. ff. de Iud.* V. Denique genèrali alio principio à grauissimis DD. communitèr recepto: Nullum scilicèt requisitum Iudicem èxequutioni mandare posse, rèquirentis Decrèta, simplici eius rèlationi deferendo, nulla vèritatis, Iustitiæque litterarum, quibus requiritur, cognitione adhibita, antequam auxilium suum præstet, Gloss. *in Clementina Pastoralis, §. Quod si punitio, verbo, de morè, circa finèm, de re iudicata*, Bart. Bal. Alberic. Angel. Paulus, Alexand. Oldrad. Marian. Soccin. Panorm. Felin. Bartol. Soccinus, Covarr. Guid. Pap. Avendañ. Did. Per. Bovadill. Ioann. Vela, Boss. Franc. Molin. Farin. Franc. Marc. Salçed. & Cancer. relati à Carlev. *de Iudic. tom. 1. lib. 1. tit. 1. disput. 2. q. 7. sect. 1. nu. 761.* cui addo quam plurima Iura, tàm Imperialia, quàm

quàm Regia atque Rebuff. Ægid. Boss. Bernard. Diaz, Roder. Suar. Covarr. Iul. Clar Pèguèram, Assin. Gundisal. de Paz, Parlador. Petr. Barbos. Morlam, Amator. Rodrig. Pichard. & Stephan. Gratian. sequutos à D. Ioseph Vèla *in dict. Prælect. p. 2. num. 67. 68. & 69.* Pareja *de Vniuers. Instrumen. edit. tit. 2. resolut. 9. num. 12. cum 4. seqq.*

135 Contraria autem, & omninò huic opposita sententia fert Sæcularem Iudicem auxiliũ suum impartiri Ecclesiastico debere, nulla facta processus examinatione. Quam tuentur Ægid. Boss. Belluga, Redin. Iul. Clar. Gundisalvus de Paz, Azeved. Ioan. Vela, Eman. Rodriguez, Agia, Farinac. Martha, Ricc. Genuens. Hortens. Caualcan. Molin. & Pichard. Segura Davalos, Anguian. Ripol. & Diana, adducti à Vela *dict. par. 2. num. 42.* & transcripti à Pareja *dict. tit. 2. resolut. 8. nu. 16.* cui addo Franc. Zypæ. *de Iurisdict. Eccles. & Ciuil. lib. 4. cap. 3. nu. 29. & cap. 6. num. 1.*

136 Horum autem fundamenta sunt. I. Quod Iudex Sæcularis quum auxilium impartitur est mèrus exequutor Iudicis Ecclesiastici, & ideò sententiam, licèt nullam exequi tenetur, *cap. Pastoralis 28. §. Quia verò, de Offic. Deleg. cap. de Cætero 5. vers. Non est facultas, de sent. & re jud.* II. Quod Iudèx remittèns Dèlinquentem non cognoscit: an alibi deliquèrit, nècnè; sed tantùm de crimine apud se admisso, *l. Si cui 7. §. fin. ff. de Accusat. Authent. Qua in Prouincia, C. Vbi de Crim. agi oportet.* III Et quidè apertissimè ex Text. *in cap. Vt Inquisitionis 18. de Hæret. in 6.* IV. Denique authoritate DD. affirmantium Iudicèm rèquisitum nullo adhibito èxamine processus, aut causæ cognitione susceptа, litteris requisitorijs obtemperare debere, Cyn. Barthol. Fulgos. Paul. Roman. Ias. Iul. Clar. Rebuff. Foller. Francisc. Marc. Petr. Barbos. & Anton. Gomez, relati à Carleval. *citata Sect. 1. num. 760.*

137 III. Autem sententia subsistinet in tribus tantum casibus auxilium suum Ecclesiastico impartiri, Sæcularem Iudicem debere nullo processus examine facto in alijs minimè. Casus autem in quibus absque actorum inspectione auxilium impartiendem esse docent, sunt.

138 I. In causa Fidei Bal. *in Authent. Clericus, C. de Episcop. & Cleric.* Angel. *in l. Diuus Ia 2. ff. de Cust. Reor.* Abb. & Ancharr. *in cap. Atsi Clerici, de Iudicijs.* Saliçet. *in l. Ea quidem, C. de His, qui accus. non poss.* Ias. Dec. & Purpurat. *in l. Magistratibus, ff. de Iurisdict. omn. Iud.* Imol. *in cap. 1. de Offic. Ordinar.* Albert. Brun. *in Tractat. de Hæret. lib. 4. cap. 15.* Albertin. *de Agnosc. Cathol. assertion. q. 25. num. 44.* Cagnol. *in l. cum quædam, in principio, num. 33. ff. de Iurisdict. omn. Iudic.* Berojus *in cap. Et si Clerici, nu. 79. de Iudicijs*, attestans de communi opinione Ægid. Boss. *in Tractat. Caus. Crimin. tit. de Hæret. num. 35.* Simanc. *de Catholic. Institut. tit. 36. num. 5.* Iul. Clar. *§ fin. vers. Quæro etiam*

etiam si Iudex, Iacob. Menoch. *in dict. Tractat. MS. dict. cap. 23. vers. Cessant prædicta*, cui addo Zypæũ *de Iurisdict. Ecclesiast. & Ciuil. lib. 1. cap. 40. & lib. 4. cap. 3. num. 31.* Qui omnes mouentur, ex quo Hæresis cognitio ad Iudicem Ecclesiasticum priuatiuè attinet, Can. *Quoties 24 q. 1.* Nullamque ideò cognitionem de crimine illo Sæcularis Iudex suscipère potest. Vnde Merus exequutor censendus est, atque ideò requirentis præcepto absque ullo examine obtemperare debet, *cap. Vt Inquisitionis, §. Prohibemus, de Hæret. in 6.* & ex Bulla Bonifat. VIII. adducta à Genuen. *in Praxi, cap. 37.* cuius meminit Zypæ. *citato cap. 3. num. 31.* & docuerant prius Simanc. Iul. Clar. Menoch. & alij supra allegati, de Hispaniæ, & Mediolani consuetudine attestantes, imò in hoc tãtum casu Auxilium suum impartiri teneri Sæcularem Iudicem, non examinato processu, docent Avilès, Salçedo, Bovadill. Ricc. Molin. & Gabr. Pereyra, relati à Gabriël Pareja *dict. tit. 2. resol. 8. num. 19* sed re vera falluntur, ut mox videbimus.

139 II. Casus est, quando Iudex Ecclesiasticus legitimè cognouit in causa ciuili agitata inter Clericum, & Laicum, tùnc enim, quum iam omnes exceptiones plenè excussæ fuerint, & Iudiciũ nulla ex parte suspectum existimari possit, nullam cognitionem Sæculari requisito cõpetere posse, docuit Imol. *in cap. 1. num. 15. vers. Et hæc etiam procedunt, & num. 16. vers. Super Causa Ciuili, de Offic. Iudic. Ordin.* Boss. *in Praxi, tit. de For. Compet. num. 87. circa finem*, Gundisalv. de Paz *in Praxi, tom. 2. in Proœm. nu. 7.* Salçed. *ad Bernard. Diaz, in Praxi Crim. Canon. cap. 160. siue 153. num. 13. vers. Vndecimo*, Hieronym. Buccaron. *de Differ. inter Iudicia Ciuilia, & Criminal. differ. 209. num. 2. & 3.* Pareja *dict. resolut. 8. nu. 17.* hos allegans DD.

140 III. Casus est in punitione Degradati Clerici ab Ecclesiastico Iudice, ad id Sæculari traditi, quem, nulla præuia Causæ examinatione, punire debere docent Archidiac. & alij, *in Can. Statuimus 11. q. 1. Can. Administratores 23. q. 5.* Menoch. *in dict. Tract. MS. citato, cap. 22. vers. Cæterum cessant prædicta*; cui addo Martham *de Iurisdict. p. 1. cap. 54. ex num. 16. & p. 4. cas. 131. & 132.* rationem reddens Sæcularem scilicèt ex Degradationis tantum, & traditionis qualitate in Clericum habere cognitionem posse, *cap. Nouimus 27. in princip.* ubi Panorm. *num. 2. de verbor. signific. cap. Degradatio, de pœna, in 6.* Dec. *in cap. Cum non ab Homine, num. 68. & 69. de Iudic.* Ergò nisi præsuponatur prædicta qualitas iustæ degradationis, nulla competit Iudici Sæculari Iurisdictio in Clericum, *l. 2. §. Sed si dubitetur, ff. de Iudic. l. 1. §. Ait Prætor. ff. Ne quid in flumine publ. l. Prætor. §. Dicere, ff. de vi bon. rapt.* docet Bart. *in l. Multum 21. num. 21. ff. de Condit. & demonstrat. & in l. si finita 15. §. Iulianus, nu. 18. ff. de Damn. infect.* Bart. Soccin. *cons. 39. num. 49. & 50. volum. 4.*

Yant.

Vant. *de Nullitatibus, tit. de Nullit. ex defectu Iurisdict. num. 53. & num. 167.* Ergò nequit ullam exceptionem super ea admittere.

141 Sed obstat Luc. de Pen. *in l. 1. col. 2. vers. Sed pone lata est, C. de Priuileg. Scholar. lib. 12.* asserens posse Iudicem Sæcularem causam examinare, *& col. 2. vers. Secundò quæritur*, ubi firmauit Sæcularem admittere posse exceptionem iniquitatis, & injustitiæ Degradationis, alia addens, quæ auersum scribentis animum in Ecclesiasticos denotant, & manifestè demonstrant, quæque nigro theta deleri debent. Hanc ipsam opinionem nemo sè defendere conatur, Tyber. Decian. *Tractat. Crimin. lib. 4. cap. 9. num. 122. & seqq.* Bobadill. *in Politic. lib. 2. cap. 17. nu. 175.* ubi plures allegat, ex quibus Barthol Panormit. Avilès, & Alciat. eam defendere conatur Pareja *de Vniuers. Instrum. editio. tom. 1. tit. 2. resol. 8. num. 26.* ubi de praxi attestatur. Quod solum limitari inquiunt in Hæresis crimine, atque etiam in nefando crimine procedere, docet Fragos. *de Regim. Reipubl. Christian. p. 1. lib. 4. disp. 10. §. 2. num. 149.* quem Pareja omninò reijcit, tamquam èx proprio capite loquentem sine legè, aut Doctore. De quo nunc sermo non èst.

142 Vt objectionem istam vitaret Carleval. *d. sect. 1. nu 774.* præcipuam à Nobis firmatã sententiam procedere ait, & intelligi quoad Degradationis Processum, de quo non posse Sæculare Iudicem cognoscere, aut eius sententiã reuocarè fatetur; sæcùs verò quoad pœnæ impositionem, quæ ab Ecclesiastico nondũ præstituta est, quoad eam enim Sæcularem Iudicem competentem manerè, quum post degradationem Clericus ad suum pertineat Forũ, docet èx Alciat. Avilès, Bobadill. Hcuià Bolaños, Tyber. Decian. & Camil. Borel. quos ibidem allegat, cui addi possunt Afflict. *in Proœm. Constit. nu. 6.* Bernard. Diaz *in Praxi Crimin. cap. 139. & 141.* ubi Ignat. Lop. de Salçèdo, Vincènt. de Franch. *decis. 571. èx nu. 9.*

143 Et in hoc sensu accipiendus est Panormitan. *in cap. fin. num. 14. de Stat. Monach.* & alij adducti à Pareja, pro generali sua assertione firmanda, quam juxta nupèr adductam distinctionem limitandam, & intelligèndam non dubitamus.

144 IV. Denique sententia docèt gèneraliter in omnibus causis, tàm Ciuilibus, quàm Criminalibus Ecclesiasticis Iudicèm Sæcularèm auxilium suum impartiri debere, nullo Processus examine facto, probantes ex quo Iudex Secularis omninò incapax est cuiusq cognitionis in causis istis, *èx cap. Decernimus, vers. Maximè, de his, quæ Spiritualia èsse noscuntur, de Iudic. cap. Vt inquisitionis 18. vers. Prohibemus*, ibi: *Cum merè sit Ecclesiasticum, de Hæretic. in 6. cap. Quoniam 4 post principium*, ibi: *Quæ ratione personarum, aut rerum ad Forum Ecclesiasticum pertinent.* Et rursus vèrs. *Nos Iustitiam*, illic: *Super causis Ecclesiasticis, siue quæ ad Forum Ecclesiasticum ratione personarum,*

*rum, nègotiorum, vel rerum pertinere noſcuntur*, &c. *de Immun. Eccleſiaſt. lib.* 6. Concil. Trident. *Seſſ.* 24. *de Reformat. cap.* 20. Gloſſ. Dominic. Alberic. Rebuff. Iul. Clar. Gundiſalv. de Paz, Morla, Anguian. Didac. Millan. Fontanèl. & Parlador. ſequuti à Vela *diſſertat.* 44. *num.* 51. *tom.* 2. *& in dict. Prælect. ad cap.* 1. *de Offic. Ordinar. p.* 2. *num.* 45. ubi exprèſsiùs in noſtræ quæſtionis reſolutione loquentès adducit Abbat. Viuian. Petr. Zened. Ioan. à Montèalegrè, Iacob. Cancer. & alios, addens *num.* 46. *Qua propter hanc ſententiam gèneraliter vèram intelligo in omnibus Eccleſiaſticis criminibus, hoc eſt, non his tantum, quæ ratione matèriæ prohibitæ talia ſunt, & propriè merè Eccleſiaſtica dicuntur, ſed etiam, quæ ratione ſubjecti Eccleſiaſtici, à quo illa admiſſa fuerint, Eccleſiaſtica etiam appellantur, juxta tradita à Iul. Clar. lib.* 5. *Sentent. §.* 1. *num.* 7. *& §. fin. quæſt.* 37. *num.* 1. *& c.* Parèja *de Vniverſ. Inſtrument. edict. tom.* 1. *tit.* 2. *reſolut.* 8. ubi allegat Panormit. Alciat. & communitèr Canoniſtas, *in dict. cap.* 1 *de Offi. Ordin.* Boſſ. Petr. Bellug. Redin. Iul. Clar. Gundiſalvũ de Paz, Azeved. D. Ioann. Vèla, Agiam, Eman. Rodrig. Farin. Martam, Ioan. Aloiſ. Ricc. Marc. Anton. Gènuenſ. Hortènſ. Caualcan. Molin. Anton. Pichard. & Hieron. Buccaron. docentes in Cauſis Ciuilibus, quarum cognitio ad eum ſpectat, & in omnibus criminalibus merè Eccleſiaſticis tènèri Sæcularem abſquè examine Proceſſus auxilium ſuum impartiri.

145 Hanc ſententiam vèriorem eſſe non dubitamus, aſt ad eius plènam intelligentiam plura dèſidèrantur, quę breuiter exponi nequeunt. Vndè alia Sectione opus eſſe cenſuimus, qua, & claritatem, & finem Quæſtioni imponemus.

## Sectio X.

### Ecquæ ſint in Foro Eccleſiaſtico cauſæ, in quibus abſque Proceſſus examine Sæcularis Iudex auxilium ſuum Eccleſiaſtico impartiri debeat? vel denegare poſsit?

146 QVatuor ſpecies negotiorum, ſeu Cauſarum, quæ in Foro agitantur Eccleſiaſtico communiter à DD conſiderantur. I. Merè Spiritualium, quæ omninò Eccleſiaſtica appellantur. II. Spiritualium, ſed quæ non merè Eccleſiaſtica reputantur. III. Temporalium, & hæc merè Sæcularia dicuntur. IV. Denique earum, quæ vtriuſque participant Fori, & Miſta dicuntur.

147 Diſtinctio hæc colligitur *èx Authent. Clericus, vèrſ. Sed in ciuili Crimine, juncto verſ. Si verò Crimen ſit Eccleſiaſticum, C. de Epiſcop. & Cleric. cap.* 2. *verſ. Si verò*

Eccle-

*Ecclesiasticum fuerit crimen*, adhibito Textu, ibi: *Pro Ecclesiasticis negotijs 4.q.1. cap.cum sit generale 8. in fine*, illic: *Sub quo maluerit Iudice, iuncta Gloss. fin.* & Aretin.*num.*30. Marian. Soccin. *num.* 26. *de For. compet.cap. Super eo* 12. *vers.In causis quoque Ecclesiasticis, de Appellat. cap. Vt Inquisitionis* 18. *vers. Prohibemus*, ibi: *De hoc crimine cum merè sit Ecclesiasticum, de Haretic. in* 6. Eamque distinctionè docent præter allegatos DD. Gloss. *in Summa* 11.*q.*1. communitèr recèpta teste Rebuff. *in Arbor. exception. vers. Secunda diuisio.* Apertiusque docuit Panorm. *in cap. Cum sit generale* 8. *num.*31. *vèrs. Vnde dico plenius, de Foro comp.* Navarr. *in cap. Nouit. Notab.* 6. *num.* 39. *&* 40. *de Iudic.* ubi licèt tres tantum speciès criminum rècensuerit, nempè: Merè Spiritualia, Merè Sæcularia, & Misti Fori, posteà tamèn *num.*40. *vers. Peccatum autèm Ecclesiasticum*, quartam addidit speciem, quam supposuerat in verbo, *Merè*, nempè peccatum, siue Crimen Ecclesiasticũ non merè. Idemquè supponit, Covarr. *lib.*3. *var. cap.*3. *num.*1. *vers. Ego, ut liberè. Et vers. His tandem, & vers. Tèrtio apparet*, clariusque Gabr. Pereyra *de Manu Règia, p.*2. *cap.*56. *à num.*4 *post princip. vers. Vt alij volunt*, eisque relatis apèrtissimè Vela *in Prælect. ad Text. in cap.*1. *de Offic. Ordin. p.*1. *num.* 18.

148 Licèt omnes DD. distinctionem istam genèraliter admittant, mox tamen grauissimè dissidènt, mirificeque variant in explicanda vniuscuiusque ex assignatis speciebus essentia, & præcipuè criminum, seu Causarum merè Spiritualium, vel Ecclesiasticarum, à cuius invèstigationè difficultèr se se expedire posse monet Carleval. *de Iudic. tom.*1. *lib.*1. *tit.*1. *disputat.* 2. *q.*7. *sect.*1. *num* 763. *mox à princip. à quo quidem numero usque ad num.*768. quatuor adhibet diversas opiniones.

149 Omnis autèm equiuocationis occasio oritur, ex varietate assignandi harum criminium èssentiam, & vèram qualitatem, nam DD. eam explicare volentes, dum præallegatam criminum distinctionem ad prohibitionis originem referre promittunt, & referendam monent; quũ ad èxplicationem pèrueniunt, nõ à prohibitione, sed à Foro, in quo causa discutienda est emendicari cognitionem volunt, ut monuit Vela *d.p.*1. *Prælect. nu.*25. Nosquè id esse censemus petere principium (ut aiunt Logici) si namque difficultas est. An ad Iudicem Ecclesiasticum istorum criminum cognitio attineat, quia merè Ecclesiastica sunt. Qua fronte resoluetur Ecclesiastica esse, quia ad Forum spectant Ecclesiasticum, nisi vitiosum, & molestum efformando circulum, ut apparet.

150 Alia proinde via excogitare licèt ad stabilienda firmissima aliqua principia, generalesque Regùlas, ex quibus facillimè assignari possit, cuiusque criminis qualitas, & essentia, quod ut assequamur.

151 Triplex assignari opor-

tèt criminum distinctio. I. Rèspectu prohibitionis tantũ. II. Distinctio illa considerari potest, tàm rèspectu matèriæ Dèlictorũ, quã Delinquentis, à quo cõmissa sunt. III. Deniquè Criminum ipsorum distinctio consideranda est respectu Fori, seu Iudicij, ubi cognoscenda, & judicanda sunt, & tùnc non quatuor, sed tres solum species considerandæ sunt, ut ex pluribus docet Vela *dict. p. 1. à nu. 26. ad 34.* His ergò generalibus distinctionibus specificè explicatis pèrspicuam reddendam esse qualitatis criminum cognitionem nõ dubitamus, quàm quia pluribus necèssariam cognoscimus, morosiùs aliquatulum ei inhærere resoluimus, quia non inutiliter laborare cènsemus.

152 Primam èrgò distinctionem amplectèntes eam explicãt, ut merè Ecclesiastica sint. Quæ Legè Canonica tantum prohibita sunt, aut quæ supernaturali, ac Diuina lege prohibita fuerint, ut ex Iacob Simancas, Paz. Ioan. Vela, docèt D. Ioan. Vela, *dict. p. 1. num.* 20. cui addo Nauar. Ioan. Lup. Geminian. Couar. Gaspar Rodrig. Petr. Barbos. & Hieron. Laurent. relatos à Carleual. *dict. qnæst. 7. sect. 1. num. 763.* eisquè adnectendi Iacob. Menoch. mox referèndus, Albert. Pighi. *de Eccles. Hierarch. lib. 4. cap. 2. col. 5.* Franc. Ansald. *de Iurisdict. p. 2. in princip. cap. vnic. num. 2.* explicantes causas Spirituales, seu mere Ecclesiasticas esse de Ordinibus, Gradibus, Sacramentis obseruationibus, alijsque rebus Ecclesiasticis cõtrouersias, & exortas quæstiones. Et quicquid dènique inter qualescumque Orthodoxos contingens ortum habèat ex aliquo, quod specialiter ad Ecclesiam, legèm, Christianamuè pèrtinènt fidèm, ad ea nempè, quæ supernaturalitèr sunt reuelata, & ad omnia eis accèssoria, vel quæ Iurè optimo secundum legem supèrnaturalem iudicanda sunt, de quibus latè differunt duo postremò allegati DD. quibus addo Iacob. Menoch. *in præallegato Tract. MS. de Iurisdict. Imper. & Potest. Eccles. & Secular. lib. 3. cap. 4. paulò post princip.* ubi octo præcipua refert delicta, quæ merè Ecclesiastica esse affirmat.

153 Nonnulli tamèn ex præallegatis DD. voluerunt crimen merè Ecclesiasticum illud esse, quod Christiana Religio ostendit, illud esse peccatum, quum antea crimen èsse ignoraretur. Simanc. *de Cathol. Instit. tit. 36. num. 1.* cui suffragatur Covarr. *lib. 3. var. cap. 3. num. 1.* Gasp. Rodrig. *de Ann. Reddit. lib. 3. q. 4. nu. 125.* Anastas. Germon. *de Sacr. Immun. lib. 3. cap. 12. num. 51. in fine,* Petr. Barbos. *in l. Titia 35. nu. 50. ff. solut. Matrim.* & quamuis Carleval. *loc. citat.* impugnare hanc deriuationèm velit, frustra tamen, & leui innixus fundamento, pètito ab exemplo criminis Blasphemiæ, quod à Lege supernaturali prohiberi cœptum esse affirmat, & tamen puniture etiam in Foro Sæculari, præsertim apud Nos, *l. 8. tit. 23. lib. 8. Recopilat. & tot. tit. 27. p. 7.* atque etiam Iure communi attẽto Hieronym.

tonym. à Laurent. *decis.* 123. cui addo Aristotel. *lib. 5. Ethic. cap.* 15. Petr. Gregor. *lib. 36. Syntagm. Iur. cap.* 22. Quod non obstatè asserimus, nam blasphemia est duplex Hæreticalis, seu qualificata una, & non Hæreticalis, seu non qualificata altèra Carèna *in Carena Inquisit. p. 2. tit. 7. num. 7. & seqq.* vbi utramque latè explicat, eique addo Ledelm. Açor, Eymeric. & Peñam, apud Anton. de Sossa *Aphorism. Inquisit. lib. 1. cap. 19. num. 14. & seqq.* Franciscum Ansald. *de Iurisdict. p. 4. tit. 4. cap. 1. num. 3. & seqq.* Hæreticales Blasphemiæ sunt, quæ significant, & continent errorem contra Fidem, cuiusmodi sunt, quibus per verbum indicatiui modi, aliquid Fidei contrarium asseritur Sossa *dict. cap. 19. nu. 15.* Suar. & Sanch. allegans, cui addo Barbos. *de Potest. Episcop. p. 3. alleg. 51. nu. 86. & seqq.* Ansald. *dict cap. 1. num. 15. & seqq.* Sanch. Eymer. Peña, Duard. Sanctarel. Zanard. Suar. Comitol. & Farin. sequuti à Carena *dict. tit. 7. §. 2. num. 7.* qui *num. 8.* plures adducit DD. exempla huius Blasphemiæ exhibentes, *& num.* 10. Blasphemiam non Hæreticalem esse ait, quæ licèt in actu exercito errorem contineat contra Fidem, in actu tamen signato nihil contra eam adsignat, hancque esse misti fori, & tàm ab Ecclesiastico, quàm à Sæculari Magistratu præuentiuè puniri posse, docent *ex cap. 2. de Maledic.* mox referendi DD.

154 Blasphemia verò Hæreticalis est crimen pure Ecclesiasticum priuatiue ad DD. Inquisitores attinens, ut ex Text. *in cap. Accusatus, §. Sanè, de Hæretic. in 6.* docet Covarruv. *in cap. Quamuis Pactum, de Pact. in 6. 1. p. Relect. §. 7. num. 12. vers. Crimen autem Blasphemiæ*, Ansald. *dict. tit. 9. cap. 2. nu. 87.* cui addendi sunt Simanc. *de Cathol. Instit. tit. 8.* Castro *de Iust. Hæret. punit. lib. 1. cap. 12.* Barbos. *dict. alleg. 51. nu. 89.* Scacc. *de Iudic. Ciuil. Crimin. & Hæretic. lib. 1. cap. 12. num. 56.* Martha *de Iurisdict. p. 2. cap. 13.* & cum eis Albertin. Sanctarel. Franc. Leon, Salçed & Capiblanco Carena *d. tit. 3. §. 3. n. 13.* non ergò subsistit argumẽtum, quia Blasphemia, quæ supernaturali Iure prohiberi cœpit, Hæretica fuit, ut respondit Calderin. *cons. 4. col. 1. vers. Et hoc crimen, & col. 2. propè finem*, Felin. *in cap. Cum sit generale, num. 18. de For. compet.* ques in huius assertionis comprobationem allegat Menoch. *citato cap. 4. vers. Quartus casus*, in cuius comprobationem addo Archidiacon. *in Can. Quid ergò 4. 23. q. 5.* & Ansaldum *dict. tit. 9. cap. 2. num. 1. 2. & 3.* Vnde juxta I. acceptionem à Nobis adductam, veram esse explicationem istam non dubitamus.

155 Crimina autem Ecclesiastica non mere illa esse volunt istius distinctionis Authores, quæ ex se se quidem etiam Lege Ciuili vetita sunt; sed quoad eorum prauitatem, sumptam ex circunstantia loci, temporis, vel personæ Ecclesiasticæ aliquo modo læduntur, Navarr. *in cap. Nouit. de Iudic. Notab. 6. num. 42. vers. Peccatum verò Ecclesiasticum, sed non merè,*

& ab eo Menoch. *dict. cap.* 4. *vers. Peccatum, seu Delictum non merè hoc sensu explicantes*, Abb. *in cap. Cum sit generale, num.* 31. *de For. compet.* quibus addo Velam *in dict. Prælection. ad cap.* 1. *de Offic. Ordin. p.* 1. *nu.* 20. opinionem istam absque Patrono referens, latiùsque Menoch. ipse *dict. lib.* 3. *cap.* 5. *vers. Tertius casus Criminalis, & de Arbitrar. Iud. lib.* 2. *cas.* 375. explicationèm istam prosequitur, & corroborat. Nosque eam probamus ex Can. 1. *& seqq. & præcipuè Can. Sacrilegium* 4. 17. *q.* 4. *cap. Cum sit generale, de For. compet.* Quamuis in se circunstantijs sublatis, quatenus scilicèt læsionem generaliter continent, omni lege vitentur: argum. Text. *in §. Iuris præcepta, Instit. de Iust. & Iur.*

156 Merè temporalia (in illorum sententia) sunt sola ciuili lege vetita, ut apud Nos delatio ensis mensuræ longioris, *l.* 9. *tit.* 6. *lib.* 6. *Recopilat.* ubi Azeved. latè Gutierr. *Pract. Q. Q. lib.* 4. *q.* 29. Asportatio tritici, vel aliarum mercium extra, vel intra Regnum, *l.* 1. *cum seqq.* maximè *l.* 12. 23. 25. 26. 27. 40. 47. 48. 50. *& 51. tit.* 18. *lib.* 6. *& l.* 14. *tit.* 26. *lib.* 8. de quarum intellectu latè disserunt Gutierr. *dict. lib.* 4. *à q.* 37. *ad* 44. *& q.* 46. Bovadill. *in Polit. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 117. Navarr. *dict. Notab.* 6. *nu.* 43. addens huius criminis cognitionem ad Sæcularem priuatiuè attinerè. Quod etiam docuit Menoch. *dict. cap.* 4. *in fine*, ex Bal. *in Authent. Clericus quoque, num.* 3. *C. de Episcop. & Clericis, & in Auth. ad hæc, nu.* 5. *C. de Vsur.* ex quo Regùlam generalem statuit, Iudicē nimirum Sæcularèm cognoscère tantum posse de eo crimine, & peccato, quod purgari potèst pèr viam actionis, vel alterius remedij à Iure Humano introducti.

157 Mista dènique crimina, vel delicta sunt, quæ vel Naturali, & positiua simul lege prohibita sunt, ut Homicidia, furta & similia, Navarr. *dict. Notab.* 6. *num.* 42. *vers. Peccatum verò Misti Fori*, Menoch. *dict. cap.* 4. *vers. Peccatum, seu Delictum Misti Fori, & latissimè cap.* 5. *toto*, Vela *dict. p.* 1. *num.* 23. *&* 24. ubi Azeved. Bovadilla, & Gutierrez adducit. Huiusque distinctionis effectum in eo positum esse affirmant, quod de peccato merè Ecclesiastico solus Ecclesiasticus cognoscit, & judicat etiam intèr Laicos, de Ecclesiastico non merè, Ecclesiasticus, & Sæcularis, hic inter Laicos tantum; ille etiam inter eosdem Laicos præuentione facta; de merè Sæculari solus Sæcularis; de misto Vterque, quilibet tamen inter Subditos suos tantum.

158 Distinctionem istam in genere consideratam, defectu à principio notato laborare, notat Vela *dict. p.* 1. *num.* 25. qui tamen *nu.* 26. addit verissimam eam esse si ad solam prohibitionem referatur; solumque impugnandam esse quatenus dèlicta Misti Fori eadem ac mista esse cēnset, in quo errarè ostendit.

159 II. Autem à Nobis assignata Criminum distinctio est, attentis materia Delictorum, & Delinquentiū personis, & juxta

hanc

hanc considerationem priori distinctione veriorem eius explicationem sequentèm esse mox allegandi, docent Authores.

160 Delicta ergò mere Ecclesiastica èsse illa, affirmant, quæ directò tangunt res Spirituales Lege in primis Supernaturali, seu Diuina, vel sola Humana Ecclesiasticà, & exemplis à DD. supra allegatis explicatas, quibus communiter additur Simonia, quæ cum sit Delictum contra præceptum Euangelicum Matth. 10. *cap.* 1. *cum seqq.* 1.q.1. *cap.* 1.2. *& 3. de Simonia*; ideò que merum Ecclesiasticum est. Solusque Ecclesiasticus ludèx de eo cognoscere valet, ut ex Iul. Clar. Gregor. Lop. Tyber. Decian. Paz. D. Ioan. Vela, & Morla, docet D. Ioseph Vela *dict. p.* 1. *num.* 29. qui tamen sinistrè quidem pro hac adducit opinione Tyber. Decian. quum ipse *loco ab ipso relato*, scilicèt *tractat. Crimin. lib.* 4. *cap.* 26. *num.* 5. asserit illud esse misti fori, eumque explicare vult Iacob. Menoch. *dict. tractat. MS. citato lib.* 3. *cap.* 4. *vers. Tertius casus*, dicens, loquutum esse de hoc delicto, quando agitur de indicenda pœna Laico prius à Iudice Ecclesiastico declarato Simoniaco, & in his terminis loqui ait Ioan. de Anan. & Imola, sequutos à Felin. *dict. cap. Cum sit generale, num.* 4. *de For. comp.* Addendique sunt pro principali assertione Menoch. *de Arbitrar. lib.* 2. *cas.* 401. *& Gloss. vltim. in dict. cap. Cum sit generale*, ubi etiam Abb. *nu.* 20. Ioan. de Anan. *in cap.* 1. *num.* 9. *de Simon.* Redoan. *eodem Tractat.* 4. *p. cap.* 10. *num.* 32. Bald. Bellug. & Franc. Marc. relati à Carleval. *de Iudic. dict. lib.* 1. *tit.* 1. *disputat.* 2. *q.* 7. *sect.* 1. *num.* 764. Ansald. *p.* 2. *tit.* 1. *cap. Vnic. num.* 1. *& seqq.*

161 Ecclesiastica non merè secundū præallegatam distinctionem illa esse dicunt, quæ licèt circa temporalia vèrsentur, & prohibita, vel à Lege Naturali, aut Positiua simul, ut Homicidium, & Furtum, vel à Positiua tantum, ut Plagium, & Abigeatus, id què genus alia; cadunt tamen in subjecto Ecclesiastico, nempè Clerico solius Ecclesiæ Iudicio, ac districtioni reseruato, *cap.* 1. *cum seqq.* 11.q.1. *cap.* 1. *cap. Si Clerici* 4. *cap. Clerici* 8. *cap. Qualiter, èt quando* 17. *de Iudic. cap* 1. *& 2. cap. Si diligenti* 12. *& cap. Significasti* 18. *de For. compèt* luculentissimè Valençuel. Velazq. *contra Vènet.* 4. *part tot. & cons.* 42. *à num.* 1. *ad* 5. D. Ioseph Vela *dict. p.* 1. *num.* 30.

162 Ciuilia verò, seu merè Sæcularia delicta, seu causæ sunt, quæ tàm ratione materiæ, quàm subjècti prophana sunt, ac omninò tèmporalia, quocumque sint Iure proh bita, qualia sunt Laicorum Delicta, quæ nullo modo offendunt Spiritualia, ut Homicidium Furtum, & si milia, ut liquèt ex luculenter dictis in prima distinctionis partè.

163 Mista autem (quæ, & Misti Fori appèllari solent) sunt quæ partim temporalia concernunt, partim verò Spiritualia tangunt. Quod utrumquè à circunstantijs personæ, prohibitionis, tèporis, vel loci agnoscendum esse,

docet Vela *dict. p.1. num.32.* clariusque explicat Nostras communis Canonistarũ Parens, Martin. ab Azpilcueta *in cap. Nouit. Notab. 6. num.42. vers. Peccatum verò, de Iudic.* quem sequitur Iacob. Menoch. *in dict. Tract. MS. de Iurisdict. & Imper. Eccles. & Secular. tom.2. lib.3 cap.5. mox à princip. & de Arbitrar. lib. 2. cas. 289. num.8. cum multis seqq.* omninò videndi. Nos enim commodius hæc alibi infra discutiemus, ibique latissimè probabimus à quolibèt Iudice, tàm Ecclesiastico, quàm Sæculari illa posse Delicta puniri juxta Leges Fori de illis Iudicantis, & cognoscentis, præuentiuè tamen, ita scilicèt, quod præueniens fiat causæ Dominus, alio omninò excluso, & ab eius cognitione priuato, *l. Si quis posteà 7. & l. ubi cœptum (aliàs acceptum) 30. ff. de Iudic. cap. Postulasti 19. de For. compet.* cum notatis ibidem à DD. latequè explicant Boss. Iul. Clar. Gal. Bovadilla. Zevall. & Scaccia, sequuti à Vela *dict. p.1. num.33.*

164 III. Criminum distinctio consideranda respectu Fori, seu Iudicij, ubi cognoscenda, & judicanda sunt delicta, & tùnc non quatuor, sed tres dumtaxat species considerandas esse, iam supra monuimus, nùncque in comprobationem adducimus Iul. Clar. Paz, & alios, sequutos à Larrea *decis. Granat. tom.1. decis.1. num.1. 2. & 3.* Vela *dict. p.1. num.34.* Qui eam explicant, docentes Delicta Ecclesiastica esse, quæ ad Forum Ecclesiasticũ priuatiuè pertinent, vel ratione materiæ, vel subjecti Ecclesiastici, juxta duas præcedẽtes distinctiones nihili quoad hoc differentes; Temporalia autem illa esse dicunt, quæ Vtriusque ratione ad Sæcularem tantum Magistratum spectant Mista denique ad vtrumque Iudicem cummulatiuè spectant, prout quisque præuènèrit, ut nuper dicebam.

165 Alij autem dicunt Crimina merè Ecclesiastica esse, quæ solo Iure Canonico prohibita sunt; quæ verò vtroque Iure prohibentur esse Misti Fori, Goffred. *in cap. Cum sit generale,* ubi Zabarel. *num. 4. de For. compet.* Archidiacon. *in cap.1. num.4.11. q.1.* concinuntque Iul. Clar. *lib.5. Sentent. §. fin. q.37. num.4.* Tusch. *litt. C. conclus. 566. num.5. tom.2.* Duaren. *de Sacr. Eccles. Ministr. lib. 1. cap.2.* relati à Carlev. *dict. q.7. sect. 1. num.765.* addens ex Abbat. *in dict. cap. Cum sit generale, num. 31.* & Soccin. *num.26.* rejiciendam esse èxplicationem istam, quia juxta eam Hæresis crimen mistum esset, quia vtroque prohibetur Iure Canonico quidem, *cap. ut Inquisitionis 18. §. Prohibèmus,* & ibi DD. *de Hæret. in 6.* Imperiali autem *l. 1. 2. 3. & seqq. C. de Summ. Trinit. & Fid. Cathol. & tot. tit. C. de Hæretic. & Manich.* Atquè Regio Hispano *tit.26. p.7. l.1. tit.3. lib. 8. Recop.* èt communiter omnium orthodoxorum Prouinciarum Statutis prohibitũ esse probant Gregor. Lop. Alciat. Boss. Iul. Clar. Afflict. Sinianc. Bovadill. Paz, Tyber. Decian. Farinac. Ignat. del Villar, Carrer. Castro, Director. Inquisit. Peña, Scaccia, Molino, & Petr. Barbos. se-

sequuti à Carleval. *dict. sect.* 11. *nu.*769.& tamen est crimen adeò merè Spirituale, ut nèdum de Iuris quæstione ; verùm neque de facto ipso (ut in alijs quam plurimis Spiritualibus causis accidere posse docent multi DD. alibi adducendi) Sæcularem cognoscero non posse, ex pluribus ab eo relatis firmat Carleval. *citato nu.* 769.ubi præcipuè allegat Petr.Barbosa, Covarr.Gaspar Rodrig. Alphonſ.à Castro, & Bellarm. ergò Regùla ista subsistere nequit.

166 Sunt nonnulli dicentes Crimina merè Ecclesiastica illa esse, quæ vel solo Iure Canonico prohibentur, vel de quibus Iudices Laici cognoscere nequèunt Panorm. Marian. Soccin. & Geminian. relati à Carleval. *dict. quæst.* 7. *sect.* 1. *num.*766. rectè monens sub obscuram,& confusam admodum esse explicationē istam in èaque idem per idèm exponitur, vel,ut supra dicebamus , Principium petitur.

167 Quam plures autem Crimen merè Ecclesiasticum illud esse voluere, quod principaliter contra Potentiam,vel reverētiam Dei admittitur Bartholom. Soccin.& alij adducti à Decian. *Tract.Crimin.lib.*4.*cap.*25 *num.*65. Verùm distinctio hæc corruit; multa enim sunt huiusmodi crimina , quæ tamen Misti Fori esse fatemur omnes,Blasphemia scilicèt non Hæreticalis, Sacrilegiū, Perjurium,&c. Carleval. *dict. sect.* 1.*num.*767.

168 Postremò denique: Delicta merè Ecclesiastica Carleval. exponit *dict.q.*7.*sect.*1.*num.*768. *èt seqq. usque ad num.*772.ubi latè rem exponit. Nosque Regùlas ab ipso traditas leuiter perlustrabimus, ne lecturos tanti Viri directione priuemus.

169 I.Ergò Regùla est Delictum merè Ecclesiasticum illud proculdubio esse, quod sola Lege Canonica prohibetur, non ciuili; quia eo ipso, quod à Sacris prohibetur Canonibus ad Ecclesiasticū Iudicem priuatiuè attinere perspicuum est,quia Sæcularis punire nequit, quod Lege Ciuili prohibitem non est:argum. Text. *in l. & si quis* 14.*§. Diuus autem* 14. *ff. de Relig. & Sum. Fun. l.* 3. *ff. de Concub.* cum alijs congestis à Germon. *lib.*1.*Animaduersion.cap.*11.*toto.*

170 II.Regùla:Crimen merè Ecclesiasticum est, quod licèt prohibeatur à Iure Ciuili, & in illud pœna statuta sit; Iure tamen Canonico declaratum est illud esse mere Ecclesiasticum, ut patet in Hæresi,cuius crimen, huius esse qualitatis iam supra pluribus demonstrare curauimus, & breuiter nùnc mere Ecclesiasticum esse ratione probamus: Iudex Sæcularis nequit de Hæresi inquirere,nec judicare; quia nequit assertionem qualificare, ergò nequit propter eam aliquem punire. Cōseq.patet ex quo injustum reputatur Eum judicare posse de Crimine , de cuius genere decernere, discernere , aut definire nequit. Ant.late probant Alphonſ.à Castro *de Iust.Hæret.punit.lib.*1.*cap.*5. *& aduersſ. Hæres. lib.*1.*cap.*8. Farin. *in Praxi, q.* 186. *num.* 1. *& sect.*9. *ibi.*

*ibidem ex num.* 152. Bellarmin. *tom.* 1. *controuers. volum.* 1. *controuers.* 5. *Gen. lib.* 3. *cap* 17.

171 III. Regùla est: Illacrimina esse merè Ecclesiastica, in quorum examine, & definitione principaliter inuoluitur discernẽda, & discutienda materia illarum causarum, quas *à principio Sectionis* merè Ecclesiasticas esse monuimus, easque in genere indicauimus; nùncque addimus pro explicatione ibi adducta à Carleval. *dict. disp.* 2. *q.* 6. *sect.* 1. *num.* 396. qui addit *q.* 7. *sect.* 1 *num.* 770. intelligendam hanc Regùlam esse quoties quæstio horum criminum, & causarum merè Ecclesiasticarum sit de Iure, non de facto, quod aliquibus comprobat exemplis petitis à Facchineo, Maranta, Anastas. Germon. Petr. Barbos. & Cardin al. Tusch.

172 IV. Regùla: Crimina, quæ Iure Ciuili dumtaxat prohibita reperiuntur merè Sæcularia sunt, & eorum punitioni, & cognitioni Iudices Ecclesiastici numquam se se ingerere debent, nisi ratione personæ delinquentis, si Ecclesiastica sit, ut supra latè diximus.

173 V. Regùla Delicta ab vtroque Iure, tàm Canonico, quã Ciuili prohibita, sunt Mixti Fori, in eisque tàm Ecclesiasticus, quàm Sæcularis delinquentes puniunt; seruatà præuentionis prærogatiua. De quibus latè Iul. Clar. Tyber. Decian. Scaccia, Farin. Franc. Marc. Anastas. Germon. Rulant. Tusch. Parlador. Pereyra, Martha, & Binsfeld. relati à Carleval. *dict. quæst.* 7. *sect.* 1. *num.* 771.

174 His sic generalitèr diffuseque præjactis ad propositæ difficultatis resolutionem deueniendo, facilè ab ea Nos expedirè possemus ad nuper firmata principia lecturos remittendo; at claritati consulentes aliquibus eam exponemus conclusionibus, quarum sit.

175 I. In crimine Hæresis tenètur Iudex Sæcularis auxilium suum impertiri, nullo Processus examine facto, tàm DD. Inquisitoribus, ubi institutum est eorum Tribunal, quam Ordinarijs de eo cognoscentes, ubi Inquisitores non sunt. I. Conclusionis pars quoad DD. Inquisitores est irrefragabilis ex repetitis Sũmorum Pontificum Constitutionibus, & præcipuè Innocen. VIII. Leon. X. & aliorum, *quæ in fine Directorij referuntur.* II. Autèm pars probatur *ex cap. Vt Inquisitionis, §. Prohibemus, de Hæret. in* 6. *& l.* 2. *tit.* 26. *p.* 7. & vtraque ex supra adductis, & ex alijs relatis à Carleval. *d. q.* 7. *sect.* 1. *num.* 772. Augustin. Barbos. *in d. cap. Vt Inquisitionis, num.* 4. *&* 5. Fragoso *de Regimin. Reipubl. Christian. lib.* 4. *disp.* 10. *§.* 2. *ex num.* 148. Parèja *dict. tit.* 2. *resolut.* 8. *num.* 20. 21. *&* 22. luculentissimè eam èxornantes.

176 II. Conclusio: Idem Ius competit Ecclesiastico Iudici in quauis causa Ciuili, seu Criminali merè Ecclesiastica legitimè ab eo dècisa, ad cuius èxecutionem Sæcularis Iudex absque vlla causæ cognitione, seu Processus exa-

examine Brachium ſuum impartiri debet, Panormitan. Alciat. Boſſ. Simanc. Salçed. Avilès, Paz, Bovadilla, Afflict. Molina, Martha, Farinac. Pereyra, Hevia Bolaños, & alij ſequuti à Carleval. *dict. ſect.* 1. *num.* 769. *&* 772. ubi communem eſſe Canoniſtarum ſententiam, affirmat, addendique ſunt ſupra allegati, & præcipuè Vela *dict. p* 2. *num.* 40. Pareja *dict. reſolut.* 8. *num.* 18. *&* *num.* 28. qui tamẽ in nullo caſu practicari poſſe ſubdit propter diſtinctionem à Nobis elidendam *Concluſione finali.*

177 III. Concluſio Iudex Laicus auxilium ſuum impartiri tenetur Eccleſiaſtico pro exequẽdis mandatis, vel ſententijs ab ipſo prolatis in cauſis Ciuilibus, nulla Proceſſus examinatione facta, ut ſupra innuimus ex Imola, Boſſ. Fragoſo, Salçedo, Vela, & Pareja, hos omnes referente *dict. reſolut.* 8. *num.* 31. qui *num.* 32. addit illud ſolum Proceſſus examen in illis cauſis permitti, quod Mero Exequutori non denegatur *ad cap. de Cætero* 5. *de Sent. &* *Re judicata*, Andr. Gail Græu & Cancer. Fran. Molin. & Ripol. ex quibus quænam cognitio Sæculari Iudici in cauſis illis competat? Facile cognoſcetur.

178 Concluſio IV. In delictis Miſti Fori Iudex Eccleſiaſticus tenetur acta Sæculari oſtendere, ut auxilium ſuum impartiatur, quod denegarè iuſtè poterit Sæcularis, ſi Eccleſiaſticus Proceſſum ei demonſtrare renuerit. Salçed. Afflict. Vrſill. Avilès, Azeved. Cancer. Farinac. Bovadill. Molin. Natta, Menoch. & alij ſequuti à Carleval. *dict. q.* 7. *ſect.* 1. *num.* 775. cui addendi ſunt Butr. Panormit. Imola, Alciat. Belluga, Ioan. Redin. Iul. Clar. Rolan. à Valle, Tyber. Decian. Eman. Rodrig. Montealegre, Martha, Zened Caualcan. Ricc. & alij adducti à Pareja *dict. reſolut.* 8. *num.* 24. qui *num.* 25. meritò rèjicit Monetam, Antonin. Dian. Farin Segura Davalos, Agia, Anguian. Burg de Paz, Ripol. & Ioſeph Vela, ab eodem Pareja, relatos *num.* 16. negantes Eccleſiaſticum Iudicẽ acta exhibere teneri Sæculari, ut auxilium ſuũ impartiatur, etiam in cauſis Miſti Fori, atque etiam monet deceptũ fuiſſe Franc. Molin. *de Brachio Sæculari, lib.* 1. *cap.* 10. *inſpect.* 3. *nu.* 30. *&* 31. affirmantem omnes DD. unanimitèr Concluſionem iſtam admittere; quũ præallegati DD. cõtrarium defenderint, quam noviſsimè defendit Fragoſo *de Regim. Reipub. Chriſtian. tom.* 1. *lib.* 4. *diſp.* 10. *§.* 2 *ex num.* 148.

179 V. Concluſio: Ad omnium ſententiarum, & præceptorum Eccleſiaſtici Iudicis exequutionem debet Sæcularis Iudex familiam accomodare non exhibito Proceſſu, nèc poteſt cognoſcere de Viribus Decreti ab Eccleſiaſtico prolati, in hoc enim nullum actum Iuriſdictionalem per Laicum exerceri poſſe iam ſupra diximus, nunc què in comprobationem addimus Innocent. Abbat. Andr. Alciat. Vulpel Berrett. Mèrenda, Segura Davalos, Paz, Salçedo, Bovadilla, Ricc. plures caſus huius aſſociationis

familiarum vtriusque Iudicis recensentes ex Magon. Afflict. Natta, & Bursatto, quos omnes refert Pareja *dict. tit. 2 resolut. 8. num. 23.* addens Fragos. *in dict. Tractat. lib. 7. disp. 23. §. 4. num. 88. circa finem.* Monuimus iam supra quod nùnc itèrum repetimus ex Aloys. Ricc. *in Praxi Archiep. 1. part. decis. 329. tota, & præcipuè vers. Et in supradictis casibus*, quando petitur, scilicèt tantum familiam accomodari, tùnc Iudex requisitus non excusabit Ministros tradere, nec potèrit de Viribus sententiæ cognoscere, &c.

180 Hanc autem Conclusionem procedere etiam in causis Misti Fori pèrspicuum est ex nuper firmatis, quum enim constet actum accomodationis familiæ extra judicialem esse, notumque sit ad actus extra judiciales, Actibus Iudicialibus opus non esse, irrefragabiliter sequitur generaliter teneri Sæcularem Iudicem ad familiæ accomodationem, nullo examinato Processu, aut acta sibi exhiberi petens.

181 VI. Conclusio: Iudex Sæcularis ab Ecclesiastico auxilium suum potens acta ab eo facta illi exhibere tenetur, & ante exhibitionem istam, & Processus examen Ecclesiasticus Auxilium impartiri non debèt, Innocent. *in cap. 1. de Offic. Ordin.* ubi Imola, & alij sequuti à Nauarr. *in cap. Cum contingat, de Rescript. remed. 1. nu. 6.* Menoch. Farin. Molin. Viuian. & alij relati à Vela *dict. p. 2. num. 71.* transcripti à Pareja *dict. tit. 2. resolut. 8.*

182 Licèt autem Conclusiones istæ generaliter ab omnibus supra laudatis Authoribus receptæ sint, & communiter penes ipsos inoffenso decurrant pedè, adhùc tamen aliquas patiuntur limitationes, quas etiam breuiter perlustrabimus.

183 I. est. Vt omnes illæ procedant in Iudicialibus, non autem in extra judicialibus, in quibus certum est nullum Magistratum alteri auxilium suum præstare, Panormit. Alciat. Alex. Ioan. Redin. Salçedo, Agia, Farinac. & Franc. Molin. sequuti à Vela *dict. p. 2. nu. 42.* ex scripti à Pareja *dict. resolut. 8. num. 36.*

184 II. Limita quoties de notoria injustitia, vel nullitate sententiæ, vel Processus Iudicis Ecclesiastici, ob notoriam forsan absentiam eius, aduersus quem Ecclesiasticus procedit, vel nimiam Iudicis festinationem, aut Iuris èrrorem contentum in sententia, quæ sibi ostènsa fuerit, aut quid simile; hoc enim casu Sæcularis, etiam si delictum esset merè Ecclesiasticum, posse saltem auxiliũ suum iustè denegare, *ex cap. 1. de Offic. Ordin.* ibi: *Non ad præjudicandum; sed ad ea, quæ Deo sunt placita prosequendum, &c.* Atque argument. Text. *in cap. 1. & in cap. Inter cæteras 9. de Sent. & re iudicat.* latè probant Innocent. Panorm. Petr. Bellug. Ioan. Redin. Caual can. Parlador. Salçed. Farin. Bovadilla, Marchesan. Gail. Græuæ. Agia, Cancer. Montealegre, Molin. Ricc. Viuian. Alciat. Rolan à Valle, & Menoch. laudati à Vela *d. p. 2. n. 48.*

III.

185 III. Limitandæ sunt prælegatæ Conclusiones imponéres obligationem Sæculari Iudici impartiendi auxilium suum, nullo examinato Processu, quoties à sententia Iudicis Ecclesiastici (idemque de Sæculari ratiocinandum est) appellatum sit, vel supplicatum, aut de nullitate dictum, aut quoquomodo Processus legitimè impugnatus, *cap. Concertationi 8. vers. vltim. de Appellat. in 6.* quem, & Innocent. Panorm. Imolam, Alciat. Oldrad. Petr. Bellug. Navarr. Redin. Rolan. à Valle, Menoch. Marchesan. Farinac. Bovadilla, Gail. Græuæ. Salçedo, Agia, Cancer. Ricc. Viuian. & Montealègre, allegat Vela *in dict. Prælect. part. 2. num. 49.* Salgad. *de Reg. Protect. part. 1. cap. 1. prælud. 3. num. 93. & 94.* qui ex Navarr. & Menoch. id *num. 172.* declarat locum sibi vindicare eo casu, quo apertè constarèt causam esse appellabilem, vel alio modo retractabilem; sæcus tamen alias. Quod ipsum docuère, Græu. *Practicar. Conclus. lib. 1. conclus. 115. num. 12.* Farin. & Bovadilla, sequui à Vela *dict. p. 2. num. 50. & 51.* optimè limitationèm istam exornans, & fundamentaliter probans, & tàm respectu Sæcularis, quàm Ecclesiastici Iudicis exponens, *& num. 55. & seqq.* probat Iudicem Sæcularem tèneri auxilium suum Ecclesiastico impartiri, si agnoscat notoriè friuolam esse appellationem, quod si nolit, Ecclesiasticum posse ad illud præstandum censuris, & pœnis eũ compellere, quod ita judicatum esse in Règio Granatens. Prætorio attestatur, & decisionis motiua adducit.

186 Plurima alia, quæ ad hanc Quæstionem pertinebant, scièns volens resecaui, tùm quia ultra animum illa èxcreuit; Tùm, & etiam quia propriorem. Deo dante Sedem habebunt vndè hæc nùnc dixisse sufficiat.

## QVÆSTIO VII.

### Quotuplex Iurisdictio, & Potestas Ecclesiastica sit? Quando? Quibus? & à Quo concessa?

1 ÆQuivoca prius esse distinguenda, quam definienda iã supra monuimus edocti præcepto Aristotel. *lib. 2. Posterior. Analit. cap. 13. & lib 6. Topicor. cap. 10.* Iurisdictionis autem Ecclesiasticæ multiplices species à Doctoribus adsignantur, ut mox videbimus, vndè huic præcepto innitentes diuisionem definitioni præponimus.

2 Sex communiter adsignant Antiqui DD. huius Potestatis principales species, ut ex Alciato, & Ioan. Paris. docet Iacob. de Almain. *in Opusculo de Suprema Potestate Ecclesiastica, cap. 2. fol. 1. pag. 2. col. 2.* quas singillatim

tim tecenſere non in congruum fore judicauimus.

3 I. Ergò ſpeciem eſt Ordinis Poteſtatis, hoc eſt Sacerdotalis Poteſtas, & eſſentialiter ipſe Character Sacerdotalis, quam quidem Poteſtatis ſpeciem inſtitutam eſſe ajunt à Chriſto in ipſa Cœna, quando Apoſtolis dixit: *Hoc facite in mei commemorationem*, quaſi diceret: Accipite Poteſtatem conſecrandi, licèt apud ipſos Armacanus exiſtimet dattam à Chriſto eſſe Poteſtatem iſtam Diſcipulis ſuis, quãdo eos Apoſtolos vocauit.

4 II. Speciem eſſe affirmant Poteſtatem adminiſtrandi Sacramentum Pœnitentiæ, quam inſtitutam eſſe dicunt, quãdo Chriſtus Diſcipulis ſuis, inſufflando, dixit: *Accipite Spiritum Sanctum*, & ad hanc ſpeciem reducunt præallegati DD. Poteſtatem ſolemniter baptizandi: licèt enim omnes baptizare poſsint in caſu neceſsitatis: ſoli tamen Sacerdotes ex Officio.

5 III. Species Poteſtatis eſt, quæ Foro moderatur exteriori, de qua præcipuè Tractatus noſter inſtitutus eſt, hancque eſſe affirmant Poteſtatem corrigendi, & inferendi pœnam in contumaces, etiam invitos, traditamque eſſe ſubdunt, Matthæ. 18. *Si peccauerit in Te Frater tuus.* Et ibi: *Sit Tibi tamquam Ethnicus, & Publicanus.* Atque ibi: *Quæcumque ſolueritis, & ligaueritis, &c.* etiam ligamine excommunicationis.

6 IV. Huius Poteſtatis ſpeciem DD. præfacti adſignant Facultatem inſtituendi Miniſtros, diſtribuendi Beneficia, & Dignitates Eccleſiaſticas. Quando autem, & quibus iſta conceſſa fuerit non conueniunt DD. illi quamvis affirmare cõſpirent à Chriſto Domino Eccleſiæ dattum eſſe. Guillelm. OKam. apud Almain. *loc. citat.* exiſtimat Poteſtatem iſtam Petro dattam eſſe à Domino, quãdo ei dixit Ioan. 1. *Tu vocaberis Zephas*, quia ad caput ſpectat Officia diſtribuere mẽbris, ſed hanc opinionem merito rejicit Almain. *ibidem*, ex eo quod immediate dicitur: *Quod Zephas interpretatur Petrus.* Vndè communiorem eſſe opinionem ſubdit Poteſtatem iſtam à Domino dattam eſſe Petro; quum ei dixit: *Paſce Oves meas*; nam ad Officiũ *Paſcendi* non ſolum ſpectat cõfeſsiones audire, & Sacramenta Pœnitentiæ miniſtrare; ſed etiam alios inſtituere ad determinatas Regiones, ſeu Populos erudiendos, & paſcendos in neceſſarijs ad ſalutem, cuius opinioni acquieſcimus: nam ideò Petro datta fuit Poteſtas etiam inſtituendi Miniſtros, & creandi alias Dignitates Eccleſiaſticas, eaſque per Vniverſum Orbem diſtribuẽdi, ut nimirum per eos doctrinà Evangelicà Petrus, Petriquè Succeſſores Gregem Dominicũ Paſcere dicerentur.

7 V. Poteſtatis iſtius ſpeciem Apoſtolatum eſſe affirmant DD. iſti, eamque XII. Diſcipulis collatam à Domino eſſe affirmant Matth, & Marc. *cap. Vltimis*, quam nimirum eis dixit: *Ite prædicate Euangelium omni Creaturæ.*

8 VI. Denique, & ultima huius

huius Poteſtatis ſpecies ab eis adſignata eſt Poteſtas accipiendi, & etiam exigendi à Subditis Temporalia pro neceſsitatibus Victus, & Veſtitus inſtituta à Chriſto D. quando dixit: *Dignus eſt Mercenarius Mercede ſua.*

9 Diuiſionem iſtam perſpicuam eſſe non dubitamus; non tamen explicat ſpecies iſtas eo modo, quo facile quiſque poſsit eas praxi accomodare. Vndè aliam addere libuit, ex Auguſtino Triũpho de Ancona *in Summa de Poteſtate Eccleſiæ, p.1.q.1.art.1.in Reſolutione*, ubi duplicem tantum Eccleſiaſticam agnoſcit Poteſtatem, Ordinis ſcilicèt, & Iuriſdictionis. Rùrſuſque Poteſtatem Iuriſdictionis diuidit in Temporalem, & Spiritualem, & hoc modo conceptam tripliciter conſiderari poſſe ſubdit: immediatam nimirum, deriuatam, & in Miniſteriũ dattam. I. Modo Poteſtas Iuriſdictionis omnium Spiritualium, & Temporalium in ſolo Summo Pontifice reſidere docet. II. Modo in Omnibus Epiſcopis, & Prælatis. III. Modo Poteſtatem Iuriſdictionis Omnibus Imperatibus, Regibus, aliiſque Sæcularibus Dynaſtis competere affirmat.

10 Vlteriuſque in iſtius Diuiſionis explicatione progrediendo addit Poteſtatem ordinis in quantum reſpicit Corpus Chriſti Papæ non conuenire, ut Papa eſt, ſed quatenus Epiſcopus, aut Sacerdos eſt; poterit enim ad Summum Pontificatum aliquis euehi, qui Sacerdos, aut Epiſcopus non ſit, cui Poteſtas Ordinis in hac conſideratione concepta nõ competat, licèt omnem habeat ante ordinationem Iuriſdictionis Poteſtatem. Et in hac Ordinis Poteſtate omnes Epiſcopos, & Sacerdotes eſſe Summo Põtifici æquales affirmat, nam Ioan. 10. æqualiter Dominus Petro, & aliis hanc conceſsit cõſecrandi facultatem, hincque dicitur *in Can. In nouo, 21. diſt.* Quod cæteri Apoſtoli parem cũ Petro Poteſtatem habuerunt, Ordinis; non verò Iuriſdictionis, hanc enim tàm reſpectu Spiritualium, quàm Temporalium, ſolo Petro à Domino conceſſam eſſe Author ipſe pluribus comprobat, & præcipuè Matth. 16. *Can. Loquitur 24.q.1. & alijs*, in quorum ponderatione non immoramur; quia alibi latius de hac Quæſtione ſumus diſceptaturi. Vndè ab ea nùnc ſuper ſedemus.

11 Hanc ipſam diuiſionem duabus tantum explicuit ſpeciebus Cardinal Turrecrem. *in Summa Eccleſiæ, lib. 1. cap. 93. num. 1.* ubi omnem Eccleſiaſticam Iuriſdictionem, aut Ordinis, ſiue Sacramentalem eſſe, aut Iuriſdictionis, ſiue Iuriſdictionalem. Poteſtatemque Ordinis illam eſſe addit, quæ per aliquam conſecrationem confertur ad confectionem, ſeu adminiſtrationem Sacramentòrũ; Poteſtatem autem Iuriſdictionis eam eſſe ſubdit, quæ ad regendum Populum, ſecundum Legem Diuinam in Ordinè ad Beatitudinem Supernaturalé inſtituta eſt: Quam non per conſecrationem, ſed per ſimplicem hominis de ſignationem fieri admonet, moxque *XII.*

*Conclusionibus* Diuisionem istam luculentissime exponit, probatque tam Ordinis, quã Iurisdictionis Potestatẽ immediate à Christo cõcessam esse Petro, & alijs Apostolis, sub distinctione tamen à Nobis alibi latius exponẽda, interimque apud Authorem istum videnda relicta, ipse enim per aliquot capita radicitus diuisionẽ istã examinat, objectaque prolixe diluit.

12 Hanc ipsam Potestatis Diuisionem in Potestatem Ordinis, & Iurisdictionis, ut præcipuã, & communiorem recipiunt omnes tam Nostri, quam Theologi Nostras Franc. Vitoria *de Potest. Eccles. Relect. 1. sect. 3. nu. 2.* Sotus *in 4. dist. 20. q. 1. art. 1. vers. Verum tamen.* Estius *in 4. dist. 24. §. 3. in princip.* Sebast. Cæsar *de Eccles. Hierarch. q. 2. Proœm. in princip. num. 10.* ubi alios allegat addens duas istas species contineri sub appellatione Potestatis Clauium, easque varie exponere præallegatos Authores, quibus addi poterit Franc. Macedo *de Clauib. Petri lib. 1. dissertat. 2. cap. 1. & seqq.* ubi alios refert.

13 Plura in huius quæstionis prolixiorem explicationem addere poteram; ast quia molestiam lecturis in ferre omnino recusamus, & quia Genij nostri est non tam plura, quã necessaria scribere, quum varijs in locis, quæ huc congeri poterant, commodius exponenda sint, ut attente consideranti patebit, ab eis libenter Nos abstinuimus, Quæstionem istam satis discussam non abstre (ut judicamus) arbitrantes.

## QVÆSTIO IIX.

### Ecquid Sacro-Suprema Potestas, & Iurisdictio Pontificia sit?

## INTRODVCTIO.

1 PEriculosum esse Iurisdictionem definiri docuit Francisc. de Clappèris *de Imper. & Iurisdict. conclus. 1. num. 1.* Periculosiusq; Ecclesiasticã adæquatè addimus, experientiaque docemur; licet enim aliqui, id assequi conati sint, nemò tamen (ex eis in quos hùcusque incidi) adsequutus est, ut ex dicendis patebit.

## §. I.

### Nonnullorum definitiones adducuntur, & rejiciuntur.

2 QVÆ se se prius Nobis adducenda proponit Definitio est adstructa à P. Anton. Pagan. Minorita *in Tract. de Ord. Resid. & Iurisdict. Episcop. sect. 7. pag. mihi* 182. his ver-

verbis: *Iurisdictio Ecclesiastica est quidam Potestatis, & ministerij vsus, & exequutio circa eos, qui Subditi sunt, & particulariter adsignati.*

3 Quam à Definitionis, & Descriptionis præscripto eliminãdam esse censemus. I. Quia adaptari nequit Vniuersali Iurisdictioni, quam definire voluisse ex generalitate verborum apparet: Ipsa enim universalis Iurisdictio particularem non habet adsignationem, aut limitationem, quia ex concessione Diuina totus Orbis ei territorium est, ut iam diu rescripsit Innocent. Papa *Epist. 20. lib. 2. Dicitur Vniversalis Ecclesia illa, quæ sub se continet Ecclesias, & secundum hac nominis* (Etymologia scilicèt) *Romana tantum Ecclesia Vniversalis nuncupatur: quoniam ipsa sola singularis Priuilegio Dignitatis cæteris est Prælata, &c.* & prosequitur Franc. Bordon. *in Sacro Trib. cap. 1. num. 174. & 175. tom. 1. suor. Oper. in edit. Lugd. 1665.* & latius dicimus *Fundament. 2.* Vbi commodius.

4 II. Eadem est rejicienda definitio, quia non comprehendit principaliorem Iurisdictionis speciem. *Gratiosam* scilicèt, quæ ut in plurimum, & ex natura sua Ius dicendo non exercetur. Hugo Donel. *lib. 7. Comm. cap. 8.* Cujac. *ad Novell. 95.* Scip. Gentilis *de Iurisdict. lib. 1. cap. 18.* Arnold. Vinn. *eodem Tract. cap. 6. num. 5. 6. &* 7. undè nequit appellari Iurisdictionis vsus, & exequutio, ut infrà latius fortè dicemus.

5 Eamdem Definitionem III. excludimus; quia licèt partes integrales haberet, & Iurisdictionis naturam explicaret, non tamen agnosceretur per eam *Ecclesiastica Potestas*, cuius natura per qualitates designatur, refusis accidentibus in substantiam (ut mox probabo) deficientibus ergò istis qualitatibus Definitioni isti, non tàm *Ecclesiastica*, quàm in abstracto considerata definiretur Iurisdictio, estò, quod Definitio illa appellari posset.

6 Aliam ex Hervæo adducit Anton. ipse Paganus *eadem pag. 183.* his efformatam verbis: *Iurisdictio est, quà Præsidens alicui Prouinciæ, seu Reipublicæ Ius dicere potest, statuendo, sententiando, vel cum obligatione Subditorum ad habendum id, quod dicitur pro Iusto.*

7 Quæ eisdem, ac alia, vitijs laborat, & neutra intentioni deseruit nostræ; quum enim in quæstionis vestibulo præmonuerim definitionem alijs Me præponere fundamentis, ut faciliori rei tractandæ cõsulerem claritati, quumque hæc ab ordine resolutivo sit quærenda, & ordo iste à nostrà sit desumendus cognitione. Vndè Arist. *6. Polit. cap. 1. & 1. Physicor. Text. 1. & lib. 1. de Histor. Animal. cap. 6. & 2. p. de Anima, cap. 10. & 5. Methaph. Text. 1. & 7. Methaph. Text. 10.* Non à Natura, sed à nostra cognitione methodi regùlam desumit. Quod ipsum Averroes fecit *7. Methaph. cõm. 10. & in Epitom. Methaph. Tractat. 2. de definit.* ubi ait: *Procedimus semper à notiori apud Nos ad notius apud Naturam.* Cognitio autem hæc à fine proposito semper desumitur. Hinc Arist. *lib. 3. Ethicor. cap. 3.* dixit: *Consultationem omnem fieri ob finem*

*propositum, & 7. Ethicor. cap. 8. Finem in artibus esse principium,* & Seneca *Epist. 71.* id multis explicat exemplis. In ipsa ergò definitione Ecclesiasticæ Iurisdictionis, Supremæque Potestatis finis necessario exprimendus, aliàs omnibus istis opponitur præceptis, in quæ utraque peccauit Diffinitio, quàm ex hac solùm ratione rejicienda veniret, & ideò alia non manifestamus vitia.

8 Aliam adstruit Martha *de Iurisd. p. 1. cap. 8. n. 9.* ibi: *Iurisdictio Ecclesiastica est Potestas Diuina post Diluuium Sacerdoti Moysi concessa, atque à Christo immediatè ordinata, & supernaturaliter ad gubernandum Fideles secundùm Legem Euangelicam in Supernaturalibus, & quatenus opus est in Naturalibus.*

9 Quam non omninò reprobandam esse censemus definitionem, seu Descriptionẽ, quia principijs ipsa innititur non leuibus; opinione scilicèt Grauissim. DD. asserentium usq; ad Legem Euãgelicam Potestatem Ecclesiasticã non fuisse Ioan. Carlet de Gerson *de Potest. Ecclesiæ, consid. 1.* à quo Iacob. Almain. Senonens. *de Suprema Eccles. & Laic. Potest. q. 1. cap. 1. mox à princip.* qui ob hãc rationem, sic Potestatem hanc definiendam esse censent. *Potestas Ecclesiastica Iurisdictionis est Potestas à Christo Apostolis Discipulis, & eorum legitimis Successoribus supernaturaliter, & specialiter tradita ad ædificationem Ecclesiæ Militantis, secundùm Leges Euangelicas pro consequutione fælicitatis æternæ.* At quum altius originem, existentiamque istius Potestatis repetitam indagatamque relinquamus, *Tract. 1.* ex hac saltẽ ratione, Descriptionem hanc meritò rejicimus.

10 Aliam denique adducit ipse Martha ex Victor, & alijs *d. p. 1. cap. 17. nu. 24.* quam ipse meritò rejicit *cap. 25. nu. 58.* multis eas laborare vitijs asserens, quibus non caret ab ipso adducta, quæ præcepto non satisfacit Philosophico nuper adducto. Vndè sit.

## §. II.

## Nostram adducens definitionem, & eius, quo constat genus explicans, & quibus cum Sæculari Potestate per illud conueniat, demonstrans.

11 QVVM plura comprehẽdat materia tractanda; quumque ipsius finis in definitione sit aperiẽdus, nõ potest concisis verbis rectè Potestas, & Iurisdictio Suprema Ecclesiastica describi: vndè licèt plus solito, longiùs eã definiamus, non tamen superfluè, quia nihil demi poterit, ut censemus. Sic ergò Eam definiri, seu describi posse censemus.

12 *Eccle-*

12 *Eccleſiaſtica Vniuerſalis Poteſtas, & Iuriſdictio eſt Iuris Eccleſiaſtici dicendi, ſtatuendi, & diſpenſandi Facultas, Diuinumque interpretandi tantum Auctoritas, Naturali lumine Supernaturali adjuto, primò à Patriarchis inuenta, à Deo poſteà Moyſi immediatè cõceſſa, & poſtremo à Chriſto Eccleſiæ ſuæ Supremo Præſuli Petro, eiuſque legitimis Succeſſoribus abſolutè in Spiritualibus ad gubernandum Homines ad finẽ ſupernaturalem; limitate tamen, & quatenus opus eſt ad eum finem, etiam in Temporalibus exercenda.*

13 Quam legitimam eſſe cẽſemus, tùnc, quia huic Diffinitioni in eſt diſpoſitio, & partitio totius Operis; eſt enim eius argumentũ, & quaſi Synopſis vndè finem aperimus, philoſophiciſque Sanctionibus obtemperamus, & Nobis per in comperta vadentibus, veluti Fax præibit, multoſque anfractus luſtrantem identidem reducet in viam, tùm etiam, quia genere, & differentijs conſtat legitimis, naturamque iſtius Poteſtatis abſq; diminutione, vel redundantia optimè explicat, ut ex dicendis liquido apparebit.

14 I. Verbum *Poteſtas* ponitxr loco generis generaliſsimi. I. quia latius patet, quàm Iuriſdictio, ut *in Præludio* probaui: II. quia per illud nomen tangit, & aſsignatur cauſa efficiens huius Poteſtatis, ut docet Almayn. *d. cap.* 1. denotaturque facultas propinqua ad producendum actum, ut prænotavit Gerſon. *dict. conſ.* 1.

15 Clauſula illa *Iuris dicendi, &c.* ponitur loco generis ſpecialis, per eam enim convenit cũ Suprema Sæculari Poteſtate, & Iuriſdictione quæ reſpectu Sæcularium eamdẽ met continet auctoritatem, & facultatem in Politicis, ſeu Sæcularibus, ut infra demonſtrabimus.

16 Vndè cum ea convenit I. ſecundùm primariam efficientem cauſam quia utraque eſt à Deo *ad Rom.* 13. *& cap. Quid culpatur* 23. *q.* 1. cum alijs plenè adducendis ſequenti fundamento. II. Cauſa finali, quia in utraque eſt Beatitudo, de Eccleſiaſtica dicam latiùs; de Sæculari latè probat Adam Contzem. *lib.* 2. *Polit. cap.* 2. & de vtraque Syneſ. Ptolemaid. Epiſcop. *Epiſt.* 57. *aduerſ. Andronic. Deus ambo vitæ genera ſeparauit, unumque eorum Sacrum, alterum ad regimen, atque Imperium conſtitutum eſt, &c.* inoxque: *Ab vtriſque verò, quod honeſtum, & conſentaneum eſt requirit Deus, &c.* Symach. Pap. *Epiſt.* 4. *Apolog. ad Anaſt. Imper.* ibi: *Cæterùm ſi omnis Poteſtas à Deo eſt, magis ergò, quæ rebus eſt præſtituta Diuinis.* III. Conveniunt ratione ſubjecti imperantis, quia vtrique moderatur Homo, diuerſe tamen, ut poſteà dicam. Conveniunt IV. objecto, quia ambobus eſt Homo, diverſo tamen reſpectu infra à Nobis explicando. V. Cõveniunt, quantum ad actus, quia conſimiles ſunt utriuſque Poteſtatis, ut optimè addutit Alvar. Pelag. *de Planctu Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 56. *pag.* 56. *col.* 2. quæ quum infra à Nobis ſint quum Differentijs explicãda, hìc in eis immorari otioſum judicaui,

seperatis Quæstionum titulis, sed diuerso etiam ne crabem recoctã apponere videamur.

18 Clausula illa: *Limitate tamen, & quatenus opus est ad eum finem, etiam in temperalibus, &c.* Cõsulto addidimus, ut Iurisdictionem Temporalem competere Supremæ Ecclesiasticæ Potestati innueremus. Quod licèt probaturi alibi simus, nùnc (relictis altercationibus) manifestum facimus, *ex cap. 1. de Offic. Ordinar. Can. Duo sunt, 96. dist. cap. Postulasti* 14. *de Iudæis, in fin. cap. vltim. de secund. Nupt. in* 6. ex quo Libro plura sunt testimonia, & præcipuè, *cap. vltim. de Præscript. cap. vltim. de For. comp. cap. Licèt Mulieres, de Iur. Iur. cap. vltim. in fine, de Except. cap. 1. de Homicid. cap. Fœlicis, de Pœn. cap. Decernimus* 8. *de Sentent. Excomm.* Concil. Constant. *Sess.* 21. *&* 29. Concil. Lateranens. *sub Leone X. Sess.* 9. Concil. Tridentin. *Sess.* 25. *cap.* 3. 19. *&* 20. Hallier. *de Eccles. siastic. Hierarch. lib.* 4. *sect.* 2. *cap.* 1. *art.* 3. Suarez *contra Reg. Angl. lib.* 3. *cap.* 22. Valençuel. Velazquez *contra Venetos. p.* 5. *num.* 95. Salgad. *de Regia Protect. p.* 1. *cap.* 1. *prælud.* 1. *num.* 55. Solorçan. *de Iur. Indiar. tom.* 1. *lib.* 2. *à cap.* 23. *ad* 25. quos, & Vitoriam, Sotum, Molin. Albertum, Pygh. Vvaldens. Driedon. Durand. Vazq. Cayetanum, Bellarmin. Menchac. & Bovadill. adducit Illustris. Nobilitate, & Doctrina D. D. Francisc. Paniagua & Zuñiga à Supremis Castellæ, & Cameræ Consilijs *in per celebri illa Allegatione quamdum Supremi illius Consilij Fiscalis munere fungetur, scripsit Anno* 1664. *pro Regia Iurisdictione in causa super sequestro Iurisdictionis Ecclesiasticæ Ordinariæ Cæsaraugustanæ vacantis, proposi.* 4. *fol.* 10. *pag.* 2. *num.* 35. quem videsis, & affluës.

# FVNDAMENTVM II.

## Differentias inter Ecclesiasticam, & Sæcularem Potestatem, radicitus examinatas adstruens.

## INTRODVCTIO.

1 REtẽta, & in memoriam iterũ èvocata distinctione illa à Nobis *in Proœmiali Introductione* explicata inter Iurisdictionem, & Potestatem, ut scilicèt hæc ad Personam Principis, seu Magistratus referatur, illa autem ad auctoritatem, & imperium ipsius. Principaliora circa vtramque in hoc Fundamento examinabimus, solideque firmare connabimur. Quod, ut facilius adsequamur fit.

# QVÆSTIO I.

## An hæ differant Iuriſdictiones, & Poteſtates?

2 ET quidem abſolutè affirmandum eſt Eccleſiaſticam, & Sæcularem Poteſtatem, & Iuriſdictionem omninò diſtinctas, & ſeparatas à Chriſto D. immediatè inſtitutas eſſe. Quod Probamus I. ex S. Thom. *de Reg. Princip. lib. 3. cap.* ubi ait: *Recipit diuiſionem Dominium quadrimẽbrem ex eadem cauſa, & ratione, quia quoddam eſt Sacerdotale, & Regale, ſimiliter aliud eſt Regale ſolum, &c.* & clarius 2. *diſt. 44. q. 9. art. 2. Poteſtas* ( inquit Ang. Præcep.) *Spiritualis, & Sæcularis utraque deducitur à Poteſtate Diuina, &c.*

3 II. Autem eamdem probamus differentiam ex Sacra Pagina Lucæ 22. 78. *At illi dixerunt: Domine ecce duo gladij hic; at ille dixit eis: Satis eſt, &c.* Per quos utramq; Poteſtatem, & Iuriſdictionem, Eccleſiaſticam videlicèt, & Sæcularem fuiſſe ſeparatim deſignatam, probat elegans Text. *in cap. Dilecto Filio, de Sent. Excomm. in 6. cap. Quoniam, diſt. 10. cap. 1. 23. q. 8.* S. Bernard. *lib. 4. de Conſid. ad Eug.* Beda, S. Hildebert. Aufrer. Ioſeph Stephan. S. Ioan Capiſtranus, & Petr. Greg. adducti à Bovadill. *in Politic. tom. 1. lib. 2. cap. 17. num. 1. litter. B.* cui addo Gloſſ. *in cap. Nouit ille 13. verbo, Iuriſdictionem noſtram, circa med. de Iudicijs,* eiſdemque uſus eſt terminis Nicolaus Papa ad iſtam adſignandam Iuriſdictionum differentiam, *in cap. Auctoritatem 2. 15. q. 6.* Navarrus *in dict. cap. Nouit. not. 3. num. 126. poſt med.* Alvar. Pelag. *de Planctu Eccleſi. lib. 1. cap. 13. pag. 3. col. 2. & cap. 37. pag. 8. col. 3. & pag. 11. col. 3.* Stephan. Aufrer. *in repetit. Clem. 1. de Offic, Ordin. q. 1. num. 36. verſ. 16. Duo ſunt gladij.*

4 Eſtque in Iure Ciuili receptiſsima Gladij pro Poteſtate Acceptio *l. 3. ff. de Iuriſdict. l. 6. §. Qui vniuerſas, ff. de Off. Præſid. l. 6. ff. de Interdict. & Relig. l. 1. Nè ſinè iuſſu Principis, l. 74. C. de Decurion. in C. Theodoſ.* Atque Sacris Expoſitoribus eſt communis. Auguſtin. *ad Dulcitium Tribun. Epiſt. 61.* ibi: *Nec enim Gladij Ius in eos accepiſti, &c.* Et à Profanis paſsim admiſſa, quorum aliquos adducit Ioann. Ludovic. à Cerda *in Verg. lib. 10. Æneid. verſ. 773.* Pronomen *Duo* diuerſitatem importat, Gloſſ. *in l. fin. ubi communiter Scribentes C. de Aſſeſſor.* Ergo ſi per Gladium Poteſtas deſignatur, & per Pronomen Diuerſitas, Sacrum Textum differentiam inter utramque Poteſtatem adſignaſſe legitimè deducitur.

5 Quam conſequentiam, & expoſitionem repetitis ideo ſacris confirmatam Sanctionibus Eccleſiaſticis, & præcipuè Concil. Trosleian. *cap. 2.* Pariſien. ſub Ludov. & Lotar. *lib. 1. cap. 6.* Concil.

Conſ-

Constantinop. sub Agapeto, & Menna. *Act. 5. Text. in cap. Cum ad verum* 6. ibi: *Quoniam idem Mediator Dei, & Hominum Homo Christus Iesus sic actibus proprijs, & Dignatibus distinctis officia Potestatis utriusque discreuit, &c.* 8. *dist. Can. Duo sũt, quippe. Can. Si Imperator. & Can. Denique* 96. *dist. Can. Duo sunt.* 13. *q.* 1. *Can. Conuenior* 23. *q.* 8. *cap.* 2. *de Iudic. cap. Per Venerabilem, cap. Lator. cap. Causam. Qui filij sint legitimi, cap. Tuam de Ordin. Cognit. cap. Si Duobus, §. Denique de Appellat. cap. Solita, de Maior, & Obed. cap. Nouit. de Iudic. Extrauag. Vnam Sanctam, de Maior. & Obed.* sub his verbis: *In hac Ecclesia, eiusque Potestate Duos esse Gladios Spiritualem videlicet, & Temporalem Euangelicis dictis instruimur, l.* 3. *tit.* 1. *p.* 1. *& melius l.* 7. *tit.* 1. *p.* 2. *Authent. Quomodo opporteat Episcopos in Præfat.* Illustris. D.D Franc. Paniagua & Zuñiga, *in præcitata allegatione, dict. propos.* 4. *fol.* 17. *pagin.* 1. *num.* 37.

6 II. Differentiam hanc, & expositionem, ex communi SS. PP. & DD. sententiâ probamus Greg. Nazianz. *orat.* 1. *num.* 9. *&* 21. *& orat.* 17. *num.* 15. *& orat.* 19. *in fun. Patr. num.* 41. Athanas. *in Epist. ad Solitar. Vit. agen. Ne te miscea Ecclesiasticis, neque nobis in hoc genere præcipe. Tibi Deus Imperium commisit, Nobis quæ sunt Ecclesiæ concredidit, & quemadmodum qui Tuum Imperium multis conatibus inuadit, contradicit ordinationi Diuinæ; ità, & Tu caue, ne quæ sunt Ecclesiæ ad Te trahens magno crimini obnoxius fias. Date (scriptum est) quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo. Neque igitur fas est Nobis in terris imperium tenere, neque Tu Thymiamatum, & Sacrorum Potestatem habes Imperator, &c.* Hucusque Athanas. ex Osio Episcop. Cordub. ad Constantiũ Imperator. scribente, Chrysosth. *lib.* 3. *de Sacerdot. cap.* 5. *& Serm.* 10. *de Vtilit Lect. Scrip. & homil.* 15. *in Poster. ad Corinth.* Epiphan. *in Panar. Hæres.* 20. *quæ est Nazaræorum, num.* 3. *&* 4. Synes. Episcop. *epist.* 57. *aduers. Anaronic.* Isidor. Pelusiot. *lib.* 3. *epist.* 249. Damascen. *lib.* 2. *Paralell. cap.* 21. Gregor. VII. *lib.* 8. *Registr. epist.* 28. Nicol. 1. *epist. ad Mich. Imperator.* Symach Pap. *epist.* 4. *Apolog. ad Anast. Imperat.* Francis. de Hallier Doctor. Sorbonic. *de Eccles. Hierarchia lib.* 4. *cap.* 1. *§.* 2. 3. *&* 4. ubi varios refert Authores pro differentijs inter vtramque Potestatem.

7 III. Ratione probamus ab ipsis petita. Quemadmodum videlicet in Ecclesia duplicis sunt diuersæ speciei Milites, Cœlestis, scilicèt, siue Triumphantis, & Armatæ, quam, qui sunt in via salutis Orthodoxam, Catholicam, Apostolicã Romanam, veram, & vnicam, ceu à Christo Domino institutam, profitentur. Duplex Populus Clericorum, & Laicorum, Duplex via, actiua, & contemplatiua; Duplex Bonum, Spirituale, & Temporale, ita in eadem Ecclesia duplex est Iurisdictio, & Potestas Ecclesiastica, & Sæcularis. Petrus à Monte Veneti *in Monarchia Cõcilior. Rub. de Imper. Maiest. Orig. quæst.* 9. *num.* 2. Ioan. KoKier.

Ca-

Canonic. & Vicar. Gener. Leodienſis *de Vindicijs Eccleſ. libert. p. 1. cap. 1. num. 1.* cui addo Gloſſ. *in cap. Quoniam 10. diſt.* Zeuali *tom. 4. Comm. Opin. in diſcurſ. ad Reg. in princip. & q. 899. à num. 112.* Bovadill. *in polit. lib. 2. cap. 12. nu. 1. tom. 1* Calixt. Ramirez, *ad Leg. Regiam, §. 2. à princip.* March. *de Iuriſdict. p. 1. cap. 8.* & cum S. Bernard. Nauarr. Molin Perey. Bellarm. Suar. & Azor, D. Petr. Salcedo *de Leg. polit. lib 1. cap. 6. à num. 4.* & cum plurib. addo Acuñam. in 1. *p. Decreti ad dict. Can. Cum ad verum, nu. 1. 96 diſt.* Adam Contzem. *lib. 6. polit. cap. 3. §. 1.* Alvar. Pelag *de Planctu Eccleſ. lib. 1. cap. 52. pag. 44. col. 2.* & melius *cap. 59. pag. 60. col. 3.* ubi plura ſacræ paginæ teſtimonia cummulat, Enriquez *de Rom. Pontif.* Claue, *lib. 2. cap. 2. §. 2. verſ. Deinde extra Sacrament.* Stephan. Aufrer *in Repetit. Clem. 1. de Off. Ordin. quæſt. 1. num. 34. verſ. 1. & quæſt. 3. num. 50. verſ. 2.* & cum Suar. Covarr. Lel. Zech. Arag. & Seſſe, Larrea *deciſ. Granaten. 1. nu. 1.* Valençuela Velazquez *in Monitor. Paul. V. contra Venetos, p. 4. num. 104. cum multis ſeqq. & p. 5. num. 225.* D. D. Ioann. de Solorç. *de Iur. Ind. tom. 1. lib. 2. cap. 2. num. 1. & cap. 22. num. 8.* Quibus omnibus addo hanc diuiſionem in omni æuo defendentem. Mich. Ronſel. *Hiſtor. Pontif. Iuriſdictionis lib. 7. cap. 1. per tot.* Cautè legendus, eſt enim ex eis, qui noſtræ Poteſtatis fulcra, quaſi Teredo corrodere ambit ſub prætextu Defenſionis, & veritatis quæreudæ, ut in occurſu ad Lectorem, monui, Guilielm. Okam. *in Opuſc. de Poteſt. Pontif. q. 1. cap. 3. pag. 4. colum. 2.* Parlador. *in ſexquicent. different. 9. in princip. num. 1.* Franc. Zypæum, Canonic. Antuerp. *in Tract. de Eccleſ. Iuriſd. & Poteſt. lib. 1. cap. 1. à num. 1.* Ludou. Molin. Theolog. *de Iuſt. & Iur. tom. 1. tract. 2. diſp. 21. num. 13. & 14.* & nullo ex eis relato, nec relatus ab ullo exeis DD. Franc. Salgad de Somoça *de Reg. Protect. p. 1. cap. 1. prælud. 1. num. 52. & 53.* Quibus omnibus addo Clement. Roman. *lib. 2. Conſtit. Apoſt. cap. 34.* Origenes *lib. 8. contra Celſum in fine.* Dionyſ. Oſium Cordubenſ. Epiſcop. Hilar. Nazianz. Theodoret. Ambroſium, Chryſoſth. & Epiphanium, nouiſsimè adductos à Guillerm. Beyer. *in tract. de Eccleſ. Hierarch. q. 12. cap. 2. per totum.* pluresque alios, & propè innumeros addit, *cap. 3. & 4.* quem videbis, obvius enim, & recentiſsimus eſt.

8 Quam differentiam apud Æthnicos quoq; expreſſam fuiſſe patet ex *l. Hæreditas, ff. de petit. Hæredit.* ibi: *Principali, vel Pontificali, &c. l. Non diſtinguemus, §. Sacerdotio, ff. de Recep. Arbitr. l. pen. de vacat. & excuſat. muner. & notat* Petr. Rebuff. *in Rub. de Protect. Concord.* & tamen Sacerdotium non ſuberat Temporali Poteſtati, ut latè probabo *tract. 3.* ergo diſtinctæ fuere, & diuerſæ apud eos ambæ iſtæ Poteſtates.

QVÆS-

## QVÆSTIO II.

### Qualiter hæ differant Potestates, & Iurisdictiones?

1 MOdum, quo Potestates istæ, & Iurisdictiones differant assignare curabo, ut quam plurimæ ex eius adsignatione illationes deducantur, quæ aliàs in extricabiles penè reddũtur.

2 Hanc difficultatem resoluit Thom. Boz. *de Iur. Natural. & Diuino Eccles. libert. & Potest. lib. 1. cap 6. vers. At distinctæ*; ubi admissâ hac inter vtramque Potestatem, differentia, his eam explicat verbis: *Differunt itaque, ac distinguuntur, ut continens à contento, independens à dependenti; Dux exercitus à Tribuno, Centurione, Equite, Pedite; est namque horum concatenatio, sicut Clem. Alexandr. strom. 6. & Ambros. supra allatus, aiunt, &c.*

3 Moxque objectionem adhibet, quod etiam si Principatus Respub. vè non assequantur suum finem, non tamen ideò ab Ecclesiastica Potestate, pendere, eique essentialiter subordinari (ut Temo Naui, frœnũ equo, Nauis nautæ) dicendum est; horum namque nullus est vsus, nisi fini suo seruiant, sed Sæcularis Potestatis est aliquis vsus bonus, etiam si non seruiat Ecclesiasticæ Potestati. Ergò, &c.

4 Cui optimè Respondet dicens: Quod essentialiter ab alio aliquid pendere dicitur, quum finem, propter quem maximè est factũ, vel suæ naturæ finem alias non adsequitur, ut patet ex *5. Metaph. text. 39. & 3. Physicor. text. 64.* Sic nulla est Nauis Potestas, quæ non potest ad Portum appellere. Secundò autem respondet, & rectè, non admittendam esse paritatem à Naui, Temone, & equo, licet enim non seruiant fini ad quem regulariter deputantur: absque magna deprauatione alijs deseruiunt, ut exemplificat ipse, quod in Potestate Sæculari accidere nequit absque graui ipsius Reip. dispendio. Tertiò dicit: non sufficere Remp. esse perfectam in genere suo, ut fini correspondeat essentialiter, sed necessarium esse omnes virtutes simul iunctas habere, quas à Potestate Ecclesiastica accipere, perspicuũ est. Quartò denique ait: Nullum posse Sæcularem Potestatem finem habere, quem ab Ecclesiastica non participet; nam finis externorũ debet esse conveniens fini Corporum: finis autem Corporum adaptari debet fini Animæ, tùm naturali, tùm supernaturali; at hoc sola Ecclesiastica tribuit Potestas, ut ipse latè probat. Ab ipsa igitur pendet Temporalis Potestas. Et his rectè explicata quæstio maneret, Nos verò eam ulterius indagãdo.

5 Difficultatem præcipuè ponimus inquirendo, an scilicèt ità differant Ecclesiastica, & Sæcularis Potestas, ut sibi inuicem, seu,

seu, ut separata repugnent principia? Quæ quidem haud modica est; pro affirmatiua namque sententia militant XX. Fundamenta cõgesta ab Steph. Aufrer. *in Repetit. Clem. 1. de Offic. Ordin. quæst. 1. à num. 32. ad. 40.*

6 Relictis ergò argutijs, solidamque Veritatem amantes affirmandum absolutè cẽsemus: Potestatem Secularem, & Ecclesiasticam, licèt re vera distinctas, & separatas esse fateamur, non tamẽ ideò sequitur contrariari, & incompatibiles esse, quia unum contrarium non ordinatur ad aliud; Potestas verò Spiritualis ad Temporalem ordinatur, & ècontra, & dependet ab ea sicut Claritas Lunæ à claritate Solis, ut deducitur ex Text. *in cap. Solit. de Maior. & Obed.* Vna Potestas aliam confortat, ut rectè Chochier. *dict. par. 2. cap. 4. num. 5.* undè optimè Ecclesiasticam Potestatem non distingui à Ciuili, sicut una species ab alia, sed sicut pars à toto, præmonet Alvar. Pelag. *de Planctu Eccles. lib. 1 cap. 40. pag. 15. col. 4.* cuius assertio perspicuior redditur corporis humani desumtà similitudine; in eo etenim Anima, & Corpus realiter distinguuntur; at non opponuntur, sed se mutuò coadjuuantes Compositum efficiunt perfectum, carne suos retinente sensus, spiritu autem suas conseruante potentias, quæ licèt ità realiter distincta in uno reperiantur corpore, ut caro suos diuersos habeat actus, & Anima suas distinctas operationes, ratione finium; Anima enim habet finem bonum spirituale, corpus verò temporalem vitam. Salust. *de Bello Catilinar. in princip.* & dicemus infra *Quæst. proximè sequuti.* Dum vna alterius fini non opponitur ad alia coadunantur. D. Bellarmin. *de Rom. Pont. lib. 5. cap. 6.* cui addo S. Thom. 2. 2. *q. 17. & q. 60. art. 6.* quẽ allegat Chochier. *dict. cap. 3. num. 1.* sub his verbis: *Potestas Sæcularis subditur Spirituali, sicut Corpus Animæ, & ideò non est usurpatum Iudicium si Spiritualis Prælatus se intromittat de Ciuilibus, & Temporalibus iudicare.* Addenduſque Hugo de S. Victore *lib. 2. de Sacram. p. 2. cap. 4. p. 3. suor. Oper.* ibi: *Quanti autem Vita Spiritualis dignior est, quàm Terrena, & Spiritus, quàm Corpus, tantò Spiritualis Potestas Terrenam, siue Sæcularem Potestatem Honore; ac Dignitate præcedit. Nam Spiritualis Potestas Terrenam, siue Sæcularem Potestatem Honore, ac Dignitate præcedit.* Nazianz. *Orat. 1. num. 9.* docet Sacros Ministros se habere respectu aliorum Christianorum, velut Anima ad Corpus, aut mens ad Animam, concinitque Valentiniani Senioris Oratio gratulatoria ad Deum ob electionẽ Ambrosij in Episcop. Mediolanensem relata à Theodoreto *lib. 4. Histor. cap. 6. Gratia Tibi sit, Domine Omnipotens, & Seruator Noster, quod, quum ipse Corpora huic Viro commisissem, Tu etiam Animas ei commendasti.* Chrysost. *lib. 3. de Sacerd. cap. 5. Habent quidem Principes Terrestres vinculi Potestatem, verùm Corporum solùm: id autem quod dico Sacerdotum Vinculum ipsam etiam Animam contingit,*

atque

*atque ad Cælos usquè pervadit, adeò ut quæcumque infernè Sacerdotes confecerint; illa eadem Deus supernè rata habeat, ac Seruorum Sententiam Dominus confirmet, &c.* Elegantissimè (ut adsolet) Isidor. Pelusiot. *lib.3. Epist.249.* ubi sic scribit: *Ex Sacerdotio, & Regno rerum administratio conflata est, quamuis per magna utriusque differentia sit illud enim, veluti Anima est: hæc velut Corpus, ad unum tamen, & eũdem finem tendunt, &c.* Estque annectendus Alexand. de Ales *in sum.3.p.q.48.mem. 1.art.3.§.2.* & alij adducti à Bozio *de Libert, & Potest. Eccles. Iur. lib.1. cap.13.pag.63. & 64.*

7 Respublica Christiana unum est Corpus Mysticum, cuius ipse Christus Caput existit, qui, ut istius Corporis incolumitati, conseruationique consuleret, ambas (ut nuper diximus) instituit Potestates, & Iurisdictiones, quæ principaliora quum sint istius Corporis membra, & partes, diuersum, sed non oppositum vsum habent, ut docuit Apost. 1. *ad Corinth.12.11. sicut enim* (scribens) *in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eumdem actum habent; ità multi unum corpus sumus in Christo: Singuli autem alterius membra.* Quod idem repetijt ad *Rom.12.6. ad Eph.4.* & pluribus alijs in locis Sacræ Paginæ adductis in hãc comprobationem à Mar. Cutello Siculo *in Tract. de prisc. & recent. Eccles. libert. lib.2. q.4. à nu.37. ad 40.* cui addo Mich. Maucler. D Sorbonicum *de Eccles. Monarchia tom.2.p.4.lib.1.cap. 11. mox à princip.* dicentem: *Ecclesiam Dei Sacro Christi D. satam, generatamque sanguine, quæ nihil est aliud, quam Congregatio, Cœtusque Fidelium confessione Religionis, Fideique Catholicæ, & Sanctorum communione Sacramentorum sub uno Monarchico Pastore Christi D. Vicario Sociatorum, Corpus esse unum cum B. Augustino (in Breuiusculo coll.3.) Veritate Christi vna, fideique certitudine defendimus, proinde anima, corporeque constare. Pro Anima Spiritualem Monarchiam sumimus, pro Corpore Secularem, &c.* quod ipse latè per totum prosequitur Caput.

8 Respublica ergò Christiana Corpus Christi est, & dignè, ut hanc fruatur appellatione debet vnitatem seruare, ut hortabatur Apost. *ad Ephes.4.* scribens: *solliciti seruare unitatem Spiritus in vinculo pacis, sicut vocati estis in una spe vocationis vestræ: Vnum Corpus, & unus Spiritus, &c.* Vndè dicebat S. Aug. *Tract.27. in Ioann. Vt autem simus membra Christi; Vnitas nos compaginat.* Ergò ea difficient Vnitate propter principaliorem eius membrorum oppositionem, & discordiam, omninò corruet. Math.12. Luc.12. Can. *Si ea 25.q.2.* Mar Cutell. *dict.q.4. num.43. vers. Quisquis ergò,* ubi docet: Vnitatem istam perturbantes Corpus Christi scindere Mysticum. Maucler. *dict.cap.11.p.3.col.1473. mox à principio,* ibi: *Sed, ut Christus Saluator Mundi. Lumen de Lumine, Deus Verus de Deo Verò Princeps est pacis salutiferæ, vtramque Monarchiam in Charitate non ficta colligantis, vnientisque concordia fœlici: Sic contra Diabolus omnis pestiferi Dissidij*

*fidÿ Sator,& Propagator,hoc diſcordiarum incendio vtramque Monarchiam conſumere,& in cineres redigere nũquam conari deſiſtit, Miniſtroſque ſuæ abonationis execrabiles, hoc vertiginis turbulentæ Spiritu, tam violenter agitauit, ut ambas inter ſe amore mutuo ſociatas vtriuſque Fori Monarchias, pacificè viuere nullo vnquam Tempore (quia ipſo diuiſi ſunt) ferre, patique potuerint,& c.* Allegatoque in comprobationem Hier.*lib.1.in Proverb.cap.1.* ſubdit: *Hos ad ſe Diabolus euocat,ut perdat,& per eos vtramque Monarchiam, eius Subditos Chriſti D.& Eccleſiæ Legibus voluntariè parentes euertere contendit, ut hanc, Regnum ſuum, everſione,conſeruet,& c.* Ex quibus ſic firmatis principijs.

9 I. Infertur læthaliter quidem peccare hanc vnitatem perturbantes, vniuſque Poteſtas Magiſtratus alteram Poteſtatẽ ſuam Iuriſdictione priuantes Nauarr. *Conſ.1. de Hæret. num.1.& 5.& in Manual. Latin. cap.25. num.13.* Azeved.*in l.13.tit.13.num.6.lib.8.* Quibus addo S.Thom. 2.2. *q.6. art.6.* & cum eis Gabri.Pareja *de Vniuerſ. Inſtrum. edit. tom.1. tit.2. reſol.6.ſpec.4.num.33.*

10 II. Deducitur, quod tàm Eccleſiaſtica,quam Sæcularis Poteſtas debet ſe intra terminos Iuriſdictioni ſuæ à Iure præfixos continere, nullamque alterius,ne quidem minimam vſurpare partem.*Can. Perlectum.1.diſt.nè vna aliam confundat.Can.Pervenit.11. q.1. Can. Cauſam quæ Qui Filÿ ſint legitimi,* ibi: *Nos attendentes quod ad Regem pertinet,non ad Eccleſiam dotalibus poſſeſsionibus iudicare, ne videamur Iuri Regis Anglorum detrahere,& c. Cap. Nouit. de Iudic.* illic. *Nec Nos Regis Illuſtris Francorum Iuriſdictionem turbamus,& c.* Can. *Cum ad verùm, 96. diſtinct.* ibi: *Vltra ſibi, nec Imperator Iura Pontificatus arripuit, nec Pontifex nomen Imperatorium vſurpauit,& c. Can.3.25.quæſt.1.* ibi: *Sed manẽtibus terminis,quos conſtituerunt Patres, Nemò injuſtè uſurpet aliũ,Can.Quod quidem 1.q.1.* Nec deſunt Imperi alia Iura id ipſum ſuadentia,*l. Nemò,vbi Gloſſ.verbo, Auxilium,C.de Iuriſdict.Authent.de Defenſor.Ciuit. §.Nulla,* ibi: *Nec perturbet, aut impediat, l. Conſulta Diualia, C.de Teſtament.* & latè proſequuntur Andr. Barbat. *in cap.1. num.60.& ſeqq.de Conſtit.* Abb.*in cap.Mandatum, nu.2.de Reſcript.* S. Bernard. *lib.1.de Conſid.ad Eugenium Papam III.* ibi: *Quid Fines aliorum invaditis? Quid falcem veſtram in alienam meſſem extenditis?* Martin. Laur.*in Tract.de Princip.q.1.& quæſt.436.* Abundè Oldrad.*conſ.83.num.1.& ſeqq.* Alex.*conſ.11. col.1.volum.6.* Lancelot. Conrad. *in Templ. Iud.& Advocat.lib.1.cap.1.de Imperat. §.3.verſ. Secundò,& §.4.verſ.25. num.6.& 7.& verſ.26. num.2.* D. D. Franciſc. Paniagua *in dict. allegat. Cauſ. Cæſarauguſt. fol.10. pag.1.num.2.& 3.* Eſtque præomnibus elegans Gregor. II. Summi Pont. Epiſtol. adverſus Leonem Iſauric. qui,& Imagines Sacras confregerat,& ſe Imperatorem, & Pontificem eſſe ſcripſerat,quorum occaſione Sanctiſs.ille Papa fuſè vtriuſque Regiminis diuerſita-

sitatem adstruit, & necessitatem intra proprios terminos se continendi ostendit. *Epist. 2. ad ipsum*, quæ Græca, & Latina habetur, ante editionem VII. Synodi, notissimèque eius verba refert Guillerm. Beyer *de Eccles. Hierarch. q. 12. cap. 7.* ibi: *Et ecce Tibi Palatij, & Ecclesiarum scribo discrimen Imperatorũ, & Pontificum: agnosce illud, & saluare, nec contentiosus esto, &c.*

11 III. Illationis loco erit Resolutio celebris illius Quæstionis. An Ecclesiastica, & Sæcularis Potestas Suprema ex natura rei in tantum ex opposito distinguantur, ut non possint formaliter in eumdem Hominem cadere? Quæ quia longiorem exigit disputationem sub diuersa Quæst. eam proponere decreuimus.

## QVÆSTIO III.

### An Ecclesiastica, & Sæcularis Potestas in Eodem possint concurrere Subjecto.

1 QVVM plurima sint pro vtraque istius Quæstionis parte, negante videlicet, & affirmante, fundamenta (prout, ni Tractatus angustia impediremur, aperte demonstraremus.) Miror hanc obiter, & incunctanter potius supponendo, quàm probando, affirmatiuè decidisse nullo adducto fundamento Martin. Laudens. *de Princip. q. 333.* & ab eo Lancelot. Conrad. *in Templo Iud. & Aduocat. lib. 1. cap. 1. §. 3. de obligat. Imperator. tit. Iura Papæ non vsurpare, num. 3.*

2 Tres in hac Quæstione reperiri Opiniones Comperio quarum fert. I. Potestatem, Spiritualem, & Laicalem Supremas ex natura rei in tantũm ex opposito distingui, vt non possint formaliter simul cadere in eũdem hominem, quam quinque rationibus probat Guillelmus OKam. *in illis Problematicis quæstionibus super Dig-*

*nit. ac Potest. Papali* (vbi Personam Viviam se in Præfatione profitetur) *q. 1. cap. 1. pag. 1. col. 2.* II. Autem Opinio est, quod de facto Potestas vtraque Suprema in eumdẽ cadunt, & cadere possunt hominem, scilicèt Romanum Pontificem; Non quod idem homo sit Summus Pontifex, Papa videlicet, & Laicus, sed quod ipse Papa fungitur Potestate Suprema Spirituali, & Potestate, & Majori respectu Sæcularium rerum, & Personarum, quanta Imperator, vel quicumque alius Princeps Laicus habet, vel habere potest, respectu eorumdem, quam nouem probat idem Guillelm. rationibus *dict. q. 1. cap. 2. fol. 1. pag. 2. & 3.* III. denique est media inter vtramque, docensque, quod licet de facto Potestas vtraque Suprema in eumdẽ non cadat hominem, nec cadere simul possit primario, & directè, non tamen taliter ex natura rei distin-

distinguntur vna ab alia vt nõ possint ambæ in eumdem cadere hominem, scilicèt Summum Pontificem. Idem Guillelm. *dict. q. 1. cap. 3. & 4.* vbi rationes adducit. His relatis nostram depromamus sententiam, quam tribus sic exponendam esse censuimus cõclusionibus. Earumque sit.

3 I. Conclusio: *Nulla repugnantia est quin hæ duæ possint, in eadẽ Persona concurrere Potestates.* Quam expræsse docet Iacobus de Almain. *in Opusculo de Potestate Eccle. cap. 6. propos. 3. fol. 8. pag. 1. col. 2.* Guillelm. OKam. *dict. cap. 3. toto.* Eamq; I. probamus. Ad habendam Iurisdictionẽ in Tẽporalibus Supremam, satis est habere prudentiam de rebus ipsis, per quam judicandum est in illis: Sed Prudentia hæc absque repugnantia inueniri potest in eo subjecto, qui eamdem in Spiritualibus rebus habere debet ergo &c. II Quia in Moyse vtraque resedit Potestas, & in Machabæis, & alijs. Ergo non repugnat hæc concurrentia vtriusque Potestatis in eodem subjecto, vt latè prosequitùr Iacob. de Almain. *De Suprema Eccles. & Laic. Potest. cap. 6. vers. Tertia propositio,* comprobans ex eo quod Ducatũ habens Episcopus factus non perdit Iurisdictionem Temporalem, quam prius habeat. III. Nos prosequuti medium conclusionem ulterius probamus: Si aliquam ex natura sua hæduæ Potestates concurtendi in eodem subjecto repugnantiam haberent, semper hanc eamdem habuissent repugnantiam, numquamque in eodem concurri essent subjecto; nam quæ sibi inuicem repugnant, sibi inuicem mutuo se expellunt, ut nota Philosophorum fert, Paræmia, sed vtraq; Potestas hæc Lege Naturę, Lege Scripta, & Lege Gratię in eodem simul concurrère subjecto ergo non repugnant, ergo nulla est repugnantia, quin in eodem possint semper subjecto concurrère. Ab actu enim ad potẽtiam valide arguimur juxta Dialecticorũ cõmune proloquiũ. Cõseq. est nota: Maior irrefragabilis, Min. per partes minutatim probo. In lege Naturæ Patriarchas illos fuisse Reges, & Summos Sacertes luculenter *Tract. 3.* probabo. In Lege Scripta Moysem vtramque Potestatẽ gesisse, atque Samuelẽ, Machabæos, & alios latè probat Ioan. Chochier. *Vindiciar. Eccles. libert. 1. p. cap. 1. nu. 2.* & Nos latius prosequemur *eodem Tract. 3.* In lege Gratiæ vtraque fuit Christo D. datta Potestas, non quà Deus, sed quà homo. S. Thom. *de Reg. Princip. lib. 3. cap. 12. sub fin. & p. 3. q. 8. art. 4.* & prius *p. 1. q. 59. art. 2.* cui addendi sunt SS. Irenæ. Iustin. Athanas. Basil. Cyrillus Hierosol. Chrysostom. Ambros. Augustinus & Cyrill. Alexãd. Laudati ab Angelo Maria Verricelli *de Apostolic. Missioni, tit. 13. q. 182. Sect. 5. num. 37.* & Theologi communiter in 4. *Dist. 48. q. 1.* Host. *in cap. super his col. 4. de vot.* S. Antonin. *in Summ. p. 3. cap. 2. col. 5.* Iacob. Almayn. *de Potest. Pap. cap. 8. col. 6.* Navarr. *in cap. Nouit not. 3. num. 8. & seqq. de Iudic.* Chochier. *dict. cap. 1. num. 3.* ubi loca Sacra adducit, *& num. 4.*

obiectionibus satisfacit, Quibus omnibus addo Card. Petr. Bertrandum *in Actione habita cum Petro de Cugneris Consiliario Regio, coram Philippo, Francorum Rege, anno 1329. vers. His præmissis*, vbi eleganter probat, quod tàm in Lege Naturæ, quàm Scriptæ, & Gratiæ in aliquibus Personis vtraque concurrit Potestas adducto exemplo ipsius Dei, Noemi, Melchisedech, Moysis, Samuelis, Machabæorũ, & Christi D.N. Thom. Boz. *de Iur. Nat. & Diuin. Eccles. libert. & Potest. lib. 1. cap. fin. vers. Ex his igitur*, & Nos latiùs infra dicemus.

4 II. Conclusio: *Quemadmodum vtraque Potestas Ecclesiastica, & Sæcularis in eodem potest consistere subiecto; ità vtraque Iurisdictio compatibilis est in vna, eàdemque Persona.* I. Quia *Potestas est Facultas propinqua, ad producendum actum*, ut supra dicebam, ergò si dattur in eodem subiecto facultas hæc productiua, non poterit non existere ipsa productio, quæ est Iurisdictio ex hucusque dictis. Ergò admissà Potestate conceditur Iurisdictionis concursus in eodem subiecto. II. Nam idem Iurisdictionis vtriusque cõcursus reperitur Iure Gentium, Iureque Naturæ in primis illis Patriarchis ut *Tract. 3.* latè probabo, Lege Scripta quoque Ioseph. *lib. 14. Antiq. Iudaic. cap. 16.* ex ipsa, & Lege Gratiæ, late Petr. à Monte *de Primat. Pap. tit. de modo resistendi Papæ Ecclesiam perturbanti num. 8.* Petr. Bertrand. *de Eccles. & Sæcul. Potest. resp. num. 2.* Optimè, & eleganter Ioan. Chochier. *Vindic. Eccles. liber. dict. p. 1. cap. 4. per tot.* & Nos latiùs *dict. Tractat. 3.* dicemus. Nùnc autem vtramque Conclusionem I. Probamus: Ea, quæ secundario, accessoriè, & in consequentiã veniunt, nullam cum principali contrarietatem, aut repugnantiam habere possunt, quando quidem principalis ipsius naturam sequi tenentur, *cap. Accessorium, de Reg. Iur. in 6.* Vndè commisso principali Accessorium quoque commissum censetur, etiam in Iurisdictionalibus, *cap. de Prudentia 3. de Donat. inter Vir. & Vxor.* ibi: *Quia igitur Vos, qui de Matrimonio principaliter cognouistis, & de Dote, quæ est causæ incidens, accessoriè cognoscere valuistis*; sed Potestas Spiritualis est Principalis, & Temporalis accessoria, ergò non solum habent repugnantiam concurrendi in eodem subiecto, sed imò ex natura rei debent concurrere. Consequ. patet Minorem probo, tùm ratione; in cõfesso etenim omnibus est Temporalia Spiritualibus deservire ergò Temporalia debent Spiritualibus subiici Ergò Spiritualis Potestas, debet Temporalem regere Potestatem, ergò ambæ Potestates possunt, imò debent in eodem concurrere subiecto, primariò vna, & in cõsequentiã altera. Probãt elegãtissimè discursum verba Cassiod. *lib. 11. var. Epist. 2. ad Ioã. Pap.* vbi quũ esset Præfectus Prætorio scribit: *Nolite in Me tãtũ rejicere illius Ciuitatis curã, quæ potiùs vestra laude secura est. Vos enim Speculatores Christiano Populo præsidetis. Vos Patris nomine Vniuersos diligitis; securitas ergò Plebis ad vestrã respicit*

Fa-

*Famam, cui Diuinitus eſt commiſſa cuſtodia. Qua propter, & Nos decet cuſtodire aliqua: Vos, omnia; Paſcitis quidem, Spiritualiter commiſſam vobis Gregem, tamen nec iſta poteſtis negligere, quæ Corporis videntur neceſſaria, &c.* Ex quibus, non ſolùm contrarietas illa concluditur, ſed neceſſaria arguitur in Summo Pontifi. concurrentia. II. Probatur *ex Can. Eccleſiæ meæ* 1. 97. *diſt. § Ipſa enim, Can. Principes* 20. 23. *q.* 5. & fuſè Alvar. Pelag. *de Planct. Eccleſi. lib.* 1. *cap.* 56 *pag.* 63. *col.* 2. *&* 3. probans Sæcularem, propter Eccleſiaſticam fuiſſe à Chriſt. D. inſtitutam Poteſtatem, & illud, quod propter aliud creatur, aut inſtituitur eſt eius acceſſorium, ut ipſe ſubinfert, & conſequenter Eccleſiaſticam Poteſtatem Supremam eſſe Principale, cuius acceſſorium eſt Sæcularis Poteſtas, cõcludit; ſed Vniverſa Spiritualis Poteſtas reſidet immediatè in Sũmo Pontifice, ut infra latè probabo. Ergò &c.

5 II. Probatur Aſſumtum, & corroboratur diſcurſus: Cui Cura incumbit de Fine, incumbunt etiã media, quæ ad ipſum aſſequendum finem conducere poſſunt, iuxta Ariſt. *Eth.* 6. *cap. ult.* & plures alios congeſtos à Thom. Bozio *de Libert. & Poteſt. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 3. ubi; in huius antecedentis (ad hanc eamdem comprobationem adducti) plura cummulat; ſed Spiritualis Poteſtas curam habet de fine Hominis. Ergò, &c. Min. probatur, tùm ex nuperis Caſiodori verbis, tũ ulterius ſic: Quod injuſtè agitur peccatum eſt, & qui habet cognoſcere de peccato, cognoſcet de iuſto, & iniuſto, ſed illius cognitio pertinet ad Eccleſiaſticam Iuriſdictionem, & Poteſtatem. Ergò, & iſtud, ſed vtrũque, Iuſtum videlicèt, & iniuſtum in negotijs rerum Temporalium eſt, ex earum etenim laudabili vſu præmium, ſeu abuſu pœnam meremur ęternam, *cap. Expedit.* 11. *q.* 1. *§. Ex his omnibus, verſ. Idem ſuper Daniel. de Pœnit. diſt.* 1. Ergò Spiritualis Poteſtas Temporalibus moderatur, in quantum ordinantur ad finem Supernaturalem. Latiùs proſequitur Alvar. Pelag. *dict. cap.* 56. *fol.* 54. *pag.* 2. *col.* 2. & in his terminis Boz. *dict. cap.* 3. Ergò nullam continet ex Natura ſua repugnantiam, ut in eodem ſubjecto vtraque concurrat Poteſtas, Romano videlicèt Pontifice, quum potius ex Natura ſua concurrere perſpicuum ſit.

6 III. Autem ulteriùs probatur: Obid maximè concurrere in eodem ſubjecto utramque non poſſe Poteſtatem dicetur, quia vnius Adminiſtratio alterius exercitio erit impedimento, ſed hoc nullatenus procedit incõveniens, attenta poſsibilitate. Ergò nulla ex eo poteſt oriri repugnantia in eodem cõcurrendi ſubjecto. Mai. & cõſeq omnibus ſunt nota. Min. verò probo: Omnis Spiritualis Poteſtas in ordine conſiſtit, ſeu Adminiſtratione, *cap. Conquerente, de Offic. Ordinar. cap. Dilectus, vbi Gloſſ. & Doctor. eodem.* Anton. de Butr. *conſ.* 10. *incip. in nomine Patris, in princip.* Innocent. *in cap.* 1. *in princ. de Stat. Monach.* Ioan. Gerſon. *de*

*Eccleſi. & Polit. Poteſt. conſider. 1. mox à princip.* Sed neutri ex eis, ex natura rei, Sæcularis opponitur Iuriſdictio, & Suprema Poteſtas. Ergò concurrere in eodem poſſunt ſubjecto. Conſeq. tenet. Min. quoad vtrãque partem probo.

7 Ordinis Poteſtati non repugnare multipliciter quidẽ probare poteram, ſed nè nimis divagemur hoc vnico, efficaciſsimoq; (ni fallor) probamus medio. Nullam maiorem habet repugnantiã ordini Poteſtas Suprema Sæcularis, quàm Infima, ſeu Media, ſed hac ex natura rei de iure, & de facto nullam inſe cõtinet repugnantiam ad ordinem. Ergò nec Suprema dicet hanc repugnantiam. Mai. & conſeq. ſunt notæ, quum nulla ſit diſparitatis ratio, pro eiſque militet Vulgaris Regùla: *Magis, aut minus non mutant qualitatem.* Min. probat fuſiſsimè Eminentiſs. Cardin. Bertrand. *in Reſp. ad Petr. de Cugneris in Actione relata coram Philippo Francorum Rege habita, verſ. Secundò etiam, & verſ. Sed probo hoc, & ſeqq.* & probatur vlterius ex Text. *in cap. Romana, §. Debet, de Appell. in 6. l. 8. tit. 3. lib. 1. Recop.* Maſtrill. *de Magiſtrat. lib. 1. cap. 2. à num. 19. & lib. 3. cap. 8. num. 27.* Bovadill. *in Polit. lib. 2. cap. 17. num. 195. & 196. & cap. 18. num. 64.* Surd. *conſ. 275.* D. Franc. de Ponte *deciſ. 2. nu. 20.* Fulvius Conſtat. *in l. 1. C. de Filijs Official. lib. 12. à num. 10.* D. Franc. Merlin. *Controu. Forenſ. Cent. 1. cap. 3. à num. 40.* Paz *de Tenuta, cap. 63. num. 3.* D. Fœlician. de la Vega *in cap. Clerici, de Iudic. num. 38.* cum alijs congeſtis à D. D. Ioan de Solorç. *de Indiar. Gubern. lib. 3. cap. 25. à num. 32.* cui addo Mar. Cutel. *ad LL. Martin. cap. 4. nu. 33.* Fontanel. *deciſ. 341. à num. 1.* Qui Iuriſdictionem Temporalem Epiſcopis cõpetere poſſe, ſupponunt, formamque ad appellatorium juvamen præſcribunt.

8 Nec ſolutionem enervandam eſſe cenſemus, ſi ex adverſo inſtetur, hanc permiſsionem eſſe de Iure Poſitivo Humano, ſæcus tamen procedere de Iure Divino, iuxta cuius præſcriptum Eccleſiaſticis prohibetur Sæcularium rerum Cura, & Adminiſtratio, ut mox probabo. Reſpondetur enim eamdem met Poteſtatis Sæcularis capacitatem Epiſcopis Iure Divino cõpetere, ut liquet ex Apoſt. 1. *Ad Chorinth. 6. 2. 3: Ad neſcitis, quoniam Sancti de hoc Mundo judicabunt, Et ſi in vobis judicabitur Mundus, indigni eſtis, quod in minimis iudicetis? Neſcitis, quoniam Angelos iudicabimus, quantò magis Sæcularia?* Concludenter quidem probans Apoſtolis Sæcularem competiiſſe Poteſtatem, cui enim maiora ſubſunt, minora eis ſubdita neceſſe eſt, ut ipſe Apoſtolus arguit, maiora ſupponendo ibi *Neſcitis, &c.* Angelorum videlicet Naturam adeò ſublimiorem Humanà iudicandi Poteſtatem Apoſtolis competere aſſerendo, & mox *Quanto magis.* ſubdendo, ut ſignificaret, quod, quum inferioris ſint qualitatis Sæcularia, rectius ſibi competituram in ea Poteſtatem. Ditio etenim *Quantò*

qua-

qualitatem propriè ſignificat *l. Quantæ ff. de Publican.* & ex Tiraquell Matienz. & Valençuel. Barboſ. *Dict.* 309. *num. vnic.* Illaque Dictio *Magis* ei ſuperaddita, quũ ſit comparatiua *l. Magis puto, ff. de Reb. eor. qui ſub Tut.* Gloſſ. *in l. Si conſtante, §. Quoties, ff. Sol. Matr.* & ponatur inter duo compatibilia, quæ cadunt in eodem ſubjecto, ex Apoſt. aſſertione, differentiam inter vtramque rem denotant, & ex conceſsione ſuperioris, inferiorem habere efficaciter arguere, perſpicuum eſt, per ea, quæ tradit Iaſ. *in l. Iubere, ff. de Iuriſdict. num.* 15. Zened. *Sing.* 6. *num.* 1. *&* 2. & ex eo Barboſ. *Dict.* 193. *num.* 7. Quaſi diceret Apoſtolus: *Non debet, cui plus licet, quod minus eſt non licere.* Ioann. Chochier. *Vindiciar. Eccleſ. libert. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 1. *in fine*, vbi relato hoc Apoſt. loco, ſubdit: *Argumentatur à Iudiciaria Poteſtate rerum Superiorum ad amplificandam Poteſtatem circa res minores, videlicet Sæculares.* Bozius *lib. de Temp. Eccleſ. Monarch. & deſig. Eccleſ. Dei, &c.* paſsim.

9 Corroboratur fundamentum: Poteſtas Ordinis, & actus Poteſtatis Laicalis, etiam Supremæ, non habent repugnantiam, quantum ex parte rei, quin poſſint cadere in eumdem hominem. Ergò compatibilis eſt vtraque in eodem ſubjecto. Conſ. liquet. Anteced. probatur. Si aliquis Supremæ Poteſtatis Laicalis actus Poteſtati Supremæ Ordinis repugnare poſſet ex natura rei, eſſ. tiudicare de criminibus Sæcularibus. At hic non repugnat actus ex natura rei, nec de Iure, aut de facto. Ergo nullus. Maior probatur. Math. 26. 25. 1. vbi Chriſtus D. præcepit Petro gladium ſuum in vaginam conuertere, quo facta ſanguinis iudiciũ prohibere rectè argui poſſe apparet: at hoc non obſtat, quia Chriſtus non dixit Petro, quod expelleret à ſe talẽ gladium, ſed in vaginam penes ſe reponeret ſeruandum, ut denotaret radicaliter in Petro Poteſtatem Laicalem in illo Gladio deſignatam reſidere, ipſius Petri, & Succeſſorum Nutu à Sæcularibus, tamquam ipſorũ Miniſtris exercendam, ut adnotauit Card. Bertrand. *Contra Petr. de Cugneris dict. verſ. Secundò etiam probo.* Vndè ad diſcurſum redeundo, Conſeq. patet. Min. probo. Poteſtas puniendi Crimina ad Merum pertinet Imperium (*ut infra alio dicetur Fundam.*) ſed hoc, & Ius Gladij ex Diuina inſtitutione competijt Supremo Eccleſiæ Capiti, & reliquis Apoſtolis, qui illud exercuerunt, ut probatur *ex Actor. 5.* vbi Sanctiſs. Petrus morte ſubitanea, & improviſa damnavit Annaniã, & Saphiram eius Vxorem, & 13. 8. Gentiũ Apoſtolus Magum Dæmonibus ſervientem ſubita cœcitate mulctavit, aliſque ex locis conſtat congeſtis à Michaël Maucler. *de Eccleſ. Monarch. tom.* 1. *p.* 2. *lib.* 8. *cap.* 8. *litter. C.* Boet. Epo. *de Iuriſdict. Eccleſi. temp. q.* 4. *num.* 6. Navarr. *in cap. Nouit not.* 3. *nu.* 97. *de Iudic.* Card. Bertrand. *in Tract. de Iuriſdict. Eccleſi. & Sæcul. in princip. num.* 34. Ioan. Chochier. *Vindiciar. Eccleſi. Libertat. p.* 1. *cap.* 3 *num.* 6.

Ad-

10 Addendaque sunt præ omnibus Ioann. XXII. verba de Fidei Definientis hanc probationem contra Marsil. de Padua, & Ioan. de Ianduno apud Guillelm. Beyer *de Eccles. Hierarch. quæst. 13. cap 1. pag. 578.* vbi hæc eadem verba Papæ adducit: *Prætereà B. Petrus post Ascensionem Domini in Personam Annaniæ, & Saphiræ Vxoris suæ, sine Imperiali Concessione aliquà, hàc vsus est Potestate, in quos, quia de pretio agri Ecclesiam fraudauerant mortis sententiam promulgauit, quæ quidem sententia non processit de Conjugum voluntate. Item B. Paulus Elimam Magum, Sergium Paulum à fide quærentem abducere ad tempus luce priuauit. Fornicatorem quoque Corinthium in Carnis interitum tradidit Sathanæ. Item ad Corinth. scribens Idem Apost. dixit: Quid vultis in Virga ad vos veniam? In Charitate, & Spiritu Mansuetudinis? In quo satis coactiuam Potestatem suppossuit se habere. Item scribens eisdem alibi, dixit: Arma (inquit) Militiæ nostræ non carnalia pro Deo, idest, à Deo concessa ad destructionem munitionum Consilia destruens, & omnem multitudinem extollentem se adversus Scientiam Dei, ut sequitur, in promptu habentes ulcisci omne malum. Ex quibus patet Paulum non ab Imperatore, sed à Deo habuisse Potestatem istam coactiuam, &c.* Huncque articulum, & alios à Ioan. damnatos, velut Sacræ Scripturæ, & Fidei Catholicæ contrarios, à Facultate Parisiensi, ut tales rejectos esse, admissamque omninò publicè damnationem illam, Anno 1330. testatur Beyer *ibidem.*

11 Et nè aliquibus pateat in cursibus corrobatio hæc idem Ius absolutè competere Petri Legitimis Successoribus patet ex Text. *in Can. Quæcumque 11. q. 1.* Durand. *de Iurisd. Eccles. col. 18.* Turrecre. *in cap. cum ad verum 96. dist.* Navarr. *in cap. Nouit. de Iudic. not. 6.* vbi pœna mortis infligitur occidentibus Cardinales, & ex Cōst. Santiss. Pij V. *incip. Quum nil magis. Datta Romæ apud S. Petrum, viij. Kalend. Nouembris. 1570. Pontificatus sui Anno 5. quæ in Bullar. nouiss. Angeli Cherub. extat. tom. 2. Constit. 111.* Qua pœna mortis statuitur in Monetarios Sæculares, quam in Ecclesiasticos quoque ampliauit Vrban. VIII. *sua Constit. in Suprema Pastoi ali 75. Datt. Romæ Idib. Nouembris 1627. Pontif. sui Anno 4. Quæ est in dict. Bull. tom. 4.* Et ex his, quæ copiosè congerit Bordon. *in Sacr. Tribun. tom. 1. cap. 2. quæst. 39.* Ergò, &c.

12 Ex dictis facile evincitur Potestatem Laicalem Administrationi Potestatis Ecclesiasticæ Supremę non repugnare, nàm minùs distat illa ab Administratione, quàm ab ordine, ut patet ex vtriusque objecto; nam Potestas ordinis versatur circa consecrationem, ligandi, atque solvendi Potestatem, Ioan. Gerson. *de Potest. Eccles. consid. 2. & 3. per totam*, quæ quidem perfectissima sunt, & purè Spiritualia; Administratio verò consistit in delictorum punitione, & Præbendarum, aliarumque gratiarum collatione, vt etiam docet Gerson. *eod. Tract. consider. 4. mox à princip.* Sed quod

per-

perfectiori non obstat objecto, imperfectiori repugnare, ex natura rei, nequit, ergò quum Potestas Sæcularis non repugnet Potestati Supremæ Ordinis, nequit repugnare Potestati Administrationis. Ergò neutri repugnat.

13 III. Autem efficaciter quoque hanc ex natura rei irrepugnantiam probamus Ecclesiastica nostra Suprema Potestas in locum Potestatis Supremæ legis veteris subrogata est, sed in illa lege vtraque Potestas Suprema non semel in eodem concurrit subjecto. Ergò etiam in nostra lege possunt in vno, eodemque subjecto ambæ concurrere Potestates. Maior ex dicendis *Tract. 3.* latè patebit. Consequentia sequitur. Min. probo ex *Text. in Can. Cleros. §. Pontifex. 21. distinc.* Euseb. *lib. 1. Histor. Ecclesiast. cap. 5.* Theodoret. *lib. 2. eiusd. Historiæ cap. 30.* & apertè probatur ex illo Ierem. 1. 10. *&* 18. 7. *Ecce constitui Te super Reges, & Regna, ut evellas, & destruas, & dispersas, & dissipes, & ædifices, & plantes, &c.* Quo ad probandam Supremam Sibi competentem Potestatem (etiam in Supremos Principes Laicos) vsus est Maximus ille Pontifex Innocenc. III. in celebri Textu *in cap. Solitæ, aliàs Solitæ de Maior. & Obed. vers. Potuisses autem*, in illis verbis. *Non minoris quidem, sed longè maioris auctoritatis est ad credendum æternum Christi Pontificum in fundatissima Petri Sede sub gratia reuelatum, quàm inueteratum illud, quod antiquis Legibus Temporaliter seruiebat, & tamen dictum est ab eo illius temporis Pontificatu fungenti. Ecce constitui Te super Reges, &c.* Quæ licet in Vulgatis Codicibus non reperiantur verba, relata reperimus à Guillelm. OKam. *dict. q. 1. cap. 2. in Confirm. 2. ration. pag. 2. col. 2.* Alex. Alens. *in Summ. p. 3. q. 40. memb. 2.* ibi: *In ordine Potestatum Sæcularium, nullus est maior Rege, vel Imperatore; quemadmodum in ordine Potestatum Spiritualium, nullus est est maior Papâ: Tamen collatione facta Potestatis Spiritualis ad Sæcularem, sicut Spiritus supra Corpus. Vnde Hierem. dicitur: Ecce constitui Te super Reges, & Regna, &c.* Cardin. Bertrand. *de Iurisdict. Eccles. Polit. contra Petr. de Cugneris, vers. His præmissis*, vbi latè Minorem istam probat.

14 III. Conclusio De facto ex Divina Voluntate ambę actu non concurrunt in eodem subjecto Supremæ Potestates, ut commodius Divinis tantum, & Spitualibus directè, & primario Ecclesiastica moderetur, & ea tamquam præcipuum habeat objectum formale Potestas hæc, indirecte tamen, & quoties opus fuerit ad finem Supernaturalem habitualiter vtraque relidet Potestas in eodem subjecto. Conclusio hæc propiorem habet Sedem *Tract. 3.* quo lecturos remittimus, ne tamen hinc omninò iejuni discedant, breuem hanc eis sub ministramus probationem: Christus Dominus ex hypostasi illa, qua in se Diuinitatem simul, & Humanitatem coniunxit, vtramque actu, & habitu

bitu Supremam habuit Potestatem: de Sæculari constat Ioann. 2. Math. 21. *cap. Ejiciens* 1. *q.* 1. *cap. Saluator* 2. *q.* 7. *cap. Accusatio.* 16. *q.* 7. De Sacerdotali, quãdo Se ipsum obtulit hostiam Discipulis suis Math. 26. Marc. 13. & dum in Ara Crucis Deum Patrem exorauit Luc. 23. Archidiacon. *in cap. Cum ad verum* 96. *dist.* Cum alijs infra referendis, & copiosè relatis à Card. Bertrand. *in dict. Tract. de Iurisd. Eccles. & Polit. vers. Secundo etiam probo.* Vbi Humanitati Christi vtramque hanc competijsse Potestatem latè probat, cui addo Thom. Bozio *de Iur. Nat. & Diuin. Eccles. Libert. & Potest. lib.* 2. *cap.* 9. *pag. mihi* 139. vbi ex illo Matthæ. 28. *Data est mihi Omnis Potestas*, infert. *Ergò Regia, & Sacerdotalis, directa, & indirecta, vt Homini datta.* quod luculenter ipse probat; Propter eius summam, eximiamque Humilitatem, Prudentiam, Iustitiam, & Æquitatem quã præomnibus Filijs Hominum dilexit (ut latiùs dicam *hac eadem Quæst.*) noluit hanc Tẽ Temporalem Potestatem violenter ab Æthnicis tùnc illam habentibus eripere, nec Regnum Temporalem ab Hominibus, vel per Homines accipere, quũ ipse Rex esset per Se, & ideò dicens: *Regnum meum non est de hoc Mundo*, non negavit Se Regem esse, sed Dignitatem Regiam electione, aut Successione acquisiviisse Humana, sed Iure Patris Æterni Hæreditario accepisse, Thom. Boz. *eodem Tract. lib.* 1. *cap.* 10. *pag.* 50. ibi: *Non est de hoc Mundo, quod omnia Mundana perducat ad Deum Patrem: non est de hoc Mundo, quia à Patre accepit illud. Non à Mundo, &c.* Vndè ponderandum est dixisse: Regnũ suum de hoc Mũdo (idest ab hoc Mundo) dattum non esse; non tamen renuit esse in hoc Mundo, Dominic. Soto *de Iust. & Iur. lib.* 10. *q.* 4. *art.* 5. & prosequitur accuratissimè Gabr. Vazq. *in* 3. *p. S. Thom. disp.* 62. *cap.* 7. Renuit quoque accipere Potestatem ab Hominibus, ut Nobis exẽplum præberet fugiendi Honores, & non ambiendi Dignitates, contemplatione Temporalis Cõmodi, Chochier. *Vindiciar. Eccles. Libert. p.* 1 *cap.* 1. *num.* 5. Vtramque ergò Potestatem Communicauit Christus S. Petro, & Successoribus, ut dissertissimis verbis probat S. Thom. *in* 2. *dist.* 44. *q.* 2. *art.* 3. *in expos. Text. vers. Ad quartum*, ibi: *Nisi fortè Potestati Spirituali etiam Sæcularis Potestas conjungatur, sicut in Papa, qui vtriusque Potestatis apicem tenet, scilicèt Spiritualis, & Sæcularis, hoc illo disponente, qui est Sacerdos, & Rex in æternum secundum Ordinem Melchisedech, Rex Regum, & Dominus Dominantium, &c. Et tom.* 7. *Opusc.* 20. *de Regim. Princip. lib.* 3. *cap.* 10. vbi ait: *Quod quum Christo secundum suam Humanitatem sit omnis collata Potestas, Matthæ. cap.* 16. *Dictam suam Potestatem suo communicauit Vicario, quum dixit: Ego dico Tibi, &c. Quod si dicatur ad solam referri Spiritualem Potestatem hoc esse non potest: quia Corporale, & Temporale à Spirituali perpetuo dependet, sicut Corporis Operatio ex Virtute Animæ:*

sicut

*ſicut ergò Corpus per Animam habet eſſe, Virtutem, & Operationem, ita, & Temporalis Iuriſdictio Principum per Spiritualem Petri, & Succeſſorum eius Principium.* Hucuſquè S.Thom.idipſum repetens *cap.9. & 19.* ſubdens *ideò de hac* Suprema Poteſtate accipi illud Ierem. 1. *Ecce conſtitui Te ſuper Gentes, & Regna, ut euellas, ædifices, diſsipes, & plantes*, ex quibus verbis Poteſtatem iſtam nedum ad Orthodoxos, ſed etiam ad Infideles extendi affirmat Cardin. Baron. *Anno Chriſti 57.* Roffenſ. *contra Luther. art. 25.* quos videſis, ſed eo modo, quo S. Bernard. *lib. 4. de Conſid. ad Eugen. § Sed re aliqua, verſ. In his*, ad illud Matthæ. 26. Ioan. 18. *Conuerte gladium tuum in vaginam. Tuus* (inquit Mellifluus Doctor) *& ipſe tuo forſan Nutu, & ſi non tua Manu euaginandus; alioquin, ſi nullo modo ad Te pertineret, & dicentibus Apoſtolis: Ecce duo gladij hìc, non reſpondiſſet Dominus, ſatis eſt, ſed nimis eſt: Vtérquè ergò eſt Eccleſiæ, & Spiritualis, & Materialis, ſed is quidem, pro Eccleſia; ille verò, & ab Eccleſia exercendus eſt: ille Sacerdotis, is Manu Militis; ſed tamen ad Nutum Sacerdotis & Iuſſum Imperatoris, & de hoc alias: nùnc verò arripe illum, qui Tibi ad feriendum creditus eſt, & vulnera ad ſalutem, ſi non Omnes, ſi non vel Malos, certè Quos poſſis.*

15 Ex quibus verbis elidenda eſt ſententia Michaël. Rovſel. *Hiſt. Pont. Iuriſdict. lib 7. cap. 5. mox à principio*, & præcipuè *à num. 7.* nervòſe defendere tentans non eſſe, imò, nec poſſe, materialem Eccleſiæ in eſſe gladium, *& nu. 8.* ſubdit: *Ergo rectè Ioan. Pariſi. Theologus explicans D. Bernard. dicentem, quod Papa habet gladium materialè in Nutu: habet (inquit) in Nutu, ut innuat Principi Temporali, quatenus exercere debet, Iuriſdictionem Temporalis Poteſtatis, propter neceſsitatem boni Spiritualis, ſi tamen nolit ille Princeps, vel non videtur ſibi expediens Papa nihil aliud facere habet iſtum gladium in Iuſſu, ſed Imperator tantum. Hæc ille. Neque verò in purioribus Eccleſiæ Sæculis auditum eſt Pontificem habere vtriuſque gladij Poteſtatem, ut ad Nutum eius, vel potiùs ad Iuſſum (ſic enim incœpit intelligi Nutus ille) ſtringeret, & reconderet Princeps Sæcularis ſuum gladium.* Hucuſque Gallus ille. Cuius verba apertè opponuntur Bernardi teſtimonio, quod ideò ad litteram retuli, vt ex eius contextu ſiniſtra Pariſienſis vtriuſque agnoſcatur Interpretatio, contra quam militat Bozius *de Iur. Nat. & Diuin. Eccleſi. Libert. & Poteſt. lib. 1. cap. 6. pag. 23. verſ. Neque ici poteſt*, his verbis: *Ex hoc ſequi nulli Iure eſſe compulſiuam, non enim poteſt eſſe ulli Iure niſi in bonum, Nemòque cogi poteſt, ut agat bonum. Secundò Reſpondetur, ut alia ſuis locis dicenda mittamus, Dari Eccleſiæ Virgam Ferream, quod ex Apocalip. cap. 2. vult. S. Aug. Anſelm. Andr. Cretenſ. Dionyſ. Cartuſian. ad Oues Chriſti, & res Chriſti tuendas, aduerſus Lupos, & Prædones. Tertio dattur ad alios terrendos, ne malè agant, quando benè agere nolunt. Quarto datur ad infligendam pœnam, ex qua redeant Scælesti ad Semet ipſos, ſicut aiebat Apoſtolus. Vultis in virga*

veniam

*veniam ad Vos? & Christus. Compelle intrare, &c.* Ergò falsum est dicere, quod si Temporalis Princeps renuat gladium ad nutum Pontificis Summi stringere pro bono Ecclesiæ, eum compellere ad id non posse, reddende hanc frivola interpretatione illusoriam, & contemtibilem Supremam Ecclesiæ in Principes, & Dynastas omnes Potestatem.

16 Ast Rovselis opinio nihil aliud vult, quam hæresim Marsilij de Padua, & Ioann. de Ianduno suscitare à Ioann. XXII. iam diu damnatam, eiusque damnatio à Facultate Parisiensi admissa, ut supra dixi, & latiùs *alio dicam Fundamento.* Nùncque contra Rousel militat August. *Epist.* 159. scribens Marcell. Tribun. *Si non audis amicum petentem, audi Episcopum Consulentem; quamuis, quoniam Christiano loquor, maximè in tali causa non arroganter dixerim, audire Te Episcopum conuenit iubentem, &c.* Quod latius prosequitur *Epist.* 50. Bonif. *Com. de moderande coercendis Hæretic.* & passim in eius Epist. *& lib.* 3. *contra Crescon. cap.* 51. Bonif. *ad Honor. Imper.* Leo Magn. *Epist.* 85. *ad Leon. Imp. cap.* 3. Turib. Episcop. Asturic. *in Præfat.* Isidor. Hispan. *de Summo Bono cap.* 53. Concil Paris. *sub Ludov. & Lothar. cap.* 1. *propè finem*, & Aquisgranem. II. *sub Lud. p.* 4. *cap.* 2. Concil. Holon. *in Syn. Melden. cap.* 2. & alijs apud Beyer *de Eccles. Hierarch. q.* 12. *cap.* 9. *pag.* 560. vbi ait: Principes Temporales ex Iure Diuino hoc auxilium Ecclesiæ impendere teneri, quoties ab ea ex postulatum fuerit, ut adimpleatur illud propheticum Esaì. 49. *Erunt Reges Nutritij tui, & Reginæ Nutrite tuæ, vultu in terram demisso adorabunt Te, & pulverem pedum tuorum lingent.* Et Esaì. 60. *Gens enim, & Regnum, quod non seruierit tibi peribit, &c.* Psalm. 71. *& adorabunt omnes Reges Terræ, & omnes Gentes seruient ei, &c.* II. Nam Verbum *Nutu*, quo Sanctus Bernard. vsus est coactiuam Supremam Potestatem præsefert. Ioann. Kalvin. *in Lexico. Iuridico. verbo Nutus, pag. mihi* 638. *col.* 2. ibi: *Porro, cui summam Potentiam ad scribimus, eius Nutu, ac renutu omnia geri dicimus, &c.*

17 III. Nam eorum Assertio apertè opponitur communi PP. intelligentiæ, & opinioni, ut supra probaui, nùncque addo Hilar. *lib. Aduers. Auxent.* & Sever. Sulpic. *Dialog.* 1. *de Vit. Monach. Orien. cap.* 2. Iudicantes perniciosissimum esse Supremæ isti Potestati auxilium à Sæculari petere. Beyer *de Eccl. Hierarch. dict. cap.* 9. *vers. Nec tamen exinde*, cui addo S. Bonav. *in* 4. *dist.* 37. *in declaratione litteræ.* Ægid. Columna *de Potest. Pap. cap.* 1. *& cap.* 3. Hugo de S. Vict. *de Sacram. p.* 7. *cap.* 4. & alios quàm plurimos refert Boz. *de Eccles. Libert. & Potest. lib.* 1. *cap.* 13. *pag.* 66. *& seqq.*

18 Neque obstant Iura Sacra, & Canonica enixè Prælatis prohibentia Sæcularium rerum curam, & Administrationem, ut ex 2. ad Timoth. 2. 4. præcepto clarè elicitur: scribit enim ibi

Apost.

Apoſt. *Nemo militans Deo implicat ſe negotijs Sæcularibus, ut ei placeat, cui ſe probauit.* Quod idem ſcripſit Petr. *in Epiſt. ad Clement.* prout legitur *in Can. Te quidem* 29. 11. *q.* 1. *Te quidem opportet* (admonet primus Catholicæ Summ. Sacerdos Succeſſorem ſuum affuturum) *irreprehenſibiliter viuere, & ſummo ſtudio niti, ut omnes occupationes huius vitæ abjicias, nè Fidei iuſſor exiſtas, nè Ad vocatus litium fias; ne ve in vlla alia occupatione prorſus inueniaris Mundi, alijs negotijs occaſione perplexus. Neque enim Iudicem, aut Cognitorem Sæcularium negotiorum hodie Te ordinare vult Chriſtus; ne præfocatus præſentibus Hominum curis non poſsis Verbo Dei vacare, & ſecundum veritatis regulas ſe cernere bonos à malis. Iſta namque opera, quæ Tibi minùs congruere Superiùs expoſuimus, exhibeant ſibi inuicem vacantes Laici, & Te nemò occupet ab his ſtudijs, per quæ ſalus omnibus datur, &c.* Canonibus quoque Apoſtolorum eadem reperitur prohibitio. *Can. Epiſcop. el* 1.88. *diſt.* his verbis: *Epiſcopus, aut Sacerdos, vel Diaconos nequaquam Sæculares curas aſſumat.* Conil. Carthag. IV. relatum *ead. diſt.* 88. *Can. Epiſcopus el* 3 ubi cavetur: *Epiſcopus nullam rei familiaris curam ad ſe reuocet, ſed Lectioni, & Orationi, & Verbi Dei prædicationi tantummodo vacet, &c.* Pluraque cummulat alia Didac. Narbona *Annal. Iur. Anno* 30. *q.* 8. *à num.* 4. Auguſtin. Barboſ. *de Iur. Vniverſ. lib.* 1. *cap.* 13. *num* 1. & 20. quibus, & alijs Sacris Canonibus contentis 21. *q.* 3. & *præcipuè Can. vltim.* & *in Decretal. toto tit. Extra Ne Clerici, vel Monachi Sæcularibus negotijs ſe immiſceant*, apertè demonſtratur, Sæcularium Dominationem, & Poteſtatem Eccleſiaſticis omninò ex Diuina quidem inſtitutione interdici, & prohiberi, ut expeditiores ad Spiritualia ſint, *l.* 2. *C. de Epiſcop. & Cler. in C. Theodoſi.* ibi: *Nè ſacrilego liuore quorundam à Diuinis obſequijs à vocentur, l.* 51. *tit.* 6. *par.* 1. Concil. Trident. *Seſſ.* 25. *de Reform. cap.* 20. *Ideòque ea in re quiſque Officium ſuum ſedulo præſtet, quo Cultus Diuinus deuotè exerceri, & Prælati, cæterique Clerici in reſidentijs, & Officijs ſuis quieti, & ſine impedimento cum fructu, & ædificatione Populi permanere valeant, &c.* Euſeb. *lib.* 1. *Hiſt. Eccleſi cap.* 10. vbi de Conſtantino refert, quod Leges Sanciuit Clericos eximens, ut nullo modo à Diuinæ Maieſtatis Cultu abſtrahantur.

19 At non obſtare diximus. Reſpondetur enim, I. Nihil contra concluſionem noſtram ex obiectione concludi. Nos enim Poteſtatem Temporalem Supremam in Summo Pontifice reſidere dicimus, non actu, ut continuo eam exerceat, ſed in habitu, ut quoties opus ſit eam per Se ipſum utatur, ut Spiritualem commodius exerceat, atque ut Decreta, & Conſtitutiones in bonum Eccleſiæ à Spirituali Suprema Poteſtate emanatæ ſuum omninò ſortiantur effectum, contra hanc ergò Subſidiariam facultatem, & Poteſtatem nihil præallegatæ probant Authoritates, & Nihilominus.

20 II. Respondemus, non posse Ecclesiasticos nisi iure dispensentur, se implicare alicuius Cædi, vel membro truncando, nō quæstus exercendo, non se alicui subjiciendo, & obligando in administrandis eius rebus, procurando, advocando, aut publicis oneribus se submittendo. Hoc enim est, quod *in dict. titul. Ne Clerici, vel Monachi* eis interdicitur. Possunt tamen, & obligati sunt, cum fini ultimo expedit (ad quem omnia sunt facta, & ad quē Sæcularia sunt ordinanda iure Divino, ac Naturali) an ad illum finem ordinata sint, inspicere, & Iudicare. Optime Guillelm. Beyer *de Eccles. Hierarch. q. 12. cap. 5. vers. Deinde Ciuilia ipsa negotia spectare pariter ad Sacrum Magistrum non quidem, ut ipsa procuret, vel eorum procurandorum rationem his, qui Potestati politicæ subditi sunt per se singulariter præscribat: hoc enim propriū est officium Politici Magistratus, quod sibi arrogare non debet Ecclesiasticus; sed, ut pro ipsis gerendis apud Deum sit sollicitudo, eaque Deo precibus suis commendet, quod supra* (cap. 3.) *notauimus, & apud ipsos Principes satagat, quatenus secundum Dei Legem fiant, imò etiam delinquentes corripiat, ac puniat, quod Ius etiam ipsis tribuit Innocent. III. cap. Nouit. de Iudicijs, &c.* Hinc Græcè Episcopus dictus, quod solus ipse habeat infallibilem Doctrinam, Clavemque Regiam David Scientię, & Potestatis à Christo dattam, ut infra dicam *Tractat.* 3. Interimque apertè probamus ex Apostol. admonente suo Timotheo Episcopo *Epistol. 2. cap. 4 Argue, obsecra, increpa in omni Patientia, & Doctrinā* apertiusque docet Magnus Hierarchiæ Ecclesiasticæ Magist. Dionys. quem sequuti sunt Maximus, & alij, dùm in eius definitione meminit. Hierarchiæ Divinitus Traditæ, Divinosque efficientis, & Scientiæ, & efficaciæ, & Perfectionis, *cap. 1. Eccles. Hierarch. à principio*, Guillelm. Beyer *eodem Tractat. quæst. 12. cap. 8. vers. Alterum pœnas, pagin. 552.* Hincque Sanct. Paul. 1. *ad Corinth. 6.* scribit: *Si Angelos iudicabimus, quantò magis, &c.* Ex quo loco Conc. Carthag. III. & Sanct. August. *de Oper. Monachi.* Ad Sæcularia omnia iudicanda datam esse à Christo D. Supremam Potestatem decidunt.

21 Hucusque dicta mirificam accipiant probationem à Primario Regis Ministrō Cassiodoro, quiquum esset Præfectus Prætorio, sic Ioan. Papæ scripsit *lib. 11. var. Epist. 2.* Cuius iam supra memini, nùncque iterum repeto, ait enim: *Nolite in Me tantum rejicere illius Ciuitatis Curam, quæ potiùs vestrā Laude secura est. Vos enim Speculatores Christiano Populo præsidetis. Vos Patris nomine vniuersos diligitis. Securitas ergò Plebis ad vestram respicit famam, cui Diuinitus est commissa custodia; qua propter, & Nos decet custodire aliqua: Vos omnia. Pascitis quidem Spiritualiter commissum vobis Gregem, tamen nec ista potestis negligere, quæ Corporis videntur Substantiam continere; Nam sicut homo constat dualitate, ità Boni Patris est vtraque refouere.*

Pri-

*Primum penuriam temporis, quam delicta pro merētur, orationibus Sanctis amouere, monere Me, quæ ſunt gerenda ſollicitè, ſum quidem Iudex Palatinus, ſed veſter non deſinam eſſe Diſcipulus; nam tunc iſta rectè geremus, ſi à veſtris regulis minimè diſcedamus, ſed quum vobis deſiderem, & moneri Conſilijs, & orationibus adiuuari. Iam Vobis eſt applicandum ſi quid in me fuerit aliter, quam optabatur inventum &c.* Quorum explicatio ex dicendis clarior evadet; interimque videndus Franciſc. Hallier de Eccleſ. Hierarch. *lib.4.cap.1.art.4.per tot.*

## QVÆSTIO IV.

### An, & quomodo Poteſtates iſtæ differant ratione Objecti materialis?

1 GENERICA iam explicatà inter vtramque Poteſtatem differentiâ, ſeu diuerſitate, ad ſpeciales nunc progredimur inquirendas differentias, è quarum cognitione totius fundamenti iſtius intelligentia pendet, vndè ab objecto (methodicè procedendo) incipiendum eſt, iuxta Ariſtot. 1. *de Anima, Text.22.* docentem: *Poteſtates diſtingui per actus, & actus per objecta.* Ab eiſque ideò differentias exordiri decreui.

2 Objetum materiale adæquatum Eccleſiaſticæ Poteſtatis eſſe quidquid ab Hominibus in Deum ordinari poteſt aſſerit Thom. Bozius *de Iur. Natur. & Diuin. Eccleſ. Libert. & Poteſt. lib.1. cap.6. fol.25. pagin.1. in principio.* Nos autem materiale cuiuſque Poteſtatis objectum eſſe cenſemus ſubditas res, & Perſonas, quibus vnaquæque moderatur; à Scietijs paritate ſumtà, in quarum objecti aſſignatione, materiale ſemper, præcipuèque id habetur objectum, de quo ſcientia tractat. Vndè quum Poteſtas in abſtracto de moderandis, & gubernandis rebus, & perſonis ſibi ſubjectis tractet; hoc eſſe vnius cuiuſque materiale objectum cenſemus, & probat Alvar. Pelag. *de Planctu Eccleſ. lib.1. cap.56. fol.53. pagin.1. col.2.* vbi ait: objectum materiale vtriuſque Poteſtatis eſſe Hominem, & in hoc ambas conuenire; differre tamen in ipſius hominis diuerſa conſideratione; nam Temporalis habet hominem objectum materiale ſuæ Iuriſdictionis, ut Naturalem; Eccleſiaſtica verò ut Spiritualem, & capacem Gratiæ, Guillelm. Beyer *de Eccleſ. Hierarchia, quæſt.12. capitul.5.* veram, & formalem rationem objecti materialis noſtræ Poteſtatis adſtruere volens, ſubdit: *Puta quod debeat eſſe negotium Spiritale, ſeu ad ſalutem animæ Spiritualem ſpectans: ſingulare verò iſtud docet Caſiodor. loc. proximè relato. Quod ad Hierarchiæ, ſeu Sacri Principatus Dignitatem plurimum facit, nimirum magis Vniverſalem;*

*salem, generalioremque esse amplitudinem rerum, quæ sub Principatum cadunt Sacrum, quàm quæ sub dispositione Ciuili continentur; nam, & domestica negotia, quæ Ciuilis Principis cognitionem effugiunt, objici Sacræ Potestati, cuius est, secundum Diuinas Leges vniuscuiusque mores formare, non solùm ut rectè se in Ecclesia gerat; verum etiam, ut, & siue in priuata vita, siue in societate œconomica officio suo fungatur, cuius item est Paternam Charitatem omnibus exhibere, & Paternam supplere, atque Herilem, in his, in quibus deficiunt, Potestatem Actus proinde Sacri Principatus aliquos esse domesticos, seu Domesticæ Potestatis, putà Docendi, Arguendi, & coram domesticis Testibus increpandi, & pœnitentias etiam priuatas imponendi; quæ officia nullo modo sunt Publicæ Potestatis Politicæ, &c.* Hucusque Author ille verba mutuatus à Francisc. Hallier *de Eccles. Hierarchia lib.* 4. *cap.* 1. *art.* 3. *pagin.* 408. eum non referens. Moxque vlterius progreditur probare nostræ etiam Potestati negotiorum sæcularium publicorum superintendentiam competere. Hinc sub Ecclesiastica tripliciter illud consideramus objectum.

3 I. Iure Diuino, cuius præscripto subjiciuntur Ei purè Ecclesiastica, *cap. Quamquam de Cens. in* 6. Abb. Felin. & communiter DD. *in cap. Ecclesiæ S. Mariæ, de Constit.* Covarruv. *PP. QQ cap.* 31. Ioan. Garc. *de Nobil. gloss.* 9. Anast. Germon *de Sacror. Immun. lib.* 3. *cap.* 22. Parlador. *in Sexquicen. diff.* 9. §. 1. *num.* 1. Quibus omnibus addo Evaristum *Epistol.* 2. Alexand. I. *Epistol.* 1. Felic. I. *Epistol.* 1. & 2. Melchiadem *Epistol. vnicà*, & latiùs dicam *hoc eodem Tractat.*

4 II. Autem objectum etiam consideramus, prout comprehendit Sæculares res, & Personas, tùm absolutè, & priuatiuè, quoties Spiritualitatis causa, vel circunstantia adfuerit, ratione cuius ipsa in toto Orbe Christiano Ecclesiasticæ subsunt Potestati. Matth. *de Iurisdict. p.* 4. *cent.* 1. *cas.* 50. *num.* 5. & 7. Tyber. Decian. *Resp.* 73. *numer.* 56. *volum.* 2. & *Resp.* 82. *numer.* 37. Borgnin. Cualcan. *decis.* 1. *numer.* 106. *part.* 2. Cacheran. *decis. Pedamont.* 154. *numer.* 9. Card. Paleoth. *de Noth. & Spur. capitul.* 12. *numer.* 11. Petr. Surd. *de Alim. titul.* 1. *quæst.* 6. *num.* 7. Rolan à Valle *Cons.* 99. *numer.* 21. *volum.* 3. Hier. Gabriel. *Cons.* 21. *numer.* 14. & 15. Francisc. Ansaldus noster exosus Potestati *Tractat. de Iurisdict. part.* 2. *capitul. vnico.* Tum etiam præventiuè, seu mistum, quum scilicèt Delictum pertinet ad Animam, & Reus ad Regiam Iurisdictionem, quia ratione Sacrilegij poterit Ecclesiastica procedere Potestas, ratione verò Personæ, Sæcularis Magistratus, *Cap. si Clericus Laicum, & cap. Quum sit generale*, vbi communiter scribentes *de For. Competent.* Marian. Soccin. *in cap. Cum Dilectus, verbo Clasici. de eo, quod met. causa, l.* 17. *tit.* 6. *p.* 1. Parlador. *dict. differ.* 9 §. 2. *num.* 2. Quod distinctius mox explicabimus.

5 In-

5 Interimque eorum assertionem repetitis possumus comprobare Testimonijs,& præcipue ex Text. *in cap.Possessor.de Regul.Iur. in 6.cap.fin.de Præscript.cap.1.& 2. de Nov Oper.nuntiat.Can.si Imperator 11.dist.96. cap.Novit.13.de Iudic. cap.Venerabile 34.de Elect.cap. fin.de For.Compet.in 6.cap.Debitores 6.de Iur.Iur.* cum alijs congestis à Franc.Ansald.*de Iurisd.p.1.tit.10. cap.15.à num.12* per plures seqq.

6 III.autem considero objectũ huius Iurisdictionis Iure Humano,& hoc ratione delicti; seu Personæ,aut Personæ,vel loci,& ratione Iuris illud prohibentis, quæ si Spiritualia sunt ad Ecclesiasticam pertinent Iurisdictionẽ, Bal. *in Authent. Clericus quoque, num.5. & 6.C.de Episcop.& Cleric.* Belluga *in Specul. Princip.Rub.11.§.Videamus, num.1.&* 2. Franc.Marc. *decis.535.num.15.p.1.* Covarruv. *PP.QQ. cap.31. num.2.& seqq.* Farin.*de Inquisi.q.8.num 19.* Duaren.*de Sacr.Eccles.Ministr.lib.1. cap.2.* Parlador. *in Sexquincent. diff.9.§.1.* Carleval.*de Iudic.tom. 1.lib.1.disp.2 q.6.sect.1.num.397. & q.7.sect.1.num.762.* & pluribus relatis Ansald.*dict.p.2.tit.11.cap. 17.à num.25.usque in finem.* Ex qua quidem sic firmata ampliatione, in principium generale abeunte, alia vtilissima resultat ex ea sub ampliatio, quæ principij generalis quoque locum apud omnes sibi vendicavit; Quodcumque (videlicèt) delictum à Iure Canonico prohibitum, Reum, illud perpetrantem Ecclesiasticæ subjicere Potestati, licèt alias ab illa exemtus esset; præventivè quidem si à Iure Regiò illud quoque prohibitum sit,& Iudex Sæcularis incompetens, vel incapax cognitionis non sit Carleval. *dict. sect. 1. num. 771.* & cum Martha, Abbate, & Navarr. Ansald.*de Iurisdict.par.1. cap.Vnic.* Vel Sæcularis Iudex cognitionis delicti incõpetens,vel incapax est, & tùnc licèt delictum à Profano simul, & Ecclesiastico prohibeatur Iure non tamen poterit ad Iudicium Ecclesiæ non pertinere,vt patet in crimine Hæresis, quod quamvis à Iure prohibeatur Sæculari, *l.1.2.& 3.& toto tit. C. de Hæret.& Manich. l. 1.& seqq.C.de Summ.Trinit.& Fid.Cath. & ex toto tit.26.p.7.l.1.tit.3.lib.8. Recopilat.* quum Sæcularis Iudex nequeat efformare iudicium, an assertio controversa sit Hæretica, vel Catholica, ad eum numquam potest pertinere, sive Iuris, sive facti sit quæstio,quia vtroque modo Hæresis cognitio ad Ecclesiasticum spectat Iudicium, Carleval. *de Iudic. tom. 1. lib. 1. tit. 1. disp.2.q.7. sect.1.num.669.& seqq.* Franc.Ansald.*de Iurisdict.p.2.tit.2. cap.Vnico,à num.1.* & probatur, ex quo, quuum perfectiori gradu, amplioribusque prærogativis sit nostra Ecclesiastica Potestas in locum Iudaicæ subrogata (ut iam dixi,& rùrsus repetam) quumque ad illam privativè pertineret de causis Religionis cognoscere, & iudicare, *ut Tract.3.* latè probabo ex subrogationis naturà, eademmet cognitio nostræ competet Ecclesiasticæ Potestati,prout pertinere scripsit Ioan. Pap. relatus

*in Can. si Imperator* 11. 96. *dist.* ibi: *Si Imperator Catholicus est, quod salua pace ipsius dixerimus, Filius est, non Præsul Ecclesiæ, quod ad Religionem competit discere ei conuenit, non docere, &c.*

7 Ex qua sic formatâ, & inconcussè ab omnibus admissa doctrina duæ sequuntur vtilissimæ illationes I. Quæcumque causa ad Statum Ecclesiæ, Fidei Catholicę, & Christianę Religionis conservationem spectans ad judicium ipsius Ecclesiæ privativè pertinet Albert. Pyghius *de Eccles. hierarch. lib. 4. cap. 2.* Ioan. Garc. *de Nobil. gloss. 9. num. 24.* & probatur ex Text. *in Can. fin.* 11. *dist. l. 57. tit. 6. p. 5.* Sanctaque animositate cõmonuit Leonẽ Isauric. Imperat. Gregor. II. *Epistol. 2.* quæ Græca, & Latina habetur ante editionem VII. Synodi *art.* 1. cuius supra meminimus, ubi ait: *Non sunt Imperatorũ Dogmata, sed Pontificum, quoniam Christi sensum Nos habemus, alia est Ecclesiasticarum Constitutionum Institutio, & alius sensus Sæcularium. In Administrationibus Sæculi Militarem, & ineptum, quem habes sensum, & Crassum in Spiritualibus Dogmatum Administrationibus habere non potes, &c.*

8 Quam ipsam differentiam, & illationem corroborandam esse monemur ex Osio Cordubens. Episcop. apud Athan. *Epist. 1. ad Solit. Vit. Agen.* vbi ipse Athanasius Lucifer. Caliritan. *Adversus Constant.* Gregor. Nazianz. *Orat. 3. ad Iulian. Præfect.* Hilar. *lib. Imper. ad Constant. August.* Gratian. Imper. *apud Ambros. in Conc. Aquil.* Idem Ambros. *Epist. 32.* Theodos. II. Imper. *Epist. ad Concil. Ephesin. inter Epist. Syriac. Alex. Epist. 17.* Gelas. *Epist. 6. vel 7. ad Episcop. Orient. circa med.* Hormisd. *Epist. ad Presbyter. Diac. & Archimandr. secundæ Syriæ relata, Act. 5. Concil. Constant. sub Agapeto, & Menna.* Facund. Hermian. *lib. 12. pro Defensione III. Capituli, cap. 3.* Avit. Viennen. nomine Omnium Episcop. Gall. *Epist. 2* Damascen. *Orat. 2. de Imagin.* Nicol. I. *Epist. 8. & 10. ad Mich. Imper. VIII. Synod. Act. 10.* & alij passim.

9 Nec obstant quamplurimæ, tùm Iuris Imperialis, tùm, & Regij Iuris Constitutiones à Fidelibus Imperatoribus, Principibusque alijs emanatæ, quibus decretæ pœnę, supplicium rigores excogitati contra hæreses, quas recenset Mich. Maucler. *de Eccles. Monarch. tom. 2. p. 3. lib. 3. cap. 10. col. 1217.* Quo quidem fundamento motus est intrepidè asserere Mich Rousel. *Hist. Pontif. Iurisdictionis lib. 6. cap. 1. num. 8.* istius criminis animadversionem Iudici Laico commissam esse, quod ex Aug. comprobat *Epist.* 125. 129. 158. 160. Quibus intercedit pro Hæreticis Donatistis apud Donatum Proconsulem Africæ, Olympum Comitem, Marcellinum, & alios. Ast non obstare diximus: Respondetur enim 1 Quod Reges, ac cæteri Dynastæ Politici, Curatores Ecclesiæ, ac (ut scriptura loquitur) Nutritij sunt. Isai. 49. 23. ad hoc tantùm, ut defensionem Ecclesiæ præstẽt, ac Protectionem, eidemque de

rebus

rebus quibuſcumque neceſſarijs pro facultatibus proſpiciant, cum primis autem Religionem Orthodoxam, quantum in ipſis eſt ſtudio indefeſſo provehant, omnemque opem Eccleſiaſticæ tribuant Poteſtati, ut eam incorruptam, contra quaſcumque, defendant, invaſiones. Iudic. 6. 25. & ſeqq. *Deuteron.* 13. 12. Egregiè Iſidor. *lib.* 3. *Sent. de Summo Bono. cap.* 53. cuius verba recitantur *in Can. Principes* 23. *q.* 5. Chriſtophor. Beſold. *claſ.* 1. *aſſp.* 4. Theſi. 1. 2. 4. 5. 8. 11. 12. 15. 16. & 21. *in Exegeſi. verſ. Excepto quod,* & *cap.* 18. nec non *Theſi.* 31. Althuſi. *polit.* 23. *per tot.* non etiam, ut Sacra tractent miniſteria, ac Sacerdotio fungantur. Hinc Eulogius Presbyter Edeſenus haud injuriâ deriſit Præfectum Valentis admonentem Edeſenos, ut in Religionis cauſa cum Imperatore coniungerentur. *An* (inquit) *Imperator vna etiam cum Imperio Pontificatum eſt adeptus?* Theodoret *lib.* 4. *Eccleſ. Hiſtor. cap.* 18. Vndè Leges illas auxiliares tantùm, non verò Diſpoſitiuas eſſe, reſpondemus.

10 Solutioque noſtra pluribus corroborari poteſt adductis à Petr. de Marca *de Concordia Sacerdotij,* & *Imperij tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 4. §. 2. & *cap.* 6. §. 1. vbi latè quæſtionem proſequitur, & aſſertionem noſtram pluribus corroborat exẽplis, & *cap.* 9. §. 2. & *ſeqq.* & *tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 22. §. 6. Eſtque ipſa Catholicis adeò notiſsimum principium, ut in notam inciderem prolixitatis eam probando, ni iu omnes Eccleſiaſticæ Poteſtatis infenſos ſcribere præmonuerim, in quos clara ſatis militant teſtimonia, & inconcuſſam Eccleſiæ praxim iuxta quam in Hæreticos Poteſtas Eccleſiaſtica, & non Sæcularis animadvertit, niſi ſubſidiariè tantùm, ut ex ſuperis allegatis liquidò conſtat, apertèque demonſtratur.

11 11. Autem Reſpondetur, quod Gladius Sæcularis ad Hæreticorum Conuerſionem neceſſarius fuit, ac Leges illæ, rigorq; ab eis indictus, ut dixit S. Aug. *Epiſt.* 48. *ad Vincentium,* quæ refertur ex parte *in Can. Vides, §. Mea primitus* 23. *q.* 6. ibi: *Mea primitus ſententia erat Neminem ad vnitatem Chriſti eſſe cogendum, verbo eſſe agendum, diſputatione pugnandum, ratione vincendum, nè fictos Catholicos haberemus, quos apertos hæreticos noueramus. Sed hæc opinio mea non contradicentium verbis, ſed demonſtrationum ſuperabatur exemplis. Nam primò mihi opponebatur Ciuitas mea, quæ cum tota eſſet in parte Donati, ad vnitatem Catholicam, timore Legum Imperialium cõuerſa eſt,* &c. *Ita alia multa, quæ nominatim commemorabantur, ut ipſis rebus cognoſcerem, etiam in hac cauſa rectè intelligi poſſe, quod ſcriptum eſt* (*Prou.* 9.) *Da Sapienti occaſionem,* & *Sapientior erit. Et lib.* 2. *Retract. cap.* 5. *Duo ſunt* (ait) *Libri mei, quorum titulus eſt contra partem Donati; In quorum primo Libro dixi, non mihi placere vllius Sæcularis Poteſtatis impetu Sciſmaticos ad Communionem violenter arctare,* & *verè tunc mihi non placebat, quia nondum expertus eram, vel quantum mali*

*mali eorum afferret impunitas, vel quantum eis in melius mutandis conferre posset diligentia disciplinæ*, & licèt obstare videantur eiusdem Augustin. verba, *tom.*10 *Serm.*14. *cap.*21. *de Verbis Apostoli*, ubi magna suavitate, & lenitate procedendum esse in Hæreticos monere apparet, & tolerari jubeat: illa tamen istis non opponuntur, respondetur enim ex Card. Baron. *Anno* 420 §.12 illic Augustin. loqui de Hæreticis, qui adhùc desperata obstinatione nõ Obduruissent, motum Apostolico Præcepto ad Galat. 6. *In Spiritu lenitatis agat.* Cum in veteratis verò, & obstinatis severè agendum sæpius judicavit, *ut in præallegato loco, atq; lib.*1. *contra Litteras Petiliani, cap.* 24 ubi ait: *Asperis verbis increpatos, esse damnandos, & tom.*7. *lib.*2. *contra Crescon. cap.*4. videndus omninò Angelus Maria Verricelli *de Apostolic. Missionib. tit.*14. *Miscelan. q.*186. *num.*13. ubi sic Augustinum exponit.

12 Cuius eximiam, Diuinamque Doctrinam (licet non alia indigeat cõprobatione, quia nulla Augustini æquatur Authoritati) eius nihilominus sentẽtiam exornationis causà comprobamus receptissima Theologorum, & Iure Consultorum opinione Docentium posse Sæculares Principes Legibus latis adjuuare Leges Ecclesiasticas, ut metu nouæ pœnæ ipsæ melius obseruentur, & qui eis subduntur ab eorum transgressione retrahantur *l. vlt. tit.*3. *p.*4. *Onde nos porque habemos voluntad, que lo que la Santa Iglesia ordena sea guardado, &c.* Vbi Gregor. Lop. Gloss. *in Clem. Ne Romani. verbo Tolli, de Elect.* Felin. *in cap.*1. *num.* 13. *de Sponsal.* Hug. Cels. *cons.*38. *num.*6. Covarruv. *de Sponsal.*2. *p. cap.*6. *in princip. à num.*20. Molin. *lib.*2. *de Primogen. cap.* 16. *à num.*10. Petr. Barbos. *in l.* 1. *p.*4. *à num.*37. *ff. Solut. Matrim.* & cum pluribus Sanch. *lib.* 3. *de Matrim. disput.* 47. *num.* 12. Basil. de Leon *lib.* 6. *cap.* 2. *à num.*4. Emmanuel Barbos. *ad Ordin. Lusitan. lib.*4. *tit.* 88. *§.*1. *num.*1. D Ferdinand. Arias de Messa *variar. Resolut. lib.* 3. *cap.* 35. *à num.* 3. ubi explicat *Can.*17. Concilij Milevitani relati *in Can. Illicuit* 5. 32. *q.*7. cui ex originali addit: *In qua Causa Legem Imperialem petendam promulgari, &c.* intelligens cum Bellarmin. Binnio, Sanchez, & Ant. Aug. Patres Milevitanos Legem Imperialem desiderasse, nõ, vt declararet nouum conjugium post Divortium illicitum esse; id enim Iure Divino satis declaratum erat Matthę. 19. & 1. *ad Corinth.*7 sed, ut severè à Politica Potestate punirentur, qui crimen illud admitterent.

13 Comprobat nostrum discursum Petrus de Marca *tom.*1. *de Concord. Sacerdotij, & Imperij lib.*2. *cap.*10. §.1. ubi sic affatur: *Et si Leges Ecclesiasticis, & Spiritualibus rebus indicere eo modo, quem cap.*7. *explicui, non contineatur intra fines Regiæ Potestatis; attamen Canonicas constitutiones suis etiam legibus tueri ex Officio Principes tenentur; quod ità velim intelligi, ut non solum interpellati, & rogati Principes ministerium suum ad Canonum observationem com-*

*commodare teneantur, ſed etiam ex officio in eam curam incumbere poſſint* (ſic legendum eſt, non èconverſo, ut ipſe) *licèt enim Reip. adminiſtratio eo fine illis à Diuino Numine concredita ſit, vt Ciuium tranquillitatem procurent, atque ex illo capite de vera Religione conſtituenda debeant eſſe ſolliciti, quia Ciues in Officio ſuo erga Se, & erga Principem Religionis cultum, veluti vinculo quodam aſtringuntur, ut de Romanis obſeruauit Auguſt. lib. 4. de Ciuitat. Dei cap. 32.*

14 II. Illatio, quæcumque cauſa, in cuius examine, & definitione involuitur, materia Spiritualis, ſi directè de eius iure diſcutiatur ad Iudicium pertinet Eccleſiæ, priuatiue quidem, & abſolutè, ſi tamen de facto, ad vtramque poterit pertinere Poteſtatem, ut Aliquorum fert opinio Greg. Lop. Alciat. Boſ. Iul. Clar. Afflict. Simãcas, Bovadill. Paz. Decian. Farin. Villar. Carrer. Caſtro, Eymer. Peña, Scaccia, Molino, Barboſ. Covarr. Gaſpar Roderic. Alphonſ. à Caſtro, & Bellarm. adducti à Carleualio *dict. ſect. 1. num. 669. qui num. 770.* addit Fachin. Marant. Germon. Barboſ. & Tuſch. & prius *num. 396. & 397. & 762.* annumerauerat quæ nam ſint cauſæ merè Spirituales, *& num. 669. à principio* concludit, & latè fundat ad Eccleſiaſticam pertinere declarationem, an cauſa ſit merè Eccleſiaſtica, vel non, cui addo Parlador. *dict. ff. 9 in princip. num. 17. &* 18. vbi in eiuſdem doctrinæ comprobationẽ adducit Oroſ. Abbat. Fachin. Covar. Rodrig. & Gutierr.

15 III. Denique tàm Diuino, quàm Humano Iure conſideratum Eccleſiaſticæ Supremæ Poteſtatis obiectum, illud omnes comprehendit Fideles, tùm Sęculares, tùm Eccleſiaſticos, *Can. Præceptis Apoſtolicis diſt. 12. Can. In memoriam, Can. Enim verò, & Can. Ita Dominus 19. diſt.* Nulla Imperiali; ſeu Regia excepta Poteſtate, *Can. Suſcipitis 10. diſt. Can. Duo ſunt 19. diſt. Can. Cuncta 1. q. 3. Can. Alius 15. q. 6. Can. Principes 23. q. 5. cap. Omnes de maior. & obed. cap. Venerabilem de elect. Clem. Paſtoralis de Sent. & re iudicat. Extrauag. Vnam Sanctam de Maior. & Obedien. inter commun.* Gloſſ. *in cap. Venerabilem, verb. Superiorem, qui filij ſint legitimi,* Bal. *in cap. Eccleſia ut lite pendente,* Nicolaus Boer. *in Tract. de Seditioſis.* Addenduſque eſt Thom. Bozius *de Iur. Natur. & Diuin. Eccleſ. Poteſt. lib. 3. cap. 5. fol. 277. pag. 1. verſ. Ob has igitur.*

16 Nec obſtat quod Summa Maieſtas in ſuo territorio abſoluta ſit, & neminem præter Deum Superiorem agnoſcat (ut latiùs *infra hac eadem Queſt. dicam*) Exindeque Plerique, etiam Catholici, concludunt, neque Pontificem Maximum talem habere Poteſtatem, ut ab eo dependeant Principes Supremi, Card. Bellarm. *de Rom. Pont. lib. 5. per tot.* & præcipuè *cap. 2. & ſeqq.* Et id circo eumdem Romanum Pontificem Cæſari, Regivè Supremo tribuendi, aut adimẽdi Iuriſdictionem, aliquodvè Ius Superioritatis, in illos exercendi, haud quaquam regulariter, ſeu directè habere, ſubſumũt Omnes.

At

17 At instantiam non obstare monui, nam limitatur doctrina illa ab eod. D. Card. *dict. lib. 5. cap. 6 & seqq.* ut non procedat in Principibus Christianis, qui Romanum Pontificem Caput Ecclesiæ recognoscunt, cuius ipsi sunt mẽbra principalissima, eique in omnibus ad animarum salutem pertinentibus obediunt, tamquam Cõmuni Pastori, & Supremo omnium Principum Catholicorum Capiti ad similitudinem Moysis, *Can. Sacrosancta 22. dist.* in eo nãque adimpletur, quod in veteri obseruabatur Sacerdotio, iuxta *cap. Per Venerabilem, §. Rationibus, vers. Sanè Qui filij sint legitimi*, ubi habetur: *Sanè cum Deuteronomium Lex secunda interpretetur, ex vi vocabuli comprobatur, ut quod ibi decernitur in nouo Testamento debet obseruari, quia Summos Pontifex in Ecclesia Dei gerit vicem illius Prophetæ, de quo Deuteron. cap. 18: Prophetam suscitabo vobis de fratribus vestris, & quicumque non audierit illum Prophetam, Ego vltor ero, pœnam scilicèt temporalem, & æternam infligendo; nam, ut dicitur cap. 17. Deuteron. Qui superbierit nolens obedire Sacerdotis Imperio; qui pro tempore erit, morietur, & qui obedire Sacerdoti contemserit, Lapidibus eum obruet Populus.* Quæ Auctoritas de Summo Pontifice exponitur *in dict. cap. Per Venerabilem*, quia videlicet, omnes ipsi obedire, eumque sequi tenentur. *Can. Magnum 11. q. 1. cap. Omnis anima de Cens. Can. Esto subiectus 95. dist.* D. Valenç. Velazq. *contra Venet. p. 5. num. 262. & seqq.*

18 Et confirmatur solutio hæc communi, atque irrefragabili Iuris Regula: Quod nimirũ Summo Pontifici directiua competit vniuersi Potestas. *Can. Suscipitis 6. dist. 10.* ubi Nazianz. sic ait: *Quid enim honorificentius, quam, ut Imperator Ecclesiæ Filius dicatur? Quod quum dicitur, sinè peccato dicitur, cum gratia dicitur: Imperator enim bonus intra Ecclesiam est, non supra Ecclesiam. Bonus enim Imperator quærit auxilium Ecclesiæ, non refurat, &c. Can. Valentinianus 63. dist.* ibi: *Talem itaque in Pontificali constitui Te Sede, cui, & Nos, qui gubernamus Imperium sincerè nostra capita submittamus, & eius monita, dum, tamquam homines deliquerimus necessario velut curantis medimenta suspiciamus. Can. Duo sunt quippe 10. in fine 96.* ubi Gelas. Papa Imperatori scripsit: *Quippe quum videas Regum colla, & Principum summitti genibus Sacerdotum, & osculata eorum dexterà, orationibus eorum credant se communiri. Can. Si Imperator 11. eadem dist. 96. si Imperator Catholicus est, &c. Filius est, non Præsul Ecclesiæ, &c.* Ad Sacerdotes enim voluit Deus, quæ Ecclesiæ disponenda sunt pertinere, non ad Sæculi Potestates, quas, si Fideles sunt, Ecclesiæ suæ voluit esse subiectas, & latè rem pertractat Ias. *in Celebri illo Consil. 145. incipit circa primum, num. 3. vol. 1.* vbi ait: *Papa est omnia, & super omnia; Papa est supra Me, extra Me; Papa est Dominus Dominantium, & Ius Regis habet in suos subditos: Papa potest mutare quadrata rotundis, undè non de eius Potestate inquirendum, Primæ quum Causæ nulla sit causa.* In cuius assertionis

tionis comprobationem videndi ſunt Text. *in Extrauag. ad Conditorem de verb. Significat. Can. Satis euidenter 7. diſt. 96. cap. Quanto de Translat. Epiſcop. Clem. Paſtoralis 2. de Sent. & re Iudic. Can. Duo ſunt diſt. 96. Can. Cuncta per Mundum 17. & Can. ſeq. 9. q. 3. Can. Charitas diſt. 2. cap. Propoſuit 4. de conceſ. Præb. Can. ſi Papa 6. diſt. 40 Can. Nemo iudicauit 9. q. 3. Can. Patet Ead. cau. & Q. Can. Nũc autem 7. diſt. 21. Can. Oues 13. 2. q. 2. Extrauag. Vnam Sanctam de Maior. & Obed.* Bal. *in l. Barbarius Philippus, ff. de off. Prætor. & in cap. Cum ſemper de cauſ. Poſſeſ. & Proprietat.* Ludov. Gom. *in Reg. Cancell. in Præfat. Gloſſ.*

19 Eſtque apud Nos commune principium : Pontificem non puri hominis vicem, ſed veri Dei in terris gerere Innocen. IV. in Concil. Lugdun. relatus *in cap. Ad Apoſtolicæ 2. §. Nos itaque*, ibi: *Quum Ieſu Chriſti vices, licet immeriti tencamus in terris, Nobiſque in Perſona B. Petri ſit dictum, Quodcumque ligaueris ſuper terram ligatum erit, & in Cœlis de Sent. & Re Iudic. in 6.* & plura cumulat Carol Maranta *Reſponſ. 1. p. 4. per tot.* Idem Conſiſtorium cum Deo, idem Tribunal cum Chriſto habere, eique ideò omnem ſubeſſe creaturam etiam in Temporalibus debere affirmamus, idque de neceſsitate ſalutis, nam quum ex eadem neceſsitate fateri teneamur Papam eſſe Vicarium Chriſti, ut nuper vidimus, & conſtat vlteriùs ex Text. *in cap. 1. Vt Eccleſ. Benef. cap. Quanto de Translat.* cum alijs congeſtis ab Alvaro Pelag. *de Planct. Eccleſ. lib. 1. cap. 29. fol. 5. pag. 1. col. 2.* Addenduſque optimus Text. *in Can. Nemini 30. 17. q. 4.* vbi Nicolaus Pap. docet: *Nemini eſt de Sedis Apoſtolicæ Iudicio iudicare, aut illius ſententiam retractare, videlicet propter Romanæ Eccleſiæ Primatum, Chriſti munere in B. Petro Diuinitus collatum.* Symach. Papa *in Can. Aliorum 14. in princip. 9. q. 3.* vbi diſſertiſsimis iſtis verbis idem probat. *Sedis iſtius Præſulis cauſas ſuo (Deus) ſine quæſtione reſeruauit arbitrio. Voluit ſiquidem B. Petri Apoſtoli Succeſſores Cœlo tantùm debere innocentiam, & ſubtiliſsimi Diſcuſſoris indagine inviolatam exhibere conſcientiam, &c.* Idem Tribunal cum Chriſto conſtituere negare non poſſumus I. Nam aliàs Iuris vtriuſque principia everteremus, conſtat enim Præſulis conſtituentis, & Vicarij conſtituti idem eſſe Tribunal, *cap. Romana in princip. de Appell. cap. Non putamus 2. in fine, de conſuetud. in 6.* Rott. Romana apud Duran. *deciſ. 415. num. 2. p. 2.* Gratian. *diſcep. Foren. p. 5. cap. 809. num. 15. 16. & ſeqq.* Dominic. *conſ. 114.* Rebuff. *in prax. Benef. tit. de Vicar. Epiſcop. num. 40.* Azor *Inſtit. Moral. p. 2. lib. 3. cap. 43. q. 6.* Carol. Maranta *Reſp. 1. num. 27. & 28. p. 4. & Reſp. 98. num. 67. p. 5.* Salgad. *de Reg. Protect. p. 2. cap. 8. num. 92.* Ergò quum Sum. Pontifex à Chriſto D. Vicarius conſtitutus ſit, idem Tribunal cum eo conſtituere irrefragabiliter ſequitur, omninoque affirmandum ab omnibus venit. II. Autem probatur attenta ſimilitudine infallibilitatis in vtroque obſerua-

ſervatæ Tribunali, nam quemadmodum in Deo mentiendi, fallendi, & falli impotentia datur abſque Omnipotentiæ diſpendio, ut liquet ex Aug. *lib.* 15. *de Trinit. cap.* 1. relato à Gratiano *in cap. vlt. §. Sexta pars, de pœnit. diſt.* 2. Sic in Summo Pontifice Poteſtas faciendi contra Iura, legeſque non Poteſtas, ſed defectus, & impotentia cenſeretur ex Symacho, ſiue Enodio apud Grantian. *in cap.* 1. *in princip.* 40. *diſt.* vbi ſcribit: *Non Nos Beat. Petrum, ſicut dicitis â Domino cum Sedis priuilegijs, vel Succeſſores eius, peccandi iudicamus licentiam ſuſcepiſſe.* Addendùſque eſt S. Thom. 1. *p. q.* 25 *art.* 3. Bald. *Conſil.* 326. *num.* 3. *lib.* 1. Panorm. *in cap. Venerabilem* 34. *num.* 18. *de Electione*, vbi hacipſa vtitur Dei, & Papæ comparatione, ut Neuter ſcilicèt, niſi iuſtum poſsit. Idemque ad firmant Innocen. III. *in cap. Quia Diuerſitatem* 5. *de conceſ. Præb.* Petrus Cluniacenſis, S. Bernard. Syncronus *lib.* 6. *Epiſt.* 28. *ad Eugen. Pap.* Ergò idem Tribunal ex eadem ſimilitudine infallibilitatis dicendum eſt ex traditis ab Innocen. *in cap. Ex Reſcripto, de Iur. Iur.* Soccino, Gabr. Rot. Rom. & Farin. adductis à Barboſ. *diction.* 367. *num.* 5.

20 Quæ omnia comprobantur celebri illo D. Bern. teſtimonio *lib.* 3. *de Conſid. ad Eugen. III. cap.* 8. *Quis es Sacerdos Magnus, Summus Pontifex? Tu Princeps Epiſcoporum, Tu Hæres Apoſtolorum, Tu Primato Abel, Gubernatu Noë, Patriarchatu Abraham, Ordine Melchiſedech, Dignitate Aaron, Auctoritate Moyſes, Iudicatu Samuel, Poteſtate Petrus, vnctione Chriſtus. Tu es, cui Claues traditæ, cui Oues creditæ ſunt, &c.* & ex alijs comprobant Gloſſ. *in cap. Ex tranſmiſſa de For. Comp.* Rober. Maran. *in Specul.* 2. *actu princip. vltimæ partis Iudic. num.* 267. plures allegans Bal. *de Prohibit. feud. alien. per Frid. §. Præterea, num.* 2. Abbas *in cap. fin. de Purgat. Vulg.* Lancelot. Conrad. *in Temp. Iud. & Ad-vocat. lib.* 1. *cap.* 1. *de Imprat. §.* 2. *q.* 5. *& §.* 4. *verſ.* 10. *& verſ.* 25. *num.* 7. *& verſ.* 26. *num.* 2. *& ſeqq.* illos allegans, quibus addo Valençuel. Velazq. *Contra Venet. p.* 5. *ex num.* 99. *& p.* 6. *ex num.* 50. Solorç. *de Iur. Ind. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 23. *num.* 1. *& ſeqq.* Hier. Alban. *de Poteſtate Princip.* 1. *p. num.* 123. & plures alios apud Caſtillo, *tom.* 7. *de Tertijs cap.* 9. *num.* 46. Eiſque adnecto Panorm. *in cap. Novit. num.* 13. *de Iudic. & cap. Licèt* 10. *de For. Comp. cap. Si Duobus num.* 5. *de Appellat.* Franc. Boz. Eugubin. *de Tempor. Eccleſ. Monarchia lib.* 1. *cap.* 1. *& per tot. opus.* Cuius argumentum eſt probare Eccleſiaſticam Poteſtatem, Diuino reuelato, & Naturali Iure eſſe omnino ſupra Sæcularem, eamque à Pontifice (ſalvo legitimo Sæculatium Principum Dominio, & recto vſu) exerceri poſſe in Foro exteriori, facultate etiam punitiuà, quum quis ſub eſſe nolaerit, & contumax fuerit; non ſolùm ratione Læthalis criminis, ſed ad virtutum Naturalium, & Supernaturalium conſeruationem, addenduſque eſt Michael Mauclet. *de Eccleſ. Monarch. tom.* 2. *p.* 4. *lib.* 8.

*cap.5.col.2422.litt. C.* his verbis: *Cuius Sedis* (S.Romanæ, ſcilicèt) *Paſtor, ac Rector meritò, in omnia Mundi Regna, Imperia, Principatuſque Chriſtianæ Ditioni Subdita, Spiritualium reſpectu, dominari creditur, quod, qui negant Schiſmaticæ, Hæreticæque prauitatis contagione polluti, à Viâ Veritatis, Salutiſque miſerè, atque turpiter aberrant, &c.* Quod ipſe latiſsimè probat.

21 Ex quibus ſic fundatis principijs ſequitur Papam poſſe Temporales Principes (etiam Superiorem alium non recognoſcentes niſi Deum) punire, & pœnam eis inferre Spiritualem, & Temporalem ratione criminis, & delicti, cuius ſi id exigat qualitas uſque ad depoſitionem, Regnique priuationem procedere poteſt Summus Pontifex Vaſſallos à juramento Fidelitatis eis præſtito abſolvendo, aliſque Principibus Chriſtianis inveſtituram cõcedendo, ſic Bonifacius IIX. depoſito Philippo Francorum, Rege cognomento Pulchro, Alberto Imperatori Regnum adjudicavit, Paul.Æmil. *in Vit.Philip.Pulchri* lul II.à Ioan.Labrit Noſtrum antiquiſsimum Navarræ Regnũ abſtulit, ac Ferdinando Caſtellæ, & Aragoniæ Regi cõceſsit, & ex tùnc Caſtellæ Reges Nobis dominantur, Azor. *Inſt.Moral.par 2. lib.11.cap.5.q.8.* Alex.V.Ladiſlaũ, Regem Neapolitanum, eo quod aliqua Eccleſiæ Oppida occupaverat, in Concilio Piſano Regno privavit, & illud Ludovico Andegauenſi Duci attribuit. Sanctiſsimus Pius V. Regnum Angliæ, cuicunque Fideli Principi acquirenti conceſsit depoſita Eliſabetha Hæretica, Sanderus *de Schiſmate Anglicana, lib.1.* Anaſt.Germon. *de Sacror.Immunit.lib.3 cap.13 nu.41.* Quarè Auguſt.de Ancon. *de Poteſtate Papæ, q.43.art.3.* inquit: *Poteſt Papa ex iuſta cauſa in quolibet Regno Regem inſtituere, &c.* hoc autem procedit, non ſolum ſi Princeps Æthnicus, Infidelis, ſeu Athæus fiat, ſed etiam ſi inutilis Regno exiſtat. Sic Gregor. *Regeſt. 7. lib.8.Epiſtol.21.* Hermianus, Metenſ. Epiſcopus *in Can. Alius Item 3.15. quæſt. 6.* ubi refert Zachariam Summũ Pontificem à Regno depoſuiſſe Francorum Regem, Vaſſallos ab hoc juramento abſoluiſſe, & Pipinum eius loco ſubſtituiſſe, quia inutilis Regno erat, & ſubdit Text. *Quod etiam ex auctoritate frequenti agit Sancta Eccleſia; quùm milites abſoluit à Vinculo juramenti, &c.* Innocent. IV. Regem Portugaliæ Regno privavit, eiuſquè Fratrem ſubſtituit ei, ut conſtat ex Text. *in cap. Grandi 2. de Supplen. Neglig. Prælat. in 6.* Idemque in Concil. Lugdunenſ. Federic. Imperatorem Regnorum, & omnium Ditionum imperio priuauit, *cap. Ad Apoſtolicæ, §. Nos itaque*, ibi: *Et nihilominus ſententiando priuamus, de Sentent. & de Re iudic.* Innocent.III. Philippum Ducem Sueuiæ indignum imperio reputauit, quia Frederici Imperatoris Eccleſiæ perſecutoris Filius erat, eiuſque electionẽ à Principibus fac-

tam iefirmauit, & rejecit, *cap. Venerabilem 34. §. Sunt enim, de Elect.* Petrus Aragoniæ Rex, eiusque Filij, propter occupatam, inconsulto Summo Pontifice, Siciliam, quatuordecim Annis fuerunt excommunicationis mucrone exagitati, donec ab eadem Sanct. Sede communionem, & confirmationem obtinuerunt, Zurita *Annal. Aragon. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 26. 37. *&* 130. *&* *lib.* 5. *cap.* 10. *&* 6. Facell. *de Reb. Siciliæ, lib.* 9. *Decad. poster, cap.* 1. *& sequent.* Marian. *de Reb. Hispan. lib.* 14. *cap.* 6. Alphonsus Sanct. Anacephal. *lib.* 5. *cap.* 12. Pineda *in Monarch. lib.* 22. *cap.* 6. Illesc. *Histor. Pontific. lib.* 5. *cap.* 44. & Nos *Tractat.* 3. plura alia noviora adducemus exempla, fundamentalemque istius Potestatis rationem genuinam adsignabimus, interim addimus aliqua adducta à Laurent. Beyerlinch. *in Theatr. Vitæ Human. tom.* 6. *litter. P. verbo, Pontifex, pag.* 538. *col* 1 *&* 2. *&* *pag.* 539. *col.* 1. Eique addimus Alvar. Pelag. *de Planctu Eccles. lib.* 1. *cap.* 14. *&* *cap.* 40. *&* *cap.* 56. Christophor. Besold, *in Synopsi. Polit. part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 21. *pag. mihi* 43. *in Edition. Amstelodami.* 1648. Covarruv. *in in cap. Si Hæredes, num.* 10. *in fine, de Testament.* & cum alijs Acuña *in cap.* 6. *num.* 4. 40. *distinct.* & præcunibus Valençuela Velazquez *contra Venetos, part.* 5. *num.* 236. *&* *pluribus sequent.* Francisc. Boz *de Iur. Natur. seu Diuin. Ecclesiastic. Libertat. lib.* 1. *cap.* 14. *per plures sequent.* ubi, quam plurima sunt exempla latiùs à Nobis alibi prosequenda, & explicanda. Estque insigne exemplum Gregor. X. qui in Concilio Lugdunensi ad judicauit Orientale Imperium Michaëli Palæologo, qui illud tyrannicè occupauerat occiso Ioanne Imperatore Infante, cuius ipse Tutor erat; nam Palæogi Opera unita est Ecclesia Græca cum Latina, Sigonius *de Regno Italiæ, lib.* 14. *Anno* 1168. Turselin. *in Histor. lib.* 9. *fol.* 435. Villanus *lib.* 7. *cap.* 44. Naucleras *Generation.* 43. qui scribunt, quod quum Legitimus Orientis Imperator esset Balduinus II. à Palæologo armis ejectus confugit ad Carolum Siciliæ Regem, cuius auxilio poterat Imperium recipere; placuit tamen Gregor. X. ob Catholicæ Fidei bonum, confirmare Imperium Michaeli, & auferre Balduino; quamuis in isto nulla esset culpa, Angel. Maria Verticelli *de Apostolic. Missionum. tit.* 3. *q.* 89. *num.* 4.

22 Hucusque luculenter sunt dicta ad probandum Objectum materiale Ecclesiasticæ Potestatis secundarium esse omnia Regna Mundi, omnesque Sæculares, tùm Potestates, tùm Personas, quæ ei subjiciuntur in ordine ad Spiritualia concludunt etiam (ni fallor) ipsa Spiritualia esse Primarium materiale istius Potestatis Objectum, sicque intelligendus est Bozius *in princip. §.* adductus assignans Objectum fidei materiale adæquatum quidquid ordinari in Deum potest ab

Ho

Hominibus, ut videlicèt loquatur de objecto materiali primario, nam docente Sanct. Thom. 2.2. *q.26.art.3.in 1.arg.& part.3.q.54. art. 3.in Respons.* Causa est prior suo effectu,& accinit singulariter Vlpian.*in l. Manumissiones 4.ff.de Iust.& Iure*,dùm Manumissionem à servitute pendere deducit, ut potè quum Iure naturali omnes Homines liberi nascerentur, nec esset nota Manumissio,quum servitus esset incognita; ex servitute igitur, veluti ex causa Manumissionem, illamque, ut primarium principium agnovimus,Rota Rom.apud Cavaler.*decis.* 220. *num.3.* & apud Farinac.*decis.* 365. *num.2.vol.2.Consilior.* Vndè Supervacaneum ducerem id ex professo probare, ni gannientes Vulpeculas hæreticos, etiam quoad firmissimum principium, scirem, quibus nihil affore creditur, quin omnem Ecclesiasticam penitus evertant Potestatem, ipsamque Ecclesiam, at quum ipsa sit supra Septicollem petram ædificata, ut dixit Nilus Archiepiscop. Thessalonicens.*lib. 2. de Primatu Papæ, fol.* 26. & Nos latiùs infra dicemus *alio Fundament.* nullis concutitur procellis, & si enim Navicula Petri fluctuet, summergi numquam poterit; Ecclesia enim expugnari(quamvis impugnetur) non poterit, *Can.Non turbetur* 20. *q.*1.Cataldin.Boncompagn.*Tract. de Potest.Papæ,§.His ita pro præludijs num.* 19. *&* 20. dicens post Chrysost.*Ecclesia impugnari potest, expugnari non potest; tela mittuntur; sed eius murus non perforatur; Machinæ præparantur, sed Turris Dauidica non eliditur.* Ioan.Hier.Alban. *de Potestat.Pap.*1.*par.num.*205.& constat ex Luc. 22.& ex Text.*in cap. Si enim, §. Beatus, de Pœnitent. dist.* 2. Marc. Mantua *de Concil.in princip. num.* 1. D. Valençuel. Velazq.*contra Venetos, p.*5. *num.* 223. Hincque,nec portæ inferi adversus eam prevalere possunt, ex Divina Concessione, à prima sua institutione,usque in finem Mundi duratura. Hoc est,Politicas Potestates non fore prævalituras cõtra Supremum Ecclesiæ Caput,ut exponunt Bellarm.*de Pontif.Rom. lib. 5.cap.* 14. 15. *&* 16. Baron.*in Parenæsi aduersus Venetos Princip.* qui ex quam plurium Patrum expositione sic communiter promissionem illam interpretantur, & adimpletam esse, experientia demonstrat. Audi Hieron.*in cap.* 14. *Zachar.* ubi ait: *Nos autem dicemus omnes Persecutores, qui afflixerunt Ecclesiam Dei, ut taceamus de futuris cruciatibus, etiam in præsenti sæculo, recepisse quæ fecerunt: Legamus Ecclesiasticas Historias. Quid Valerianus? Quid Decius? Quid Diocleciauus? Quid Maximianus? Quid sæuissimus omnium Maximianus, & nuper Iulianus passi sunt? Et tùnc rebus probabimus etiam juxta litteram prophetiæ veritatem esse completam,&c.*

23 Cuius mirificæ Doctrinæ sunt prope in numera lachrymabilia exempla Cõstantinopolis nimirum ab Agarenis capta, die 29.Maij, Ann.Dom.1453.ob denegatam Sanct.Sedi obedientiam duodecim vicibus S. Antonin. 3.

*part. Histor. tit. 22. cap. 13.* Desiderius Longobardorum Rex hostis Sedis Apostolicæ Infensimus, non tàm lapsus, quàm præcipitatus ex Astris amplissimis fortunis dejectus, nudus ab opibus, vitâ spoliatus, Regnum, Nomen, Se, ac Suos æterna, ac in extricabili ruina oppressus, amisit. Lud. Richiõmus *in Apolog. pro Societ. Jesu.* Nomen ejus Caroli Francorum Dux spernens Pontificis Censuras ab Angelo percussus interijt Chron. Engolismens. & ab eo Theatr. Vitæ Humanæ *d. tom. 6. pag. 540. col. 2.* Frederic. Imperator partes cuiusdam Pseudo Papæ refouens adversus legitimè electum Alexan. III. in gurgitem fluvij descendens equus ex inopinato in voraginem ab reptus, eique insidens suffocatus interijt, Abraham Bzov. *de Rom. Pontif. cap. 2. num. 23.* ubi, & repentinam mortem Ludovici Babari ob molestias à Se Ioanni XXII. Pont. Max. illatas refert, Hispaniæ Regnum ob denegatã S. Sedi Obedientiam ab Vvitica Rege, misserrimè à Mauris devastatũ pie conjicit Card. Baron. *Anno 713. num. 21.* cui adsentitur Saauedra *in Corona Gothica, cap. 29. num. 8.* & Nos assumptum hoc latiùs comprobabimus *Tractat. fin.*

24 Suprema ergò Ecclesiastica Potestas primario, & directè habet Objectum materiale res, & Personas Ecclesiasticas, quæ eius legitimo Dominio subjacent, & Imperio, & à cuius nutu immediatè dependent, ut singulariter Mihi probatur ex Aurelij Cassiodori Verbis (iam supra relatis) *lib. 11. Epistol. 2.* ubi Ioanni Papæ scribens, sic Eum alloquitur: *Qua propter Nos decet custodire aliqua* (quod Administratorij Supremi Officium est) *sed Vos, omnia. Pascitis quidem Spiritualiter commissum vobis Gregem, tamen nec ista potestis negligere, quæ Corporis videntur substantiam continere, nam sicut Homo constat ex dualitate, ita boni Patris est Vtraque refouere, &c.* Fortiusque cõprobatur ex Theologorum communi placito, qui Supremam omnium Ecclesiasticarum rerum Administrationem Papæ competere, docent D. Caram. *in Theolog. Regular. disput. 56. num. 825.* Laimann. *in Summ. lib. 3. tractat. 4. cap. 10. num. 15.* Ioan de Dicastillo *de Iustit. & Iure, lib. 2. tractat. 3. disputat. 1. dub. 15. num. 19. & tractat. 15. disput. 1. dub. 6. part. 2. num. 262.* Malder. *eod. tractat. 1. cap. 4. dub. 8.* Bapt. Fragos. *de Regimin. Christ. Reip. tom. 2. lib. 3. disp. 9. §. 4. num. 1.* & ex illis Molina, Açor, Fagund. & alij Diana *p. 11. tract. 3. Miscell. resol. 14. vers. Sed quid Ego sentiam.* Vel Supremum Dominium, quod Canonistæ attribuunt *in cap. Quæ in Ecclesiarum, de Constit. cap. 2. de Præb. in 6. cap. Inter, de Fide instrum. cap. Proposuit, de Concess. Præb. Clem. 1. ut lite pendent. Gloss. in Can. Consequens, dist. 11.* Panormitan. *in disputat. 1. Incip. Episcopus, col. 1.* Barbatia, Mendoça, Rebuff. & alij adducti à Michaële Terrada *de amplit. benefi. disputat. 1. quæst. 1. numer. 37.* cuius verba adducit Diana *dict. resolut. 14. mox à princip.*

cui

cui addo Hier. Gonç. *in Reg. 8. Cancell. §.1. num.37.* Azev. *in l.2. num.29. & 30.* quibus addo. Gigam. *de Penſion. q.6.* & eſſe communem Canoniſtarum opinionem ſæpius firmauit Rot. Rom. in pluribus deciſionibus adductis à Thom. Hurtado *de Reſiden. Benef. lib.6. reſol.6. ſub reſol.11. num. 38. 39. & 42.* vbi Petr. Gregor. Flam. Pariſ. Nicol. Garc. Hier. Gonçal. Farinac. & Loter. adducit contra Gambar. Corduvam, Aragon, Vegam, Ledeſmam, Rodriguez, & Sanchez, ab eo relatos, *num.40. & 41.* huiuſmodi abſolutum Dominium Papæ in Beneficialibus denegantes. Nos verò tutiorem eligentes viam cenſemus omnia Bona, & Beneficia Eccleſiaſtica Romani Pontificis Imperio ſubdi validè quidem pro eius voluntate exercendo, & iam nulla legitima cauſa intercedente, quamuis non licitè, & abſque graui animæ ſuæ periculo licitèque, & validè cauſa intercedente, tùm gratiæ, tùm juſtitiæ prout docent primæ Opinionis Aſſeclæ, quibus Nos libenter ſubſcribimus *ex Text. in Can. Non liceat Papæ 20.12.q.1.* vbi Symach. Papam *in tertia Synodo cap.4. & ſeqq.* decidiſſe conſtat, non licere Papæ injuſtè prædia Eccleſiæ alienare, & anathematizantur alienationi conſentientes, & inferioribus impugnandi alienationem, & prædia alienata repetendi facultas conceditur, *Can. Priuilegia 2.25. q.2.* ibi: *Ad noſtrum tendit reatum, ſi Paternarum Regulæ Sanctionum nos conſentientibus, negligentibus violentur.* Quam diſtinctionem, & temperamentum ſingulariter mihi probat elegans Text. *in cap. Quia Diuerſitatem 5. de conceſſion. Præb.* vbi ſic Innocen. III. affatur: *Quem autem ex ſuſceptæ auctoritatis officio, tàm ſingulis, quàm ſingulorum Mater iuſta petentibus iuſtitiam, nec poſsit, nec debeat denegare, quum juſtitia, & iudicium ſit præparatio ſedis eius, &c.* Expreſſe corroboramus ex Specul. *tit. de Legato, §. Nunc oſtendendum, num. 51. & ſeqq. & tit. de Diſpenſat. §. Nunc breuiter dicendum.* Qui ipſam Pontificiæ Poteſtatis plenitudinem, rationis, honeſtatiſque iuxta, & Decalogi, nec non S. Euangelij præcepta reſtringendam eſſe docet, cui in ſuæ ſententiæ comprobationem addo *Text. in cap. Ad menſam 11. q.3.* Gloſſ. *in Can. ſi Papa 40. diſt.* Card. Iacobat. *de Concil. art. 12. num.30. & ſeqq.* vbi latè probat Papam, ſicut alios Catholicos, Evangelicis ligatæ præceptis. Et ex aliquibus Patrum ſententijs, Bar. *in l. fin. C. Si contra Iuſ.* Card. *in Tract. de vnion. Eccleſ.* Corraſ. *de Benef. p.2. cap.1. num.3.4.5.6.* Idem probant mihique hæc ſententia corroboratur ex Apoſt. 2. *ad Corinth. 10.* ſcribente: *Nam, & ſi amplius aliquid gloriatus fuero de poteſtate Noſtra, quam dedit Nobis Dominus in ædificationem, & non in deſtructionem veſtram, non erubeſcam, &c.*

25 Hinc iam vnuſquiſque ſibi differentiam hanc inter vtrũque materiale objectum diſcernet, quum enim Eccleſiaſticæ Poteſtatis directè, & primario objectum materiale ſint cuncta Bo-

na, & Beneficia Ecclesiastica, in quæ nullam habet auctoritatem Sæcularis Potestas, ab ea etenim Iure Diuino reperiuntur exempta, vel saltem Iure positiuo (vtrumque etenim docent DD.) Matt. *de Iurisd. p. 2. cap. 6. ex num. 3.* Dian. *p. 7. tract. 1. resol. 4* & pluribus relatis Carleval. *de Iudic. tom. 1. lib. 1. tit. 1. q. 6. sect. 1. num. 594.* cui addo Morl. *in Empor. Iur. p. 1. tit. 2. q. 12. nu. 6. & seqq.* Paul. Duran. *in tract. de Condit. & mod. impos.* (qui est post Decis.) *part. 1. cap. 1. num. 12. vers. Rursus,* Mar. Cutel. *de Prisc. & Recent. Eccles. Libert. lib. 2. q. 1. & q. 127.* Vela *Dissert. 45.* & Iuris esse Diuini docent Carnin. *in Turri Babel, p. 3. cap. 2. fol. 562.* Bellarm. *de Cleric. lib. 1. cap. 21. & sequent.* Christophor. Besold *in Synopsi Polit. p. 1. lib. 1. cap. 2 de Iurib. Maiest. special. num. 9.* Inferens exinde Bona, & Personas Ecclesiasticas in Territorio, non verò de Territorio Principis Sæcularis esse, allegans Tusch. *litter. E. conclus. 15. & Text. in cap. 10. de Constit. & dist. 96. ac seqq. per tot.* Addendique sunt Alvarot. Castal. Zephal & Rippa, sequuti à Valençuel. Velazq. *contra Venetos, par. 1. num. 12.* ubi regùlam in comprobationem exhibet quod, quum Personæ, & Bona Ecclesiastica subdita numquam Laicis esse possint ab eis statui in ea nihil validè posse, *ex cap. 2. de constit. in 6. cap. Ecclesiæ S. Mariæ, cap. si Duobus de Appellat.* Aretin. *cons. 157. num. 1.* Addendaque omninò sunt Concil. Mileuitan. *Can. 13.* Matisconen. *Can. 8.* Laur. Beyerlinch. *in Theatr. Vitæ Humanæ tom. 3. lit. E. pag. 36. tit. Ecclesiasticorum Immunitas, & Libertas à Seculari Potestate, mox à principio,* ibi: *Iure Diuino Regimen Ecclesiasticum à Politico non solùm distinguntur, sed, & sublimius eo decernitur.* Quod pluribus pro more comprobat.

26 Cuius rationem efficacissimam exhibet Bonif. Pap. relatus *in Can. Nulli liceat 12. quæst. 2.* dicens: *Nulli liceat ignorare omne, quod Domino consecratur, siue fuerit Homo, siue Ager, vel quidquid fuerit consecratum Sanctum Sanctorum erit Domino, & ad Ius pertinet Sacerdotij, propter quod in excusabilis erit omnis, qui, quæ à Domino, & Ecclesia, cui competunt, aufert, vastat, inuadit, vel eripit, ciusque ad emendationem, Ecclesiæque satisfactionem, ut sacrilegus iudicetur, & si emendari noluerit, excommunicetur.* Cui consonat Text. *in Can. Qui cumque, Can. Prædia. Can. Qui abstulerit,* Cum alijs *cad. Caus. & Q.* Videndique sunt Petr. Greg. Matth. de Afflict. & Card. Alban. sequuti à Valençuel. Velazq. *contra Venetos, par. 3. num. 25. & seqq.* & Nos *hoc eod. Tractatu,* alibi latiùs dicemus.

# QVÆSTIO V.

## An,& Quomodo differat Vtraque Poteſtas hæc ratione formalis,& attributionis Objecti?

1 METhodicam, quũ exoptemus perficere Tractationem Philoſophica inſtituimus in omnibus ſequi præcepta, vndè, & objectorum cognitionem adhibemus, & inter ipſa ordinem obſervamus, quem iam diu à Philoſophis in ſcolis mutuati ſumus.

2 Objectum ergò Formale, & attributionis Poteſtatis Eccleſiaſticæ ut aſsignemus, præſupponendum eſt cum communi Philoſophorum Præceptore 1. *Phiſicor.* objectum formale eſſe in ſcientijs, id propter quod de aliquo in eis principaliter tractatur: Hinc in Philoſophia objectum formale aſsignatur Perfectio ipſius Subſtantiæ Naturalis, in cõcordi Omnium ſententiâ.

3 Objectum verò attributionis eſt, vel nobilior pars objecti totalis, vel id, quod principaliter intenditur à Scientia. Vndè in ipſa Philoſophia objectum attributionis erit Subſtantia Naturalis, quia ipſa eſt perfecta notitia principij motus, ſed perfecta noticia motus intendit ipſius radicale principiũ, quod eſt Subſtantia Naturalis ergò Philoſophia principaliter intendit Subſtantiam Naturalem, & conſequenter hęc erit objectum attributionis. His ergò ſic præmiſsis.

4 Objectum Formale Eccleſiaſticæ Poteſtatis eſſe cenſemus Directionẽ Spiritualem ad æternam Beatitudinem aſſequendam, Covarr. *PP.QQ.cap.1.num.12.concluſ.2.* Molina *de Iuſtit.& Iur.tom.1.tract.2.diſp.21.verſ.Quum verò homo*, Petr.Bertrand. *de Iuriſd. Eccleſ.& Sæcular.q.3.num.33.* Victor. *de Poteſt. Eccleſiaſ. relect.1.ſect.4. num.1.& ſect.5.num.8.& ſect.6. num.1.* Petr.Bollo *in Æconomia Canonic.claſ.3.cap.4.§.1.* Valençuel. Velazq. *contra Venetos p.5. num.227.* cui nouiſsimè addo Guillelm. Beyer. *de Eccleſ.Hierarc.q.12.cap.2. pag.523.* Exquo quidem Objecto differentia protinus reſultat inter vtrãque Poteſtatem, nam licèt Sæcularis Poteſtatis etiã Beatitudo ſit ojectum formale, *ut q.1.§.2.* diximus, illa Beatitudo eſt temporalis, quæ Regnis, & Poteſtatibus æternæ Beatitudinis expertibus competijſſe paſsim legimus, & licet in Catholicis Ditionibus idem ſit vtriuſque Poteſtatis finis, non ſufficit, nã vel non vtitur eiſdem medijs. Iſid. Peluſiota *li.2.Epiſt.249. Ex Sacerdotio,& Regno* (ſcribit) *rerũ Adminiſtratio conflata eſt, quamuis per magna utriuſque differentia ſit, illud enim veluti Anima eſt, hæc velut Corpus, ad unum tamen,& eundem finem tendunt, hoc eſt ad Hominum ſalutem,& c.* In quorum explicationem addit Guillelm. Beyer. *dict.q.12.cap.3 pag.531.verſ. Neque tamen*, quod Iſidorus conſiderat

derat vtrumque Imperium, prout à Deo ipso intentum est, vel prout à creatura rationali sese dirigente in vltimum finem, refertur, quo sensu ad hominis salutem tendit Imperium, sicut Sacerdotium; Deus etenim vtrumque istum Principatum ad hominis salutem procurandam, destinauit, Sacerdotalem immediatius, quia scilicèt, ipse hominis perfectionem Spiritualem proximè operabatur, Regium verò Imperium semotiùs, in quantùm à malo auertit, pœnarum metu, Regiumque Principatum ad hominum salutem per Sacerdotalem dirigi, moueri, atque impelli, eodem nempe modo, quo Corpus ab Anima, quod latiùs dixerat *ead. q. 12. cap. 2. pag. 523.* Addendi sunt Clem. Roman. *lib. 2. Constitut. cap. 34.* Origen. *lib. 8. contra Celsum*, Dionysius *cap. 1. de Eccles. Hierarchia*, Antioch. Hilari. Nazianzen. Synesius, Isidor. Peluſiota, & plures alij congesti à Francisc. Hallier. Doctor. Sorbon. *de Eccles. Hierarch. lib. 4. cap. 1. art. 2. per tot.* vbi fusè horum verba refert, remque perspicuè explicat.

5 Vlteriusque probatur ex quo Deus primas, & maximè necessarias partes dedit Ecclesiasticæ Potestati, sinè quà dirigente, docente, atque instruente vix possint homines ad Deum adduci, & salutem consequi æternam; possunt tamen sine Imperio Terreno eam obtinere, ut infra dicam. Vndè Beatitudo in Imperio considerata primario, & per Se est Temporalis, & de Temporalibus rebus; siquidem Æthnici, & Infideles multoties Beatius Temporaliter Regna possideant, idest politiori, pacatioriquè fruuntur Imperio, formale quapropter, & peculiare Ecclesiasticæ Potestatis hoc esse censemus, per quod à Sæculari distinguitur, nam quum formalitas objecti versetur immediatè circa id, propter quod res, de qua agitur principaliter intenditur; quumque Ecclesiastica Potestas propter hanc æternam Beatitudinem, & ad eam assequēdam immediatè à Christo D. instituta sit (ut mox videbimus) sequitur ipsam esse eius formale, peculiare, & præcipuum Objectum, ut docet èximius ille Canonista D. Ioan. Valboa Mogrovejo *tom. 2. Salmanticens. R. elect. ad Text. in cap. Nouit ille 13. num. 9. de Iudic.* ex Ludovic. Molin. *de Iust. & Iur. tom. 1. tract. 2. disp. 21. & in 1. par. in Tractat. de Oper. sex dier.* ubi perspicuè differentiam hanc finium Vtriusquè Potestatis, à quibus objectorum differentiam sumimus, explicat.

6 Attributionis autem Objectum Ecclesiasticæ Potestatis erunt media proportionata ad ipsam directionem assequandam; nam, quum attributio Objecti finem intentum principalitet respiciat, quumque finis iste sit Ecclesiasticæ Potestatis eum esse Objectum attributionis non dubitamus.

7 Quod manifestè probamus. Finis Ecclesiasticæ Potestatis, est Supernaturalis, Spiritualis, & Æternus, hoc est Vita Æterna,

Na-

Navarr. *in cap. Nouit de Iudic. not. 3. Coroll. 16. 17. 20. & 21. à num. 82. vsque ad 90. & 97.* & latiùs diximus *supra*. Ergò formale obiectũ istius Potestatis erit directio ad illum finem, & obiectum attributionis erunt media proportionata ad hanc directionem assequendam. Consequientiam probo ex Arist. 1. *Ethicor.* docente. *Ars, quæ considerat finem imperat arti, quæ considerat illud, quod est medium ad finem.* Card. Bertrand. *de Eccles. & Sæcul. Iurisdict. q. 3. num. 34.* prosequiturque Valençuela Velazq. *contra Venetos. p. 5. num. 229.* II. autem probamus. Homo procreatus est ad finem Supernaturalem, quem per media Supernaturalia assecuturus est; nam Potestas Ciuilis solùm habet vires ad dirigendos homines ad finem Naturalem (ut vidimus) qui quidem finis tamquam imperfectus solum habet dirigi ad perfectissimum, hæc autem directio fit immediatè ab Ecclesiastica Potestate, quæ proportionabilia adhibendo media ad perfectissimum illum finẽ perducere, inhiat, homines, ut colligo ex S. Thom. 2. 2. *q. 40. art. 3. ad 3.* Victor. *de Potest. Eccles. Relect. 1. q. 2. num. 10.* & ex his, quæ in comprobationem congerunt Molina *de Iust. & Iur. tom. 1. Tract. 2. disp. 21. num. 3.* Bapt. Fragos. *de Rep. Christ. tom. 1. Introduc. Proœm. §. 2. num. 20.* & in hoc sensu intelligendum esse Apostolum dum ad *Hebr. 13.* monet. *Obedite Præpositis vestris, ipsi enim peruigilant, tamquam rationem pro animabus vestris reddituri*, docet Frãc. Boz. *de Temp. Eccles. Monarch. lib. 1. cap. 7. pag. 90. & seqq.* Quibus omnibus addo Acuñam *in 1. p. Decreti ad Text. in cap. Duo sunt num. 2. 96. dist.* Adam Contzem. *lib. 6. Polit. cap. 3. §. 2.* Franc. Suar. *contra Reg. Angliæ, lib. 3. cap. 6. num. 17.*

8 Sæcularis autem Potestatis obiectum formale est institutio, directio, & conservatio Ciuilis Societatis, ac Propagatio publicæ salutis, & honestatis fœlicis, ac beatæ Ciuilitatis, & obiectum attributionis esse media proportionata, ad illa assequenda, quia quum propter hæc omnia sit cõparata (ut *§. proximo* dicam) illam esse obiectũ formale ex proximè firmatis liquet; quumque obiectum attributionis sit pars principalior, seu instrumentum obiecti formalis, iuxta Philosophum enim 1. *de Anima Text. 18. & 4. Meteor. cap. vlt.* Zabarella *de constit. scientiarum, & Art. Natur. cap. 32.* Instrumentum omne debet proportionari, & regulari secundum finem suum, finis autem est, quasi de essentiâ instrumenti, vnde proportionato obiecto attributionis cum obiecto formali, & ipsum esse salutem Populi apparet, & istud media ad inuenta ad eam consequendam colligemus ex Apost. 1. *ad Timoth. 2.* Besold. *in Synopsi Polit. præcognit. num. 46.* & pluribus relatis Salg. *de Reg. Protect. part. 1. cap. 1. prælud. 1. num. 44. & 45.*

9 Ex quibus clarè dignoscitur tantùm distare obiecta Ecclesiasticæ Potestatis ab obiectis Sæcularis, quantum Cœlum distat à Terra,

Terra, quantùm fœlicitas Humana à fœlicitate Divina, quantùm Anima à corpore, & quantùm æternum, & perpetuo duraturum à momentaneo, & caduco, ut probamus ex Chrysosth. *ad Corinth.2. homil.15.* cuius verba comprobant hucusque dicta, & ideò non gravabor ea apponere. *At verò hic aliud quoque Imperij genus est, ac ciuili quidem Imperio sublimius. Quodnam igitur hoc est? illud nimirum, quod in Ecclesia viget, cuius etiam ipsius Paulus mentionem facit, quum ait: Obedite Præpositis vestris, & subjacete eis: ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri: Hoc enim Imperium tantò Ciuili excellentius est, quantò Cœlum à Terra, imò etiam multò præstantius, &c.* Pauciſque interjectis subdit: *Rerum quidem huius vitæ parvam omninò rationem habet, verùm pro Cœlestibus omnia agit, ac decernit. Quo circa non modo maiorem, quam Prouinciarum Præfecti, sed etiam, quam illi ipsi, qui Diademate cincti sunt honorem acceperunt, qui hoc Imperium gerunt, ut qui in maioribus rebus, & ad maiora commoda homines fingant, &c.* & prosequitur Guillelm. Beyer. *dict. q.12. cap.2.*

## QVÆSTIO VI.

### An, & Quomodo differant Ecclesiastica, & Sæcularis Potestas ratione immediatæ originis, Primariæque Deriuationis?

1 DVpliciter in hoc consideramus titulo Originem I. prout significat principium, à quo immediatè vtraque emanat Iurisdictio: Argu. Text. *in l.6. ff. Ad Municip. cum alijs in Introductio Proœm. adductis, §.5. num.34.* II. prout Tempus denotat, locumque demonstrat, quo ambæ subsistere cœperunt Iurisdictiones: argum. Text. *in cap.1. de Vsur. in 6.* vtramque ad Tractatus integritatem conducere ambigi nequit; ex vtraque enim maior comparatur Nobilitas, nobiliorque acquiritur Maioritas iuxta Text. *in l.1. in pp. ff. de Cens.* & ea, quæ in comprobationem adducit Andr. Tiraquel. *de Nobilit. cap.19. per tot.* vbi Poëtam subinducit canentem *lib.1. Æneid. vers.645.*

*Fortia Facta Patrum, series longissima rerum*
*Per tot ducta Viros, antiquæ ab Origine Gentis.*

Addendique sunt Philipp. Decius *cons.648. num.27. & cons.498. num.19.* Avendañ. *in Dictionario, verbo Cauallero, vers. Si ergò,* Ioann. Garcia *de Nobilit. gloss.6. num.33.* Gutierr. *PP. QQ. lib.3 q.13. num.87.* & præ omnibus addo Tertullianum *de Resurrect. carn. cap.6.* his verbis: *Quo nunc facit ad infuscandam originem carnis, nomen terræ ventilare, ut sordentis, ut jacentis elementi?*

Quum

*Quum etsi alia materia excudendo homini competijsset, Artificis fastigium recogitari opporteret, qui illam, & eligendo dignam iudicasset, & tractando feciſſet, &c.*

2 De ſecunda acceptione, quum *Tract.1.* litè diſſeruerimus, primam hic inueſtigandam ſuſcipimus, ut exomnibus in collationẽ adductis Maioritas Eccleſiaſticæ Poteſtatis agnoſcatur.

3 Duplicem communiter aſſignari Sæcularis Poteſtatis Originem in comperto habeo, ſeu vnam à duplici prouenientem cauſa I. Attenta materiali, quà Gentes diſperſæ ad eam amplectendam motæ fuere.

4 Quum videlicet Minor à Maiori, Debilis Potente, Pauper à Diuite nimis opprimi Gentium diviſione cœpiſſet, in Opprimentium ſe contubernio, Cœtuſque deſperatione defectionem, diſidiumque; ab illis locis mutatione quæſiere, illorumque per turmas in varia loca tranſmigrantiũ Naturæ Benignitas, Deique Prouidentia miſerijs, calamitatibuſque ſolatia dando, Reges, Principeſque Iuſtitiæ Cuſtodes, & æquitatis, proſperè illis creãuerunt, ut diſſertè docuit Bald. *in l. Ex hoc Iure, ff. de Iuſtit. & Iur.* & proſequutus eſt Mich. Maucler. *de Eccleſi. Monarch. tom.2. part.3. lib.2. cap.3. litter. B.* Alvar. Pelag. *de Planctu Eccleſi. lib.1. cap. 52. pag.43. col.1.* Hancque fuiſſe præcipuam creãdorum Regum Cauſam, ut ipſi æquà lance inter ſubjectos ſibi Populos Iura redderent, & imbecilles à Potentiorum defenderent injurijs, docent Ariſt. 3 *Polit.* 11. & 5.10. Iuſtin. 1. *Hiſtor. in princip.* Cicer. *lib.2. de Offic.* S. Aug. *lib.4. de Ciuitat. Dei, cap.* 6. S. Thom. *de Regim. Princip. lib.1. cap.*14. S. Iræneus *lib.* 5. *Adverſ. Hæreſi.* Alphonſ Guerr. & Nicol. Boer. atque alij penes Menchacam *in Præfat. Illuſtr. Controu. num.* 102. *& ſeqq. & num.*120. *& lib.1. cap.1. num.*10. *&* 24. Lipſius *de Doctrin. Ciuil. lib.2. cap.* 11. Matth. Lopez Bravo *de Rege, & Regendi ration. lib.1. fol.*8. D. Melchor de Valent. *Illuſtr. Iur. tract.2. cap.* 5. *num.*5. *& ſeqq.* & cum alijs D. Solorç. *de Iur. Indiar. tom.1. lib.2. cap.*21. *num.* 59. Mendo *in Princip. Perfect. diſcurſ.* 62. *num.*21. ubi adducit illud Hæſiodi in Theogon.

*Hoc vno Reges ſunt olim ſine creati.*
*Dicere ius Populis, injuſtaque tollere facta.*

Addenduſque eſt, & præomnibus adeundus Martin à Roa *Singular. tom.1. lib.3. cap* 7. vbi latè probat Regũ præcipuũ munus hoc apud omnes Nationes fuiſſe, explicatque varia Loca Sacra, quibus Capitis Thema corroborat.

5 II. Autem iſtius Poteſtatis formalis eſt cauſa Societatis ambitio, cuius origo non à mutua hominum benevolentiâ, ſed à mutuo extitit metu ex dictis ſupra, *§.1. verſ. Hucuſque dicta.* Vndè metum objectum eſſe iſtius Poteſtatis apparet, nam quum Societas propter metum ſit adinventa, ab eaque originem ducat Sæcularis Poteſtas, ſi metus eſt objectum, ſeu cauſa formalis Societatis, erit origo,

origo, primariumque principium istius Potestatis metus.

6 Sed objicies: Tantum abest, vt Homines in societatem Ciuilem coalescere propter metum possent, vt si mutuò se metuissent, ne conspectum quidem mutuum ferre potuissent, quum metuere nihil aliud sit, quàm perterreri, vel trepidare, *l.1.§.1.ff. Quod met. caus.* Arist. *lib.3. Ethicor.* perterritus autem conspectum perterrentis omnino refugit, vt probatur ex Text. *in l. Pupillus in fine, ff. de verb. significat. & ex l. Nec quicquam, ff. de off. Proconsul.* vbi Vlpian. ait; quod potest Proconsul de plano comminari etiam, & terrere filium à Patre oblatum, qui non vt opportet conservari dicitur, sed clarius, eleganterque Cassian. *Collat.4. cap.19.* dicens: *Quod nauseà compellente projicimus, odibilius detestamur. Non dicam labijs admouere, sed eminus intueri sine ingenti horrore non possumus.* Addendusque est Martin. à Roa *Singul. S.Script.tom.2.lib.2.cap.5 pag.183.* Ergò si mutuo se homines perterrererent non possent propter mutuum metum convenire.

7 Ast veram adhuc assertionem nostram iudicabunt quotquot resciverint voce hàc *Metus* futuri mali prospectum quemlibèt comprehendi, neque solum fugã, sed etiam diffidere, suspicari, cauere, ne metuant prouidere, metuentium esse iudico, vndè foedera, paces, latebris se abdere, fores claudere, quum dormitum itur, iter comitatus, & cum telis facere, aliæque quam plurimæ Cautelæ ab istius generis metu proueniunt, ab eoque Societas humana, vt latè probat Thom. Hobbes *in Elemen. Philosophicis de Cive Titulo libertas cap.1. art.1.2. & 3.*

8 Comprobantur hucusque dicta quam pluriũ assertione docentium Potestatem Ciuilem, seu Sæcularem à Populo suam esse mutuatam essentiam, & originem, sicque Iure publico introductam. Hugo Donell. *lib.17. Comm.cap.6. vers. In primis eum,* & probatur ex Text. *in l.1. in prin. de Constit. l.1. §. Sed hoc studiosum 7. vers. Cum enim Lege antiqua, C. de Veter. Iur. Enucl. §. Sed, & quod Principi. Instit. de Iur. Natur. Gent. & Ciuil. l.2. §. Nouissimè, ff. de Orig. Iur.* Ex quibus constat apud Populum Rom. vniuersam resedisse Iurisdictionem, quam in Imperatorem (Lege Regia latà) Populus ipse transtulit, hincque Legem Regiam fuisse dictam, quia per eam initio Romani Imperij, & Vrbis, Romulo, cæterisque Regibus Regia fuit attributa Potestas, eisque Romà pulsis fuit hæc lex abrogata, Populoque prisca illa sua restituta Potestas, donec Octavij Augusti Imperatoris tempore Populus legem illam suscitavit, Potestateque illà rei vindicatà, se abdicauit, Cæsarique, & eius in Imperio Successoribus Potestatem, & Maiestatem illam vniversam attribuit, & confirmauit. Math Stephan. sanè defendus Author *de Iurisdiction. lib.2. p.1. cap.1. ànum.60.* vbi plura de Lege Regià, eamque hoc nomine (& non

*Rheniam*, ut aliqui putant) appellandam docet, cui addo Dom. Covarruv. *Practicar. Quæst. cap.* 1. *numer.* 3. Matthæ. Vvesemb. & Gyphan. *in dict. §. Sed, & quod Principi*, Ioann. Corras. *libr.* 6. *Miscellan, cap.* 8. *num.* 2. Dyo. *lib.* 53. *Histor.* Sueton. *in August. cap.* 10 11. 16. 34. 35. *& sequent.* Zonar. *tom.* 2. *Annal.* Mar. Salomon. *lib.* 2. *de Principatu*, Anton. Vacca à Capite Silicis *volum.* 1. *Expositi. Locor. obscurior. & Paratitlor. in Pandectas, ad tit.* 4. *lib.* 1. *Quod Principi placuit*, Georg. Fabric. *lib.* 1. *Antiq.* Ioann. Rosin. *de Antiquit. Rom. lib.* 7. *cap.* 12. ubi fragmentum istius Legis ex Tabula Ærea adhùc in Lateranenti Basilica existente, discerptum adducit, quam etiam ad Litteram refert Ioann. Eccard. *in suo Tractat. de Lege Regia, pag.* 28. *cum sequent.* ubi à Gregorio XIII restitutã, in Mõte Cœlio repositã esse testatur Matth. Steph. *de Iurisd. lib.* 2. *p.* 1. *cap.* 2. *num.* 74.

9 Addendus, C. Cornel. Tacitus *lib.* 3. *Annal. pag.* 365. *in Edition.* Ludovici Dorleans, Originem hanc radicitus examinatam adstruens, his verbis: *Vetustissimi Mortalium nulla adhùc mala libidine, sine probro, scelere, eoque sine pœna, aut coercitionibus agebant, neque præmijs opus erat, quum honesta suopte ingenio peterentur, & ubi nihil contra morem cuperent, nihil per metum vetabantur: at postquam exui æqualitas, & pro modestia, ac pudore ambitio, & vis incedebat; provenere Dominationes: multosque apud Populos æternum manserc. Quidam statim, ut postquam Regum pertæsum; leges maluerunt. Hæ primò rudibus Hominum Animis simplices erant, maximèque Fama celebrauit; Cretensium, quas Minos; Spartanorum, quas Lycurgus: ac mox Athenienſibus quæsitores iam, & plures Solòn perscripsit. Nobis Romulus, ut libitum imperitauerat: dein Numa Religionibus, & Diuino Iure Populum devinxit, repertaque quædam à Tullo, & Anco, sed præcipuus Seruius Tullius Sanctor Legum fuit, Queis etiam Reges obtemperarent. Pulso Tarquinio aduersum Patrum factiones multa Populus parauit tuendæ libertatis, & firmandæ concordiæ, creatique Decem Viri, & accitis, quæ usquam Egregia compositæ duodecim Tabulæ finis æqui Iuris; nam secutæ Leges, & si aliquando in maleficos ex delicto sæpius tamen dissentione ordinum, & apiscendi in licitos honores, aut pellendi Claros Viros, aliaque ob prava per vim lata sunt, &c.* Pauciſque interjectis subdit: *Ex in continua per viginti Annos discordia, non mos, non ius deterrima quæque impunè, ac multa honesta exitio fuere, sexto demum Consulatu Cæsar Augustus potentiæ securus, quæ Triumviratu iusserat, aboleuit: dedítque iura, queis pace, & Principe vteremur.*

10 Sed his obstat, quod Plerique immediatè Potestatem hanc à Deo procedere conentur defendere, pluribus Sacræ Paginæ testimonijs innitentes, & præcipuè 1. *Reg.* 8. 22. *Dixit autem Dominus ad Samuelem, audi voces eorum, & constitue super eos Regem, &* 15. 17. *Nonne quum parvulus esses in oculis*

*tuus unxit Te Dominus in Regem ſuper Iſraël, & 2. Reg. 3. 9. & 10. Hæc faciat Deus, &c. ut transferatur Regnum de Domo Saul, & eleuetur Thronus Dauid ſuper Iſrael, & 3. Reg. 11. 11. Dixit itaque Dominus Salomoni, quia habuiſti hoc apud Te, & non cuſtodiſti pactum meum, & præcepta mea, quæ mandaui Tibi aiſrumpens, ſcindam Regnum tuum, & dabo illud ſeruo tuo.* Daniel 2. 11. *& Ipſe mutat Tempora, & ætates, transfert Regna, atque conſtituit, & 5. 28. Diuiſſum eſt Regnum tuum, & dattum eſt Perſis, & Medis.* Mich. 3. Proverb. 8. ad Rom. 13. 1. Petr. 2. *ad Timoth. 3. ad Rom. 13. Sap. 6. Datta eſt à Domino Poteſtas Vobis, & Virtus ab Altiſsimo*, cum pluribus alijs libenter hic omiſsis, & alibi repetendis.

11 Corroboramque ex Can. *Qui culpatur 4. §. Sed ſi Humana Poteſtas 23. q. 2.* ibi: *Non enim eſt Poteſtas niſi à Deo, ſiue jubente, ſiue ſinente, cap. Audacter 18. 8. q. cap. Nouit. de Iudic. cap. Quoniam, 10. diſt. cap. Cum ad verum, & cap. Si Imperator, 96. diſt. l. 5. 6. & 7. tit. 1. p. 2. l. 1. & l. inter claras, C. de Summ. Trinit. & Fid. Cathol. l. vlt. C. de Quadr. Præſcrip. Auth. Quomodo oport. Epiſcop. in princip.*

12 Docent S. Thom. *lib. 1. de Regim. Princip. cap. 1. & ſeqq. & lib. 2. cap. 16. & lib. 3. cap. 1. &* 2. Cæſ. Caren. *in Catena Inquiſitor. in Antelud. num. 17.* Franc. Anſald. *de Iuriſd. p. 1. cap. 1. per tot.* Franc Salg. *de Reg. Protect. p. 1. cap. 1. Prælud. 1. num. 13.* D. Ioan. de Solorç. *de Iur. Indiar. tom. 1. lib. 2. cap. 2. ex num. 3.* Paris de Puteo, Carol. Graſal, Corſet. Ant. Gom. Azeu. Arias Mont. Navarro, Vitoria, Molina, Petr. Greg. Zeuall. Soto, Bovadill. & Læſius, adducti à Salçed. *de Leg. Polit. lib. 1. cap. 6. num. 1. & num. 18.* Bellarm. *tom. 2. Contr. de Laicis, cap. 8.* plura congerens. Quibus omnibus addo Ioan. à Capiſtran. Hier. Alban. Petr. à Monte, & Speculat. adductos à Valençuela Velazq. *contra Venetos. p. 5. nu. 225.* nouiſsimequè annecto Petr. à Marca. *de Concordia Sacerdotij, & Imp. tom. 1. lib. 2. cap. 1. per tot.* ubi contrariam opinionem (nempè Principatum Politicum, ſeu Regiam Auctoritatem à Deo per inſitam Naturæ Legem manaſſe quidem, ſed ità, ut Populo, & Vniverſitati concederetur primum, & eorum deinde ſuffragijs in Reges conferretur, qui plenum Imperij ſui beneficium, non Deo tantum, ſed Populis accepto ferre debeant) Libertatem Regũ imminuere, Dignitatem violare, factionibus Vires ſubminiſtrare, imò, & in ipſas Scripturas Sacras peccare animoſe aſſerit, moxque ſubdit: *Sanè dubitandum non eſt, quin Regum perſona, vel ſuffragijs Populorum Specialiter, vel generaliter tranſlato Regnandi Iure Hæreditario in aliquã generoſam Stirpem Naturalium fortè in Regium Culmen aſſurgat, ſed præterquam quod, & motum animis Eligentium Deus inſpirat, quo in illa ſuffragiorum ſortitione Vnum Alteri præferant, certum, & conſtantiſsimum eſſe debet apud Pios, & Deuotos Regum Cultores Vnicuique Regum Poteſtatem Regiam immediatè à Diuino Numine conferri, &c.*

Nec

13 Nec ſatisfaciendum eſſe inſtantiæ, dices reſpondendo ex Alvar. Pelag. *de Planct. Eccleſi. lib. 1. cap. 52. pag. 43. col. 1. circa finem.* Differentiorem multò fuiſſe Poteſtatem ciuilem apud Iudæos, ac apud Gentiles, quia apud iſtos fuit ex Humana Inſtitutione Poteſtas Sæcularis, apud illos verò fuit aliquo modo ex Humana Inſtitutione, ſed interueniente Speciali Diuina Ordinatione, ſecundum quã, & Iudices & Reges ſunt in Populo Hæbræo creati, & inſtituti, vndè ab eorum origine nequit argumentum generale ſumi ad ſtabiliendum Poteſtatem publicam habere Diuinam immediatam Originem.

14 Vrgeri namque poterit affirmando eamdem Diuinã Specialem Ordinationem præceſiſſe ad Inſtitutionem Politicæ Poteſtatis apud Gentiles, ac apud Hæbræos, vt patet ex illis verbis: *A Domino datta eſt Poteſtas Vobis, & quum eſſetis Regni illius non rectè judicaſtis.* Iſai. 45. *Hæc dicit Dominus Chriſto meo Cyro, &c.* Hierem. 27. *Ego dedi* (ait Dominus) *omnes Terras iſtas in Manu Nabuchodonoſor, Regis Babylon.* & Daniel 2. *Tu es Rex Regum, & Deus Cæli dedit Regnum Tibi.* Quæ, & loca omnia Petri, & Pauli ſupra adducta de Regibus Gentilium intelligi debent, quia nullus Fidelis tùnc reperiebatur, & in Concil. Cõſtant. *Seſſ. 8. & 15.* definitum eſt etiam Infideles, & Iniquos Reges à Deo accipere Regna, & Poteſtatem.

15 Miniſcèque comprobatur inſtantia ex Aug. *lib. 5. de Ciuit. Dei, cap. 21.* his verbis: *Quæ quum ità ſint non tribuamus dandi Regni, atque Imperij Poteſtatem, niſi Deo Vero, qui dat fœlicitatem in Regno Cœlorum ſolis pijs, Regnum verò Terrenum, & Pijs, & Impijs, ſicut ei placet, cui nihil injuſtum placet, &c.* Inferiuſque: *Qui dedit* (inquit) *Mario, Ipſe, & Cæſari, Qui Auguſto, Ipſe, & Neroni, Qui Veſpaſiano, vel Patri, vel Filio ſuauiſſimis Imperatoribus, Ipſe, & Domitiano Crudeliſſimo, & nè per ſingulos ire neceſſe ſit, Qui Conſtantino, Ipſe Apoſtatæ Iuliano, &c.* Quibus, & alijs teſtimonijs, efficacibuſque intrinſecis rationibus hanc ſententiam corroborat Bellarmin. *dict. cap. 8. per tot.* Quem ipſum locum, Tertullian. Irenæum, Epiphanium, Iſidor. Peluſiotam, & Chryſoſt. pro hac opinione adducit Marca *dict. cap. 2. §. 2. qui §. 3.* ex Victor. *in Relect. de Poteſt. Ciuili, num. 8.* Petr. Duallio *de Suprem. Rom. Põt. Poteſt. 1. p. q. 1.* Cõcil. Pariſi. *lib. 2. cap. 5. Anno 829.* ſtabilire firmiſsimè conatur Reges à Iure Diuino, & Naturali Poteſtatem, & non ab ipſa Republica, ſeu ab Hominibus accipere.

16 At nihilominus ſolutionem illam ſubſtinendam, & corroborandam eſſe cenſemus, *ex 1. Reg. 8. 1. & ſeqq.* vbi conſtat Regem Hæbræis à Deo irato, & loco pœnæ datum eſſe Dominatum rerum, & perſonarum ſecum trahentem; nam ſermo illic non de priuilegio, vel Legitimè Regum Iure loquitur, ſed de Tyrannyde, atque injuria eſt, vt contra plurium opiniones, docet Chriſto-

phor. Besol *lib.* 1. *Polit. cap.* 9. *num.* 24. *vers.* 1. *& in dissert. de Iur. Reg. Sam. num.* 4. *&* 5. ubi argumentis satisfaciat, hinc ab eo argumentari non licèt. Sed nihilominus affirmandum, quod licèt Potestas Sæcularis, aut Politica in abstracto considerata à Iure Diuino originem habeat; in concreto tamen, prout in ista, vel illa specie in vno, vel alio Regno stabilita, à Iure Gentium dimanat, ut docet Basil. *in Constitut. Monasticis, cap.* 23. ex cuius verbis rectè infert Petr. Hurtad de Mendoça *in* 2. 2. *S. Thom. vol.* 2. *disp.* 34 *sect.* 1. *§.* 32. Regnum Temporale esse de Iure Humano, Spiritualem autem Auctoritatem Ecclesiæ, de Iure Diuino, Bellarm. *dict. Tractat. de Laicis, cap.* 6. *vers. Tertio nota.* Besold. *in Præcognit. ad Synopsi. Doctr. Politicæ, num.* 44. & probatur *ex Epistol.* 3. S. Anacleti *cap.* 3. ubi Episcopis toto Orbe diffusis rescripsit: *Reges, & Imperatores, licet si boni sint per Deum regnent, & Legum Conditores justa decernant* (*Sap.* 8.) *non tamen à Deo immediate constituti credantur, sed interueniente Iure Gentium ab Hominibus creatos Deus ipse probauit. Can. Sacro Sancta,* 22. *distinct.* & est singularis Sacer Textus, id optimè comprobans Oseæ 8. 4. ubi Dominus ait: *Ipsi regnauerunt, & non ex Me, Principes extiterunt, & non cognoui,* ut legit nostra Vulgata, vel iuxta Textum Hæbræum: *Ipse Reges constituunt absque Me: Principes assumunt Me inscio, &c.* Ex quo (ni Me animus fallit) clarè probatur Deum immediatè non concurrere ad istics, vel illius Regis constitutionem.

17 Hancque ipsam Opinionem docent Anton. de Butrio, & Card. Florentin. *in cap.* 1. *de Translat. Prælat.* quos referens sequitur Card. Iacobat. *de Concil. lib.* 6. *art* 1. *num.* 4. allegans *cap. Nouit, de Iudic. cap. per Venerabilem, qui filij sint legitimi,* & utrobique notata, Anton. Corsetus *in Tract. de Potestat. Regia,* 5 *part. num.* 69. *&* 72. Abb. *in dict. cap.* 1. *de Translat. Prælat. nu.* 3. rationem adsignantes, quod videlicèt Potestas Temporalis immediatè à Deo Patre, Christo eius Filio, & in eius Persona Petro, & Petri Successoribus Legitimis immediatè concessa est, ab eisque in Imperatorem translata, à quibus in omnes alios refluxit Dynastas, ut ratiocinatur Corsetus ubi proximè, ex quo, Bertrando Bolognin. & Cataldino, docet Valençuela Velazq. *contra Venetos, part.* 5. *num* 226. Quod, ut perspicuè magis percipiatur sequentibus, cõprobamus rationibus quoad eius duas principales partes.

18 Quoad I. In abstracto videlicèt consideratæ Sæculari Potestati Diuinam tribuentem originem probatur. I. Nam huiusmodi Imperium necessario consequitur Naturam Hominis, proinde est ab illo, qui eamdem fecit Naturam, hanc autem Deus immediatè creauit, Gen. 1. 27. ergò, & illud. II. Potestas hæc est de Iure Naturæ; non enim pendet à consensu Hominum, nam velint, nolint, debent regi ab aliquo, nisi velint perire Humanum Genus;

sine

ſine Imperio enim, nec Domus ulla, nec Ciuitas, nec Gens, nec Hominum Vniuerſum Genus ſtare, nec rerum Natura omnis, nec ipſe Mundus poteſt, atteſtante Cicer. *lib.3.* cui fauet Ariſt. *lib.1.Politic. cap.3.* dicens: *Regere enim, & regi, non ſolum inter ea, quæ neceſſaria, ſed & utilia,* & accinit Seneca *lib.1. de Clem. Iſtud ſanè eſt vinculum, per quod Reſp. cohæret; ille Spiritus vitalis, quem hæc tot millia trahunt, nihil ipſa per ſe futura, niſi onus, & præda, ſi mens illa Imperij ſubtrahatur.* Lypſius *de Doct. Ciuil. lib.2. cap.1.*

19 Imperium ergò neceſſario requiritur, nè Humanum ſubvertatur Genus, quod eſt contra Naturæ inclinationem, totalem, & partialem cõſervationem ſuadentem, ad id naturalem ſubinducentem defenſionem, etiam Brutis animantibus, *l.1.§. Vim vi, ff. de Vi, & vi armâ, l. Itaque 4. l. Scientiam 45. § Qui cùm aliter, ff. Ad leg. Aquil. l. 1. §. Cum Arietes 11. ff. Si quadrupes paup. feciſſe dicatur.* Indeque Tull. *lib.1. Officior.* ſcribit: *Generi Animantium omni eſſe à Natura tributum, ut ſe vitam, corpuſque tueatur, declinetque, ea, quæ nocitura videntur.*

20 Et licèt refragari videatur I.C. Florentinus *in l. Vt vim 3 ff. de Iuſt. & Iur.* huiuſmodi conſervationem Iuri Gentium attribuens; non tamen obſtat, quia conſervatio hæc, atque defenſio diuerſo conſiderata reſpectu non incongruè, & Iuris Naturæ eſſe dicitur, & Iuris Gentium, Iuris Naturæ quidem, ſi ad ipſam reſpicias defenſionem, ſeu inſtinctum, & impulſum Naturę, qui omnibus Animalibus eſt communis in tutando, & conſervando proprio corpore adverſus vim illatam, Iuris verò Gentium, ſi modum, & formam defenſionis, quam Naturali ratione, & certa quadam moderatione Ius Gentium temperauit, perpendas, quod enim Me defendere, & conſervare poſsim Iuris Naturalis eſt, quod autem moderatione inculpatæ Tutelæ adhibito id facere neceſſe habeam, ex Iure Gentium deſcendit, ut notat Gloſſ. & poſt eam Iaſ. *in §. 2. verſ. Ius autem Gentiũ, verbo, Bella etenim. Inſtit. de Iur. Nat. Gen. & Ciuil.* Chriſtophor. Beſold. *diſp.2. ad Pandect. ſub Theſi 1.* & plenius *in Comment. ad l.3. tit.1. lib.1. ff. num.1. pag.47. & ſeqq.* Petr. Fab. *lib.2. Semeſtr. cap.2. pag.22.* Quamquam aliter id explicent. Connan. *lib.1. Comm. cap.4. in fin.* Decian. *in Tract. Crimin. lib.2. cap.6. num.6. & 7. & cap.7. num.2. & ſeqq. tom.1.* Farin. *in Praxi Crimin. par.4. tit.14. de Homicid. quæſt. 115. num.334.* Hulric. Hunnius *lib.1. var. reſol. Iur. Ciuil. tract.1. q.21.* Donel. *lib.1. Com. cap. 7. pag.17.* Matth. Berlich. *Concluſ. Practic. p.4. concluſ.13. n.2. cum ſeqq.*

21 Vndè elicitur, quod, quum Sæcularis Poteſtas in abſtracto conſiderata ad ſui cõſervationem ſit neceſſaria Mundo Iure Naturæ, quumquæ Ius Naturæ ſit, Ius Diuinum, *§. Sed Naturalia quidem Iura, quæ apud omnes Gentes per æquè obſeruantur Diuina quadam Prouidentiâ conſtituta ſemper firma, atque immutabilia permanent, &c.*

*Instit. de Iur. Natur. Gen. & Ciuil. §. vltim. Instit. de Legitim. Agn. Tut. l. Ea obligationes 8. ff. de Cap. Min. l. 2 §. 1. ff. de Vsufr. ear. rer. quæ vsu consum. l. Vbi pugnantia 188. §. 1. de Reg. Iur.* Arist. *5. Ethicor. 7. & 1. Rethor. ad Theodectem.* Cicer. *lib. 2. de Inuent.* Seneca *lib. 2. de Ira, cap. 20. in fin.* Adam Contzem. *libr. 5. Politic. cap. 13. §. 2. & cap. 14. §. 14.* Ergò Iure Diuino est introducta gubernatio, ergò eius origo in abstracto est Diuina. Hanc consequentiam, sed non ex his præmissis deducit Bellarmin. *dict. cap. 6. vers. Secundò nota.* Addens sic intelligendum esse Apostolum, dùm *Ad Rom 13.* scribit: *Dei resistit ordinationi, qui Potestati resistit.*

22 Quod autem Sæcularis Potestas in ista, vel in illa Specie, isti, vel illi applicata Regno, Iure Gentium sit introducta, probatur I. ex Text. *in cap. Ius Gentium, dist. 1.* ibi: *Ius Gentium est sedium occupatio, &c. l. Ex hoc jure, ff. de Iust. & Iur.* ibi: *Iure Gentium fuerunt discreta Gentes, Regna condita, Dominia distincta, Bellaque introducta, &c.* Iacob. de Valdès *de Dignit. Regum Hispan. cap. 18. num. 20.* II. autem probatur ex Bellarmin. *dict. cap. 6. vers. Quartò nota*, docente; singulas Regiminis Sæcularis Species in particulari esse de Iure Gentium, & non de Iure Naturæ, quia pendent à consensu Multitudinis, ad cuius voluntatem ipsa sibi constituit Regem, Imperatorem, Consules, aut Magistratus, ut patet, & si causa legitima adest, potest Multitudo mutare Regnũ in Aristocratiam, aut Democratiam, & èconverso, ut Romę multoties factum legimus.

23 A Multitudinis autem nutu, & voluntate pendere Potestatem illam in particulari docet Eminentiss. ille D. Card. consentaneè ad id, quod priùs *secundò, & tertiò* firmauerat *Notabili.* Potestatem videlicèt Sæcularem immediatè esse in tota Multitudine, tamquam in Subjecto, quod ipse alijs probat rationibus, quibus apud eum videndis, remissis.

24 III. Probamus Assumptum nostrum re assumpta distinctione illa nuper à Nobis allata inter Conservationem, & propriam defensionem, atque modum in ipsa obseruandum, ut scilicèt, illa à Iure Naturali, & consequenter Diuino, hæc autem à Iure Gentium descendat, quà ecquidem diuersitate retenta, adserimus, quod ab hoc Iure prouenit Hominibus, quod sicut in Brutis animantibus, quæ gregalia sunt, & socialia Naturæ instinctu inueniatur quoddam regimen, eodem Naturæ impulsu, Iure Gentium perfecto, idem regimen omnibus Gentibus, & Nationibus fuerit commune, Text. *in cap. in Apibus 7. quæst. 7.* S. Thom. *lib. 1. de Regim. Princip. cap. 1. Naturale est* (ait Ang. Præceptor) *Homini, ut sit Animal sociale, & Politicum in multitudine viuens, magis etiam, quam omnia alia Animalia.* Quod multis ibi probat rationibus, cui addo Christophor. Besold. *in Dissert. Philolog. de Principatu in Innocentiæ Statu, num. 6.* ibi: *Ita comparatum est Naturâ, ut præter Optim. Max. Deum*

[abs-

(*absque cuius directione si esset, ne quidem ad momentum persistere aliquid posset*) *ubique inueniatur aliquis Luctor, & pars quædam principalis, cæteras ordinans, & regens, adeò, ut etiam in ijs, quæ vitæ expertia sunt Imperium quoddam, velut concentus, cunctis rebus insit. Arist. 1. Polit. cap. 3. Naturam omnem, quæ non est Simplex, sed cum alio connexa, necessario aliquem habere in se Principatum. Cicer. lib. 2. de Natur. Deor. inquit: Ac in omnibus partibus Mundi imperandi, ac parendi diuersitatem deprehendere licere ostendit. Casus. lib. 1. Politicor. cap. 5. Sic nempe, & Discrimen quoddam ipsas inter Stellas, & harmonicam inibi videmus in æqualitatem. Hoc quum in ijs, quæ Naturam retinent integriorem liceat inuenire, quis Homines, ut cumque mãsissent puri, Lege hac eximere ausit. In animantibus sanè Brutis, ubi vix ferè Reip. Symulachrum adumbratur, quorum Natura primæva essentialis, & si propter Homines iniquitati subjecta, sed tamen post lapsum immutata non fuit. In Gruibus unus tamquam Rex, & Ductor reliquos eminet, inter omnes, illisque ducatum præstat. Nim. lib. 10. cap. 23. Sic Apis conversatione gaudet, & mores, Consilia Remp. Reges, Imperium. & obedientiam, Leges, & instituta, ac prope modum omnia Officia Ciuilia habere videntur, ut illustri opere docuit conlectis omnibus eruditæ vetustatis locis Vlysses Aldrouandus tom. de insect. & c.*

25 Quod efficaci fulcitur ratione hàc. Potestas Ciuilis fuit Societati, seu Communitati Iure Gentium à Deo data: At Societas, & Communitas hæc Iuri Gentiũ adscribitur *l. 2. ff. de Iust. & Iur.* Homo enim ita natus, & comparatus est, ut viuat ciuili conversatione, seu cœtu aliquo communi, S. Thom. *dict. cap. 1.* ibi: *Est igitur Naturale Homini, quod in Societate multorum viuat.* Hinc rectè protulit Arist. *lib. 1. Politic. cap. 2. Hominem omni ape, omnique animante gregali ciuilius, & vrbanius Animal, & qui non Fortunà, sed Natura alienus est à Ciuitate, vt qui in Societate esse nequit, aut nihilo indiget propter copiam, illum, aut improbum, aut Homine præstantiorem Bestiam nimirum, aut Deum esse.* Addendique sunt Cicer. *lib. 3. Philipp. 13.* Homer. *lib. 9. Iliad.* Cuiac. *Nouell. 6.* & Hobert. Giphan. *in Comm. ad locum Arist. pag. mihi 29.* Vndè ridiculi censendi sunt Diodor. Sicul. *lib. 1. num. 8.* Thucydid. *lib. 1. ab initio,* Vitruv. *lib. 2.* & alij affirmantes. Homines primum morè fœrarum vitam degisse in montibus, & Siluis, ibique oberrasse, donec à quibusdam in cœtum Ciuilem ducti fuere. Eminentiss. Bellarm. *de Laicis, cap. 5. vers. Et præterea,* ubi Æthnicorum figmentum esse docet Petr. Gregor. *de Rep. lib. 1. cap. 2.* Besold. *in aict. Synopsi. præcogn. num. 25.* copiosequè Hier. Salçed. *de Regim. Princip. lib. 1. cap. 1. dissert. 1 per tot.*

26 Communitatem, & Societatem Iuri Gentium adscribi dixi absolutè, & absque additamento *Primæui* (quod addit Besold. *dict. num. 25.* ut vitarem contentionem illam, an Ius Gentium diuidi possit in primæuum, ideſt

primo

primo statim ævo adinventum, & secundarium, affirmantibus ex Bartol. & alijs *in l. Si quod 64. ff. de cond. indeb.* Besold. *ad l. 1. tit. 1. lib. 1. ff. num. 25. pag. 42. & seqq.* Pinel *in Reg. Cancell. de Rescind. vend. p. 1. num. 11. & seqq.* Hugo Donell. *lib. 1. Comm. cap. 7.* Mysing. *ad princip. Instit. de Iur. Nat. Gent. & Civ. num. 5.* vbi communiter scribentes. Alijs verò, & vulgarem, & verbis, & menti Legis diformem distinctionem hanc judicātibus. Corra. *lib. 6. Miscell. cap. vlt.* Connan. *lib. 1. Comment. cap. 5.* Anton. Fab. *in Iurisprud. Papin. tom. 1. tit. 2. princip. 3. confut.*

27 Siue etenim à primario, siuè à secundario Iure gentium, siue ab vno tantum descendat, irrefragabile Principium est, quod Societas hæc, & communitas, qua Bruta non Iure, sed impetu, atque impulsu, seu admonitione Naturæ, quæsierunt gregalia, has homines Iure, & recta ratione duce ad inuenerunt, & perfecerunt, nam quæ hominibus generaliter, ut à cæteris animantibus ratione distinctis Naturaliter competunt, à Iure Gentium illis prouenire est affirmandum. Ioann. Coras. *ad l. 1. §. 2. num. 13. ff. de Iust. & Iur.* Decian. *Tract. Crim. tom. 1. lib. 2. cap. 6. num. 1.* Petr. Greg. *in Methodo parva, lib 2. cap. 3.* absque quo quidem Iure humana societas stare nequit. Franc. Hotoman. *in Epit. digest. tit. de Iust. & Iur. num 9.*

28 Nec refragatur quod, & Ius Gentium Naturale dicatur, *§. 1. 4. 5. 11. 12. & 40. Instit. de rer Diuis. §. 1. vers. Quod verò Naturalis, Instit. de Iur. Nat. & l. 1. in principio,* & passim, *ff. de Acquir. rer. Domin. l. Cum amplius 84. in fin. ff. de Reg. Iur.* Nèque enim eodem modo vtrumque à Natura èst; Ius quippè Naturale, Natura per se, Ius Gentium ex rationè dictat Grègor. Lopez Madera *lib. 1. Animaduers. Iur. cap. 1.* seu illius causa est Natura creans, idèst ipse Deus, huius autem Natura creata, idest Ratio D. Opt. Max. benignitate hominibus insita. Raynald. Cors. *lib. 1. Indagat. Iuris cap. 10.* Osvv. Illigèr. *ad Donèll. lib. 1. cap 6. lit. D. in not.* idque docet Apost. *dum. 2. ad Roman. 15.* scribit: *Esse opus Legis Scriptum in cordibus nostris, quod Dèus Nobis ostendit.* Quò adlusit etiam Auson. dum *in Monosyllab. edit. 10.* cècinit:

*Lex Naturalis, quam condidit*
*Imperio Ius,*
*Ius Gentium, pietate hominum,*
*Ius certa Dei mens.*

Si ergò Natura Humana socialem vitam Iure Gentium requirit, & ad sui conseruationèm necessario appetit, ut diximus, & docèt Bellarm. *de Laicis dict. cap. 5. à principio.* Certè eodem Iurè requiret etiam Regimen, & Rectorem, sinè quo impossibile est Multitudinem consistere. Ergò ab hoc Iure originem habet Sæcularis Potestas, ut Doctiss. ille D. Card. *eodem cap* Latè probat, Nosque.

29 III. Et sententiam nostram probamus, & hucusque dicta corroboramus ex Sacrę Paginę aperto testimonio, nimirum 1. *Reg. 8.* vbi Populus Israel clamabat ad Samuelem dicèns: *Constitue*

*Nobis*

*Nobis Regem, ut indicet Nos, ſicut vniuerſæ habent Nationes, &c. iuncto* 3.*Reg.*2.15.22.*Paralipom.*1.21.7.*&* 22.1.*&quam plurimis alijs ex Traditionibus Hæbraicis petitis*, adductis à Pineda *de Reb. Salomonis cap.*1.*num.* 2. Gaſpar Sanch.*dict.*3.*Reg.*1.*verſ.*20. Ioann. Lorino *in Deuteron.*11.*verſ.*15. Marquez *in Guber.Chriſti, lib.*2.*cap.*3. Mendoza *tom.*2.*ad lib.*1.*Reg.cap.*8.*num.*5.*in expoſit.litèræ, §.*16.*&ſeqq. l.Omnes Populi, ff.de Iuſt.&Iur.* Ergò Regum Origo deſcendit à Iure Gentium. Sed Rex eſt totius Sæcularis Poteſtatis fons,& origo,*cap.Ad hæc vbi* Bal.*de Pac.Iuram. firm.&in cap.*1.*num.*11.*de Allodijs* Covar. *Practicar. QQ.cap.*1.*num.*9. Maſtrill.*de Magiſtrat.lib.*3.*cap.*2.*num.*5 Cancèr.*lib.*2.*Variar.cap.*7.*num.*327. Parladot *lib.*2.*Rer. Quotid. cap.*1.*num.*7. Scip.Gentil.*lib.*1.*de Iuriſdict.cap.*18. D.Salgad.*de Reg. Protect.par.*1.*cap.*1.*prælud.*3.*num.*114. Illiger. *ad Donell.lib.*17.*com. cap.*7.*litt.O.* Ergò Origo Sæcularis Poteſtatis deſcèndit à Iure Gentium, nam (ut vulgaritet circumfertur) Propterquod vnum quodque tale, & illud magis. Auth.*multo magis, C. de Sacroſanct. Eccleſ.*

30 Nec dicere obſtat vèrba illa enunciatiua Populi Hæbræi, quum ſubinducta eſſent ad oxoptatum Règem adſequendum, nihil probare, ad ſæpius deciſa à Rota Romana, & præcipuè apud Card.Seraphin.*deciſ.*1186.*num.*3.*&in pluribus alijs deciſionibus, congeſtis* à Matth. Buratt. *deciſ.* 323.*num.*11.*p.*1. Vbi Enunciatiua intereſſe habentium nihil probare firmatur. Quod *in dict. deciſ.num.* 16. ampliatur fortius procedere, quoties generica ſunt Enunciatiua, atque etiam quando ſunt de facto alieno; quum ergò omnia hæc in Enunciatiuis illis concurrant, non probare manifeſti Iuris apparet, quum nullam inducant diſpoſitionem *l.Siquis cum* 16 *§.*1. *ff.de Vulg.* ex quo,& alijs latè cóprobat Pichard.*in princ.Inſtit.de exhared. libcror.*

31 Reſpondetur enim, quod licet vèra objèctio ſit; non tamèn adaptabilis Sacro Textui; nullam ſiquidem falſæ aſsèrtionis repulſam paſſus eſt Populus, nec à Deo, nèc à Samuèle, ſed tantum ingratitudinis, & infidelitatis notam, ut rectè notauit Abulènſ. *tom.*6. *in* 1.*Reg. q.* 9. *pag.* 154. Michael Maucl. *de Eccleſ. Monarch. tom.*1. *p.*1 *lib.*4.*cap.*7. *col.*137.*&ſeqq.* ex quibus Enunciativam Populi Iſrael veram fuiſſe, legitimè venit conjiciendum.

32 Et ne conjecturis tantum procèdamus, onus probàdi Enuntiatiuam fatendo (ad quod Enuntians tenetur, alias nihil Enuntiatiò iuuat ex Vulgar. Regula Text. *in l.A ſe toto, ff. de Hæred.inſtit.* Auth. *Siquis in aliquo documento, C.de adèndo, vbi communitèr* DD. Surd. *conſ.*5.*num.*57. Marius Antonin. *Var.Reſol.lib.*1.*reſol.*38.*num.*5.*&reſol.*64.*num.*7.*&lib.*2.*reſol.*8.*num.*12. Hiſtoriographorum, & Iureconſultorum teſtimonijs cóprobamus Regnum apud Gèntes inſtitutum, & ſtabilitum eſſe, quũ Hæbræi Regèm petierunt.

Ab

33 Ab ipsaque Sacra Pagina incipiendo constat de Ægyptijs, Exod. *cap.* 11. ubi dicitur: *Occidam omne Primogenitum à Primogenito Pharaonis, qui Sedet in Solio eius*, id enim interpretatur Lyra de Regno, quod temporè Ptolomæorum quoquè fuisse patet ex Iustin. *lib.* 16. *&* 39. *Histor.* Pausan. *lib.* 1. Flor. *Epitom.* 46. elegans lex Regia 9. *tit.* 7. *verbo*, *Naturalmènte*, *&* *l.* 2. *tit.* 15. *part.* 2. concinitque *l. Eum qui* 3. ibi: *Non à Patre, sed à Genèrè à Ciuitate, à rerum Natura tribueretur, ff. de interdict. & releg.* Bal. *in l. Ex hoc Iure* 25. *num.* 11. *ff. ad Iust. & Iur.* Tiraq. *de Iur. Primogen. q.* 4. *num.* 15, 16. *&* 31.

34 Atque demonstratiuè procèdèndo apud Omnes Nationes vsitatum fuisse à prima suarum Rerum Publicarum institutionè Reges, eorumque Successores imperare, & regere, tuncque iam invetèratum morèm esse, quum Hæbræi Regem pètierunt, constat, nam de Syrijs restatur pètitio Demetrij Antiochi Regis Syriæ Fratris, apud Liu. & Flor. *dict. lib.* 46. ibi: *Regnare vtique vis? Huic spei tuæ obstat ætas mea, obstat Gentium Ius.* Moxque: *cupit Règnum, & quidem scèlerate cupit, qui trascèndere festinat ordinem ætatis, Naturæ, & Macèdonum Iuris Gentium, obstat Frater, Maior, &c.* De Persis Historia *Artaxèrxis*, *&* *Cyri* Plutarch. *in Artaxerxè* Procop. *lib.* 1. *de Bello Persico*, de Parthis Iustin. *lib.* 41. Tacit. *lib.* 2. *Annal. in princip.* de Troianis Messala Corvin. *in lib. ad Aug. de Progen. Aug.* Dares Phryg. *in lib. dè Excid. Troiæ.* Herodot. *in Euterpe, & in Polim. seu lib.* 7. dicens: *Mos omnium Populorum est, ut natu Maximus Imperium habeat.* De Macedonibus Liu. *lib.* 40. Diodor. Sicul. *lib.* 16. Iustin. *lib.* 7. & prius ex Trogo Pomp. *lib.* 2. *cap.* 10. scribens: *Ex his Artamenes maximus natu ætatis priuilegio Regnum vindicabat, quod Ius, & ordo nascèndi, & Natura ipsa Gentibus dedit.* De Spartanis Herodot. *lib.* 5. *&* 6. Æmilius Prob. *in princ. Vitæ Agèsilai*, Mamert. *in Panegyric. de Rhodijs*, Diodor. *lib.* 6. *Bibliothec. cap.* 13. De Cretensibus Lactan. Firmian. *Diuin. Instit. lib.* 1. *cap.* 4. De Albanis Liuius *lib.* 1. Halycarn. *lib.* 1. Dè Romanis. *Tacit.* 4. *Annal.* de Sicculis Iustin. *lib.* 21. Diod. Sicul *lib.* 11. de Gothis Ioan. Magnus *lib.* 16. *Histor. Gothor. cap.* 17. de Francis Vetustissimis Anast. Bibliothecarius, Adrian. II. seu Landulphus Sagax *Histor. Miscell.* Dè nostris Antiquissimis Hispanis eruditus Iacobus de Valdès *de Dign. Reg. Hispan. cap.* 5. *per tot. vbi* 1. Règem Thubalèm fuisse demonstrat, quod latius infra, & nos probare conabimur. Interim videndi sunt Berosi. Anniani. *lib.* 5. *cap.* 4. cuius autheritatem licet parui pendere Omnes huius Sæculi Eruditio res sciam aquibus, Eum allegando, discedere minime volumus, aliquoties tamen eo, & similibus suspectis apud ipsos Eruditos, vtemur, quoties ni mirum penes istos veritatem Historicam ab alijs non suspectis compeiimus: Quod quidem præmonitũ, atque stab litum cupimus pro Omnibus Nostris operibus: Regum

ergò

ergò Noſtrorum Originem à Thubale deriuant grauiores Hiſtoriæ Profeſſores Florian de Ocãpo *lib.1 cap.4.* Garibay de Zamalloa *lib.4. cap 4.* Ioan. Vaſæo *in Chronic.Hiſpan.* Tarafa *de Regibus Hiſpaniæ,* & alij laudati à Ioann.de la Puente *in Conuenient. vtriuſq. Monarchiæ, lib.3.cap 14. §.3.mox à principio.* De alijs Nationibus Henning Arnſæus *de Doctr.Ciuil.cap. 9.pag.mihi* 281. & plura congerit Rhenat.Choppin. *de Doman.Frãc. lib.2.tit.2.à num.3.*

35 Quarto denique noſtram probamus, & comprobamus ſententiam ex Bap.Fragoſ. *de Règim. Reip.Chriſtian.tom.1.§.2.Introduct. Proœm.num.19.* qui quaſi apendice, noſtra recopilans fundamenta dixit: *Poteſtas verò Laicalis eſt immediatè datta à Deo Communitati Humanæ ad Se gubernandum in rebus Naturalibus, ut benè, beatèque viuat; non tamen propriè per Se confertur de Lège ordinaria pèr ſpecialem actionem, diſtinctam à creatione; ſed per modum proprietatis, ab ipſa Natura manantis, eodèm modo, quo quis præſtat formam, ſolet præſtare conſequentia ad formam. Atque ità immediatè dattur à Deò, ut Authore Naturæ, pèr modũ proprietatis ſupra dictum, & ſic aſſurgit in Communitate Humana, vbi primum Collèctio Hominum in vnum Corpus Myſticum politicè congregatur. Quo poſito, impoſsibilè eſt, quin reſurgat hæc Poteſtas, nec poteſt impediri eius reſurrectio ab eadem collectiotione vnita politicè: poteſt tamen illam committere Collectio Ciuilis vni, vel Pluribus, prout maluerit, &c.* Molin. *de Iuſt.& Iur.tract.2. diſp.20. §.Quæres* Leſsius *eodem tract. lib.2.cap. 46.dub.4.num.24.*

36 Ex quibus concludendum venit Poteſtatem Sæcularem non prouenire immediatè à Deo, ſed à Iure Gentium. Quam ſèntèntiam mordicus defendit Thom. Bozius *in Tract. de Iur. ſtat. ſiuè de Iure Diuino,& Naturali Eccleſiaſticæ Libert. & Poteſt.lib.2.cap.3.fol. mihi* 91. *pag.1. poſt.med.* vbi tribus firmatis principijs generalibus ſubdit: *Ob has igitur tres cauſas (ut alias interim mittamus) Poteſtas Temporalis, Naturaliſquè ad alios règèndos, non èſt immediatè à Deo, I.quia non poteſt non ruerè in peſsima. II.non poteſt ad ſuum finem peruenire. III. non poteſt ad Eum in quo ſolo Natura conquieſcit. IV.adde non poteſt, non cadere in Dæmonum Potèſtatem V.vt omnino ſit, nam tota eſt ob hunc finèm facta, & ſeruata toties à Supernaturali Poteſtatè. Ob has igitur quinque eſſentiales rationes Poteſtas Temporalis, Naturaliſque eſſe non habet à Deo, ſed mediante Supernaturali Poteſtatè, quas Natura quærit Lèges, & appetitu ineuitabili, & eſſentiali omni in re, & momento, &c.* Quibus omnibus ſufficienter probatam partem hanc manere cenſemus.

37 Quoad ſecundam verò Aſſertionis partem, ſtabilientem Eccleſiaſticam Potèſtatem Supremam à ſolo Chriſto Domino immediatè procedere, nulla mediatione ſuppoſiti, vel Subjecti intèrueniente; licet non diutius hic immorandum Nobis eſſe cènſeamus. I.nam id ipſum latius per

aliquas

aliquas Quæstiones sumus *Tract. 3.* prosequuturi, ut Vni èx principalibus tituli partibus exactè satisfaciamus.

38 II. Quia tot Sacræ Scripturæ Oraculis claris adeò, & fortibus comprobatur, ut ea, aut nescirè Hominis esset valde Imperiti, & in Sanctis Littèris admodum Peregrini, aut dissimulare Fraudulenti, ac Malitiosi, aut improbare, atque nègare Improbissimi, aut Sceleratissimi à Via Veritatis enormitèr exorbitantis esse judicaretur, ut asserit elègauter Mich. Maucler *de Eccles. Monarch. dict. tom. 1. p. 2. lib. 2. cap. 13. col. 333. mox à princip.* docens ita immediatè à Deo procedere Ecclesiasticam Potestatè, ut neque à Sanctis Scripturis, neque à Genèralibus Æcumènicisque Concilijs, neque à Sanctis Patribus deriuari, possit affirmari, cui in comprobationèm addo Text. *in cap. Solitæ, §. Quod autem, vers. Potuisses, de Maior. & Obed. cap. Nouit ille 13. §. Cum enim non Humanæ Constitutioni; sed Diuinæ potius inuitamur, extra de Iudic.* ubi clarius in sequèntibus probat verbis: *Quia Potestas Nostra non est ex Homine, sed ex Deo.*

39 Probaturque èx illo Matth. 16. vbi hanc Potestatem Supremam promisit Dominus Petro, & opere compleuit Ioan. *vltim. Pasce Oues meas.* Docentque Ioan. Andr. Anton. de Butr. Rota Rom. Marc. Mantua, Ioan à Capistran. Iacobat. Petr. Rebuff. & Petrus à Monte, adducti à D. Valençuel. Velazq. *in Defension. Monitorij Pauli V. contra Venètos, part. 5. num. 226 pag. 310.* Exquibus ait, quod sicut Deus est generaliter in omnibus rebus creatis per Essentiam, Præsentiam, & Potentiam in suis Fidelibus est; Speciali quodam modo per Gratiam, & Charitatem, ita licèt in electionè omnium Potestatum Deus operetur; singulari quodam tamen modo operatur, & concurrit in electione Summi Pontificis, ut ita ab illo derivetur omnis alia Potestas, & Status, qui est in Ecclesia, quantum ad Communicationem Iurisdictionis, atque in huius comprobationem allegat August. de Ancon. *de Eccles. Potest. q. 1. art. 1. cum quatuor seqq.* Marsil. *Column. de Reddi. Eccles. 2. par. cap. 11. num. 21.*

40 Nosque communem omnium sententiam esse comperimus Suar. *contra Reg. Angl. lib. 3. cap. 12.* Zipæ. *de Iurisdict. lib. 4. cap. 12. num. 26.* Alvar. Pèlag. *de Planctu Eccles. lib. 1. cap. 52. per tot.* Bèllarm. *de Laicis cap. 6. vers. 5. nota* in illis verbis discursum nostrum aurea claue claudentibus: *Quinto nota èx dictis sequi: hanc Potestatem (Sæcularèm) esse quidem à Deo, sed mediante consilio, & electione humana, ut alia omnia, quæ ad Ius Gèntium pertinènt: Ius enim Gentium est Conclusio deducta ex Iure Naturæ per humanum discursum: Exquo colliguntur duæ differentiæ intèr Potestatem Politicam, & Ecclesiasticam; vna ex parte Subjecti; nam Politica est in Multitudine: Ecclesiastica in vno Homine, tamquam in Subjecto immediatè; altera èx parte Efficientis, quod Politica vniuersè*

con-

*conſiderata èſt de Iure Diuino, in particulari conſiderata, èſt de Iure Gentium, Eccleſiaſtica èſt omnibus modis de Iure Diuino, & immediatè à Deo, &c.* Ioan. Bap. Fragoſ. *dict. §. 2. Introduct. Proœm. num. 14. à princ.* ibi: *Secundo differunt èx partè Poteſtatis, quia Poteſtas Eccleſiaſtica èſt à Chriſto inſtituta immediatè, & Supernaturaliter ad regendos Fidèles in Supernaturalibus, & quatenus ad illa opus eſt in Naturalibus, ita Nauarrus poſt plures quos referens, ſequitur in cap. Nouit. dè Iudicijs. Notab. 3. n. 82. Quæ Poteſtas èſt in Chriſto Domino, & Ipſe eam Vicario ſuo in tèrris commiſit, ac eius Succeſſoribus, &c.*

41 Iacobus de Almayn. Doctor Gallus tèſtis omni exceptionè maior, quia quum tempore ferveſcentis in Eccleſia Schiſmatis ſcripſiſſet, licet Pius, & Catholicus eſſet, parum Ecclèſiaſticæ Poteſtati fauit. Hic ergò Author *in Opuſc. de Suprema Eccleſ. Poteſt. cap. 1.* dilucidè expoſuit differentiam iſtam, his verbis: *Vltimo tangitur cauſa finalis in vltima particula; ſed Poteſtas Laica, ſiue Sæcularis eſt Poteſtas à Populo ex Succeſſione hæreditaria, vel ex èlectione alicui, vèl aliquibus tradita, regulariter ad ædificationem Communitatis, quantum ad res Ciuiles, ſecundum Lèges Ciuiles pro conſequutione habitationis pacifitæ l. tangitur cauſa æfficiens, & origo huius, ſcilicèt à Populo regulariter, & licet aliquando Deus ſpecialitèr dederit aliquibus hanc Poteſtatem Laicã, ut Sauli 1. Reg. 10. & Dauidi 2. Reg. 5. & aliquibus, qui vtebantur iſtà Poteſtate ſuper Iſrael, ut patèt Iudic. 1. tamèn regularitèr Neminèm Dèus inſtituit. Hac occaſione quæritur: Vtrũ talis Poteſtas Laica ſit à Deo? & videtur, quod ſic ad Rom. 3. Omnis Anima Sublimioribus Poteſtatibus ſubdita ſit, & ſequitur in Textu. Non èſt Poteſtas niſi à Deo; ideo talis Poteſtas Laica eſt æque benè à Deo, ſicut Poteſtas Spiritualis. Pro ſolutionè dicit Duran. in 1. de Orig. Iuriſdict. Quod Poteſtas Temporalis, ſiuè Laica, eſt à Deo quantum ad debitum, ſed frequentèr non eſt à Deo, quantum ad acquiſitionem, & vſum. 1. probatur; nam ſecundum dictamen rectum, debitum eſt talem Poteſtatèm eſſe; Naturaliter enim iudicant Homines; Quod oportet eos ſubdi alicui, qui èis Iudicium, & Ius, ſiue juſtitiam adminiſtrèt. Ergò ſecundum Iudicium rectum, Naturaliter Nobis inſitum debitum eſt talem Poteſtatèm Regiam, ſeu Sæcularem eſſe. Ex ordinatione enim inſitum eſt Nobis tale Iudicium Naturale, ut conformiter ad ipſum viuamus, & hoc à Deo; nam ſignatum eſt lumen vultus tui ſuper Nos. Hoc eſt Deus Naturaliter Nobis in ſeruit lumen vultus ſui; hoc eſt vnum Iudicium, quo Naturaliter iudicamus: omnes politice ad inuicem viuentes dèbere eſſe Subjectos alicui, vel aliquibus, quibus incumbat ex officio facere mutuam juſtitiam. Ergò quoad dèbitum ipſa Poteſtas Sæcularis, ſiue Laica eſt ex Ordinatione Diuina, ſed non eſt adeo regulariter ad iſtum ſenſum, quod alicui regulariter immediatè Deus communicauit hanc Poteſtatem, nec dedit ſpèciale præceptum, ut alicui cõmunicaretur; ideo non eſt à Deo quantũ ad iſtum ſenſum, & ſic tangitur. 1. differentia intèr has duas Poteſtatès, quia Eccleſiaſtica èſt immèdiate à Chriſto inſtituentè; Sed Laica, quãuis à Deo ſit èx ordinatione*

*quãtum ad dèbitum; numquam tamen est à Deo regulariter, & immediatè instituta. Et in primo sensu capit Paulus: Non est Potèstas nisi à Deo, &c.*

42 Hucusque Senonensis ille Author, cuius verba transcribere minimè grauatus sum; omnia si quidem, quæ diffusè probarè conati sumus, quasi in compendio in illis confirmata reperimus. Et huic sententiæ mordicus inhæsisse comperimus. Eam siquidem retinuisse, constat *in Opusc. de Orig. Iurisdict. Ciuil. cap. 1. col. 2.* ibi: *Et antecedens notum est, quum Princèps à Se authoritatem illam non habeat èam immediatè à Deo, saltem, ut in pluribus; nam ut dicunt Doctores præsertim Durand. in Tractat. de Iurisdiction. Eccles. 1. Non est intelligendum, quod authoritas Regis Sæcularis sit à Deo. Sicque immediatè eam alicui commiserit regulariter; sed quia secundum rectam rationem, quã Deus Hominibus indidit est alicui commissa, & non videtur, quum non sit à Deo immediatè commissa, à quo sit Principi collata, nisi ab ipsa communitate, &c.*

43 Ex quibus omnibus satis corroboratam, atque impenètrabiliter cataphractam opinionèm nostram tuto affirmarè, nullamque reuereri impugnationem possemus; ast quia Maleferiati Nos incusare forte volènt, quod Aduersariorum jacula dissimulauimus, nec eorum objectionibus occurrimus, & præcipuè Petr. de Marca, cuius authoritas, tanti à Politicis Magistratibus habetur, ut ab Illo firmata, Istis in irrefragabile principium abierint. Aliquam ideo solutionèm ad eius authoritatem assignare opus fuit, quam tamen inuiti exhibebimus, utpote non parum denigratiuam authoritatis opèris, licet defensiuam Authoris famæ.

44 I. Ergò respondemus Fundamenta Petri de Marca, omninò à Catholicis spernenda, quia ruta sunt à Iacobo Anglorum Rege Cacodoxo, qui opinionem istam contra Cardinalem Bellarm. stabilire inhians, eisdem est vsus fundamentis, & vèrbis, ut clare constabit ex adductis à Franc. Suar. *in Defensor. Fidei contra ipsum Regèm lib. 3. cap. 2. num. 1. & cap. 3. num. 1.* Vnde solutio hæc petenda est ab eodem Suar. *l. c.* & Hurtado de Mendoza *dict. disp. 34. sect. 2. §. 14. & seqq.* qui Règis, Petri de Marca Antèsignani, fundamènta validè comminuunt.

45 II. Autem respondemus Authoritatem Petri de Marca nihili æstimandam esse; Nullumque mouere posse, ut ei innixus sententiam illam foueat, nostramque rejiciat; licèt enim Grauissimum pariter, & doctissimum fuisse Antistitè negare indecorum sit: quũ tamen opus illud falso attribui Grauissimo illi Præsuli declaratũ sit ab Indicis Sacra Congregatione, quæ authoritate Romani Pontificis illud prohibitorũ censui adscribens Notam istam adhibuit: *De Concordia Sacerdotij, & Imperij, seu dè Libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ Authore Petro de Marca. Item alius Liber sub eodem titulo à Stephano Baluzio, impressus Parisijs 1663. perperam adscriptus*

Pe-

*Petro de Marca, èx cuius retractati, ſcriptis, aliorumque èrroneis ſententijs opera præfati Baluzij editus eſt, &c.* ut patet *ex Decreto ipſius Congrègationis contento in Indice Librorum prohibitorum edito Romæ iuſſu Alexandri VII. Pontifi. Max. Anno 1665. litter. C. pag. 63.* Non èſt ergò ecquur Catholicum aliquem moueat Authoritas operis ab Eccleſiæ rèjècti, quia ſuppoſitium, èt plenum erroribus eſt.

## QVÆSTIO VII.

### An, & quomodo differant Poteſtates iſtæ ratione Subjecti Imperantis?

1 DIfferentiam ex parte Subjecti, Vnicuique ex iſtis Poteſtatibus moderantis, inquirendam proponimus, utque methodicè, atque cum fructu id aſſequamur præmittere oportet. I. Commune eſſe Principium etiam ab Hæterodoxis admiſſum: Poteſtatem nimirum Eccleſiaſticam Subjecto Imperante indigere, ut puritas Doctrinæ in Eccleſia conſervetur, & vitia corrigantur, & ab ea exterminentur, ut ex Calviniſtis Gallis, & Anglis probat Anton. Campnæus Anglus Sacræ Facultat. Pariſienſ. Doctor Sorbonicus *in Tract. de Vocat. Miniſtrorum, cap. 2. verſ. Proteſtantes Communiter, pag. 31.*

2 II. Vlterius præmonere cenſuimus tripliciter Differentiam iſtam cõſiderari poſſe. I. Moraliter. II. Naturaliter. III. Civiliter.

3 In prima conſideratione Poteſtates iſtas differrè ratione Subjecti Imperantis liquet; in Gubernatore namque Temporali ſolùm requiritur Perfectio Prudentiæ in agendis, ut colligitur ex adductis à Gratiano *in Summa 39. diſt.* & ex S. Gregor. relato in Can. *Petrus eadem diſt. 39.* Alvar. Pelag. *de Planctu Eccleſ. lib. 1. cap. 56. fol. 53. col. 2.* & quam plures laudati à Solorç. *Emblem. 42. num. 1. & 2.* cui addo Matth. Lop. Brauo *de Rege, & Règendi ratione, lib. 1. pag. 5. verſ. Hæc, ut corpus firmet,* Ioan. de Matian. *de Reg. Inſtit. lib. 3. cap. 13. toto.* In Moderaturo autem Eccleſiaſticis Rebus, & Perſonis hæc ipſa Prudentiæ Perfectio, atque etiam perfecta Sapientia deſideratur. Can. *Si quis Vult, 26. diſt. cap. Niſi cum pridem, §. Ne putes, de Renunt.* cum alijs alibi, forſan commodius adducendis. De III. autem conſideratione, Ciuili ſcilicèt, quatenus nimirum verſatur, circa cauſarum cognitionem, & Iudiciorum expeditionem infra alia dicemus Quæſtione.

4 In II. autèm conſideratione, Naturali nimirum ratione ſcilicèt Perſonarum, quam plurimũ Poteſtates iſtas differrè perſpicuum eſt; nam Poteſtas Eccleſiaſtica ſolum competèrè poteſt Sactis Hominibus, Sacro ſcilicèt Chriſmate inſignitis, Epiſcopis videlicèt, atque Presbyteris in Eccleſia Catholica legitimè ordi-

natis, & eiusdem Vnitatem retinentes, ut doctè probat Thom. Stapleton. Doctor Anglus *controuers. 2. lib. 5. cap. 5. tom. 1. suor. Oper. pag.* 166. vbi duplicem illam conditionem in Legitimo Ecclesiasticæ Iurisdictionis, & Potestatis Subjecto rèquisitam explicat. I. Vt scilicet sit legitimè ordinatus, ob id positam esse affirmat. Ne aliàs sint Latrones, non intrantes per Ostium, quales sunt omnes Qui Nemini succèdentes, à Se Ipsis ordinati sunt, ut de Nouatianis scripsit Cyprian. *lib. 1. Epist. 6.* II. autem, ut nimirum iam legitimè ordinati Vnitatèm Ecclesiæ retineant, de quibus dicebat Irenæ. *lib 4. cap. 43.* quod cum Episcopatus Successione Charisma accèperunt Veritatis, & acceptum suis Posteris tradiderunt. Ne aliter ex Pastoribus fiant Lupi, vel per hærèsim diripientes Ouile, ut Macedonius, Nestorius, & alij, vel per Schisma ipsum Dominicum Ouilè Segrègantes, ut Donatus, Meletius, Lucifer, & alij. Hanc autèm sententiam pertinacissimè ab huius Sæculi Hæterodoxis impugnari affirmat, & validissimè eam ideò multis corroborat. Ad Potestatem autem Secularem quilibèt Hominès, & quæcumque Fœminę admittuntur; omnes namque illi istius Potestatis capaces èxistunt. De Viris notum Lippis, & Tonsoribus est; de Fœminis autem liquet *ex l. 2. tit. 15. par. 2. vers. E por ende establèciéron, Que si Fijo Varon no huvieſſe, la Fija Mayor heredaſſe el Reyno*, cui accinit, *l. 2. tit. 18. part.* 9. copiosè Molina *de Hispan. Primogen. lib. 3. cap. 4. num. 5. & seqq.* ubi Add. *num. 5. pag. 216.* Besold. *in Synopsi. Polit. p. 1. lib. 1. cap. 5. num.* 40. & 41.

5 Nec refragatur, quod Galli Fœminas à Regno Sceptroque suo excludere velint ex Lege Salica. Rhenat. Choppin. *de Doman. Franc. lib. 3. tit. 1. num. 2. pag. mihi* 405. *& seqq. in postrèm. edit.* Respõdet enim grauissimi DD. I. Legem illam numquam latam esse, idque tutò affirmasse omnes, qui Eduardi Regis Angliæ, aduersus Philippum Valesium, partes egerunt apud Ordines Franciæ attestantur Emanuel. Sueyro *Annal. Flandr. tom. 1. lib. 11. Anno* 1328. Zypæ *in Eiatu obstructo Chasani, lib. 1. cap. 6. & seqq.* Armacan. *in Marte Gallico, lib. 1. cap. 3.* Author. Velitat. Subsidiar. *contra Vindic. Gallicas Velit. 3.* Ioan. Iacob. Chiflet. *Vindiciar. Hispan. cap. 9. & plur. seqq* apud quos Aliqui II. Respondent, vel commentitiam esse Legem istam, vel nihil de Regno disponere. III. Ad Gallos nõ pertinere Nonnulli affirmant, non leuibus fundamentis innixi, apud præcitatos DD. videndis, quibus addimus non contemnendum Authorem sub Larua Balmasothi se se Arbitrum inter Martem Franc. & Vindicias Gallicas exhibentẽ, qui opiniones istas non vulgariter, licèt Vulgari Dialecto, discutit *cap. 6. §. 1. & seqq.* in quibus vlterius immorari noluimus, solum addere contenti: omnès sententias istas etiam apud Gallos alicuius ponderis esse; videmus siquidem,

dem, & legimus, quoties Fœminas ex Regia Stirpe alicui Monarchæ copulatas esse, semper Gallos curasse, ut Successioni Regni primo rènuncient. Quod serio ponderauit Illustriss. D.D. Franc. Ramos de èl Mançano communis omnium Doctorum huius Sæculi Magister *in eruditissima illa Respuesta à Francia sobre las pretensiones de la Reyna Christianissima à los Estados de Flandès, Anno* 1668. *edita §. 4. pag. mihi* 63. *in extera èditione.* Galli ergò non se satis tutos existimant Legis Salicæ clypèo, ob cuius debilem defensionem, aliam excogitauit olim Ioan. Gerson. Chancel. Parisien. *in Dialogo duorum Milit. qui habetur sub fin. 2 p. suor. opèr.* relatus à Mauclèro *de Eccles. Monarch. tom. 2. par. 3. lib. 7. cap. 7. col.* 1549. *litt. C.* Fœminas scilicèt in Francico Sceptro non succederè, quia propter Vnctionem Sacram, quà eius in vnguntur Reges, Sceptrum illud Spirituale efficitur, obidquè Fœminæ incapaces eius existunt.

6 Hæc ex abundanti dicta sunto; nam gratis admisso, & sine veri præiudicio, concèsso Legem Salicam ad Franciæ Sceptrum pertinere, illamquè Fœminas ab eo excludere, id differentiam nostram non tollit, quia vnum Regnum, quantumuis amplissimum, non constituit genèralem Regulam, nec statutam destruit; ut enim communiter circumfertur. Licet enim ex communi Paroemia *Hirundo Æstatem loquatur*, hoc est *Noua Hirundo veris est initium.* Adrian. Iur. Interprete *Prouerb. 21. apud Erasm. Adag. cent. 7. col.* 1336. *in edit.* 1612. illa tamen, alia æque recepta Paroemiâli mitatur, scilicèt: *Vna Hirundo non facit ver.* Arist. *lib. 1. Moral.* Aristophan. *de Auibus.*

7 Concludendum ergò ex his omnibus èst, tàm Laicos, quàm Fœminas esse Sæcularis Potestatis omninò capaces; Ecclèsiasticæ autem eos, quacumque Dignitate, etiam Imperiali, aut Regia præfulgèant, etiam omninò incapaces existere, tali tamen distinctione, vt Viri Laici capaces fieri possint si ad ordines promoueantur quorum capaces sunt: Fœminæ autèm numquam capacitatem istam obtinere poterunt, quia ob perpetuam Sacrorum Ordinum incapacitatem, Potestatis istius negationem habent, ratione sexus.

## §. I.

## An Laici quacumque Dignitate præfulgeant possint esse Subjectum capax Sacro-Supremæ istius Potestatis? & opinio affirmans adducitur.

8 DVbitationem istam negatiuè conceptam facilè ad oculũ demonstrare possem ex Sacrosancto Cõcil. Trident. *Sess. 23. de Reformat. cap. 4.* Fures, & Latrones declarante quotquot blaterant: Ordinationem Ministrorum Ecclesiæ ad Principes Sæculares quoquomodo pertinere, & ne calumniarentur Hæretici, ut adsolent, Decretum illud ab Episcopis, & Romano Pontificè, quorum interest, emanatum esse; mox produceremus Ioan. Damascen Regis Arabiæ Consiliarium, sic Lèoni Isaurico scribentem: *Regum èst Ciuilis Administratio; Ecclesiastica verò Constitutio Pastorum, atque Doctorum impetus Latronum iste est.* Quẽ locum optimè exponit Hurtado de Mendoça 2.2. *in Tract. de Fide, disp. 34. sect. 1. §. 7.* Ast quum Difficultatem istam radicitus examinare opus esse instruamur à Tho. Stapleton. *controvers. 2. lib. 5. cap. 5. tom. 1. suor. Oper.* monente sententiam nègatiuam à Catholicis omnibus inconcusse admissam, à Nouatoribus variè impetitam esse, multisque apparentibus fundamentis impugnatam; non absre, imò ex Nostræ obligationis debito esse censuimus, Catholicam sententiam ab Aduersarijs pro modulo nostro vindicatam exhibere; Vt quantum in Nobis est Sacro-Supremam istam Potestatem ab omnium inimicorum incursibus liberemus.

9 Pernitiosissimam istam sententiam, attribuentem Laicis Principibus, seu Communitatibus Ecclesiasticam Supremam Potèstatem, præcipuè defendunt manifesti Laicocèphali, qui in Anglia nouam adinuènere Sectam Protèstantium, ab alijs plerisquè Lutheranis, Calviniistis, & Anabatistis diuersam, qua suadere conati sunt omnibus Prinpicibus Sæcularibus, siuè Masculis, siue Fœminis hanc Supremam Potestatem propriam, & innatam esse, ratione Regiæ Dignitatis, seu Supremæ Maiestatis, quà pollent, optimè Iacob. Gaulterus *in Chronologia Seculo XVI. cap. 100. pag. 805. col. 2.* vbi ex Nicol. Sandero, loquens de Laicocephalis, hæc ait: *Errorem hùnc propriè ad Schisma Anglicanum refert Sanderus, siquidem in Anglia Carceris primum pœna, deinde bonorum omnium publicationi, ac tandem morti adjudicatur, qui non confessus fuerit Regem, aut Reginam Regnum administrantem esse caput Ecclesiæ immediate*

post

*poſt, Chriſtum, tàm in cauſibus, & rebus Spiritualibus, quàm in Temporalibus. Præcipui huius hæreſis Defenſores fuere Samſon, & Moriſonus. Quem errorem inſtauratum invenies initio Synodi Londinenſis, Anni* 1603. *& 1504 ſæpè hactenus citatæ, cuius ſcilicèt Canone 1. ſtatim initio ſtatuitur: Authoritatem Supremam Regis in Eccleſiam Anglicanam in rebus Eccleſiaſticis eſſe tuendam, ac propugnandam, &c.* In eoque ab alijs Sectarijs diſtingui. I. Nam alij, illud deteſtantur Anton. Campnæus *de Vocat. Miniſtrorum, cap.* 15. *pag.* 545. ibi: *Quod adeò abſurdum eſt Paradoxum, ut omnes aliæ prætenſæ Reformationis Synagogæ, illud deteſtentur, atque abhorreant, Caluin. in cap.* 7. *Amos. Blaſphemum, atque ſacrilegum illud Vocat. Centuriatores in præfation. cent.* 7. *par.* II. *Doctrinam directè contrariam tradunt. Kemnitius Epiſcop. ad Elector. Brandeburg. &c.* II. Nam ut probat Thom. Stapleton. *dict. lib.* 5. *cap.* 17. *pag.* 187. Omnes alij Hærètici Potèſtatèm iſtam Principibus Tèporalibus attribuunt, non tamen qua Principes ſunt; ſed quatenus illi conſiderari debènt Vnus de Populo Fideli, & conſequenter Eccleſiæ membrum, Staniſlaus Oſius *in Confutation. Brentij. lib.* 2. *de Legitimis Iudicibus Rer. Eccleſi. fol.* 43. *pag.* 1. *in* 2. *edition. Antuerpienſi.* 1561. *qua vtimur.* Hi ergò deperditiſsimi Homines Suprèmam Iuriſdictionem, & Poteſtatem in omnibus Spiritualibus, ſive Eccleſiaſticis Rèbus, & Perſonis ſic attribuunt Principi; itaut nullam ab eo excludant Curam Spiritualem, vèl Eccleſiaſticam, idque pluſquam profano Sacramento ſub læſæ Maieſtatis crimine tali iuramento Règes Angliæ, qui miſerrimo illi Henrico IIX. in Sceptro, & falſa Religione Succeſſerunt Vaſſallos conſtringuunt: *Quod Maieſtas Regia Vnicus eſt, & Suprèmus Gubernator huius Regni, tàm in omnibus Spiritualibus, ſiue Eccleſiaſticis rèbus, quàm Temporalibus,* ut conſtat *ex art.* 11. *& 12. ſui Iuramenti,* addicti à Grauina *de Cathol. Præſcript. Adverſ. Noſtri Tempor. Hæretic. tom.* 4. *p.* 1. *contro* 7. *art.* 4. *verſ. Quarè etiam, pag.* 227. *col.* 2. Quod ipſum ab Eliſabetha, & Omnibus eius in Regno Succeſſoribus, conſtanter obſeruatum eſſe docent Sandèr *de Viſib. Monarch. lib.* 2. *cap.* 2. Thom. Stapleton. *dict. lib.* 5. *cap.* 17. *pag.* 188. ibi: *Hinc factum eſt, ut Calviniſtæ Angli etiam Iuramentum hac de Re omnibus exigant quotquot, vel in Facultate aliqua Scholaſtica promoventur, vel Beneficium aliquod Eccleſiaſticum ſuſcipiunt, vel denique Magiſtratum aliquem in Republica gerunt. Iurare enim conceptis verbis coguntur Principem in cauſis omnibus etiam Eccleſiaſticis Vnicum eſſe, & Supremum Caput, ſeu Gubernatorem. Nec minus habetur læſæ Maieſtatis reus hoc Iuramentum qui detrectat, quam qui etiam in Temporalibus Supremum Caput eſſe negaret.* Hæc pijſsimus ille paritèr, & Doctiſsimus Anglus, qui Brentium iſtius delirij Authorem antea fuiſſe affirmat in quo tamen cum Gaultero non convenit, ille namque Samſoni, & Moriſano hu-

huiusmodi dementia attribuit, ut vidimus Quidquid de Authoribus sit Eam inviolabiliter observari,& Omnes ad eius Observationem Iuramento adstringi docet. Franciſc. Suar. *contra Regem Angliæ in Proœm. lib. 6.* vbi plurès huius Iuramenti formulas adhibet. Quas tamen contra propriam ipiorum opinionem obseruatas esse constat; nam Iacobus Rex, qui præ Omnibus alijs sententiam istam pluribus scriptis sibi falso adrogatis stabilire maximopere studuit argumẽtorum, & rationum Cardinalis vi Perronij vi præssus intẽtionem suam his verbis declarauit relatis ab Anton Campnæo *dict. cap. 15. pag. 544.* ibi: *Serenissimus etiam Magnæ Britanniæ Rex Iacobus idem satis expresse testatur his verbis: Verum quidem est Imperatores numquam asseruisse se in Rebus fidei, & Doctrinæ Supremos esse Iudices. E. Paulo inferius: Fateor quod de latitudine, & extensione Potestatis clauium judicare, ad Theologiam spectat, & quod Clerici (hoc ipse vtitur verbo) contra Eos Principes, qui bellum contra Iesum Christum gerunt, censuras suas proferre, & possint, & debeant, absque eo quod Laicos earum rerum Iudices faciant, &c.* Aliud ergò convicti fatentur, & aliud proprijs voluptatibus allecti faciunt.

10 Huius autem erroris non Repertorès, sed Instauratores Anglos esse comperimus; nam Schismatici Imperatorès Græci Ius ipsum sibi vsurpasse constat ex Coniata *in Vita Manuelis Comneni, lib. 6. cap. 1.* vnde *in Cod. Iur. Orient.* Lègitur à Græcis Potestatem attributam esse Imperatoribus cogèndi, & dissolvèndi Generalia Concilia. Atque impijssimus ille Iulian. Apostata omnes Clericos, eorumque causas ad suam attraxit Curiam, omnia Immunitatis, & Libertatis Ecclèsiasticæ priuilègia abrogans Petr. à SotoMaior. *in Confess. Fidei contra Brent. lib. 5. cap. 5.* In nostraque Hispania idem præstitit deperditus Rex Vvitiza, ut attestatur Illustriss. ille Præsul Toletan. Nostras Roder. Ximenèz de Rada illius Sæculi ornamentum *lib. 3. cap. 15.* quem quidem ab Obedientia Sedis Apostolicæ Se Regnumque suum sub traxisse, hancque fuisse causam miserrimæ deuastationis totius Hispaniæ pie affirmat Cardinal. Baron. *Anno 713. num. 21.* atque ex eo, & Paulo Bombino D. Didacus Saàuedra Faxardo *in Corona Gothica cap. 29. vers. Desde que Vvitiza, num. 9.* Quod ipsum stabilire in Gallia, & Germania conati sunt Petr. de Cugnerijs, Marsil. de Padua, & Iandunus tèste Turrècrem. *de Eccles. lib. 2. cap. 37.* & post hos Omnes infœlicissimi illi duo Barathri Ministri Luthèr. *lib. contr. Carth.* Caluin *lib. 4. Instint. cap. 11. §. 15.* rèlati à Grauina *dict. art. 4. in Posit. Hæreticor. vers. Sed, & Iulianus, pag. 227. col. 2.* Addèns Hæluèticas quoquè Ecclesias, atque Germanas nonnullas, Potestatèm istam Principibus Sæcularibus non necessario, sed voluntarie tribui posse, affirmare. Omnes tamen isti diuerso respectu, & ratione Potestatibus Sæcularibus

hanc

hanc Iurisdictionem attribuerè diximus, & nùnc probamus ex Thom. Stapletonio *dict. cap.* 17. ubi adducit aliorum Hæreticorum in hac re sententiam,& præcipuè Philippi Melancthon. *in locis commun. cap. de Magistrat. Ciuil.* ibi: *Quod aliqui dicunt Magistratum Profanum non esse Iudicem Controuersiarum de Dogmatibus, vera, & explicata responsio est: Ecclesiam esse Iudicem, & sequi normam Euangelij in judicando, quum autem Magistratus pius verè sit membrum Ecclesiæ iudicet, & ipse cum alijs pijs, & èruditis, iuxta normam, quam dixi; omnibus enim Ecclesiæ membris dictum est: Attendite Vobis à falsis Prophetis, & iterum: Si quis aliud affert Euangelium anathema sit. Quarè, ut cæteri pij, ita, & Magistratus considerent Dogmata, & si quis falsa doceat, hùnc iudicent èsse anathèma, aut compescant;* Hancque communem esse omnium Protestantium sententiam addit Stapleton. comprobans *ex illorum responsione facta in Conuentu Smalcaldico ad Heldum Cæsaris Legatum ultimo Februarij* 1537. his verbis: *Iudicandi de Fide Potestatem non ad solum Pontificem, & Episcopos, verùm ad Ecclesiam pertinere, quo quidem in numero sint etiam Reges, & cæteri Ordinès.* Lõgius tamen excurrisse Brentium ostendit, si quidem ex Scripturis, & exemplis probarè contendit etiam Iudicium, èt definitionem de doctrina, quæ sit vera, quæ falsa propriè, & priuatiuè ad Christianos Principes attinerè, Stanislaus Osius *in Confutatio. Brentij, Epistol. Dedicator. à Sereniſsimo Rege Poloniæ.*

11 Quum sapientissima sibi videatur argumèntatrix Humana ignorantia, quum præsertim aliquid eiusmodi dè gaudijs, & fructibus huius Sæculi metuit amittère, docentè Tertullian. *lib. de Spectat. cap.* 2. Hæretici huius Sæculi mètuèntès amittère Patrimonium Ecclèsiæ, atque Ecclesiasticas Dignitatès, atque libertatèm sine Diuina Lege vivèndi, quibus erroribus Hærèticorum inuoluti tyrannicè fruuntur, varias excogitauerunt vias, quibus Laicocephaliam istam iustam, & legitimam, atque Diuino Iuri cõformem suadeant, varios argumentandi modos proponendo, ex quibus præcipuos in medium producemus, ut ipsis d lucis apèrtius eorum dementia confundatur.

12 Ad Règes Temporales Supremam Ecclesiasticam Potèstatem in genere,& absolute consideratam spectarè sic probant. Apèx, seu vertex Supremæ Ecclèsiasticæ Potestatis est Authoritas dèfiniendi,& iudicandi Rès, & Quæstiones Fidei,& Morum, ut patèt, & passim probabimus; At Potestas hæc Iure Diuino attèto ad Principes Sæculares spectat, ergò,& Sacro Suprema Potestas; consequentia ex præmissis est irrefragabilis, Minorem probare intendunt ex Veteri Testamento. Dicunt enim I. Moysem fuisse Principèm Laicum, & tamen ad eum Maiores Causàs ad Rèligionèm concernèntes delatas esse constare Exod. 18. ergò ad Principes Laicos attinet Causas Maiores Religionis dijudicare.

11. Io-

II. Iosuè, qui Moysi succesit, & Filios Israel circumcidisse, & Legem rèpetijsse constat *ex cap. 5. ipsius Historiæ.* III. Ex eo quod Davidem Arcam ad cõstitutum quietis locum perduxisse legatur 2. *Reg.* 6. Hæc autem sine Primatu Ecclesiastico exequi non potuisse subdunt. IV. Nam David ipse omnia Templi Ministeria, & Officia dispositit. 1. *Paral.* 13. Salomon Rex Templum Dei ædificauit 3. *Reg.* 6. *&* 7. Dedicationique Solèmni præfuit 3. *Reg.* 8. *&* 2. *Paral.* 5. Templumque benedixit 3. *Reg.* 8. 55. & ipse præcipuè sacrificauit coram Tabernaculo, innumèras offerèns Hostias 3. *Reg.* 8. 63. *&* 64. Hæc autem omnia Primatum Ecclesiasticum redolent, & omninò sapiunt. Ergò, &c. V. Clarius probari subdunt Suprema, & Absoluta Potestas Ecclesiastica in Summo Pontifice residere debebat in omni Lege, prout nùnc residere affirmamus in Lege Gratiæ. Ast in Lege Scripta Reges Potestatem absolutam habuere in Summum Sacerdotem, ut probatur *ex* 2. *Reg.* 27. Vbi Salomon, Summ. Pontif. Abiathar exautorauit, aliumque in eius locum subrogauit; ergò Iure Diuino attento (inferunt ipsi) ad Regem pertinebit etiam Pontifici Maximo Ius dicere, eumque exigentibus eius demeritis exautorare, & alium eius loco subrogare, ergò absoluta Potestas Ecclesiastica in Regibus ex Diuino præscripto residet. Conseq. patent. Quando quidem ad Eam spectat de Supremo eius Capite judicare, ut infra videmus, & Eum à Supremo illo Gradu deponere, ut probat Anton. Campnæus *de Vocatione Sacror. Ministror. cap.* 15. *mox à princip.* In eàdemque instantia persistentes adducunt, 4. *Reg.* 17. ubi legitur Iosaphat Reformationes publicas ad Religionem pertinentes instituisse, & Sacerdotes, & Leuitas multos misisse, vndè etiam Primatum Ecclesiæ in Principe residente arguunt. Iosias quoquè 4. *Reg.* 22. Fœderis Librum Populo lègendum, & obseruandum proposuit, ad id propria autheritate Cõuèntu indicto, in eoque etiam præcepit Sacerdotibus secundi Ordinis, ut èjicèrent de Templo Vasa, quæ Baali Sacra fuerunt, atquè excelsa demolirentur; statuit de celebratione Paschæ, &c. Omnes autem hi actus Spirituales sunt, & Sacri, in èisque Rex præcèpit, & Pontifex ei paruit, ergò, &c.

13 Vrgent factis Ezechiæ, qui Serpentem æneum, Deosque falsos, atquè Idola, propria autoritate confregit, atque reintegrationis Populi cum Deo Author fuit. Sacerdotibus, & Leuitis concionatus est 2. *Paralipom.* 29. *&* 30. ubi jubèt Phase fieri extra tempus suum, Asa quoque Reconciliationis Templi Author, legitur 2. *Paralipom.* 15. & Iosaphat constituisse Leuitas, & Sacerdotes, atque ieiunium prædicasse in Vniuerso Iudà discimus *ex* 2. *Paralipom.* 19. ubi hæc de eo proferuntur verba, *vers.* 8. *In Hierusalèm quoque constituit Iosaphat Leuitas, & Sacerdotes, & Principes*

Ea-

*Familiarum ex Iſrael, ut Iudicium, & Cauſam Domini judicarent Habitatoribus eius: Præcèpit quoque eis dicens: Sic agetis in timore Domini fideliter, & corde perfecto, omnem cauſam, quæ vènèrit ad Vos Fratrum veſtrorum, qui habitant in Vrbibus ſuis intèr cognationem, & cognationèm, Vbicumque Quæſtio èſt de Lege, de mandato, de cæremonijs, de juſtificationibus oſtendite eis, ut non peccent in Dominum, & ne veniat ira ſuper Vos, & ſuper Fratres veſtros; ex quibus aperte demonſtrari arguunt Regem Miniſtros ad omnem Sacro-Supremã Potèſtatem exercendam conſtituiſſe.*

14 Hæc, & alia minus efficacia, petita èx titulis, quibus Regès ab Scriptura condècorantur, congeſtis à Grauina *loc. citat.* ab Heterodoxis objecta ad probandam Principum Temporaliũ authoritatem, & Potèſtatèm in Rebus ad Rèligionem concernentibus ſubinducunt; Quæ compendioſa iſta argumèntationè compræhènſus èſt Marc. Anton. de Domin. *in Apologia pro Rege Angliæ contra Suarez. ad calcem, tom. 6. de Republica*, relatus à Grauina *dict. controu. 7. art. 4. in Poſit. Hæreticor. in prima Claſſe Argument. Hæretic. verſ. Hæc omnia ex Scripturis, pag.* 231. *col.* 1. apud quem ſic arguit impijſsimus ille Apoſtata ſub Vetèri Teſtamento, haud dubiè Reges erant Gubèrnatorès Eccleſiæ intra fines ſuos, corruptelas purgauère, abuſus ſubſtulere, Arcæ deportandæ ipſi præſultauere, Templum ædificauerè, ædificatum dèdicauere, & ſua præſentia opus Conſecrationis cohoneſtarunt, Librum Legis è tenebris erutum Populo recitari fecerunt, Fœdus inter Deum, & Populum reintègrarunt, confregerunt Serpentem ęneum, quamuis in Deſerto Decreto Dei erectum, & Chriſtum ſuo modo figurantem, Idola omnia, Deoſque falſos extèrminauere, Reformationes publicas inſtituere, conuocatis eo fine, & congregatis promiſcuè Sacerdotibus, & Laicis exhautorauerunt Summum Pontificem, aliumque in eius locum ſubrogauerunt. In Summa, cuncta moderati ſunt, quæ ad Eccleſiaſticum Regimen quoquo modo pertinuerunt, Moxque corroborare volens Diſcurſum.

15 Aliam adhibet inſtantiam petitam ex Titulis, quibus Règes ab Scriptura Sacra inſigniuntur; inquit enim hoc eſſe efficaciſsimum argumẽtum Supremæ, quà pollere ait Eccleſiaſticam Poteſtatem, quia nimirum vocantur Filij Altiſsimi, Viri Dei, Vncti Domini: In Solio Dèi Sedentes: Angeli Dei: Facti iuxta Cor Dei: Luminaria Iſraëlis, Nuntij Eccleſiæ; cum innumeris ex eodem genere titulis, atque inſignibus honorarijs, quibus, & Vetus ſcatere Teſtamentum, & Nos ignorare non poſſe Apologiſta ſubdit, alias addens comprobationes minoris ponderis, quas breuitatis cauſa libenter omittimus.

16 Vrgere etiam volunt aliquibus ex Nouo Teſtamento adductis Teſtimonijs, quę in mediũ producere noluimus: tùm quia fa-

facillimã ſolutionem admittunt, & tùm quia eis luculentiſsimè ſatisfaciunt Petro à Sotomayor, Staniſlaus Oſius, Thom. Stapleton. & Domin. Grauina *locis citat.* penes Eos nonnulla videnda remittimus, aliaque *ſequenti* adducemus, & adea luculentiſsimè poſt deinde reſpondebimus.

## §. II.

## Adducitur opinio attribuens Principibus Sæcularibus Poteſtatem in Perſonas, Bona, & Dignitates Eccleſiaſticas, & rationes ab eius Aſſeclis cauillatæ referuntur.

17 VT omnem ſuis Principibus Cacodoxi Laicocephali attribuant Eccleſiaſticam Iuriſdictionem, & Poteſtatèm, etiam in Sacras Perſonas ipſis èam competere ſuadere volunt, tùm ex præallègatis Vetèris Tèſtaméti adductis Teſtimonijs, Tum. II. ex Noui Teſtamènti authoritatibus iſtis. *Ad Roman.* 13. *vbi Omnis Anima ſubjici Poteſtatibus præcipitur*, idque propter conſcientiam; Orandum quoque pro omnibus, & pręcipuè pro Regibus idem Apoſt. ſcribit. 1. *ad Timoth.* 2. Vt ſub his piam, & quietam, honeſtamque dègamus vitam; Magiſtratus Dei Miniſter eſt ad vlciſcendos facinoroſos, innocentes autem, atque probos remunèrandos *ad Rom.* 13. Omnibuſque obtèmperandum Superioribus Poteſtatibus; ſed potiſsimũ Principibus, & in Eminentia collocatis monemur 1. *Petri.* 2. Reddi cuicumque quod ſuum eſt, timorem, cui timor, amorem, cui amor Iure debetur, iuſsit Dominus. Math. 22. ex quibus tàm Iacobus Angliæ Rex, quam eius Apologiſta, atque alij eorum ſèquaces apud Grauinam. *l. c.* Concludunt Règès Chriſtianos intra fines ſuos, non minus Eccleſiam, quam reliquũ Populum gubernare poſſe. III. Cauillatorès iſti fallaciam ſuam ſuadère conantur Sanctorum Patrum teſtimonio, & præcipue Clement. *lib.* 4. *Conſtit. Apoſtolic. cap.* 22. Theophil. Antiochen. *in Epiſtol. ad Autolic.* Irenæ. *lib.* 5. *cap.* 24. Baſil. *in Moralib. cap.* 73. Didym. Alexand. *in Epiſt.* 1. *Petri*, Gregor. Nazianzen. *Oration.* 15. *ad Ciu. Nazianz.* Ambroſ. *in Luc.* 5. Qui præcitata Sacra Loca èxponentes cnixè ſuadent ſubjectionem, quam omnes Catholici exhibère tenemur Principibus Tèmporalibus.

18 Neque èuadi potèrit inſtantia, dicendo à Regula illa excipi dèberè Clericorum Immunitatèm priuilègiatam; eorum namque Pèrſonæ, & Bona ad Diuini cultus conſeruationem deſtinatæ ſunt.

sunt, & ita Deo tantum subjecta; solumque ideò tenebuntur Clerici pro eis orare, ut eorum curam in pace omnibus conservanda, pro Viribus recompenset, ut dicebat Ambros. *in proximè allegato loco*, his verbis: *Sicut Reges solicitudinem habent de Bono publico in Temporalibus; ita Ministri Dei in Bonis Spiritualibus, & sic per hoc, quod Deo in Spiritualibus ministrant, recompensant Regibus, quod pro eorum pace laborant.* Quam quidem solutionem non satisfacere diximus, quia adhùc instari poterit ex Chrisostom. *Homil.* 23. dicente: *Id circo hoc dixit Apostolus, ut ostenderet Christum Leges suas non ad hoc induxisse, ut Politias euertat.* Et infra subdit: *Ostendens, quod ista imperentur Omnibus, & Sacerdotibus, & Monachis, non solum Sæcularibus id quod statim in ipso exordio declarat quum dicit: Omnis anima Potestatibus (supereminentibus) subdita sit; etiam si Apostolus sit, si Euangelista; si Propheta, siue quisquis tandem fuerit.* Sic ferè similiter locum istum exposuit Theodoret. clariusquè præcepit Sanctissimus Petrus scribens *Epist.* 1. *cap.* 2. *subjecti estote omni Humanæ Creaturæ propter Deum, siue Regi, quasi præcellenti.* Ex quibus sic arguunt: Si ergò Reges, & Principes solam vindictam in Rebelles, & custodiam Religionis, ut propios actus haberent, & non legum latiuam Potestatem circa cultum, cæremonias, & Personas Sacras, nullo modo supereminentes, & præexcellentes essent, etiam super Sacerdotes. Ergò quum contrarium Apostolus doceat, ne ordo inuertatur, quod maius est, Regibus, & Principibus attribui debet. Maior autem est Lègũlatiua Potèstas exequutione, & vindicta Transgrèssorum; vel saltèm si nõ confertur Primatus circa decisionem causarum Fidèi, ut alios iam attribuisse vidimus; saltẽ attribuatur circa cultũ, & alia nègotia, Personas, Præbendas, & Bona Ecclesiastica.

19 IV. Arguũt exẽplis Christianorum Principũ, quos Potestatẽ istã exercuisse docent, èt quidẽ in supremo gradu, qualem esse fatemur. I Potèstatem congregandi CõciliaGeneralia; Nicænũ nãque Constantini authoritate, Constãtinopolitanũ Theodosij Senioris Rescripto; Ephesinũ à Theodosio Iuniore, & Valentiniano; Chalcedonènse Decreto Valentiniani, & Martiani Imperatorũ congregata èsse contendunt. II. Quia de Episcoporum causis, nèdũ cognoscèbant; sed ab ipsis Concilijs etiam Sãctissimi Antistitès adIpsos provocabant, ut ex Iacobo Anglorum Regè, eiusque Apologista pluribus cõprobat èxẽplis Dominic. Grauina *dict. contro.* 1. *art.* 4. *pag.* 234. *& & seqq.* III. Nam ipsorum Conciliorum Patres subjectionèm istã confessi sunt, Sese Imperatorum correctioni submittẽtes. Hæc autẽ omnia redolent Sacro-Supremã Potèstatem in Personas, & Res Ecclesiasticas, *ut Fundam.* 3. latiùs ostẽdemus. Ergò rectè ex eis arguitur hãc Potestatẽ Supremis cõpetere Principibus Tèmporalibus.

20 Nec solũ Ecclesiæ Iuratos hostes hæc lues contaminavit; sed Nonnullos etiam quos in Fide &

Vnitate Ecclesiæ permansisse, affirmant grauissimi Scriptores; hac fæce coinquinatos reperimus, inter eosquè præcipuè Guillelm. OKam, quem licèt, ut Hæreticum damnauit Ioann. XXII. ipse tamen numquam ab Ecclesia discèdere professus est, ut inquit Gaulterius *in Tabula Chronolog. Sæculo XIV. cap. 6. pag. mihi 705.* Ille ergò Author *in suis Dialogis lib. 3. Tract. 2. p. 3. cap. 1. & seqq.* tribuit Imperatori Iurisdictionis Potestatem in Personas Ecclesiasticas, quando non secundum Spiritum; sed secũdum carnèm viuerent *cap. 3. & 4. ad. 3.* Eidem Imperatori Ius eligendi Summum Pontificem competere affirmat, *& 2. p. lib. 3. p. 1.* subdit, quod data hypothesi, quod Summus Pontifex exorbitaret à Fide, eidem Imperatori censoriam Virgulam in eum competeret. Alijque OKamũ insectantes apud Turrecrem. *in Summ. Eccles. lib. 2. cap. 94. & 95.* in alijs casibus, & ex cessibus Imperatoris Iudicio Eũdèm subjicere non erubescunt.

21 Hæc autem fuerunt præludia, ut Dialogista ille Vitus suũ euomeret in Summ. Pontifi. Ioan. XXII. ut Eum multa mentiendo (teste Dominic. Grauin. *dict. art. 4. pag. 301. col. 1.*) *in libro damnato cõpendium errorum Ioan. XXII. attitulato,* è Sancta Sede Apostolica exturbare conaretur; quia èi infensissimus fuit. Eum namque, ut Hæreticũ damnauit, ut cõstat ex èius Bulla adducta ab Eymeric. *in Bullar. S. Inquisi. quod est ad calcẽ Direct. Inquisit. pag. 82. in edit. Franc. Peñ.*

22 Alij etiam OKamo succensentes apud Turrecrem. & Grauin. *loc. citat.* Christum Dominum Cæsarum Iurisdictioni omninò subjectum fuisse suadent, ut hinc inde arguant Papam etiam Imperatori subjici, illũque coactiuã Potestatem accipere potuisse Marsil. de Padua *p. 2. sui Defensoris,* qui Tributa omnia à Clericis quoque solvenda esse Laicis cum OKamo dogmatizat *loc. citat.*

23 Circa alia demum Nègotia Ecclesiastica OKam. *1. p. Dialogor. lib. 6. cap. 93.* licèt fatèatur ex Canonibus haberi: Circa Bona, & nègotia Ecclesiastica fieri non posse statuta à Laicis, nec circa Ecclesias, ipsarũq; bona motu proprio, nisi fuerint ab Ecclesia confirmata hoc dubitãdo, & objiciendo dixisse liquet, èx eo quod mox ad petitionẽ Discipuli, ad præfata argumẽta, solutiones expectantis, distinguit docendo, quod esto Laici in Ecclesiastica negotia de Rebus, & Personis Ecclesiasticis immutandis sese intromittere non possint, possunt tamen ordinare subditis suis: Ne Clèrici ab ipsis infestentur: sicut multa ordinarunt (ait) in favorem Clericorum pro illorum libertate tuẽda, & ne Res Ecclesiæ à suis Subditis inuadantur. Vndè sub inferens arguit si Laici ex devotione, quam habent ad Fidem Catholicam possunt in fauorem Clericorum Nonnulla statuere, & eis libertates plures tribuere, multò fortius possunt in favorem Fidei quã plurima statuere, & ad ea restringere. Hæc ille.

24 Cuius assertio mox elidẽda est; sub eà enim Defensionis specie latet sæuissima pestis in Potestatem istam. Vndè meritò

dice

dicetur, quod latet anguis in hèrba, quia Eccleſiaſtica Libertas, non ſolum læditur, quum Eccleſiaſticis auferetur facultas utendi iurè ſuo. Vt apertè colligitur *ex cap. vltim. de Immunit. Eccleſiar. in 6.* ubi excommunicationem incurrere Magiſtratus Sæculares deciditur, quia facultate vendendi fructus ſuos priuant Eccleſiaſticos, prohibendo Laicis; Nè ab Ipſis emant cui accinunt alij Textus, adducti à Franc. Suar. *contra Reg. Angl. lib. 4. cap. 33. num. 5.* ſed etiam quum infertur præjudiciũ Iuribus Apoſtolicis, aut cuicumque Eccleſiarum, latè Thom. Delbènè *de Immunit. Eccleſi. tom. 1. cap. 1. dubit. 16. num. 3. & ſeqq.* Hoc autèm fit, quum à Principe Sæculari quidquam etiam in fauorem Eccleſiæ ſtatuitur circa Res, aut Perſonas Ecclèſiaſticas, niſi ab Eccleſia approbetur. Can. *Benè quidem cum alijs 96. diſt. cap. 2. de Iudicijs, cap. Eccleſia S. Mariæ, & cap. Quæ in Eccleſiarum, de Conſtitut.* Franciſc. Suarez *dict. cap. 33. num. 2.* vbi de communi attèſtatur, hanc brevem, efficacem tamen adhibens rationem: Quod nimirum Princeps Laicus talem ferens Legem per ipſam ſe exhibet Superiorem, & Lègiſlatorem in Rebus Eccleſiaſticis, ergò eo ipſo per talem actum contra exemptionem, & Libertatèm Eccleſiaſticam agit. Ergò dũ ex deuotione, aut ex actu Religionis (ſi actus iſte authoritativus, & proprius Laicalis Poteſtatis reputetur) hanc defenſionèm, vel protectionẽ authoritativam ſine approbatione Sedis Apoſtolicę tacita, vel èxpreſſa cẽcedens OKamus Sęculari Poteſtati Eccleſiaſticã omninò lædere voluiſſe apertè colligitur, & patet ex eius verbis, *cap. 100.* ibi: *Omne Eccleſiaſticũ ſpectare in aliquo caſu ad Iudicem Laicum, ſaltem in inflictione pœnæ per ipſum Iudicem inflictæ principaliter, &c.*

25 Ex Sacris Conibus Poteſtatem iſtam Supremam competere Temporalibus Dynaſtis arguit OKamus ipſe *l. c.* èx cuius doctrina ſic argumẽtũ efformari poteſt: Romanis Imperatoribus cõpetèbat Poteſtas hæc in Supremos Paſtores, & eorũ Elèctiones, ergò cõpetebat Suprema hæc Poteſtas in omnes Perſonas Eccleſiaſticas. Cõſeq. patèt, nã Prædominans Dominãtibus, ipſis Prædominatis dominari perſpicuũ eſt, juxta cõmune Iureconſultorũ Axioma: *Si vinco Vincentem Tè, à fortiori, vincam Te, l. de Acceſsionibus, ff. de Diuerſ. & Tempor. præſcript. l. æquiſsimum, ff. ad Tertul.* Gloſſ. Soc. Rom. Caſtrenſ. Thom. de Thomaſet. Euèr. Rauden. Surd. Tuſch. Mantic. Stèph. Grat. & Narb. ſequuti à Barb. *Axio. 226. n. 1. quinu. 2.* ſatis ad rem illud intelligit ex Oldrad. *conſ. 198. circa primum, col. 2. nu. 6. verſ. Ad Brocardicũ*, ut procèdat, quando vincens, & victus ſunt eiuſdem generis, rationis, & ordinis, & ex Rot. Rom. apud Far. *dec. 59. n. 2. in fin. p. 1. Recen.* etiã intelligendã eſſe Regulã illam monet, ubi victus ex eodem vincitur Iure. Quæ duæ expoſitiones argumentationi huic adaptari poſſe inficiasire nõ poſſumus. Antecedens autem probabitur ex adductis ab OKam *loc. citat.*

26 Et l. ex Can. *Hadrianus,*

63. *dist.* ubi aperte dicitur Hadrianum Papam cum Synodo Romana facultatem eligendi Summum Pontificem, & ordinandi Sedem Apostolicam, omnesque Episcopos inuestiendi Carolo Magno attribuisse, & in Can. *in Synodo* ab eodem Papa jubetur omnes Episcopos ab ipso Carolo ordinari. Atque in Can. *Cum Lege eadem*, 63. *distinct.* spectari liberam Principis electionē inde mortui Antistitis loco præcipitur. In Can. *Valētinianus, eadem dist.* quum Imperator iste Episcopis fasces submitteret in electione Ambrosij ad Mediolanēsem Ecclesiam, ipsa Synodus ab eo petij, vt magis ipse decerneret Sapiens, ac Pius existens. Poterat ergò ex Synodica declaratione Imperator Ambrosium eligere, & si noluit. In Can. *Reatina, eadem* 63. *dist.* Leonem IV. scripsisse fertur Lothario, & Ludouico, ut Diacono cuidam eam Ecclesiam regendam committeret. Poterant ergò Imperatores cōcedere Episcopatus Personis idoneis, parique ratione Ius eligendi Summos Pōtifices eis competebat.

27 Nec euadendam instantiam forsan dicent si respondeamus: puram Pontificis concessionem illam Hadriani fuisse, ex d. Can. *Hadrianus*, quam quidem facultatem Papam concedere posse infra late sumus probaturi. Ast eo ipso, quod ex concessione Apostolica Ius, & Potestatem sibi competere Imperatores affirment, proprium Ius non habere tacite fatentur: ergò ex præ allegato Textu nullum legitimum Argumentum in Nos efformari poterit; Ast solutiones istas nullius esse momenti dicēt. I. Quia ex eodem Textu excluditur; in eo enim decisum esse affirmabitur, non solum Imperatoribus, alijsque Supremis Principibus, sed cuilibet Laico hanc facultatem competere; in eo enim post inhibitionem: *Ne vllus se ingerat electioni Episcoporum*, subjūgitur; *si verò quis Laicorum ad contractandum, vel cooperandum inuitatur ab Ecclesia, liceat eiusmodi Laico cum reuerentia si forte voluerit obtemperare sese assistentibus*, vbi Gloss. ex eis infert in eo Textu Laicos inuitari ad Prælatorum electionem. II. (consentaneè quidem ad 1.) respondent Imperatorem non indiguisse tali concessione; nam eo ipso, quod Christiani sint, & Catholici, tali prærogatiua sunt à Christo D. insigniti, qui sufficientèr Ecclesiæ suæ prouidit, ut Imperatores tale Ius eligēdi haberent, ne per socordiam, vel malitiam eligentium, Pontificum electio impediretur, aut in longa tempora differetur.

28 III. Arguunt si tale munus Imperatori non competerèt, id esset, quia prohiberetur aliquo Iure Diuino, vel Naturali, vel Humano; Non Iure Diuino; quia nullibi in Scripturis legitur, & si enim legatur electio XII. Apostolorum, & LXXII. Discipulorum, illorum formam gerentium Presbyterorum, horum verò Episcopos repræsentantium; noluit tamen Christus, ut Apostolici Apostolis, si nè Apostolatu, in Apostolica Dignitate succederent; nā, & Canonici Ecclesiarū Cathedraliū habent Ius eligēdi Episcopos,

cap.

*cap.2.de Cauſ.Poſſeſſ.& Propr.cap.1.cap.Cum terra, cap. Cum inter* 18. *cap. Cum in Eccleſia* 31. *de Elect. Can. Congregatio* 16. *q.*1. Ioan.Balboa *in cap. 2. de Cauſ. Poſſeſſ.& Propr. num.* 33. licet enim Pa-pæ reſeruata in actu ſit huiuſmodi electio, *ex Regula* 2. *Chancell.* in habitu tamen apud ipſos reſidet Canonicos, qui Epiſcopo deficiẽte ideò in omnimoda Iuriſdictione ſuccedunt, *cap.*1. *& per tot. Ne Sede vacante, cap. pen. & fin. de Suppl. Negligen. Prælat. in* 6. Concil. Trident. *Seſſ.* 24. *de Reformat. cap.*16. late Diana *p.*8. *tract.*4. *reſolut.* 1. *tota*, ubi quam plurimos allegat, & Apoſtolis non ſuccedunt; nec Diaconi Cardinales ſunt Apoſtolorum Succeſſores, ex adductis ab Anaſtaſio Germonio *de Sacror. Immunit. lib.*3. *cap.*6. *à num.*4. *per aliquot ſeqq.* & tamen eligunt Summum Pontificem, ut infra dicemus interimque producimus Text. *in cap. Licèt, & cap. Vbi periculum, de Elect. in* 6. Dian. *in Sum. p.*5. *tract.*2. *reſol.*72. *& pluribus ſequentibus*, & non habent Poteſtatem eligendi Epiſcopos inferiores, iuxta tradita à Gloſſ. Guillelm. Durand Archidiacon. Hoſtienſ. & Cardinal. de Florentia, adductis à Martin. Laudenſi *de Cardinal. Quæſt.* 1. *inter Tractat. DD. tom.*13. *p.*2. *fol.*60. *pag.*2. Non Iure Naturali, quia nulla ratio obviare videtur. Nec Iure Humano irrevocabili, & indiſpenſabili; Omne enim Humanum Ius, tàm Ciuile, quàm Canonicum reuocationis, & diſpenſationis capax eſt, etiam abſque ulla cauſa, Thom. Sanchez *de Matrim. lib.*8. *cap.*33. *num.*1. *& ſeqq.* Suarez *de Legibus, lib* 8. *cap.*37. *num.*10. Felin. Salas, Matienç. Bonacina, & Baſil Ponçe, ſequuti à Caſtro Palao *in Opere Morali, tom.*1. *tract.*3. *diſput.*4. *punct.*21. *§.*1. *num.*1. *& ſeqq.* Ergò, &c.

29 Hæc, & alia quam plurima in iſtius ſiniſtræ opinationis adducit Guillelm. OKam. quæ omninò rejicere decreuimus; Tùm quia quum contraria ſint Sacris Canonibus, & pio Catholicorum conſenſui, offenſura eſſe Orthodoxas aures, non dubitauimus. Tùm etiam quia quum Author ille animo blandiendi Imperatori, pro cuius defenſione condititio, & ſtipendiario calamo ſcribebat, nimium diffuſus fuerit, excurriles etiam rationes adhibuit quibus reſpondere opus eſſet, ſi eas in medium proferremus. Nec argui debemus, quod eas prætermittimus; nam eas in unum congeſsit Dominicus Grauina *dict. art.*4. *in dubit. Appendice, pag.* 305. *& pluribus ſeqq.* Vbi eas ſumma dexteritate diſſolvit, & Catholicam Veritatem à Nobis mox proponendam, validiſsimis communit Fundamẽntis, & rationibus apud ipſum videndis, præter quas nonnullas alias, tàm iuridicas, quàm Theologicas probationes adhibebimus.

## §. III.

### Adducens opinionem Catholicam de Fide tenendam denegantem in genere omnem Potestatem Ecclesiasticam Sæcularibus Principibus.

30 IN ijs, quæ ad Dei Ciuitatem, & Ecclesiam, siue ad Fidem, siue ad Personas Ecclesiasticas, eorumque Bona, & negotia Ecclesiastica, attinent, nullam Potestatem, Dominium, Principatum, aut Iurisdictionem habènt Sæculares Principes; sed omnium istorum Summa Potèstas priuatiuè, & peculiaritèr Legitimis Petri Successoribus, atque alijs Ecclesiæ Prælatis ab eisdem Petri Legitimis Successoribus institutis, competit. Assertionèm istam Catholicam, & certa fide tenèndam Sectionis Titulus supponit, Nosque èam pro viribus comprobare conabimur.

31 Primumque Assertionis nostræ munimen à Sacra Pagina esse volumus, ex qua propè innumera Testimonia, eam propugnare comperimus hoc irrefragabili (ut putamus) præmisso Discursu ipso Aduersariorum medio subsumpto. Supremæ huius Ecclesiasticæ Potèstatis in genere consideratæ principalis scopus, in quem præcipue collimat, atque nobilior finis, est rerum Fidei, & Morum Supremum Iudicium, & Magisterium; Sed hoc, Iurè Diuino, priuatiuè competit Summo Sacerdoti, atque alijs Ecclesiasticis Ministris ab eo legitimè Ordinatis, & ad id præordinatis, exclusis omnibus Temporalibus Principibus, ergò ad Illos, & non ad istos priuatiuè attinèt Sacro-Suprema Potestas. Maj. (etiam apud Aduèrsarios) patèt: Consequèx præmissis irrefragabiliter sequitur Min. multipliciter probamus, & quidem ex Sacro Textu.

32 I. Que *Leuit.* 4. ubi in Oblatione Sacrificij Summi Sacerdotis eminentia monstratur. I. Enim Sacerdos offerre jubetur. II. Populus. III. Princeps. IV. Priuatus. Ab ordine ergò (litteræ cuius argumètum validissimum esse in Iure ne quidem Tyrones ignorant, quum satis tritum, & vulgare principium sit, *l. Quoties, ff. de Vsufruct. cap. Veritatis, de Dolo, & Contumacia*, ibi: *Episcopo, Abbati, & Præposito*, ex quo DD. probant Episcopum primo scriptum, digniorem Abbate, & Præposito esse latè Barbos. *in locis Commun. Argumen. Loco* 80. *ab ordine litteræ*) Superiorem fuisse Summum Sacerdotem Principi in obligationibus perspicuum est.

33 II. Autem, & quidem efficacius probatur ex eod. Leuit. 10. ubi sic Dominus ad Aaronem loquitur: *Præceptum Sempiternum*

*est*

*est in Generationes vestras, & ut habeatis scientiam discernendi inter Sanctum, & Prophanum, &c. docèasque Filios Israel legitima mea.*

34 III. Sèntentia ista efficacissimè demonstratur ex Deuteron.17. vbi Dominus apèrtè Potestatem illam Summo Sacerdoti priuatiuè concessit, his verbis: *Si difficile, & ambiguum apud Te iudicium esse perspexeris inter sanguinem, & sanguinem, causam, & causam, lepram, & lepram, iudicumque intèr portas tuas verba vidèris variari, surge, & ascende ad locum, quem elègerit Dominus tuus, vènieque ad Sacèrdotes Leuitici Genèris, & ad Iudicem, qui fuerit illo tempore, quæque resque ab eis, qui indicabunt Tibi Iudicij veritatem, & facies quæcumque dixerint, qui præsunt loco, quem elègerit Dominus, & docuerint Te juxta Legem eius, sequerisque sententiam eorum, nèc declinabis ad dèxteram, vel ad siniſtram. Qui autem superbierit nolens obedire Sacèrdotis Imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, ex Decreto Iudicis morietur Homo ille, & auferes malum de Israel, ut nullus deinceps intumescat superbia*; In quo quidem Textu ponderandum est diligẽter à Domino præsignati Recursum ad Summum Sacerdotem, à Iudicio omnium aliorum Magistratuum, illique non consultiuam, sed decisiuam concessam esse Potestatem; facultate etiam attributa sententias exequendi, & amandandi, Brachij Sæcularis auxilio. Vndè clarè elicitur Rerum magnarum controuersias decidere, non ad Populum, nec ad Principes, siue eorum Magistratus, sed ad Summum Sacerdotem priuatiuè ex Dei præscripto attinuisse, adsidentibus Leuitici Gènèris Sacerdotibus; sic exponente Innocentio III. *in cap. per Venerabilem, §. Rationibus igitur. Qui Filij sint legitimi.*

35 Nec satisfacies dicens cũ Apologista Henrici IIX. Angliæ Regis non delatas ad Summum Sacerdotem eas magni controversias ut cumque, nèc qualitercumque, sed solum, ut doceret juxta Legem Dei; in Sacro enim Textu habetur: *Et docuerint Te juxta Legem eius, &c.* Nam nèc transmittendæ èrant causæ ad Aaronèm, Vitulum adorare jubentem; Non ad Abiathar contra Salomonem conspirantem; non ad Annam cum Caipha Christum morte dignum pronunciantem. Vndè infert ad solos Fidei terminos circumcingi Summorum Põtificum Authoritatem ex præ allegato Textu, posseque Principes Temporales eos cogere, ut intra illarum causarum limites contineantur.

36 Quam quidem instantiam non obstare asserimus, quia verba illa: *Et docuerint Te juxta Legem eius, &c.* Assertiva sunt, nullo modo conditionalia; èx sequentibus enim verbis elucidantur, videlicet: *Iudicabunt Tibi Iudicij Veritatem*, & iterùm: *Sequerisque sententiam eorum*, tandèm: *Qui noluerit obedire Sacerdotis Imperio ex Decreto Iudicis morietur Homo ille.* Si autem conditionalia fuissent, discuti possent decreta illius Tribuna-

bunalis, & nullus Prævaricator, nullus haberi posset Inobediens quærendo, discutiendo, examinando, nùm rectè edita Decreta; nùm conformiter ad Legem decisæ causæ fuissent, & his exceptionibus inobediẽdi datus fuisset locus: absolutè ergò illa verba, & non conditionalia fuisse manifestum est.

37 Et antè has hæreticas exceptiones (illis fortè occurrere volens) docuit pèr bèllè, S. Cyrill. Alexand. *lib.* 13. *de Adorat. in Spiritu, & Veritatè*, qui hùnc locum allegans, sic scripsit: *Vides Legem apertè imperare ijs, quod quocumque nomine aliquem accusare velint, ut Iudicem, atque Cognitorem faciant Sacerdotem. Sed obseruabis valde, ut facias iuxta omnia, quæ constituerunt Tibi: Labia namque Sacerdotis custodiunt Scientiam, & Legem requirent de ore eius (ut Propheta loquitur) neque enim ille Leges constituit, sed potius, quod Legislator docuerit, incorrupte interpretando ad rectam viam perducit, quum quæ Iustitiæ sit optimus Arbiter, de vna quàque re Iudicium subtilissimè ponderat, ob èamque causam Immanitatis, & Superbiæ crimen illis adjudicatum est, qui ei obtemperarè contempserint.* Et ante Cyrillum, Sanct. Cyprian. *Epist.* 15. *Sacerdotibus* (scribit) *honor tantus Dei dignatione conceditur, ut Quisquis Sacerdoti eius, & ad tempus hic Iudicanti, non obtemperaserit statim necetur, ita enim in Deuteronomio loquitur, dicens: Si difficile est, &c.* Videatur etiam Concil. Parisienf. *sub Ludouico, & Lothario Imperatore*, in præfatione.

38 Vt ergò absoluta obedientia exigitur à Domino, ita absolutum præceptum est, & Imperium; & de obediendi necessitate fecit Deus securam Plebem suam, donum veluti Propheticũ Infallibilitatis promittens, qui sicut non errat faciendo, & condendo Diuinam Legem, ita non errat in interpretatione Legis. Quam subinde intèrprætationem, tamquam inuiolabilem Lègem ex Imperio Sacerdotali sub pœna mortis Rebèllibus intimat rècipiendam. Quanto ergò rectius egisset Summum Sacerdotem lègitimis *Angeli*, *Prophetæ*, &c. titulis insolentissimus illè Apologista cohonestando, quam delinquentes *Aaronis*, *Abiatharis*, *Caiphæ* nomènclaturis de honèstando, vel saltèm Potestatèm Delinquentium à culpa, & Humanitate distinxissèt, nec ènim ex Solio Pontificali Aaron ad Idolo-latriã Populum adduxit; adnotante nãque Augustino *lib.* 14. *de Ciuitate Dei cap.* 11. *Aaron erranti Populo ad Idolum fabricandum non consensit inductus, seu persuasus, sed cessit obstrictus.* Vnde optime Iacob Salianus *in epitom. pag.* 239. *num.* 195. inquit Aaronem habuisse Iustum mortis timorem propter quem, Populi improbæ acquieuit pètitioni, qui quidem timor licet à peccato Eum non liberasset, quũ enim Præceptum colendi verum Deum, & prohibendi Idolo-latriã in Bonum commune Religionis latum esset, præponi debuit cuilibet priuato malo, & etiam proprię vitæ Thom. Sanch. *in Præcepta*

*Deca-*

*Decalogi lib.1.cap.18.à num.8.* Suarez *in 3.p. S.Thom. tom.5. disp.6. sect.3.num.3.* Castro Palao *in Opere Moral.tom.1.Tract.2.disp.2.Punct. 13.num.7.vers.Exempla Posterioris*, magnæ excusationis tamen illi fuit, *cap.Sacris de his quæ vi, Metus ve caus.fiunt*, ibi: *Licet Metus extenuet culpam, &c.* Vtriusque autem conclusionis ratio est; quia Metus extenuat libertatem ad culpam requisitam; raro tamen, vel numquam, illam tantum extenuat, ut excusset à peccato Mortali, vel hoc in veniale convertat, sed res in suo statu relinquat Salas 1.2. *q.6. art.6. Tract.3. disp.3. sect.1. num.28.* Sylvest. *verbo Metus q.7.* Sanchez *de Matrim.lib.4.disput.1. num.6.* Villalobos *in Summa Tract. 3.difficul.7.num.47.* Castro Palao *dict.Puncto 13.num.2.* Non tamen Leue Fundamentum est, ut in consequentiam facinus illud non adducatur. Legitimiorem iudicamus solutionem istam à Nobis excogitatam, adductà à Grauina *dict.art.4.* dicentè, quod tùnc non erat Aaron Summus Sacerdos institutus; Nam *cap.32.Exodi*, graue illnd commisit peccatum, *& cap.8.Leuit.* Pontifex renunciatur; licèt enim verùm sit Aaronem inunctum non fuisse, *usque ad cap. 8.Leuit.* à Domino tamen, *cap.28. Exodi*, præ ordinatus, & institutus iam fuerat Summus Sacerdos, & quando Populus ad Idolo-latriam illum coëgit, Supremi Sacerdotis munere fungebatur, ut ex Sacra ipsa Pagina liquet, & ratio suadet; non enim Moyses Populum illum absque Pastore tanto tempore reliquisset. Abiathar, non ex Cathedra, sed ambitionis prurigine, tàm quàm Homo, stimulatus, Adoniæ se adiunxit in illa conspiratione, ut apparet ex Sacr. Textu, ibi: *Et sermo eius cum Ioab Filio Saruiæ, & cum Abiathar Sacerdote, qui sequebatur partes Adoniæ*; sperabat enim Abiathar Sacra Vnctionè Novo Regi tradita, & Regem in ære suo semper fore, & Summum Pontificatum sibi confirmatum iri, & Æmulum suum Sidochum (quem iam sibi exequari, & penè præferri cernebat) in ordinèm redactum iri Excelso Gabaonico post Templi ædificationèm sublato, Salian. *in Epitom. Annal.Vetèr.Testam.Anno Salomon.1. num.4.* Caiphas iam Pontifex Lègitimus esse desierat, solamque Vmbrã Sacerdotis rètinebat, quũ verus Pontifex Christus D. èxisteret, ut Apost. scribit *in Epist.ad Hebræos*, & Nos *Tract.3.* probabimus.

39 IV. (èt urgentissimè quidem) probamus ex Deutèronom. 17. ubi postquam de Sacerdotio dispositum est, & pœna capitis imposita non obedienti Sacerdotis Impèrio in decisione Quæstionum Rèligionis, mox de Rege Scriptura loquens subdit: *Postquam autèm sederit in Solio Regni sui describat sibi Deuteronomium Legis huius in volumine, accipiens exemplar à Sacerdotibus Leuiticæ Tribus, & habebit secum.* Ergò Reges à Sacerdotibus Lègem Dei exquirunt, *& cap.21.* à Summi Sacerdotis verbo omnium negotiorum, etiam Règis, decisionem pendere statuitur.

Ne-

40. Neque efficaciam huius argumẽti Sectarij effugient, Nobis obijcientes subterfugia à Brẽtio *in Prolegomẽn.* excogitata, & à Grauina *dict. art.* 4. adducta, apud quem. I. Rèspondet Hæresiarca ille Nos omnino judaizarè authoritatibus istis utèntès. II. Admissa authoritate, non ex èa sequi Iudæos Reges Sacerdotibus subjectos fuisse in his, quæ ad Legèm, & Religionem spectabant, solumquè èxinde argui posse cõcedunt Sacèrdotes fuisse Capsarios, aut Bibliothecarios Librorum legis. Quæ omnia jocò potiùs, quam seriò dicta tutò affirmari poterit. Ad I. namque (præter quam quod responderi poterit, Hetèrodoxos fuisse primos, qui Vèteris Testamenti usi sunt testimonijs ad extollendam Règum Potestatem in Rebus Fidei, & alijs Ecclesiasticis causis. Vndè eiusdèm Legis testimonijs eorum figmenta destruere opus fuit, ut enim Sacra monet Sapientia *Prouèrb.* 26. 5. *Respondendum est Stulto iuxta stultitiam suam* (hoc est iuxta fundamenta, quibus utitur) *ne Sibi Sapiens esse videatur*, prudenter quidem operati sunt Doctores omnes Orthodoxi, qui eiusdem Veteris Legis testimonia produxerunt ad convincendos Hæreticorum errores, quandoquidem, & Apostoli Gentilium DD. testimonijs usi sunt, ut Gentilès cõfunderent, ut constat Act. 17. 28. latiusque *Tract.* 3. ostèndemus. Et licèt efficacissima isthæc ratio cèssaret Testimonia à Vetèri Lege petita rectè in argumentum adduci posse absque judaizãdi periculo perspicuũ est, quum subesse Principes Sacerdotibus sit Præceptum Morale, quod etiam post Legem Gratiæ vigere debet, quum à Lege Gratiæ solidius confirmatum sit. S. Lèo *Serm.* 14. *de Ieiunio*, ibi: *In Præceptis Moralibus nulla Prioris Testamenti Decreta reprobata; sed Euangelico Magisterio multa sunt aucta*, & quum præcipuè præceptum illud Naturæ Legis principijs innitatur; Tùnc enim præcepta illa obligarè quamvis à Lege Gratiæ confirmata non fuerint clarè docuit S. Thom. 1. 2. *q.* 98. *art.* 5. *in corpore*, ubi affirmat Gentiles non teneri ad præcepta Moralia in quantum erant de Lege Veteri, ad ea tamen obligari subdit, quatenus erant de Lège Naturę. Quam quidem veriorem sententiam rèputamus ex Soto, Mèdina, Vitoria, Card. Toleto, Salmeròn, Valentia, Suarez, Salas, Açor, Felin. & Covarr. sequutis à Franc. Valent. *in Concordia Iur. Pontific. cum Sacr. Theolog. tit.* 2. *disp.* 2. *q.* 4. *sect.* 8. *nu.* 4. contra Bèllarm. Vazq. Lorin. & alios existimantès absolutè adhùc vigerè præcepta Moralia. Quod autem Præceptum illud Naturali rationi innitatur, Chrisostom. *Oration.* 4. *contra Iudæos*, docet: *Habraham* (inquiens) *duplici titulo Laici nomen obtinuit. 1. Quod illi* (Melchisedècho Summo Sacerdoti) *dederit Decimas; deinde quod Benedictionem accepèrit ab Eo.* Ergò Subjectio Temporalium Principum èrga Sacerdotes, Morale èst, Naturali debito innitens, & ab Eisdèm exquirere Legem Dei, Diuinum, &

Su-

Supernaturale, fundatum ſuper Naturam ipſam.

41 Vlteriuſque reſponderi poterit, contra Hèterodoxos militare Authoritatem Pauli *Ad Roman.3.2.* ſcribentis: *Iudæis primum credita eſſe eloquia Dei*, & quum ordinata tùnc eſſet Synagoga à Sacerdotibus Diuina volumina ſeruabantur, atquè eorumdem authoritate, & judicio, qui nam Sacri, qui Apocryphi ex continua ſucceſsione, & Traditione habebantur. Non ergò ſub eo temporis articulo Sacerdotes erant Bibliopolæ; ſed Supremi Iudices, ex quorum ore, Legem, omnès exquirere tenebantur, Diuino præcepto. Poſtea autem Nobis Capſatij tantum facti ſunt Hæbræi, quia Sacros Codices integros, & incorruptos Legi Gratiæ ſeruarunt, ab eiſque, tamquam Fidelibus Bibliothecarijs eos accepimus, nulla penes ipſos relicta in Nos Poteſtate, aut ſubjectione, ſed econverſo manentibus ipſis Eccleſiæ Noſtræ, atque eius Scripturis omninò ſubjectis, ut Auguſtin. ſcripſit *lib.18. de Ciuit. Dei, cap.46.* ibi: *Et dum non credunt* (Iudæi) *ſcripturis noſtris adimplentur* in eis ſcripturę eorum (in quibus dicitur) *ex cæca corpopuli huius, &c.*

42 V. Diuinam hanc voluntatem ſubjiciendi Principes Sæculares Summi Sacerdotis Iudicio in his, quæ ad Fidem, & Religionẽ attinent, clarius demonſtratam eſſe conſtat in Ioſue Succeſſore Moyſis, cui in omnibus his à Natu Eleazari Summi Pontificis pendere Dominus præcepit, his verbis: *Pro hoc ſi aliquid agẽdum èrit Eleazar Sacerdos conſulet Dominum, & ad verbum eius ingrèdiètur, & egrèdietur Ipſe, & Vniuerſa Populi Multitudo.* In Diuiſione terræ à Domino promiſſæ, primæ partes fuerunt Eleazari ſecundæ Ioſue, ut ex eius Hiſtoria, *cap.19.* patet, dicitur enim: *Hæ ſunt Poſſeſsiones, quas ſorte diuiſerunt Eleazar, & Ioſue filius Nun, & cap.13. Ad Hæreditatem petendam venerunt in conſpectu Eleazari Sacerdotis, & Ioſue filij Nun, & Principum.* Toto ergò tempore, quo Ariſtocraticum Gubernium in Populo Hebræo perdurauit, ſemper Sæcularium Iudicum ſubordinatio ad Summum Sacerdotem emicuit.

43 VI. Nam mutata Reip. Hæbreæ forma Suprema Eccleſiaſtica Poteſtas, non Regibus, ſed Summis Sacerdotibus concredita eſt. Nam Deuteron.17. iubetur, ut euectus ad Solium Rex acciperet Legis exemplar à Sacerdotibus Leviticæ Tribus. Vndè Ioſephus *lib.4. Antiquit. Iudaicar. cap.8.* Legem Regni deſcribens ait: *Et quiſquis fuerit* (Rex) *plus Legibus, & Deo, quam ſuæ Sapientiæ tribuat, nihilque præter Pontificis, & Senatus ſententiam faciat.* Vndè 2. *Paralipom.29.* ſic Ioſaphat Populum exhortantem legimus. *Amaſias autem Sacerdos, & Pontifex veſter, in his, quæ ad Deum pertinent proui debit. Porro Zabadias filius Iſmael, qui eſt Dux in Domo Iudà ſuper ea opera erit, ad Regis Officium pertinent, &c.*

Re-

Regemquè istum juxta Dei voluntatem loquutũ apparèt; constat enim Dominum lèpra Oziam percussisse, quia Sacerdotale Ministerium sibi usurpare voluit, 2. *Paralipom.* 26. 19. & 4. *Règ.* 15. 32. & qui cumque Temporalis Princèps Primatum Sacèrdotis usurpauit, mox Vltricèm Dei manum èxpèrtus est, ut rectè pondèrauèrè SS. PP. Chrisostom. infra referendus. Hier. *Epist.* 142. Theodoret. *q.* 1. *in Leuit.*

44 Fortiusque argui poterit Supremam Potestatem, tàm Ecclesiasticam, quàm Temporalem in Summo Sacèrdotè Vetèris Legis resedisse, attenta praxi in omni Legis temporè obseruata, & numquam à Domino damnata juxta quam Supremam in Principes Temporales Potestatèm Sacerdotibus competijsse tuto affirmari poterit; isti namque laudabiliter Reges instituebant, & deponebant. Nam Samuel constituit Saulem Regem 1. *Reg.* 10. 1. Eumdemque postea Dei jussu exauthorauit. 1. *Reg.* 13. 14. 15. & 26. Dauid in Solium Regium ab Eodem Samuele iussu Domini sublimatus legitur 1. *Reg.* 16 13. Roboam Nepos Dauid decèm Tribubus Israel priuatus à Propheta Ahia legitur. 3. *Reg.* 11. 29. & 2. *Paralipom.* 10. 15. Iussu Pontificis Ioiadæ Athalia Rex occisus èst 4. *Reg.* 11. 16. 20. & ab eodem Ioas Diademate coronatur. 4. *Reg.* 11. 12.

45 Postremo denique Potestatem istam Ecclesiasticam Summis Sacerdotibus competere, exclusis Regibus, & Populis, manifestè probatur ex Ezèch. 44 vbi Dominum dixisse legitur: *Sacerdotes Leuitæ filij Sadoch, & Populum mèum docèbunt quid sit intèr Sãctum, & pollutum, inter mundum, & immundum, ostèndènt èis, & quum fuèrit controuèrsia stabunt in Iudicijs meis, & judicabunt.* Aggæ 2. *Interroga Sacerdotes Lègem.* Malach. 2. *Labia Sacerdotis custodient scientiam, & Legem requirent* (tàm Règes, quàm Populi) *de ore eius.*

46 Hæc quæ, Veteri Lege attenta, vera omninò sunt euidentiorem recipiunt demonstrationem à Nouo Testamento, in quo clarissima reperiuntur Testimonia, quæ Potestatem Supremam Ecclesiasticam Summo Sacerdotio, non Regno attribuunt. Id que id clare elicitur ex illo Matth. 18. ubi Petro Summo omnium Apostolorum coriphæo Claues Regni Cœlorum à Christo Domino promittuntur, his verbis: *Tibi dabo Claues Règni Cœlorum.* Quam quidem promissionem post Christi Domini Resurrectionem impletam esse, & mox dicemus, & *Tract.* 3. latè probaturi sumus. Clauiuũ verò nomine intelligitur Potestas, Dominium, Primatus, & Principatus omnium, quæ ad æternam Beatitudinem sunt necessaria. Thom. Stapletonius *tom.* 1. *controu.* 3. *quæst.* 1. *art.* 1. *conclus.* 4. Bellarm. *lib.* 3. *de Pœn. cap.* 2. Cornel. à Lapide *in Matth.* 8. *vers.* 6. vbi etiam Maldonado, Francisc. Maced. *de Clauibus Petri, lib.* 1. *cap.* 1.

47 Quorum expositio, repetitis

titis Sacræ Paginæ teſtimonijs, perſpicua redditur: nam. 22. *Iſai.* 22. ad Eliachim Summum Sacerdotem, figuram, & Typum Chriſti, promiſsit Dominus *Clauem Dauid ſuper humerum eius, ut aperiat, & Nemo claudat, & claudat, & non ſit qui aperiat.* Quibus verbis Supremum omnium Principatum attributum eſſe clarè oſtenditur ex Chaldæo Paraphraſte, *pro Clauè Principatum* vertēte. Hancquè promiſsionem adimpletam eſſe in Chriſto D. *Apocalip.* 3. vbi de Chriſto D. legitur: *Sanctus ille, & Verus, qui habet Clauem Dauid, qui aperit, & Nemò claudit, claudit, & Nemo apèrit.* Ipſeq; Dominus *eodē Apocalip. libro, cap.* 21. de ſe ipſo dixit: *Habèo Claues Mortis, & Inferni.* Vbi Andr. Cretenſ. exponit: *Habèo abſolutam Poteſtatem in Animæ, & corporis mortem.* Quam iuſtam, & idoneam expoſitionem Moderniores omnes appellant.

48 Hanc ergò Poteſtatis Plenitudinem Clauium nomine expreſſam Chriſtus in Petro huius Poteſtatis ſuæ Vicario futuram docuit dicens: *Tibi dabo Claues Regni Cœlorum*, ideſt, *Tu aperies, & Nemo claudet, Tu claudes, & Nemo aperiet.* Quarè S. Hilar. hùnc Matthæi locum exponens vocat Sanctiſsimum Petrum *Cœli Ianitorem, cuius arbitrio Claues æterni Aditus traduntur*; Quo etiam magnificentiſsimo titulo ornat B. Petrum Cyrill. Hieroſolymitan. *Cathech.* 6. & 17. Hypolit. *in Oratione de Conſumat. Mundi.* Theodoret. Studites *in Epiſt. ad Paſchal. l.* & alij PP. Græci relati à Franciſc. Turrian. *Pro Epiſtol. Pontiſ. lib.* 2. *cap.* 6.

49 Illiuſque Matth. loci (in quo Chriſtus D. Claues Regni Cœlorum Petro promiſit) legitimam, atquè germanam eſſe nuper adductam interprætationem, tàm Græci, quàm Latini PP. incunctanter affirmant. Omnes ènim conſpirant in eis Ius, & Poteſtatem omnem Chriſtum D. Petro tradidiſſe exercendam in omnibus eis, quæ ad Regnum Cœlorum aſſequendum neceſſaria fuerint, & quæ ad hùnc finem quoquo modo cōducere poſsint. Chriſoſtom. *Homil.* 55. *in Matth.* vbi etiam S. Hilar. S. Auguſt. *Serm.* 28. *de Sanctiſ.* S. Leo *Serm.* 2. *in Anniuerſ. Aſſumpt. ſuæ*, S. Gregor. Magn. *lib.* 4. *Epiſt.* 32. Atquè omnes alij Moderniores locum illum exponentes, Antiquiores allègantes.

50 Adeòquè abſolutè conceſſam fuiſſe Petro, & Succeſſoribus eius omnem Poteſtatem ſub verbis illis, quam plures Catholici DD. tàm Canoniſtę, quam Theologi voluere, ut illam ex conceſsione iſta, nedum in Spiritualia omnia; ſed in prophana etiam èxtendi non dubitauerint affirmare, Hoſtienſ. *in cap Quod ſupra his, de voto, & voti Redempt.* Panorm. *in cap. Nouit, de Iudic.* Alvar. Pelag. *de Planctu Eccleſi. lib.* 1. *cap.* 13. Auguſtin. Triumph. *de Poteſtat. Eccleſi. q.* 1. *art.* 1. Sylveſt. *in Summa, verbo Papa, §.* 2. Açor *in Summa, p.* 2 *lib.* 4. *cap.* 19. & *lib.* 10. *cap.* 2. & alij adducti à Macèdo *de Clauibus Petri, lib.* 1. *cap.* 2. *verſ. Pri-*

*ma igitur sententia.* Et licèt alij cõcessionem istam ad Potestatem Ecclesiasticam restringant; totam tamẽ illam, & sub illa promissione compræhensam, & Petro privatiuè dattam à Christo D. affirmant Poggius *de Potestat. Papæ, in Responsione ad argumenta contraria, & in argumentis pro Potestate Papæ*, Bellarm. *lib. 1. de Roman. Pontifi. cap. 13.* Suarez *de Pœnit. dist. 16. sect. 4.* Habrah. Bzou. *de Rom. Pontific. cap. 6.* Zacchar. Bouèr. *in Consultat. Orthodox. par. 2. cons. 5.* Paul. Layman. *in Summ. tom. 1. Tract. de Legibus, §. 1. de Summ. Pontifi.* Maced. *dict. cap. 2. vers. Secunda sententia*, & alij à Nobis infra referendi: Ergò in Lege Gratiæ Suprema, & absoluta Potestas Ecclesiastica Petro, & Legitimis eius Successoribus à Christo D. datta est, exclusis omnibus Temporalibus Monarchis.

51 Conseq. istam, & hucusque dicta hac intrinseca probamus ratione, quæ licèt à Nobis excogitata sit eam tamen non parum urgere censemus. Ecclesiastica Potestas, tàm Activa, quàm Passiva Characteri omninò affecta, & adnèxa est, atque èx natura sua, & ex Christi institutione connexa, èrgò Charactere illo tantum acquiri poterit, & absque eo pèrpetua datur illam acquirendi incapacitas. Conseq. patèt ex communi Iureconsultorum sententia, qua instruimur cõnèxa esse individua, & semper indivisibilia, Petr. Surd. *decis. 199. num. 13.* Sigismun. Scaccia *de Iudic. lib. 2. cap. 11. num. 307.* Antecedens docet Thom. Illiric. Minorita *in celebri illo Serm. de Clauibus, ac Pontific. Potestate, in Respons. ad 2. quæst. membr.* vbi Potentiam coactiuam semper Sacerdotali Characteri adnexam èsse tutò affirmat, Nosque ulterius probamus absolutè Nostrum Antècèdens: Charactèr Spiritualis, illis tantum Sacramentis imprimitur, in quibus Activa, & Passiva confertur, vel communicatur Spiritualis Potestas per ipsummèt Characterem. Ergò ei est omninò adnexa Activa, & Passiva Ecclesiastica Potestas. Conseq. probatur ex Arist. *2. de Anima*, & Bal. *cons. 387. Incip. in Regno, col. 2.* probantibus causas imperfectas non generare, & primam Causam semper in secunda repræsentari, quia ei influit, & per radicalem rationem tandiu durat in suo esse, quandiu eius Causa reperitur in esse, latè Nicol. Moron. *de Fiae Treug. & Pace, q. 51. num. 14.*

52 Anteced. à sufficienti partiũ enumeratione probamus. Character Spiritualis per Baptismum, Confirmationem, & Ordinem tantum confertur. Sed per hæc tantùm confertur à Domino Activa, & Passiva Potestas hæc, ergò, &c. Maj. & conseq. patent. Minor probo: Per Baptismi Characterem imprimitur potẽtia passiva, quà dignè, & cum fructu homo recipere possit alia Sacramenta. Trident. *Sess. 7. de Bapt. Can. 11. S. Thom. 3. p. q. 63. art. 6.* vbi Cayet. & alij, nam per eum distinguuntur Oves, & Ovile Christi eo Religionis signo ab Infidelibus. Chrisostom. *Homil. 2. & 4. ad Ephes.*

Da-

Damaſc. *lib.4. Orthodox. Fid. cap.* 10.Epiphan. *Hæreſ.8.& 30.ad fin.* Auguſtin. 2.*contra Petil.cap.*13. & ſæpè apud Torren. *lib.* 2. *Confeſſ. cap.*1.*§.*10.*& cap.*2.*§.*11. Villalov. *in Summ.tom.*1.*tract.*4. *diff.*9.*num.* 2. Per Confirmationis Characterem communicatur potentia partim paſsiva, ad benè eſſe,& diſponit ad recipiendos Sacros Ordines Cayetan.*in* 3.*p. q.*72.*art.*5.& partim activa, ut ſcilicèt cum vigore Fides confiteatur, & retineatur. Colligitur ex S. Thom. *dict par.*3. *q.*72.*art.*7. Per Ordinis Characterem activa recipitur Poteſtas, non ſolum ad conficienda Sacramenta, ſed ad effectus quoque naturales, qui communi Lege Gratiæ fiunt; recipit enim Ordinatus Poteſtatem Filios Dei faciendi abſolutione Sacramentali, ut colligitur ex Concil. Trident. *Seſſ.*14. *cap.*1.*& cap.*6.*& Can.*9. Paludan. *in* 4. *diſt.* 1.*q.* 1.*in* 3. *opin.* ubi Capreolus *q.*1.*&* 2. S.Thom.*in Addit.ad* 3 *part.q.*18. ubi idem in Euchariſtia accidere docent, in quo omnes conveniunt, ſolumque differunt reſolvendo, an Character ſit cauſa Phyſica, vel moralis iſtius Poteſtatis, quod parum Nobis conducit, latèque examinat, Henriq. *in Summ.p.*1. *lib.*1. *de Sacram.in gen.cap.*13. *§.*9.*lit.G.* Ergò nullam poteſt Sæcularis Princeps ex Regia Dignitate Poteſtatem adquirere Eccleſiaſticam Activam. Conſeq. ex nuper firmatis probo. Character Sacerdotalis eſt baſis, & fundamentum Activæ Eccleſiaſticæ Poteſtatis, abſque quo acquiri nequit. Per Regiam autem Dignitatem nullus imprimitur Character, ut patet ex ea igitur Dignitate Eccleſiaſtica nequit acquiri Poteſtas.

53 Conſequentiam hanc mirificè comprobamus ex Bal. *in l. Filium* 6.*not.*4. *num* 6. *ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. Jur.* ubi docuit, quod ubi deficit Potentia, ibi, & actus deficit,& hoc, quia nequeũt actus exprimi, niſi præceſſerit potentia,ex qua illi producantur, quamvis enim Potentia, ſinè actu eſſe poſsit, actus verò ſine potentia produci nequit. Ariſt.1.*de Cæl. cap.fin.* Petrus Gregor. Tholoſan. *in Syntax. Art.mirab.lib.* 1. *cap.*4. Caſodor. *deciſ.*7. *de cauſ.poſſeſſ.& propr.* copioſè Carol.Maran. *Reſp.* 84.*nu.*53.*pag.* 5. Ergò quum Character Sacerdotalis ſit potentia ad Eccleſiaſticam Poteſtatem, eo deficiente non poteſt illa adquiri.

54 Doctrinam hanc in quovis Principe etiam inuncto procedere monemus, ut vitemus errores Nonnullorum Doctorum Galliæ, qui aſſerere non dubitarunt Franciæ Reges ex Sacra Vnctione Sacerdotes ſimul, & Reges effici, ut infra latiùs videbimus, ubi etiã radicitus demonſtrabimus falſam omninò, atque Catholicis Authoribus indignam, & alienam eſſe opinionem iſtam, interimque Cordatiores alios eiuſdem Gentis Doctores producam,cõtra ſententiam iſtam apertè militantes, & præcipuè Carol. de Graſſal. Iurium Franc. Acerrimum Propugnatorem, qui *lib.* 2.

*de Reg. Franc. cap. 1. pag. 228.* sic de suo loquitur Rege: *Imò Reges omnes sunt Clerici secundum Corset. in Tract. de Potest. Reg. q. 40.* & Barthol. Chas. *in Cathal. 5. p. consid. 24. num. 181. Tamen de rigore Iuris hoc procedere non potest; quia licèt ungantur, cap. 1. de Sacra Vnctione, non tamen recipiunt Characterem Sacrum, cui Ordo Sacer adnexus est. Speculat. in præallegato, §. Nunc tractemus.* Paul. *in Clem. Romani, de Iur. Iur.* Gloss. *in Can. Valentinianus, 63. dist. Ergò non obstante Vnctione illa Laicorum numero continentur, cap. Tua, de Decim. Ergò sunt omninò incapaces Iurium Spiritualium, ut illa possidere nequeant, cap. Causam, de Præscript. cap. Quamuis, & cap. Prohibemus, de Decim.* Sic ratiocinatur, licèt non eisdem verbis Gallus ille Iurium Franciæ Regum accerrimus Propugnator, quem pro omnibus alijs, & contra alios contrarium sentientes nùnc sufficere non dubitamus, quando quidem inferius ex professo contrariam opinionem rejecturi simus.

## §. IV.

## Nostra exhibetur opinio nedum denegans Principibus Sæcularibus quam cumque Sacro-Supremam Potestatem in Personas, Causas, & Res Ecclesiasticas, sed Capacitatem etiam illam acquirendi.

55 PAragraphi titulus Assertionis locũ obtinere potest, vndè plus solito eum longiorem esse recusare noluimus, ut mox, & in pro patulo sententia nostra appareat, & Lectores ad eam amplectendam è vestibulo ad liciamus, atque attrahamus.

56 Duas principales continet partes titulus ille. I. Denegat Principibus Sæcularibus omnem Potestatem, & Iurisdictionem in Personas, & Res Ecclesiasticas, & Causas ad Eius Forum, quoquo modo attinentes. II. Incapacitatem habere Temporales Principes, acquirendi huiusmodi Potestatem demonstrare promittit. Quas pro modulo nostro exponere, & corroborare connabimur.

57 I. pars multipliciter probatur. Primoque Sacræ Paginæ testimonijs, quibus eam irrefragabilem reddi non dubitamus. I. que notissimum adducimus Genes. 47. ex quo Personæ, & Bona Sacerdotalia libera omninò à Temporali Potestate extitisse constat; legitur enim: *Emit igitur Ioseph omnem terram Ægypti, Vendentibus possessiones suas, præmagnitudine famis, subjecitque Eam Pharaoni, & cunctos Populos eius à nouissimis terminis Ægypti, usque ad extremos fines eius, præter terram Sacerdotum, & ex eo tempore, usque in presentem diem in Vniuersa Terra Ægypti, Regibus*

*Quinta pars ſoluitur, & factum eſt, quaſi in Legem; Abſque Terra Sacerdotali, quæ libera ab hac conditione fuit.*

58 II. Autem probamus ex Numer.1. vbi Leuitæ omninò ſeparati leguntur à Republica Ciuili, ita ut nomine Filiorum Iſrael non comprehenderentur. Vnde ab hæreditate Temporali Filijs Iſrael promiſſa excluſi ſunt Deuteron.18. Eorumque Bona Ciuili Poteſtati ſubjecta nó fuerunt Levit.28. Sacerdotibuſque quaſi ſpecialiter à Populo diuiſis præcipiebatur, Levit.21. *Ne contaminarentur in mortibus Ciuium, nec in Principe Populi ſui.* Quod quidem Præceptum exemptionem ab omni Sæculari Poteſtate præ ſeferre ex Deuteron. 10. concludit Grauin. *dict.controverſ.7.art.4.pag.240.*

59 III. Ex eodem Veteri Teſtamento eſt inſigne Teſtimonium Epiſtola Artaxerxis Regis, 1. *Eſdr.7.* ubi ſic Eum Miniſtris ſuis ſcripſiſſe legitur: *Vobis quoque notum facimus de Vniverſis Sacerdotibus, & Levitis, & Cantoribus, & Ianitoribus, & Nathinæis, & Miniſtris Domus Dei huius, ut Vectigal. & Tributum, & Annonas non habebitis Poteſtatem imponendi ſuper Eos.*

60 IV. Ex Novo Teſtamento eſt etiã communis, ſed efficax locus hanc Eamdem exemptionẽ, ſeu libertatẽ à Temporali Poteſtate, quoad Perſonas, & Bona Eccleſiaſticorum ſtabiliens, Matthæ. 17. ubi Chriſt. D. ſuadere volens Tributorũ Exactori Se, & Apoſtolos ſuos ab eorum ſolutione eſſe immunes, ſic ab Eo interrogauit: *Reges Terræ à quibus accipiunt Tributum, vel cenſum; à Filijs, an ab Alienis?* At illi Exactor, *dixit, ab Alienis.* Vndè hanc mox Chriſtus conſequentiam deduxit: *Ergò liberi ſunt Filij.* Quam ſic expoſuit Chriſoſtom. *Homil.55. in Matthæ. Immunis ergò à cenſu ſum; nam ſi Reges Terræ, non à Filijs, ſed à Subditis, cenſum capiunt, multo magis à Me, qui non Terrarum, ſed Cœlorum Regis Filius ſum.* Quibus non ſolum Se immunem declarauit à Cæſaris Poteſtate, ſed cunctos etiam Apoſtolos Vniverſæ Eccleſiæ tùnc Miniſtros eàdem Immunitate gaudere oſtendit: ſi namque præcipua, quam adduxit Ratio ad Immunitatem ſuam oſtendendã, fuit, Se ſe Filium Dei declarare, quum Apoſtolos omnes, Filios Dei ſpeciales iam conſtituiſſet. Ad Rom.8.16. 1. Ioan.3.2. *Nunc Filij Dei ſumus.* Filiationis ratione Fratres Chriſti facti ſunt Apoſtoli. Ad Galat. 4. 28. & conſequenter vna eademque Perſona cum eo reputari debebant iuxta tradita à Cæſar. Barcio *deciſ. Bonon.130. nu.74.* Caſtill. *tom. 5. controverſ. lib. 5. cap.92. num.50.* Ergò Eadem illis competebat Immunitas. Hanc conſequentiam tacitè agnoſcens Chriſtus D. æqualiter pro Petro, ac pro Se Tributum ſolvi juſsit, dicens Petro: *Solue pro Me, & pro Te.* Non quia ipſe, aut Petrus Tributo obnoxij eſſent, quin potius liberi omninò reperiebantur, ſed ut Phariſæorum ſcandalum vitaret, Tributum pro vtroque Dominus voluit ſolvi, ut eleganter ad

vertit Chrisostom. *loc. cit.* dicens: *Nec omnino recusat, nec simpliciter jubet dare Tributum, sed prius monstrauit, non esse his vectigalium Legibus se subjectum; tunc demum dari jussit, alterum ne illi; alterum ne isti scandalum patiantur, &c.* cuius expositioni accinit Petr. Damianus *in Disceptat. Synodali, Opusc. 4.* dicens: *Ipse Cælorum Magister, & Dominus, cuius nimirum omnia Sæcula substernuntur Imperio, ad Nostræ imitationis exemplum, scandalum præcauit Iudæorum, Ne in ipsis Nouæ Fidei rudimentis Mentes adhuc teneræ scandala paterentur.*

61 V. Sanctissimorum Ecclesię Summorum Præsulum authoritate pars ista validissimè corroboratur Gelas. Pap. *ad Anastas. Augusti. Epist.* 10 ubi facta inter vtramque Potestatem Distinctione subdit: *Nosti enim, Fili Clementissimè, quod licèt præsideas Humano Generi Dignitate, Rerum tamen Præsulibus Diuinarum Deuotus colla submittis, atque ab eis causas tuæ salutis expetis. Inque sumendis Cælestibus Sacramentis, eisque ut competit, disponendis subdi Te debere cognoscis Religionis Ordine, potius quam præesse nosti.*

62 S. Gregor. Magn. *Epistol. 63. Maximo Præsumptori*, scribit: *In Salona Serenissimi Imperatoris animum non ignorans, quod se in causis Sacerdotalibus miscere non soleat.* Quæ quidem verba intelligenda sunt in illo Sæculo esse prolata, in quo Romani Pontifices verbis dimissioribus utebantur, ne alias Imperatores exasperati malum Ecclesiæ inferrent. Passimque ideò Epistolæ Imperatorum, sive præciperent, siue rogarent indistinctè Iussa vocabantur. Et quoties de aliqua obligatione Imperatorum in Ecclesiam Pontifices loquebantur, tamquam de simplici Eorum voluntate differebant, ut rectè adnotavit Grauin. *dict. art. 4. pag. 242. col. 2.* Quæ adnotata esse volui, ut cavillantium plures vitentur Instantiæ, quas ab hoc loquendi modo passim sibi dari existimant.

63 Nicolaus I. *in Epistol. Ad Michaelem Imperator.* scribit: *Nolite quæ sua sunt, Sacerdotalis videlicèt Dignitatis, vsurpare. Nolite quæ ipsi soli commissa sunt, velle surripere, scientes; quia tanto nimirum debet omnis Mundanarum rerum Administrator esse remotus, quãto quemlibèt ex Cathalogo Clericorum, & Militantium Deo, nullis conuenit, negotijs Sæcularibus implicari, &c.* Factaque distinctione inter Imperialem, & Pontificiam Potestatem, allegat verba Theodosij Imperatoris *ad Synodum I. Ephesin. Illicitum* (videlicèt) *esse Eum, qui non sit ex Ordine Sanctissimorum Episcoporum Ecclesiasticis immiscere Tractatibus.*

64 Suntque propè innumeræ Epistolæ prohibentes, vel Prohibitionem declarãtes, quam Tẽporales Principes habent. Ne de Causis Ecclesiasticorum cognoscant, & præcipuè Caij. *Epist. ad Fælicem*, Marcellini. *Epist. 2.* Bonifac. I. *Epistol. Honor. Augusti.* Leo *Epist. 96. Episcop. Thraciæ*, Gelas. I. *Epist. Anastas. Imperator.* Hormisd. *Epist. ad Arit.* Pelag. I. *ad Bengas.*

*Defen-*

*Defensorem, & ad Serg. Chancellar.* Gregor. Magn. *lib.3. Epist.26. ad Ianuar. & lib.5. Epist.25.* Adrian.I. apud Gratian. 2. *q.*1. Nicol.I. *ad Consulta Bulgaror.* Gregor. VIII. *lib.5. Epist.*3. Præter alias in corpore Iuris Canonici clausas *in titulis de Immunit. Eccles.* quarum, quia passim meminimus, otiosum eas nunc referre judicavimus.

65 VI. Generalium, & Provincialium Conciliorum Decretis Partem istam communimus, & præcipuè Lateranens. sub Alexandr.III. *p.*1. *cap.*19. & sub Innocent. III. *cap.* 46. Roman. I. sub Sylvestro *cap.*4. & II. *cap.*16. Carthaginens. III. *cap.* 11. Milevitan. *cap.*19. Roman III. & IV. sub Symacho. Concili. Agathens. *cap.*32. Epaunens. *cap.*11. Aurelianēs. III. *cap.*31. Matisconens. *cap.*7. & 8. Antisidior. *cap.*35. Vernēs. *cap.*18. Toletan. III. *cap.*23. Toletan. IV. *cap.*46. Moguntin. *cap.*6. Vvormatiens. *cap.*50.

66 VII. Sanctorum Ecclesiæ Patrum testimonijs S. Athanasi. *in Epistol. ad Solit. Vit. Agen. contra Constant.* his verbis invehitur: *Quis videns Eum* (Imperatorem) *discernendo Principem Se facere Episcoporum, & præsidere Iudicijs Ecclesiasticis, non meritò dicat, illum eam ipsam abominationem desolationis, quæ à Daniele prædicta est, &c.* priusque dixerat: *Si istud est Iudicium Episcoporum quid commune cum eo habet Impeoator? Sin contra ista minis Cæsaris conflantur, quid opus est Hominibus titulo Episcopi? Quando à Condito æuo auditum est, quod Iudicium Ecclesiæ authoritatem suam ab Imperatore accepit?* Hosius Corduvens. Episcop. *inter Opera Athanasij* sic Constantino scribit: *Ne Te misceas Imperator rebus Ecclesiasticis, neque Nobis in hoc genere præcipe, sed potius ea à Nobis disce. Tibi Deus Imperium commisit: Nobis ea, quæ sunt Ecclesiæ concredidit, & quemadmodum qui Imperium malignis oculis carpit, contradicit Ordinationi Diuinæ ita, & Tu cauc: Ne quæ sunt Ecclesiæ ad Te trahens magno crimini Obnoxius fias. Datte* (scriptum est) *quæ sunt Cæsaris, Cæsari, &c. Neque igitur fas est Nobis in terris Imperium tenere, neque Tu Thymiamatum, & Sacrorum Potestatem habes, o Imperator, &c.* S. Cyril Hierosolym. *Cath.*17. S. Ioan. Damascen. *Orat.* 2. *de Imagin.* S. Gregor. Nazianzen. *Orat.*17. *ad Cives Nazianzen.* Sanct. Ioan. Chrysostom. *lib.* 3. *de Sacerdot. & Homil.*65. *in Genesi.* Beda *in cap.*47. *Genesis,* Rhaban. Maurus, *ad idem cap.* 47. *Genesi.* Petr. Bertrandus *Adversus Petrum de Cugner.* S. Hilar. *lib. ad Constant. Augustum,* S. Ambros. *Epistol.*32. *ad Valentin. & Epist.* 33. *ad Sororem,* S. Augustin. *Epistol.*46. 50. & 166. Optat. Milevitan. *lib.*2. *contra Parmen.* Sever. Sulpit *lib.*2. *Sacr. Histor.* S. Thom. Cantuarien. *in Epist. ad Regem Angliæ,* ibi: *Certum ea Reges Potestatem suam ab Ecclesiis accipere, nō Ipsam ab illis, sed à Christo: vt salua pace vestra loquar non habetis Episcopis præcipere, absoluere aliquem, vel excommunicare, &c.* Omnium istorum Patrum Authoritates probant præcipuè Principes Temporales nullam in Causas

sas Ecclesiasticas Potestatem, aut Iurisdictionem habere, nunc autem Eandem Immunitatem, & quidem principaliori ratione Personis Ecclesiasticis competere sequentibus probamus.

67 Clemens Roman. *Epist.* 1. Gregor. Nazianzen. *Orat.* 17. Cyril. Alexan. *in Synod. Ephesin. tit.* 3. *cap.* 9. *Epist. ad Synodum Antiochen.* S. Gregor. *lib.* 5. *Epist.* 25. Hugo de S. Victore *de Sacram. Fidei, lib.* 2. *p.* 2. *cap.* 8. ibi: *Negotia Secularia terrena, Spiritualia verò, & Ecclesiastica à Spirituali Potestate examinantur, secundum ergo Personam Iustitia violaretur, si Iudex Secularis in Ecclesiasticam Personam manum mitteret secundum causam, si Ecclesiastica Persona examinanda susciperet.*

68 IIX. Probatur proprijs Imperatorum, & Regum exemplis, & dictis: & I. Magni illius Constantini Imperatoris, qui à quibusdam requisitus Episcopis, ut eorum causas ad se advocaret respondit: *Vos Dij estis, non debetis ab Hominibus judicari*, Euseb. *lib.* 3. *de Vita Constantini*, Socrates *lib.* 1. *cap.* 8. ex quibus apertè constat omninò renuisse de Causis Ecclesiasticis judicare, & se se incapacē judicandi declarasse, Theodoret. *lib.* 1. *Histor. cap.* 13. Socrat. *dict. lib.* 1. *cap.* 34. ex quorum Historijs liquet Ipsi frequentissimum fuisse asserere *Se de Ecclesiasticis non judicare; quia non acceperat à Deo Potestatem, &c. Quod Ipse esset subjectus Ecclesiastico Iudicio. Et quod Appellationes ab Ecclesiasticis Iudicibus Imperatores admittere Gentilismum sapere.* Hùnc ipsum Potestatis defectum protestati sunt Imperatores alij Catholici, Theodosius, teste Euagrio *lib.* 1. *cap.* 1. Martianus, ut refert Liberat. *in Breviar. cap.* 3. & expressius omnibus Basil. *in Synodo Constantinopolit. IV. in Orat. ad Patres ab eo habita.* Valentinian. apud Sozomen. *lib.* 6. *cap.* 7. sic expressè: *Mihi, qui remotè à Laicorum numero sum, non licet eius modi negotijs* (Ecclesiasticis) *Me interponere.* Moxque subdit: *Sacerdotes, & Episcopi, quibus hæc curæ sunt per Se vel cum præcipijs libitum fuerit in unum convenire possunt.* Ex quibus apertè constat Imperatorem judicasse illicitum sibi esse de causis Ecclesiasticorum judicare. Quod clarius liquet ex alijs ipsius Imperatoris verbis ab ipso Sozomeno relatis, ibi: *Nec fas est manum admouere: Fas namque Ius importat*, Isidor. *lib.* 5. *Etym. cap.* 5. quod sibi vetitum Imperator ibidem profitetur. Carol. Magnus, humilissimis verbis id ipsum confessus est, ut refertur in Can. 3. *dist.* 19. Et clarius omnibus Noster Carolus V. Maximus Imperator, & Hispaniæ Rex Catholicus, qui oblatum sibi libellum Augustanæ Confessionis, ut approbaret, vel judicium suum referret, respondit: *Non velle se quicquam, nec posse concludere de Negotio Religionis, verum apud Pontificem Romanum pro Officio suo diligenter, se datturum operam de Congregando Concilio Generali.* Gramin. *dict. art.* 4. *pag. mihi* 252. *col.* 1. addens simile Honorij Imperatoris Responsum ad Arcadium Fratrem Orientis Principem

pem pro Epiſcopis ab Eo in exilũ deſtinatis: *Nequaquam* (ſcripſit Imperator ille) *id faciendum, quum ſi quid de cauſa Religionis inter Antiſtites ageretur, Epiſcopale oportuerit eſſe judicium. Ad illos enim Diuinarum rerum interpretatio, ad Nos Religionis ſpectat obſequium, &c.* Nec verbo contentus, piiſſimus ille Imperator, ſæuiſsimum bellum in Fratrem parauerat ad tuendum jus hoc, & honorem Eccleſiæ, à quo tamen nonnulli ſubſequuti euentus illum reuocarunt Baron. *Anno* 407. Gaulter. *in Tab. Chronolog. Sæcul. V. pag.* 357. *col.* 1. Et non ab ſimile reſponſum dediſſe Aurelianum Imperatorem, quamvis Ethnicum, ſcribit Euſeb. *lib.* 7. *Eccleſi. Hiſtor. cap.* 27.

69 Sunt etiam graviſsimæ Regum Hiſpaniæ, & Galliæ circa id ipſum confeſsiones, quas breuitatis cauſa videndas relinquimus apud Grauin. *dict. art.* 4. *pag.* 252. *&* 254. ubi non ſolum cauſarum Fidei, ſed omnium Eccleſiaſticarum Seſe incapaces profeſsi ſunt, nedùm Catholici, ſed Ariani, alijſque hæreſibus contaminati Principes. Atque *pag.* 253. varias ipſorum Imperatorum, & Regum Conſtitutiones, tàm ex Decretorum Libro, quàm ex Iuſtinianeo, atque Theodoſiano Codice eruta allegat, quas, quia paſsim obuiæ affuturæ ſunt in opere, nùnc prætermittere decreui.

70 II. Aſſertionis, ſeu Tituli Paragraphi partẽ, Principum Tẽporalium quoad Poteſtatem iſtam acquirendam incapacitatem præ ſeferẽtem, variè etiam probamus. Et I. notiſsimis Canonici Iuris teſtimonijs, *cap.* 2. *cum ſimilibus, de Iudic. cap. Cauſam quæ, de Præſcript. cap. Meſſana, de Elect. cap. Præterea el* 2. *cap. Illud, cap. Cum Laici, cap. Relatum, cap. Cum Nobis, de Iure Patronat. cap. Quamuis, & cap. Prohibemus, de Decim.* cum propè innumeris alijs frequenter referendis.

71 II. Autem hæc efficaci, & intrinſeca ratione probamus. Principes omnes Temporales (etiam ſi inuncti ſint) Laicorum numero adſcribi debent, ut iam ſupra monuimus. Aſt Laici omnes ſunt Poteſtatis iſtius omninò incapaces. Can. *Ita Dominus*, 19. *diſt. Can.* 1. *cum ſeqq.* 11. *q.* 1. *cap. Decernimus*, & ibi Canon, & præcipuè D. Fœlician. de Vega *num.* 46. *& aliquot ſeqq. extra de Iudic.* ubi in comprobationem allegat Martin. Millian. Petr. Zenedo, Suarez, Zevallos, Bonacinam, Graſis, Suarez de Paz, Morlam, Eſcovar, Ioan. Garciam, & Gabr. Pereyram, omninò afirmare conſpirantes Laicos omnes incapaces eſſe Poteſtatis in Perſonas, Cauſas, & Bona Eccleſiaſtica, & incapacitatem iſtam eſſe de Iure Diuino; quia ab ipſo prouenire aiunt, ut quoad omnia hæc, Eccleſiaſtici omnes ab eis exemptionem ſortiantur, ab illo ergò Iure incapacitatem iſtam emanare rectè arguunt, ut infra alio dicam §. nùncque interim produco Cardinal. Tuſch. *PP. Concl. litt. I. concluſ.* 453. *num.* 24. *& litter. L. concluſ.* 342. *num.* 117. Gueuara *in Propugnac. Eccleſ. Liber. contra Venetos, Aſſer.* 1.

§. 7.

§.7. *num.* 37. Iacob Menoch. *in Tract. Ad S. de Iurisdictione, Imperio, & Potestate Ecclesiastica, & Saeculari, lib.*1. *cap.*14. *&* 15. qui tamen distinguere vult inter merè Spiritualia, & Ecclesiastica, atque inter Profana in illis namque omninò exemptos Iure Diuino Clericos affirmat, in Temporalibus autem eorum exemptionem à Iure Diuino prouenire in dubium revocat, sed immerito, ut alibi ostendemus.

72 Nosque singulariter hanc ab omnibus inconcussè admissam Veritatem hoc probamus discursu. Potestas quælibèt discernitur ab objecto, à quo denominationem, & essentiam accipere iam supra probaui: sed Sæcularis Potestas nullam dicit relationem ad Ecclesiasticas Res, & Personas, sed hæ sunt Ecclesiasticę Potestatis objectum. Ergò nullam Potestatem in eas habere potest Sæcularis. Conseq. ex præmissis sequitur. Minor verò manet abundè probata. Maiorem autem probo: Ecclesiasticæ Personæ, Sacro mediante Ordine, Ecclesiasticæ adscribuntur Hierarchiæ. Ergò radix istius Potestatis erit Ordo, tàm actiuè, quàm passiuè, ut latiùs supra dixi, sed in radice excluduntur Principes ab Ecclesiastica Potestate, ut constat ex S. Concil. Trid. *Sess.*23. *de Sacram. Ordin. Can.*7. definiente: *Si quis dixerit Ordines ab ipsis* (Episcopis) *collatos sine Populi, vel Potestatis Sæcularis Consensu, aut vocatione irritos esse, &c. Anathema sit.* Ergò penitus excluduntur. Ergò nullo poterunt proprio juvari jure ad hanc Potestatem in Ecclesiasticas Personas, etiam prætextu Sacræ Vnctionis exercendam.

73 Quem corroborandum discursum censemus, ex Apost. 1. *ad Corinth.* 12. 18. scribente: *Quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia, primùm Apostolos, secundò Prophetas, tertiò Doctores, deinde Virtutes.* Et *Ad Ephes.*4. 11. *Et Ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem Pastores ad consummationem Sanctorum in opus ministerij, in ædificationem Corporis Christi.* Hæc Apostolus describens Ecclesiasticam perfectã Hierarchiam necessariam ad perfectionem Ecclesiæ protulit, & in ea descriptione, penitus est oblitus Regiæ Dignitatis. Ergò Reges attento solummodo jure Regio non spectant ad Ordinem Hierarchicum, etiam si inuncti sint. Conseq. probo: In illis Paul. memoratis locis omnis recensetur perfecta Ecclesiastica Hierarchia, ut communiter docent PP. ergò nulla ei deest Princeps pars. Conseq. patet; nam immerito diceretur perfectam esse descriptam Monarchiam, si aliqua substantialis ei de esset pars, *l.*1 *§. Si stipulante, ff. de verb. oblig. l. si alij, ff. de usufruct. Leg.* cum alijs congestis à Barb. *Dict.*408. *num.*2. 3. *& seqq.* Ergò non deficit. At in illa non continentur Reges etiam inuncti. Ergò ad eam non pertinent. Conseq. Nobis probat Ioan. Damasc. *Orat.*2. *de Imagin.* vbi relatis Apostoli verbis, subdit: *Verbum non loquuti*

*quanti sunt Vobis Reges, sed Apostoli, & Prophetæ, Pastores, atque Doctores*, & latè prosequitur Mendoça *dict. disputat. 34. sect. 5. sub sect. 2. §. 52.*

74 Ast contra hucusque dicta grauiter obstare videmus, quod priscis illis Sæculis, in quibus hæc Suprema Ecclesiastica Potestas robur, & vigorem omnem habebat à Sacris quottidie celebratis Concilijs acceptam, adhùc Imperatores in Sacros Antistites Supremam hanc exercebant Potestatem, ut probari intenditur in illo opere falso (ut ostendimus) attributo Illustr. D. D. Petr. de Marca Archi-Episcop. Parisiens. *de Concordia Sacerdot. & Imperij, lib. 4. cap. 2. n. 3. mox à princ. pag. mihi 223. in postrem. Parisien. edit. 1663.* vbi de Principibus loquens, ait.

75 Quod non solum Lege generaliter lata Canones aduersus nouitates vindicabant, sed etiam specialiter injuriam illatam in judicijs Canonicis, per Canonum violationem Decretis suis Imperatores resarciebant, si quis ad eos querelam suam deferret; Cui rei ex Officio incumbebant, non solùm, quod Canonum custodia illis commissa esset, sed etiam, quod Ciuium, & præcipuè Clericorum Patrocinium, & tranquillitatis publicæ Cura ad eos spectaret. Idque eximiè docere ait Libellus prorrectus Marciano ab Eusebio Dorylæi Episcopo, & insertus *Actis Concilij Chalcedonensis*, ubi de ijs, quæ adversum Se à Dioscoro patrata erant in Ephesino Concilio, grauiter conqueritur in quo hæc Legi ait: *Intentio, & propositum est Majestatis Vestræ Vniuersis quidem sibi Subditis prouidere, & manum porrigere omnibus injustè oppressis, præcipuè tamen fungentibus Sacerdotio, in hoc Diuinitati placentes à quâ Vobis imperare, & dominari sub hoc sole donatum est, ergò quoniam multa, & dira, & contra omnem consequentiam Fides, quæ in Christum est, & Nos sumus perpessi à Reuerendo Dioscoro Episcopo Alexandriæ magnæ Ciuitatis; adimus Vestram Pietatem, supplicantes justitiam pro mereri.* Vndè patet Eusebium fiducia Patrocinij ductum, quod Marcianus Sacerdotibus oppressis præstare tenebatur, ad eum accessisse, ut Principis authoritate Ius suum consequi posset, ob ea, quæ contra Canones à Dioscoro gesta erant Ephesi. Basianus quoque Ephesi quondam Episcopus preces obtulit Marciano, quæ relatæ sunt *in Concilio Chalcedonensi*; quibus iniquo judicio Se ab Episcopatu depulsum exponit, subsidiumque Regiæ Tuitionis exposcit, dicens: *Omnis salus Violentiam Patientium post Deum vestra tranquillitas est, præcipuè autem Sacerdotum Christi. Quapropter, & Ego ad has preces Veni pro volutus Vestigijs Vestris, ut in his mei misereamini.* Eunomius Episcop. Nicomediæ in Bithynia auxilium quoque Marciani implorat aduersus invasionē Anastasij Nicæni: *Quia* (ut inquit ille) *Imperium Principi collatum est ad salutem Orbis, & pacem Ecclesiarum &c.* Vberiorēque Exemplorum Segetem posset quidem Author ille

Ve-

Venum exponere eruram ex Gallicanis horreis in unum congestam à Dominc. Grauin. *de Cathol. Præscript. tom. 4. contro v. 7. art. 4. in Append. Primatus Laicozeph.* ubi istius furfuris objectiones exhibet, quas omnes corroborari poterant Textu in Can. *Bonæ, §. Sancta Synodus, 96 dist. Authen. Quo modo oporteat Episcop. §. Nos igitur, collat. 1.* Ex quibus, & alijs ab Eo plenè congestis probat Salgad. *de Reg. Protect. part. 2. cap. 1. num. 13.* Principes ad Tuitionem istã omni jure teneri, & ad Eam præsto esse debere, nedum interpellati, sed licèt auxilium suum ab Ecclesia requisitum non sit. Et *num. 16.* addit: Quod si Principes in Protectione ista exhibenda negligentes sint poterunt Communione Fidelium priuari. Videndus est Salgad. ipse *p. 1. prælud. 3. toto, & de Supplic. ad Sanctiss. part. 1. cap. 1. à nu. 104.* Castill. *tom. 7. contro v. lib. 6. cap. 41. à nu. 163.* Paul. Christin. *decis. Belgic. 46.* Sarabia *de Iurisd. Adjūc. cap. 30.* Erasm. Chochier. *de Iurisdict. Ord. in Exem. 1. p. cap. 39. à num. 34.* Barbos. *lib. 1. vot. 4. à num. 120.* Mar. Cutel. *in Patrocin. pro Reg. Iurisdict. Siccul. Inquisit. concessa, p. 2. num. 201. fol 196.*

76 Omnes tamen Instantias ab hac ratione petitas non obstare respõdemus innixi Authoritati Facundi Episcop. Hermianensis *lib. 12. cap. 3.* à quo Christianus Lupus *in Append. ad Concil. Chalcedonens. Act. 1. pag. mihi 892. vers. Eleganter respondet. tom. 1. in Concil. Gener.* his verbis: *Eleganter respondet Facundus Episcop. Hermianensis. Prædicatoribus Veritatis, qua si Bobus, de quibus dicitur: Bobi Triturantios non infrænabis, non numquam contra stimulum calcitrantibus, videtur Ecclesia, cuius illi Vectores, Doctoresque, velut Antiqui Testamenti Domum per Philistinorum Boues remissa Arca, nutare, sed non est Ozæ officij continere, præcedit illam suus Dauid, qui deduxit exultans: Ipse manu fortis inuisibiliter eam regi constituit, & ideò nutare quidem potest, cadere numquam potest. Nihil igitur Oza, Laice Princeps, habes, quod simulatione piæ sollicitudinis excuseris, quia Diuino Iudicio pro temeritate percuteris.* Ex quibus apertè patet, quod Principes Temporales, dùm Synodalia, siue de Dogmate, siue de Personis, Iudicia impingunt, in regùlam re vera Boues calcitrant, & Arca titubat, Verùm ad alios Episcopos, Romanum præsertim, nullo pacto ad Laicum Principem spectat ipsam continere; Nulla hic excusat piæ sollicitudinis simulatio, est Ozæ temeritas Diuino Iudicio percussa. Et istius modi rationibus, atque exemplis edoctũ fuisse, nè Imperij sibi commissi decorem alieni officij vsurpatione fœdaret Marcianum Augustum, adfirmat idem Facundus. Eusebius Dorylæi Episcopus aliud non fecit, quam quod Se se ab Eusebiana factione ejectum fecisse scribit *in Apologia ad Constantinum Augustum.* S. Athanasius: *Profectus sum Alexandriam, non ad Castra Fratris tui Constantis, aut alium quempiam, sed Romam dumtaxat Me, meaque Ecclesiæ commendaturus.* Eusebianæ factionis, & militum illi famulantium

tiam violentis manibus, elapsus S.Athanasius Romam accessit,& Iulium Pontificem suam à Tyrio Conventu appellationem prosequuturus, fuitque tandem à Romana quinquaginta Episcoporum Synodo, Eusebianos in contumaciam damnante, absolutus de criminationibus,ac in Sedem remissus, verùm, quod Orientalis Imperij Augusti. Constantius processum factionis Satellitem ageret, difficilis, imò impossibilis erat executio. Hinc igitur Constantem Augusti.adijt Athanasius, rogans permitti Sardicensem Synodum,quæ Romanum de Se judicium confirmaret, atque ità cogeret Constantium ad permittendam, & Augusto brachio juvandam illius executionem.

77 Quæ,ut plenè intelligantur, aliaque huiusmodi exempla patuipendantur, sciendum est Constantium Imperatorem Hæreticum fuisse, imò,& Eusebianorum (quo nomine Ariani vocabantur) Fautorem Se præstitisse, adeò, ut à Lucifero dictus sit: *Arij Vermis.* Baron. *Anno 356. num. 71.* & ab eo Iacob. Gaulter. *in Tabul. Chronolog. Sæculo IV. pag. 281. col. 1. qui pag. 283. colu. etiam 1.* addit Constantium paulò ante mortem Baptismum suscepisse ab Euzòio Ariano, & in Animæ effusione trium se, malorum reum agnouisse. I. Quod consanguineos necari imperasset. II. Quod Imperatorem Iulianum nominasset. III. Quod nouis Dogmatibus studuisset allegans eumdem Baron. *Anno 366. num. 16.* Vndè facilè creditur, multos Arianos suæ factionis Episcopos habuisse, quumque ab eis de multis criminibus imputaretur Athanasius, facto, non jure, compulsus est Athanasius abire Imperialem Audientiã, vel non, ut à legitimo Iudice suo, cui subderetur postulatus, non à se, sed potiùs eorum vi accersitus, à quibus patiebantur, qui erant de Foro Imperatoris, quantum attinet ad Laicos, recursus potiùs fuit ad Imperiale auxilium, quàm judicium postulatum; legitimum enim Iudicem agnoscebat Summum Pontificem in Causa Ecclesiastica, quæ tractabatur ad depositionem illius, tendente; Vndè quum ijsdem temporibus multi alij Episcopi cum Athanasio,similiter ab Eusebianis falsis criminationibus impeterentur (& de facto exequentibus) ab Episcopatus onere à Iulio Romam Vocatus Athanasius, qui ad eum appellarat, & juxta antiquos Canones in judicio illum audiuit,ut discimus ex Theodoreto *Histor. Ecclesiast. lib. 3. cap. 7.* à Liberio Successore similiter recalcitrante iussionibus Imperialibus numquam damnationi contra Athanasium factæ subscribere voluit, & tamen (ex Ammiano Marcellino Æthnico) non ausus est Constantius auctoritatem in Episcopis deponendis, sibi usurpare, vel arrogare, imò, ut dicit Idem, Authoritate, quà potiuntur æternæ Vrbis Episcopi firmari Decretum à Liberio desiderio nitebatur ardenti, quod optimè ponderat Dominic. Grauin. *de Cathol. Prescript. tom. 4. contro. 7.*

*art. 4. in Appendice de Laicozephal. Primat. pag. mihi 442.*

78 Ita Ephesini latrocinij carcere elapsus Eusebius suam, & Sancti Flauiani appellationem prosecuturus, fugit Romam, fuitque per S. Leon. Pap. absolutus, & restitutus; verùm sententiæ rebellabant omnes Dioscorum sequentes Episcopi, necnon, & latrocinij confirmator Theodos. Augusti. ideòque ad meliorem eius Successorem Marcianum, mox accessit Eusebius expostulans permitti, quàm à Theodosio toties frustra petierat S. Leo nouam Synodum, quæ Romanum de se judicium confirmaret, atque exequeretur. Nequaquàm igitur ab Ephesini Latrocinij abusu ad Principem appellabat, ut Synodalis judicij correctionem ab ipso flagitabat Eusebius, sed meram Theodosianæ violentiæ amotionem, & Augusti brachij pro Romano judicio Laicum auxilium, quod, dùm ab Ecclesia rogatus, aut iussus Princeps impendit remotissimus est ab Ozæ temeritate.

79 Sed urgebis: licèt vera solutio sit, adhùc instantia Aduersarijs datur ex eodem Petro de Marca *dict. lib. 4. cap. 3. num. 1. pag. 226. col. 1. mox à princip.* ubi docet, quod Imperatores Romani à Sacerdotibus interpellati, Iudices dare poterant, sed Clericos, qui de negotijs Ecclesiasticis sententiam ferrent, eam auctoritatem apertè Principibus asseruit Concil. Milevit. II. Anno 416. quod relatum est à Gratiano *in Can. Placuit* 11. *q. 3. Placuit, ut qui cumque ab Imperatore cognitionem publicorum judiciorum petierit, honore proprio priuetur. Si autem Episcopale Iudicium ab Imperatore petierit, nihil ei obsit.* Et est *Can.* 19. *Ipsius Mileuitani Concilij*, apud Sever. Vinn. *tom. 1. Concil. p. 1. pag. mihi 705.* qui in margine addit. Cod. Canonum, *cap. 104.* & Concil. African. *Can. 71.* Vsus istius Auctoritatis manauit à Constantino in causa Cæciliani Carthaginensis Episcopi, qui per summam injuriam à septuaginta Episcopis Donati Schismate infectis, damnatus Ecclesiam retinebat, ab ipsisque interpellatus Constantinus Iudex fuit de Codicum Sacrorum Traditione Augusti. *Epist. 68.* Optat. *lib. 1. contra Parmen.* eique tres Episcopos Gallos Iudices constituit pro ea causa, eosque ad Melchiadem Summum Pontificem destinauit. Euseb. *lib. 10. Histor. cap. 5.* qui ex commissione illa Imperiali cum illis Episcopis judicium illud exercuerunt. Augusti. *contra Petilian. de Baptismo.* Ergò Principes Sæculares Supremum Ius, & Potestatem in Personas, & Causas Ecclesiasticas habebant.

80 Nec satisfacies cum Marca, dicens: quod Constantinus Iuris Religiosissimus Princeps cognitionē criminis Ecclesiastici aduersus Episcopum suscipere noluit, sed Donatistis acriter eam de re obiurgatis, & Episcopos è Gallia, ubi Princeps tùnc morabatur, sibi Iudices dari postulātibus, eò quod Africana Iudicia per contentionem partium suspecta esset, Princeps pacis Ecclesiasticæ studiosissimus tres Galliarum Episcopos

Ma-

Maternum Agrippinenſem, Reticium Auguſtodunenſem, & Marinum Arelatenſem delegauit, qui una cum Melchiade Rom. Pontifice litem dijudicarent, rudem adhùc eam Cauſam ad Pontificem Romanum tranſmittendo.

81 Adhùc enim inſtari poterit, Aliud eſſe Iudicem ſe incapacem agnoſcere, ſeu incomperentem, & partes ſuas ad propriũ Iudicem tranſmittere; aliud partibus Iudices delegare l. namque abſque Iuriſdictione fit, imò eius defectum agnoſcendo, ut patet. II Autem Supremam arguit Poteſtatẽ in litigantes, *l.1. C.de in lit. Iur. l.1. ff.de Quib.reb. ad eum Iudic. l.pen.ff.de Iudic. l.2.C. Eod.l.6.ff.de Fideiuſſor. Tutor.l.1.§.1. ff. de uſur. l.11.§.Officium.ff. de Aqu. pluv.arcend.* At Conſtantinus abſque Tyrannidis nota Iudices Cæciliano aſsignauit, & Papæ cauſam delegauit. Ergò &c.

82 Sed ad objectionem hanc reſpondet ex Baronio, & Mornæo Grauin. *de Eccleſi. Præſcript. tom.4. controverſ.7. art.4. in Append.de Laicozephal. Primat.pag. 440.col.1. verſ.Ad factum Cæciliani.* Conſtantinum in eo negotio tamquam minus inſtructum in rebus Eccleſiaſticis ſegeſiſſe, tractauit enim cauſam, ac ſi merè politica, eiuſque Imperio ſubdita omninò eſſet, utens nimirum abſolutis, & Imperialibus terminis, nè Donatiſtarum factionibus Imperiũ læderetur, ut eam Cauſam in manus Melchiadis, una cum ab ipſo delegatis Epiſcopis rejiceret terminandam, eoque modo vim Donatiſtarum reprimeret Imperij quieti conſulens, viſaque Conſtantini interpoſita manu timore Imperiali Schiſmatici à ſuis deſiſterent ſeditionibus, qui Conſtãtinum ad eos ferè terminos adegerant, ut ſuæ Poteſtati præfixos aliqualiter tranſiliret, quod ex Auguſt probat.

83 Ad alias autem inſtantias reſpondet ipſe Grauin. fatendo equidem veram eſſe deſumptam à Delegatione cauſę facta à Conſtantino: at tùnc Imperatorem non, ut Supremum ſegeſiſſe Iudicem, ſed tãquam Arbitrum Auctoritativum ſe interpoſuiſſe, quod ex ipſa Conſtantini Epiſtola ſua de re conatur, & ex Auguſt. probat; Arbitrium tamen hoc non ſuſcepit ad cauſæ cognitionem, ſed ad eam tranſmittẽdam ad verum Supremumque Iudicem, à ſe illud abdicando terminandum, & à Pontifice ſententia, ſub Melchiadis ipſius nomine, concepta eſt, eum abſolvendo, ut docet Marca *dict. cap. 3.* ſubdens, quod victi Donatiſtæ Conſtãtinum appellarunt poſt ſententiam Melchiadis, & Synodi Arelatenſis, eius judicium poſtulantes: *Meum judicium poſtulant* (inquit Conſtantinus in Epiſtola ad Epiſcopos) *qui ipſe judicium Chriſti expecto.* Licèt tamen aliqua in illo capite Marca ſubtexat verba denotantia Conſtantinum Supremam Sedem re veritum eſſe in illa cauſa: propenſior tamen eſt ſuadere Imperatorem propria, & legitima auctoritate operatum eſſe, idque ex Auguſt. probare conatur, & (ut reuelata

dicam facie) sententiam Magdeburgensium Centuriatorum amplectitur, quàm refert, refellitque neruosè, & doctè Grauin. *loc. cit.* apud quem hanc, & alias eiusdem furfuris probationes elisas, contusas, & effractas videndas remitto. Et hæc sit prima solutio.

84 II. Autem respondemus, istius Archi-Episcopi scopum diuersum omnino esse ab illo, in quem Sanctissimi olim Præsules collimarunt. Audiendus est Ambrosi. *lib.* 2. *Epist.* 13. qui Valentiniano Imperatori scribens, ait: *Quando audijsti Clementissimè Imperator, in Causa Fidei Laicos de Episcopo judicasse. At certè si Scripturarum seriem Diuinarum, vel vetera tempora retractemus, quis est, qui abnuat in Causa Fidei, in causa, inquam, Fidei, Episcopos solere de Imperatoribus Christianis, non Imperatores de Episcopis judicare? Eris, Deo faciente, etiam senecturis maturitate prouectior, & tùnc de hoc censebis, qualis ille Episcopus sit, qui Laicis Ius Sacerdotale substernit.* Ex quibus omninò excludi in Ecclesiasticos Potestatem, quàm Sæculares Principes inhiare possunt, etiam Vnctionis Sacræ prætextu, docet Hurtado de Mendoça *dict. disput.* 34. *sect.* 5. *sub sect.* 2. §. 53. addens: *Conatum Valentiniani ab ætate præcipiti, ortum esse.* Nosque subdimus ex his liquido apparere quam legitimi opus hoc à Sacra Indicis Congregatione prohibitum sit, utpotè scriptum tempore quo Author, Regius erat Præses in Senatu Benarnensi, & qui omninò ante Episcopatum retractauit quidquid nostræ potuit offendere Potestati, ut patet ex eius schedula edita Barcinone, Anno M.DC.XLVI. quæ est vestibulo Operis præfixo post Prologomena, *pag.* 82. quum ergò omnia ferè, quæ in Opere illo continentur, Sacro-Supremæ offendant Potestatis jura, iuxta Authoris voluntatem prohibitum opus est.

85 III. Respondemus, exadductis exemplis, nullam posse argui competere Imperatoribus Potestatem in Personas Ecclesiasticas, imò oppositum omninò infero, Concilium enim Milevitan. ab isto Archi-Episcopo primò loco allegatum statuit proprio honore priuari Quem cumque (Ecclesiasticum) Imperatoris cognitioni sese submittentem, tantumque Ecclesiasticis permittitur Personis, ut Imperatorem, tãquam Intercessorem, ut sibi Iustitiam Antistites administrent, adhibeant, quod ipsum probant Epistolæ Constantini, & Augustini jam relatæ. Quæ omnia potiùs extra judicialem Protectionem apud Nos usu receptam, quam Potestatem aliquam sapiunt, ut attentè consideranti patebit, & probat latè ipse Petrus de Marca *in dict. Concord. lib.* 2. *cap.* 6. 7. 10. 11. & 12. & *in Prologom.* 2. *seu Libello*, quo editionis Librorum de Concordia Sacerdotij Consilium exponit, *pag.* 72. *Reg.* 9. Regibus à Deo commissam esse Tuitionem Ecclesiæ, ut Ædictis suis Decretorum, & Canonum promulgatorum executionem urgeant, non autem, ut arbitratu suo Leges condant in

ijs,

ijs, quæ Fidem, aut Eccleſiaſticam diſciplinam reſpiciunt. Quam ipſe pleniſsimè *ibi*, *& locis relatis* probat, & latè fundat Dominic. Grauin. *de Catholic. Præſcript. tom. 4. controuerſ. 7. art. 4. in Dubitat Appendic. de Primat. Laicozephal. per totum*, & præcipuè *in ſolut. objection. 10. pag. mihi 342. col. 1.*

86 Sed poterunt nihilominus replicare Adverſarij ex eodē Petro de Marca *dict. cap. 3. num. 3. mox à princip.* ibi: *Non ſolum autem eis Epiſcopis Iudicium delegabant, qui ordinario Iure intra Prouinciam ſuam judicium ferre poſſent, ſed etiam extra Territorium Iuriſdictionem aliquando prorogabant. Hanc prorogandæ Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ auctoritatem reſpiciebant Cyrillus Patriarcha Alexandrinus, & Memnon, Epiſcopus Epheſiorum in Libello, quem Concilio Epheſino prorrexerunt: Conqueruntur ſe à Ioanne Antiocheno per ſummam injuriam damnatos, & ſi nulla penitus illi competeret auctoritas ad judicium illud reddendum, neque ex Legibus Eccleſiaſticis neque ex Principis edicto, vndè patet Synodis Epiſcoporum in eos, qui ſibi ſecundùm Canones aliàs Subditi non eſſent prorogari Iuriſdictionem mandatis Principum ſolemne fuiſſe, & quidem* (inquiunt) *nec per Lèges Eccleſiaſticas, nec per Imperiale Decretum, Poteſtatem habuit, qua fultus, vel quem piam ex nobis judicare, vel omninò ſimile quid piam attentare poſſet, præſertim verò contra Maiorem Sedem, &c.* Sed omnia hæc Supremam Poteſtatem in Perſonas Eccleſiaſticas arguunt, & manifeſtè evincunt, ut ex paſsim dicendis conſtat. Ergò, &c.

87 Cui ſibi objectę Inſtantię reſpondet Chriſtian. Lupus *dict. tom. 1. in Concil. General. pag. 811. à princip.* ibi: *Fateor morem illum olim fuiſſe, at Canonibus adverſum, & in nulla umquam Generali Synodo, niſi in ſolo Epheſino Latrocinio viſum, atque damnatum, quem abſit hìc probari à Memnone, aut Sancto Cyrillo. Ajunt Ioannis Patriarchæ nullā fuiſſe in ſe, ut per Canones Poteſtatem, aut per Imperiale reſcriptum Poteſtatis ſuæ cum, quem ſolum à Principe conferri poſſe, ſuo Loco oſtendetur.*

88 Et, ut hæc omnia abſque contentione dirimantur, deciſſa omninò eſſe videmus ab VIII. Synodo Generali, aliàs Concil. IV. Conſtantinopolitano celebrato, Anno DCCC. LXIX. in Photij ſchiſma congregato ſub Hadrian. II. Pont. Maximo, imperante Baſilio Auguſto. In eius ergò *Can.* 26. decernitur, ſub excommunicationis pœnà, ut Eccleſiaſtici coram proprijs Epiſcopis omnes, & ſingulas ſuas Cauſas, tùm Ciuiles, tùm Criminales, & ſi ſuſpecti eis ſint, ad Metropolitanū recurrendi Poteſtatē à Synodo cōceditur, & ſi gravamen aliquod ei Metropolita intulerit, ad Patriarcham prouocandi facultas conceditur, in quo denique judicium finiri, & quoslibèt alios interdici recurſus apparet.

89 Eſtque obſervatione dignum *Scholion. in hunc Canonem* Chriſt. Lupi *dict. tom. 2. pag. 1369.* ibi: *Quintus, & Sextus Nicænus, Sextus Conſtantinopolitanus, & Nonus*

*Canon Chalcedonensis, necnon Apostolica Traditio, & perpetua omnium sub Cælo Ecclesiarum consuetudo Clericum ab Episcopo ad Metropolitam, à Metropolita, ad Primatem, aut Patriarcham mandant appellare, istumque morem præsens Canon firmat, ac innouat, Episcopos, aut Metropolitas vetans judicari à Vicinæ Prouinciæ Episcopis, aut Metropolitis. Agit adversum Sacras Augustorum Principes Delegationes, quibus Episcoporum causas non solummodo proprijs, sed, & alienis Synodis, Metropolitis, Primatibus, Patriarchis, ac etiam simplicibus Episcopis quandoque delegabant. Ità Ibæ Edessæni Episcopi, ac per Osthoënam Prouinciam Metropolitæ criminalem causam à Domini Antiocheni Patriarchæ Tribunali abstraxit, & in Photium Tyri Episcopum, ac Primæ Phœniciæ Metropolitam, eique adjunctos Eustatium Berytensem, ac Vranium Himerorum Episcopum transtulit Theodosius Augustus. Hinc item adversus Ioannem Antiochiæ Patriarcham, eiusque Ephesiam sui damnatricem factionem queruntur apud Ephesinam Synodum S. Cyrillus, Patriarcha Alexandrin. ac Memnon Ephesiorum Primas. Nec per Leges Ecclesiasticas, nec per Imperiale Decretum Potestatem habuit, quà fultus, vel quemquam ex nobis judicare, vel omninò simile quidquam attentare posset, præsertim verò contra Maiorem Sedem. Antiochena enim dumtaxat tertia, Alexandrina, autem Sedes est secunda. Ioannes ergò ex Imperiali Decreto istud omninò potuisset, quod Sacra Augustæ Delegationis jussio Canonibus æquivaleret, ideòque posset etiam ad extraneo prorogare Ecclesiasticam Iurisdictionem, verùm erat violentia Sacris Canonibus adversa, à Sanctis olim Patribus tolerata quandoque, at semper improbata; nam, & Dominus Patriarcha Antiochenus per memoratam Theodosij Augusti delegationem affici injuria suum Apostolicum Thronum est quæstus. Eamdem igitur alibi latiùs elucidandam violentiam præsens Canon damnat, ac proscribit ad judicia peregrina.* Quam plures alias solutiones possemus adducere, & earum corroborationes, at quia omnia in unum congessit Dominic. Grauin. *Catholic. Præscript. tom. 4. p. 1. contro v. 7. de Illegitimis subjectis, Magister. Eccles. art. 4. per tot.* ab eis libenter Nos abstinuimus.

90 Vtque alios obices ex ista Concordia Sacerdotij, & Imperij depromptos opponere desinant Adversarij non grauabor principali isti parti finem imponere dissertissimis verbis Christiani Lupi *d. tom. 2. in Concil. General. pag. 1334. vers. Proinde Episcopo indigna sunt hæc verba Petri à Marca, Archi-Episcopi Parisiensis (lib. 2. cap. 17.) Octaua Synodus mores in Gallia receptos, & Iura Regia varijs Canonibus videtur petiuisse Episcopos omnes sistere se Concilio Patriarchæ jubet Canon Decimus-septimus, neque Principum iussu posse impediri, quum tamen à Regno discedere est Synodo interesse absque Consensu Principis, vetitum esse Gallicanis Episcopis docet Hincmarus, & plerique Auctores post Octauam Synodum. Hinc mari utpotè secundi Dioscori, & noui Pharao-*

*raonis, ab hac Synodo damnati auctoritas, est nullius ponderis, quod alij pleriquè Auctores Franci idem docent post præsentem Synodum est longè falsissimum, uti ostendunt scripta S. Ivonis Carnutensis Episcopi, Gosfredi Abbatis Vindocinensis, Suggerij Abbatis ad S. Dionysium, S. Bernardi, & Stephani, Episcopi Tornacensis, cuius è plurimis adduco unum testimonium; ab ipso scriptam ex Philippi Augusti, Francorum Regis nomine Epistolam ad Alexand. III. Pontificem pro Guillelmo Rhemensi, Archi-Episcopo Avunculo suo ad Romanam Patriarchalem Synodum evocato; vocastis Eum Pater, & ut præsentiam suam vobis exhiberet, Sacris vestris apicibus invitatis. Paratus erat parere, & apparere Vobis, peccato ariolandi Symulachrum Inobedientiæ comparans, & voluntatem non acquiescendi Vobis tamquam scelus Idolo-latriæ detestans, &c. Exponit Regni ab Eius præsentia, & Consilio dependentis summas necessitates, ac pergit. In articulo Summæ Necessitatis nostræ, confidentes de præcipua Dilectione Vestra, retinuimus Eum, Clavum in oculis hostium nostrorum, & in lateribus Eorum lanceam, sine ipso, nihil fieri æstimantes, sive de Pace, sive de Bello cum Hostibus sit agendum, suscipite, Pater, preces nostras, preces Filij vestri, quem à Cunabulis semper dilexistis, &c.* Adèo Regium istum Ius Philippus Rex, & Guillelmus Episcopus tùnc ignorabant.

91 Ex quibus apparet in illo opere Grauissimi illius pariter, èt Doctissimi Prę̃sulis nomine evulgato damnatos iam pridem èrrorès in Suprèmam Potestatèm ab aliquibus adinuèntos, iterùm suscitatos, & in unum cõgestos esse, illud quà propter merito, tàm Sacræ Indicis Congrègationis, quàm grauissimi istius Augustiniani Alumni censurà dènigrari, utquè à Doctrinis in concordia illa contentis Principes omnes auertãtur, & omninò abhorreant, addere libuit verba S. Petri Damiani, Cardinal. & Episcopi Hostiens. sic Hèntico Regi scribenti *Epist. 3. Tu quæso gloriose Rex à prauis Consiliarijs abstine: Hi enim imò summis immiscerè interdum solent, ambitione inflati, tamquam à venenatis Serpentum Sybilis aures obtura. In Te virile robur per ardorem spiritus excita; collapsæ Matri Tuæ Romanæ Ecclesiæ ob Abscissiones, & Schismata manum porrige, &c.* Nec per Ministèrium hoc alicuius ex Potestatibus istis Vires attenuantur, admonente namque Sanctissimo ipso Præsule: *Vtraque enim alternæ inuicèm utilitatis est digna, dùm, & Sacèrdotium Regni Tuitionè protegitur, & Règnum Sacerdotalis Officij Sanctitate fulcitur, &c.*

§. V.

## §. V.

## An Incapacitas hæc Potestatis in Personas, Res, & Iudicia Ecclesiastica, quàm Temporales Principes habere probamus, Diuino, an Humano Iuri accensenda sit?

92 HViusmodi difficultatis resolutio, pẽdet ab alia, cum qua omninò coincidit: An scilicèt Immunitas Personarum, Rerum, & Iudiciorum Ecclesiasticorum à Iure Diuino prouèniat? quum namque verùm sit, & ex supradictis manifestum. Quod subjectum Actiuum Ecclesiasticæ Potestatis dignoscendum sit à Subjècto Passiuo, eo ipso, quod probemus Personas, Res, & Iudicia Ecclesiastica immunia Iure Diuino esse à Temporali Potèstate omnes Sæculares Principes incapaces essè Iure Diuino acquirendi Potestatem in illa, planè èuictum, & ostènsum manebit.

93 Ast, vt difficultatis istius resolutionem exhibeamus arduã Prouinciam Nos aggredi dijudicabimur; omnia namque à Iure Diuino prouèniẽtia, nullius mortalis Potèstati subjici, à soloque Deo eius Conditore, etiam in minima parte immutari posse pèrspicuum est. Can. 1. *dist.* 1. Can. 2. *dist.* 8. Covarr. *Pract. QQ. cap.* 31. *num.* 5. *& lib.* 1. *variar. cap.* 6. *num.* 9. Suar. *de Lègib. lib.* 7. *cap.* 4. *num.* 18. Molina *de Iust. & Iur. Tract.* 2. *disp.* 20. Ergò si Immunitas hæc à Iure Diuino immediatè descendit, nũquam à Romano Pontifice derogari, aut in aliquo minui poterit, & tamèn pluriès à Romanis Pontificibus derogatam, & inminutam esse probant Petr. Grègor. *lib.* 3. *Syntagm. Iur. cap.* 11. *num.* 18. Suarez *contra Regem Angliæ, lib.* 4. *cap.* 11. *num.* 18. Aufrèr. *de Potestat. Secular. in Ecclesiast. Règul.* 1. *nu.* 1. *& seqq.* Ioan. Dried. *dè Libertat. Christiana, lib.* 1. *cap.* 15. & Nos infra latè probabimus Laicos Principes Apostolico Priuilegio, huius Potestatis Capaces fieri. Ergò vel dicendum est Immunitatem istã non descendere à Iure Diuino, vel Summos Pontifices, qui ei derogasse leguntur injustè operatos esse affirmandum est; Vtrumque autem difficillimè tolerari potèrit; Vndè difficillimam affore huius §. discussionem non dubitamus.

94 Re tamen maturius considerata, & visis fundamentis à Nobis adducèndis, & Iure Diuino accensendam Originem Immunitatis istius, & absquè Diuini Iuris dispendio Romanos Pontifices, quia li quoties èam abrogasse, vel minuisse lèguntur operatos esse fatebitur quisquis ab Hæresi,

vèl

vèl Adulatione liberam habuèrit mèntem. Ad difficultatem ergò deuèniendo.

95 Ecclesiasticas Personas Eas esse proferimus, quæ alio titulo Spirituales dicuntur, quia Sacro Cultui, atque Diuinis Officijs omninò dediti sunt quasquè ab omni Sæculari strèpitu cessare conuenit Iul.Paul. Lancellot. *Canonic.Instit.lib.*1.*tit.*4 *§. Vnico.* De his èrgò Dubium nostrum procedit, pro eoquè absolvendo.

96 Præsupponendum est Communem èsse Catholicorum Sententiam absque contradictore procèdentem causas purè Spirituales, Fidem, scilicèt, Sacramenta, Sacrificia, Diuinum Cultum, & Animarum Salutem respicientes exèmpta esse Iurè Diuino à Temporali Potestatè ipsa, & Personas ei destinatas. Can. *Si Imperator* 11. Can. *Duo sunt*, 96. *dist.* Covarr. *dict.cap.*31.*nu.*2.*vers. Prima Conclusio*, Molin. *de Iust. & Iur. tom.*1. *tract.*2. *disp.*31. *concluſ.* 2. Suar. *Defens. Fidei*, *lib.*4. *de Immunit. Eccles. cap.* 2.*toto*, Farin. *in Praxi*, *lib.*1.*q.*8 *num.*2. Mar.Cutel. *de Prisca, & Recen. Eccles. Libert. lib.*2. *q.*1.*num.*8. Thom. del Bene *de Immun. & Iurisdict. Eccles.tom.* 1.*cap.*1.*dub.*2. *sect.*1.*num.*2. Iacob. Menoch. *in Tract.M.S.de Iurisdict. Imper.& Potestat.Eccles.tom.*1.*lib.* 1.*cap.*14. vbi allegatis Gloss. Soto, & Antonino, clarè id probarè, ait *ex* 2. *Paralipom.*19. supra à Nobis expenso, cui addimus *Num.* 3. 10. ibi: *Aaron autem, & filios eius constitues super Cultum Sacèrdotij.*

97 Tota èrgò difficultas inter Catholicos est: An Immunitas hæc quoad omnia alia, Causas scilicèt, Bona, & Iudicia, quæ Temporalitatem omninò ex Natura sua sapiunt, licèt ratione Personarum, aut rerum, quibus deseruiunt Ecclesiastica sint, extendi debeat? In qua varię quidem sunt DD. sententiæ.

98 I. est. Affirmantium Immunitatem istam nō esse Iure Diuino, sed tantum Humano Positiuo concessam, ita ex OKam. & alijs Parisiens. DD. èxpresse Iacobus de Almain. *in* 4.*distinct.*25.*q.*1. *fol.*93.*toto.* Quam probabilem reputant Bellarmin. *de Cleric.cap.*18. *propos.* 1. Medina *de Restit. q* 25. Vitoria *de Potest. Eccles. Relect.*1. Sotus *in* 4. *dist.* 25. *quæst.*2. *art.*2. Molin. *dict.Tract.*2.*disp.*31. Hènric. Henriq. *de Indulgent. lib.*7.*cap.* 24. Salmeron. *tom.* 6. *in Euangel. tract.*37.*ad finem*, Caiet. *in Summa, verbo, Excommunicatio, cap.*31. & 37. Navarr. *in Man. cap.* 27. *num.* 119. Lèdesm.2.*p.q.*20.*art.*4. Mich. de Palacios *in* 4. *dist.* 25. *disput.*3. Salon.2.2.*q.*67.*art.*1. *controuers.*1. *cap.*4. Innocent. *in cap.*2. *de Major. & Obed.* Covarr. *dict.cap.*31.*nu.*4. intèr quos magnum aliud exoritur Iurgium. Aliqui ènim ab Imperatoribus concèssam Immunitatem istam contendunt. Alij autem à Summis Pontificibus datam defendunt. Altèri vèro in concordiam Sententias istas reducere conantes, tàm ab Imperatoribus, quàm à Summis Pontificibus Immunitatem istam procedere Iure Diuino dictantè, affirmant. Omnium istarum Opinionum Rationes,

BIBLIOTECA PROVINCIAL SORIA

nes, fundamenta, & Patronos penès allègatos, & mox adducendos, videndos remittimus. Quibus rèlictis.

99 Iuxta veriorèm sentèntiam affirmandum cènsemus, Immunitatem istam quoad omnès causas, nullo inter Catholicos admisso discrimine, à Iure Diuino procedère. Quam quidem Assertionem, hoc (ni fallimur) irrefragabili Discursu probamus: Quidquid à Sacris Scripturis expressè dispositum est, vel in Ecclèsia per traditionèm stabilitum, seu pèr èxplicationem à Concilijs declaratũ à Iure Diuino procederè Iuri Diuino accensendũ est proculdubio est. Sed Immunitas hæc hoc modo instituta, præscripta, & dispositа reperitur, ergò Diuino Iuri est accènsenda. Cõseq. ex præmissis sequitur. Major. probant in his terminis Granados *de Sacram. in 3. p. controuers. 9. tract. 4. disp. 4. sect. 2. num. 16.* Thom. del Benè *de Immunit. Eccles. tom. 1. cap. 8. dubit. 8. Probat. 3. num. 17. & seqq. vsque in finem.* Minor probatur ex luculenter dictis præcèdenti §. atquè ex adductis à Thom. del Bènè *dict. dubit. 8. Probation. 1. tota.*

100 II. Assertionèm istam probamus authoritate DD. eam nèruosè defendentium, tàm è Theologis, Bellarmin. *de Exempt. Cleric. cap. 1.* Laimann. *in Summa, lib. 4. tract. 9. cap. 8.* Soto *in 4. dist. 25. q. 2. art. 2. vers. Sed dubium èst.* Suar. *contra Reg. Angl. lib. 4. cap. 8. num. 9.* Filluc. *tom. 1. Tract. 16. cap. 11. num. 316.* Gregor. de Valentia *tom. 4. disp. 19. punct. vltim. in postrèma edit.* Sylvèst. *in Summa, vèrbo Immutitas, q. 4. nu. 16.* vbi etiam Summa Angelica *num. 33.* Sayr. *in Claui Règia, lib. 12. cap. 7. num. 6.* Comitol. *Respons. Moral. lib. 1 cap. 97. num. 6.* Ioseph. Stephan. *de Potestatè coactiua Roman. Pontifi. cap. 11. ex num. 9.* Bonacin. *tom. 2. in X. Præcèpt. Decalog. disput. 10. quæst. 2. punct. 1. §. 1. sub nu. 3.* Lugo *de Iust. & Iur. tom. 2. disp. 36. sect. 7. nu. 10.* Iacob. de Almain. *de Potest. Eccles. cap. 8.* Vigian. *de Immun. disput. 4. conclus. 2.* Thom Boz. *de Iur. Stat. Eccles. Libertatis, lib. 4. cap. 3. & seqq.* Azor. *Instit. Moral. tom. 1 lib. 5. cap. 12. quæst. 1.* Ex Canonistis autem Hostiènsis. Ioan. Andr. Panormitan. Felin. & alij *in cap. 2. de Major. & Obed.* Rocch de Curte *in cap. vltim. de Consuetud.* Ricc. *dèciss. 298. p. 2.* Rota Romana *decis. 480. de Consuetudin. in Antiq. & in vna Albanens. Gabell. apud Dianam p. 7. tract. 1. resol. 19. num. 2.* Quibus omnibus addo Cardinal. Zabarel. Roman. Panormitan. Felin. Dec. Stephan. Aufrèr. Ioan. Orosc. Iul. Clar. Decian Belluga, Camil. Borel. Ioan. Gutierr. Azevèd. Ioann. Garciam, Rebuff. Catol. de Grassal. Anastas. Germon. Petr. Barbos. Azor. Ambrosin. Martham, Bovadillam, Geor. de Cabedo, Surdum, & Suarèz, relatos à Thom. Carleual *de udic. tom. 1. lib. 1. tit. 1. disp. 2. q. 6 sect. 1. num 396.* cui addo Zened. *Pract. Q. Q. cap. 4. & collect an. 37. in Decret.* Gloss. *in Can. Si Imperator. vers. Discuti, 96. dist.* Innocent. *in cap. 2. de Major. & Obedien.* Felin. *in cap. Ecclesia S. Mariæ, num. 6. de Constit.* Lup. *de Libert. Eccles.*

q. 2.

q.2. Oldrad. *conſ.* 83. *nu.* 5. Roman. *in l. Si verò §. Si vero, num.* 29. *ff. Solut. Matrimon. & ſingular.* 415. & 419. Rota Romana *deciſ.* 10. *de Conſuetud. in Antiq.* Hoſtienſ. *in cap.* 2. *num.* 5. *de Major. & Obedien.* vbi etiam Bal. *num.* 3. Anchar. *num.* etiam 3. Imola *in fine*, Gloſſ. Ioan. Monach. & Archidiac. *in cap. Quãquam, de Cenſ. in* 6. Abb. *in cap. Eccleſia S. Mariæ, num.* 6. *de Conſtit. & in cap. At ſi Clerici, in princip. nu.* 23. *de Iudic. & in cap. Peruenit, cap. Non minus, num.* 18. *de Immun. Eccleſi.* Turrecrem. & Præpoſ. *in dict. Can. Si Imperator*, 96. *diſt.* Alvar. Pelag. *de Planctu Eccleſi. lib.* 1. *cap.* 44. *col. pen. verſ. Si quis*, Navarr. *in cap. Nouit. Notab.* 6. *nu.* 16. & 33. *de Iudic.* Menchaca *de Succeſſ. Creat. lib.* 2. §. 22. *num.* 56. Cajet. *in* 2. 2. *q.* 104. *art.* 6. *ad* 1. Ioan. Dried. *de Libert. Chriſtian. lib.* 2. *cap.* 9. *concluſ.* 3. Franc. Turrian. *lib.* 1. *obſeruat. cap.* 24. *obſeruat.* 3. & *lib.* 8. *obſeruat.* 1. Iaſ. *in l. Non eſt receptum, nu.* 3. *ff. de Iuriſdict. omn. Iudic. & in Rubr. ff. de Offi. eius cui.* Natta *conſ.* 495. *num.* 18. *lib.* 3. Zephal. *conſ.* 53. *num.* 38. *lib.* 1. & alios, (quos recenſere omittimus, quia relati ex alijs iam ſunt) adductos pro hac opinione à Menoch. *l. c.* cui addo Valenzuel. Velazquez, *contra Venètos* 4. *p. tota* Calixt. Ramir. *de Lege Regia §.* 22. *num.* 9. Berrettam *conſ.* 2. *num* 34. Petri Biusfèldium *de Injur. & damnodato cap.* 7. *q.* 12. *concluſ.* 7. *cum duabus ſeqq. pag.* 381. Seſſe *de Inhibit. cap.* 8. §. 3. *num.* 117. & Petr. Gregor. *de Repub. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 2. Rolan. à Vall. *conſ* 4. *num.* 7. *vol.* 1. Vant. *de Nullit. ex defect. Iuriſdic. Ordin. num.* 101. Borell. *conſ.* 74. *nu.* 1. & 2. Anton. Scap. *de Iur. non Script. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 1. Villalob. *comm. opin. Verbo, Clericus num.* 67. Peguer. *deciſ.* 91. *iuxta edit.* 1605. Scip. Rouito *in comment. ad Pragmat. de Cleric. ſeu Diacon. Sèluat. in Rubr. num.* 4. Scacc. *de Iudic. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 44. Decian. *Tract. Crimin. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 1. Zeual. *comm. opin. q.* 550. Farin. *de Inquiſ. q.* 8. *num.* 2. *Ampliat.* 1. & propè innumèros ab his ſequutos, & ab Antonino Diana *p.* 1. *Tract.* 2. *de Immun. reſol.* 1. & *p.* 7. *Tract.* 1. *reſol.* 5. Vbi allegat pro hac opinione 90. *Authores, tàm Canoniſtas, quam Thèologos, & plures Rotæ Romanæ Deciſiones*, quibus omnibus addo Barboſam *Voto* 120. *num.* 19. *lib.* 2. Alex. Sperell. *deciſ.* 37. *num.* 1. & *ſeqq. par.* 1. & *deciſ.* 181. *p.* 2. Thom. del Bene *de Parlam. dubit.* 27. *ſub ſect.* 2. *verſ. ſexto denique, & de Immun. tom.* 1. *cap.* 1. *dub.* 2. *ſect.* 1. & *cap.* 5. *dub.* 8. Rotam Romanam *in Albanen. Gabellarum deciſ.* 902. *apud Merlin. num.* 7. *tom.* 2. *in alia Barchinonen. Exemp. adducta à Diana p.* 8. *poſt Tract.* Ioan. Mar. Belletum *Diſquiſit. Cleric. p.* 1. *Tit. de Fauor. Cleric. Perſon.* §. 1. *num.* 18. vbi ad Nauſeam Authores, & præcipue Antiquiores allegat.

101 III. Apertiſsimis Summorum Pontificum deciſionibus ſententia noſtra irrèfragabilis redditur, *cap. Quamquam de Cenſib. in* 6. Can. *Si Imperator* 96. *diſt.* Can. *Continua, &* Can. *Silveſter* 11. *q.* 1. Concil. Colonien. *p.* 9. *cap.* 20. Concil. Lateranen. *ſub Leone X. ſeſſ.* 9. *tit. Reformationes Curiæ, &*

*alterum, vers. Cum à Iure.* Concil. Trid. *sess. 25. de Reformat. cap. 20.* ibi: *Dei ordinatione, ac Canonicis Sanctionibus constitutam, &c.* Antiquioribusque decretis id ipsum cautum reperitur, Synod. Roman. IV. sub Symacho Papa, *Can. 3. tom. 2. Concil. in Binij edit.* S. Clemens *Epist. 1. de Iudic. Eccles.* S. Gregor. *in Psalm. 5. Pœnitent. vers. 9.*

102 Licet autem testimonijs istis, adeò corroborata maneat opinio hæc; adhùc tamen grauissimis eam inconuenientibus expositam existimant Suar. *contra Reg. Angl. lib. 4. cap. 9. num. 4.* Vbi omnia vitari subdit affirmando Immunitatem, seu exèmptionem Pèrsonarum Ecclesiasticarum in communi esse à Iure Diuino dictante, vel statuente aliquam necessariò affore Immunitatem Personis Ecclesiasticis concèdendam; in particulari tamen à Iure Humano procedere addit; quia Christi Vicarij arbitrio relictam esse à Domino taxationem Quantitatis, & Qualitatis huiusmodi Immunitatis subdidit, alias namque in consequenter affirmandum essè, Papam dispensare posse in aliqua hujus Immunitatis parte, docet, & clarius explicat. Covar. *dict. cap. 31. num. 4.* An autem vera hęc distinctio sit, nunc cogitandum alijs relinquimus, difficultatè ista discutienda relicta *hàc ipsa Quæst.*

103 Non obstant Subterfugia ab Aduèrsarijs excogita. Ad illud enim quod quando Pontifices, & Concilia asserunt Ecclesiasticorum Exemptionem esse de Iure Diuino, id limitandum esse addunt ad Causas Spirituales, ut explicant Nonnulli adducti à Thom. del Bene *de Parlam. dub. 27. sect. 4. subsect. 3. & de Immunit. dict. cap. 1. dubit. 2. sect. 1. num. 50. & seqq.* Carleua. *dict. q. 6. sect. 1. n. 397.* vbi Causas mèrè Spirituales appellat, Creationem Sacerdotum, & Episcoporum, Distributionem Diœcesum, & Parœciarum, & quæcumque alia de Ordinibus, Gradibus, Sacramentis, Fide, Lege Christiana, alijsque rebus purè Ecclesiasticis, Quæstiones, & controuersias, aut ab illis originem trahentes, ad numeratas, à Couar. *dict. cap. 31. num. 2. concl. 1.* Farin. *in Praxi q. 8. num. 19. l. 56. tit. 6. p. 1.* Duaren. *de Eccles. lib. cap. 2.* Parlador. *in sexquicentur. differ. 9. §. 1.* In quibus proculdubio exemptos èsse Iure Diuino Clèricos à Principum Sæcularium Potestatè docent Suar. Zabarel. Innocen. Covar. Nauar. Farin. Zènedo, Sesse Zèual. Victoria, Salas, Bellarm. Ioan. Garc. Molina, Salon. Less. Rodrig. & Castillo, sequuti à Carlèual. *loc. cit.* optimè corroborante partem istam *num. 398.*

104 Quibus facile respondetur, id repugnare testimonijs adductis, nam Symachus Papa expressè de Ecclesiasticis facultatibus, Bonifacius Papa dè exactionibus Ciuilibus; Ioann. Papa generaliter loquitur de Vniuersis Iudicijs Ecclesiasticis; Concilium Latèranen. sub Innocen. III. de Iurisdictione in Ciuilibus, Lateranens. sub Leone X. de Vniuersa Potestate Laicorum, Concil. Colonien. specialim de Immunitate

à Tri-

à Tributis, & Iurisdictionè Principum Sæcularium, Concil. Tridentin. tùm generaliter itidem de Ecclesiastica Immunitate loquitur, tùm specialiter de illis eius partibus, quas frequentius à Principum Sæcularium Ministris violari solent, atque eodem loquuntur sensu, tàm allegata, quam omnia alia, quæ adduci poterunt testimonia, ut optimè monèt Diana *dict. Tract. 1. resol. 3. §. 3.* Del Bene *de Immun. tom. 1. cap. 1. dub. 2. sect. 1. num. 49. & seqq.*

105 Ad secundum autem effugiũ, quo suadère volunt Exèmptionèm hanc adscribèndam esse Iuri Diuino mediate, & remotè, non autem immediatè, & proximè, eo modo prius explicato, ut scilicèt Exemptio ipsa non prouèniat immediatè à Dèo; sed tantum Potèstas, quam ad eam concèdèndam Summum Pontificem habère non inficiantur Del Bène *dict. cap. 1. dub. 2. sect. 1. num. 58. & seqq.* Respondetur illud etiam contrarium èsse Canonum præ allegatorum verbis, quibus non Potestas, sed Exemptio ipsa emanata, dèciditur, à Iure Diuino, ut notorie apparet èx Concil. Tridènt. Symacho Papa, Concil. Latèranen. & alijs ex quibus clarè liquet Exemptionem hanc concessam èsse Ecclesiasticis Iure Diuino, & Humano, atque èisdem Iuribus ab latam èsse Principibus Sæcularibus omnem Potestatem in Ecclesiasticas Personas, & Bona Diana *dict. resol. 3. §. 4.*

106 Ad III. Quod aliqui excogitauèrunt, quoties nimirum Exemptionem hanc Canones pronunciauerunt esse de Iurè Diuino, intelligendum Canonicum. Covar. *Pract. Quæst. cap. 31. vers. Tertia verò Probatio, & lib. 1. Var. cap. 17. num. 2. vers. & prætèr has rationes,* cuius sententiam approbant Ioan. Garc. *de Nobilit. Gloss. 9. num. 13. vers. Ad cap. Quamquam.* Sesse *de Inhibit. cap. 8. §. 1. num. 14. & 15.* Bellarm. *in disp. de exemption. Cleric. cap. 1. vers. Quintâ propositio, & vers. certè Geminian. ad fin. tom. 2. Controuers.* Carlèual. *dict. disp. 2. q. 6. sect. 1. num. 401.*

107 Duplicitèr quidèm eis responderi potèst. I. euasionem istam alienam èsse à propria, & rigorosa Iuris Diuini significatione, in qua Canonès illi accipi debent, quotiès nullum graue inconueniens ex hac accèptione resultat. II. respondetur subterfugium hoc non euadere difficultatem, aliqui enim sunt Canonès talibus terminis exemptionem istam Iuri Diuino adscribentes, ut Iuri Canonico accommodari nequeant; ut patet in Tridentino, in quo *Dei ordinatione, & Canonicis Sanctionibus* èam introductam esse deciditur, ibique *Dei ordinatio, seu Ius Diuinum à Canonicis Sanctionibus, hoc est Canonico,* manifeste distinguitur, eique contraponitur, ut recte pōderat Diana *dict. resolu. 3. §. 3.* addèns ideo rectè Rotam Romanam *in dict. Albanen. Gabell. 28. Iunij 1630. coram Merlino.* obseruasse delusam esse Concilij Tridentini Verbis, huiusmodi interprætationem rèdditam ad verba Textus *in dict. cap. Quamquam de censib. in 6.*

Vbi pro Iure Diuino, & Humanum Positiuum, scilicèt Canonicam, & Ciuile intelligebant.

108 Vnde excludenda etiam est opinio affirmantium, eatenus solum hanc Exemptionem, esse à Iure Diuino, quatenus à Deo per Ecclesiam est constituta hoc enim nihil aliud est dicere, quam Ecclesiam Potestatè Diuinitus accèpta Immunitatè hanc stabilisse, quũ Concilia, & Patres plus definire, ac docere, iam supra ostẽdèrimus.

109 Aut si huius sententiæ sensus sit Ecclesiam necessitatè quadam Diuini Præcèpti compulsam constituisse Exemptionẽ, seu Immunitatem: Istam id ipsum, quod non respuimus, nempe ab ipso Deo immediatè præceptum èsse dattum de Ecclesiastica Immunitate sancienda, seu (quod idem est) Deũ per Se ipsum prius etiam, quam ab Ecclesia ullus hac de re Canon constitutus esset, voluisse, ut Ecclesiastici essent exempti ipsis quidem argumèntis, quibus hoc suadere conantur, probari æque potest Ecclesiasticos fuisse re ipsa à Deo ipso exẽptos, quum præsertim Canones adeo disertè dicant: *Nullam umquam Laicis in Personas, & Res Ecclesiasticas fuisse concessam Potestatem*, hæc sententia tuèri non potest retinendo propietatem Verborum, quandiu concesserit fuisse tempus, antè institutos Canones, quo Ecclesiastici fuerint Laicis subjecti, ut probat Diana *dict. resol. 3. §. 7. hoc argumento*: Aut suppetèbant èx ipsa Natura rèi causæ urgentes, vt Deus vellet hanc Ecclesiasticorum Exemptionèm aut non: si primum: Turpe èrat aliquo tempore Ecclesiasticos hac Exceptione caruisse, nec assignari potèrat causa eos illa privandi. Si non suppetèbant, Vnde probatur Deũ immediato suo præcepto voluisse hanc Exemptionem mèdiate ab Ecclesia fieri?

110 IV. Denique sentèntia nostra pluribus atque efficacibus ràtionibus suadèri potest, quas brevitatis causa videndas remittimus apud Steph. Bauny *in Theolog. Moral. p. 1. tract. 11. q. 36* & Dianam *dict. p. 7. tract. 1 resol. 4.* Nobis enim hæc nunc dixisse sufficiat pro hac Exèmtione firmanda alibi latius de de ea discutere sperantes.

## §. VI.

## An Incapacitas hæc Temporalium Principum, acquirendi Iura Spiritualia etiam quoad omnia Ecclesiastica Bona Iuri Diuino accensenda sit?

111 QVOT quot Antiqui DD. Clericorum exemtionem per tractarunt vix aliquod Verbum de eorum Bonis seorsim subtexuisse monet, Menoch. *in Tractat. Ad. 3.*

ac

*de Imper.& Iurisd. Eccleſi. & Temporal.tom.1.lib.1.cap.16.mox à principio.* Quod non ſic de Recentioribus dici poterit, quos late de eis diſſeruiſſe pèrſpicuum eſt, à quibus, ut aliqua ſolidè firmanda promamus.

112 Præmittendum eſt Bona Eccleſiaſtica tripliciter conſiderari poſſe, quia tres eorum ſpecies communiter aſsignantur. I. eſt eorum, quæ Iure Spirituali, & Diuino Eccleſia poſidet, ut ſunt Eleemoſinæ, & Oblationes, quæ à Fidelibus elargiuntur pro peccatorum expiatione, aut in protèſtationem Diuini cultus, quæ in Primitiva Eccleſia erant Eccleſiaſticorum Patrimonium, quo alebantur, quin alia poſsiderènt Bona, Can. 2.§. *Iſtius* Can. *duo ſunt*, & Can. *quia* 12.q.1. Mobilia namque ſolum primis Chriſtianis dari ſolita non vero res ſoli late probat Rhenat. Choppin. *de Sacra Politia.lib.3.tit.1.num.2.* Hæc autem quum communi Eccleſiæ ærario applicarentur communia omnibus erant *Act.4.* Can. *Quia cum ſeqq.* 12.q.1. Nicol. li Maiſtre *de Bonis, & poſſeſsionib.Eccleſiar.p.1. lib.1.cap.5.toto, & cap.18.toto*, vbi late de Ærario iſto diſſerit. Quinimo, & ad Fidem convèrſi propria ſe ſe èxpoliabant, Patrimonium vendentes, & pretium eius Apoſtolis vltro offerentes. *Act.2.5. & 6. & 1. ad Corinth.9.* Gratianus *in Summa §.11.q.2. dict.* Can.2.§. *omnis* 12.q.2. Abb. *Quæſt.4. incip. Titius Clericus num.15.verſ.Secundum præſuppoſitum* Baron. *tom.1.Annal. Eccleſ.Anno 57.nu.m72. & 73.*

113 Creſcente vero Eleemoſinarum largitionè ſtatutum fuit ab Vrbano Papa I. *Ne Bona Eccleſijs, ſeu earum Miniſtris oblata vènderentur, ſed Primarijs relinquerentur Ecclèſijs, onerè impoſito, ut ex illorum redditibus indigèntibus ſubuenirènt.* Can. *Videntes* 12.q.1. *Can. expèdit.* 12.q.2. Abb. *dict.q.4. num.15.vèrſ. Secundum præſuppoſitum*, Antea enim Bona Eccleſijs donata, vel relicta non retinebantur, ſed vendebantur. Platina *in Vita Vrbani I.* Gloſſ. *in dict. cap. Videntes autem, verbo Manicibus* Burgat. *conſ.126. num.29.* Franc. Anſald *de Iuriſd.dict. p.5.tit.3.num.136.* Idemque Vrbanus Papa ſeveriſsime vetuit: *Ne Fidelium Oblationes in alios quam Eccleſiaſticorum, & Chriſtianorum Fratrum, vel indigentium, aut alios Eccleſiaſticos conuèrterentur vſus, quia ſunt vota Fidelium, & pretia peccatorum, ac Patrimonia pauperam*, Can. *Res Eccleſiæ* 1.q.3. Can. *Quia iuxta* 16.q.1. *cap. Conquæſtus de For.compet.*

114 Dèferueſcente autem poſtmodum Fidèlium Deuotione, & Oblationibus ceſſare incipientibus, Clericique ideò vnde ſe alere poſſent, non habentes, clam propria poſsidebant, & ut Canonicis Sanctionibus contrauenièndi vitaretur occaſio, atquè hypocriſis illa è medio tolleretur, publicis ædictis, & Sanctionibus Eccleſiaſticis permiſſum fuit, ut quiſque Clericus Bona poſsideret Can. *Certe* 12.q.1. *cap.1 & 2. de Teſtam.* Abb. *in cap. Epiſcopus, num. 2. de Præben. & in dict.q.4. num.15. verſ. Primum eſt, quia olim*; tali tamèn

mèn adhibito temperamento, ut proprium habentès Patrimonium non possent de redditibus Ecclesiæ ali, & per consequens Beneficium habere Ecclesiasticum. Can. *Clericos.* Can. *Pastor.* & Can. *Siquis propter* 1. *q.* 2. Can. *Dilectissimis.* Can. *Ex his.* Can. *Præcipimus*, & Can. *Fin.* 12. *q.* 2. Abb. *dict. q.* 4. *num.* 12. & *num.* 15. *vers. His præsupositis ante finem*; quia nimirum Reddit⁹ illi pro indigentibus tãtum erant deputati dict. Can. *Videntes* 12. *q.* 1. Nicol. li Maistre *de Bon. & Possess. Eccles. dict. p.* 1. *lib.* 1. *cap.* 18.

115 Iure deinde Noviori omnia illa abrogata sunt, & permissum, vt Clerici Beneficium possint habere; licet amplissimum possiderent Patrimonium vnde se alere possent; quia consideratunt Sacri Canones Beneficium non propter indigentiam; sed propter seruitium conferri Can. *Sacerdos*, & Can. *fin.* 1. *q.* 2. Can. *Ex his in fine* 12. *q.* 1. Can. *Ecclesiasticis eadem caus.* & *Q.* Abb. *dict. q.* 4. *num.* 15. *circa finèm*, quum Nemo proprijs tenèatur stipendijs militare *dict. cap. Ex his*, & *cap. Cum secundum de Præben. cap. Cum èx officijs de Præscrip.* Gloss. 1. *in cap. fin.* 7. *q.* 1. & *in* §. *Ne autem Pedaneis* Auth. *de Iudic.* Osasch. *decis.* 45. *num.* 47. nèque alligandum sit os Bouis triturantis, Deuteron. 25. Math. 10. Marc. 6. Luc. 9. *ad Galat.* 6. *Can. fin.* §. *Decimam.* 13. *q.* 1. *Can. Iam nunc in fine* 28. *q.* 1. *cap. fin. in fine de Magistr. cap. Extirpandæ, vers. Cum igitur de Præben.*

116 Huic specièi adnectèndæ sunt Dècimæ, quæ in locum antiquarum Eleemosinarum subrogari ab Ecclesia opus fuit in Sacèrdotum subsidium, & alimenta, quæ Naturali, & Diuino Iure propter Ministerium Spirituale Eis debètur, cuius Taxa ad Ecclesiam pertinuit, quæ ad Decimam partem ea rèduxit Ius Diuinum Antiquum immitata Guttièr. *Canon. QQ. lib.* 2. *cap.* 21. Azor. *Instit. Moral. tom.* 1. *lib.* 7. *cap.* 23. *quæst.* 1. Less. *de Iust. & Iur. lib.* 2. *cap.* 39. *dub.* 1. & 2. Tolet. *in Summa lib.* 6. *cap.* 20. Silvius 2. 2 *q.* 87. *art.* 1. *cap.* 2. Fagund. *in V. præcepta lib.* 1. *cap.* 1. Suar. *de Relig. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 9. docentes id prouide ab Ecclesia cautum esse; Tum ut ex ipsis Beneficia erigerentur Ecclesiastica, Dignitates, & Præbendæ, ex quorum redditibus commode ali possent atquè tùm nè contemptibiles alijs Clerici redderentur si Pauperès èxisterent. Atque Decimæ omninò distinctæ, ac separatæ ab antiquis Eleemosinis, & Fidelium Largitionibus èssè cœperunt, ut præallegati DD. luculenter monent, & Nos infra ostendèmus.

117 Huiusmodi autèm Bona immunia omnino, atquè exempta èsse Iure Diuino ab omnibus temporalibus Onèribus, & Tributis, tàm prèteritis, quam futuris, quia eorum Dominium pènes ipsum Dominum est, à quo illa percipiunt, communis Catholicorum fert sententia, ut luculentissime probat èximius nostras Martin. ab Azpilcuèta *in Tractat. Apologet. de Reddit. Eccles. q.* 1. *Monito* 40 *mox à principio tom.* 1. *Suor. Oper. in edit*

*Lug-*

*Lugdun.* 1589. *quæ vtimur.*

118 Quod ipſum in Lege Vetèri à Domino ſtatutum eſſe manifeſtè convincitur *ex cap.* 18. *Numer.* vbi Dominus juſsit: *Et reliquis Tribubus Iſrael Decimas Sacerdotibus, atque Leuitis ſolui:* Ipſoſque Leuitas ſecũdas Decimas, ſeu Decimarũ Decimas Aaroni, & Sacerdotibus etiam repẽdiſſe, atteſtatur Ioſeph. *lib.* 4. *Antiq. cap.* 4. Atque idem etiam colligitur ex Numer. 20. *&* 35. quibus prohibetur Aaroni, & Filijs eius Sacerdotibus, atque Leuitis alijs partem aliquam Terræ Promiſsionis, ſicut, & reliquis Tribubus in diviſione aſsignari; ſed cautum fuit, ut ex facultatibus, & poſſeſsionibus omnium Tribuum Vrbès, & Bona pro Tribu Sacerdotali aſsignari, ut hæc eſſet quaſi pars, & poſſeſsio à filijs Iſraël Deo oblata, cuius Proprietas penes Dominum ſemper reſideret; poſſeſsio autem, & vſus penes Miniſtros remaneret.

119 II. Autèm Bonorum Spiritualium ſpecies eſt eorum, quæ Fideles Eccleſijs, & Eccleſiaſticis Perſonis gratis contulerunt, ea præciſè ad Diuinum Cultum deſtinãtes, veluti Situs Eccleſiarum, Cœmeteriũ pro Sepulturis, Hortus iuxta Eccleſiam, & alia his ſimilia, quæ licèt à prioribus omninò diſtincta ſint, eamdem tamen Immunitatem, èt Exèmptionem ſortiuntur, tàm ab Oneribus; nedum publicis, & privatis, & eis, quæ donatione habebant, quàm ab omnibus Règijs Tributis, & Exactionibus. Can. *Secundum* 23. *quæſt.* 8. Bal. *in l. Omnes, num.* 12. *C. de Sacroſanct. Eccleſi.* Cardin. Turrecrem. *in Can. Si Tributum* 11. *q.* 1. *& in Summ. Eccleſi. lib.* 1. *cap.* 98. *in reſponſione ad* 7. *Argumentum.* Ioan. Anton. Higer. *in Repetit. Extrauagant. Vnic. num.* 242. *de Vita, & Honèſt. Cleric.* Franc. Suar. *contrà Reg. Angl. lib.* 4. *cap.* 14. *num.* 2. *&* 8. *atque latius, cap.* 20. *num.* 17. ibi: *Quia Manſus, & reliqua loca Eccleſiæ, quæ ibi ſpecialiter numerantur, non ſolum èximuntur à propijs Tributis Regalibus, ſed etiam à quacumque penſione, etiam præexiſtente, & in quocumque pacto fundato eximuntur, ut Gloſſ. ibi, & communiter DD. intelligunt, & colligitur ex ipſis Iuribus, quatenus ſolum Eccleſiaſticum excipiunt, quæ exceptio firmat regùlam in contrarium quoad omnia Tributa.* Quod adeò verum eſt, ut nequè ipſe Patronus poſsit aliquam Penſionem de illis Bonis ſibi reſeruare, & ſi antea ipſi rei onus inerat, debeat neceſſariò remitti, aut redimi, ut Eccleſia in dictis Bonis liberè maneat. Hæc autem Bona uſque ad Conſtantin. Magn. Eccleſia non poſedit, ſed Mobilia tantum, ut nuper diximus, Eximia ergò fundorum munera in Sacros Miniſtros conferri cœpere à Conſtantino Magno, ut latè probat Rhenat. Choppin. *de Sacra Polit. lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 2. omninò videndus, cuius tamen opinioni adhærere nõ poſſumus propter grauiſsima fundamenta, & authoritates, quæ contra eam aggerit Nicol. li Maiſtre *de Bonis Eccleſiæ, part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 12. *toto*, ubi ante Conſtantin. Iure iſto potitos Sa-

cros Ministros luculenter probat.

120 Tertia denique species est Bonorum, quæ ad Ecclesiam peruenerunt ex aliquo contractu, vel aliqua dispositionè, Legati scilicèt, vènditioni, vel alterius similis tituli, in quibus Bonis sub distinctione loquendum. Aut enim onera imposita sunt, postquam Bona ad Ecclesiam quouis titulo, aut causa deuenerunt, & tunc eis Immunitatem suffragari perspicuum èst Bart. *in l. Rescripto §. fin. num. 5. vers. Videte, ff. de Minor.* vbi ingenuè fatetur nullum excogitari posse remedium, vel adinueniri cautèlam, qua Clericis, seu Ecclesijs pro eorum Prædijs Tributum, aut Collecta imponatur, quum Laici Legem edere non possint infringentèm Libertatem Ecclèsiasticam, ut communis admittit Catholicorum consensus Suar. *contra Règ. Angl. lib. 4. cap. 20. num. 2.* Gloss. *in l. 1. verbo collationibus, & verbo vacatione C. de Episcop. & Cleric.* Bar. *in l. Rescripto 6. §. fin. num. 4. ff. de Muner. & Honor. & in l. Si Diuina 8. C. de Exact. Tribut. num. 1.* Bal. *in l. Placet. num. 10. vers. Tu dic. quod si Tributum, & num. 11. vers. Dico ègo, & in Authen. Itèm nulla Communitas num. 1. C. de Episcop. & Cleric.* Lucas de Pena, Specul. & alij quam plurimi adducti ab Ansaldo *de Iurisdict. p. 5. tit. 3. cap. 3. num. 24. & seqq.*

121 Hinc rejicienda est opinio Bart. *in dict. l. Rescripto §. fin. num. 5. vers. Videte, ff. de Muner.* docentis posse Principes Laicos à principio Tributaria efficerè, & affecta oneribus omnia Prædia Territoriorũ suorum, ita ut agri qui postea ad Ecclèsiam peruenerint Tributis obnoxia sint, quam quidèm opinionem reprobat Rota *in dicta Albanen. Exemptionis coram Merlino*, & meritò, pluribus quidem rationibus I. quia Allibratio hæc non afficit prędium Paul. de Castro *in l. Placet num. 8. C. de Episcop. & Cleric.* Marcabrun. ab Anguill. *cons. 40. num. 9.* II. Quia quum descriptio hæc, quæ fit per æs, & libram perpetua non sit, & certa; sed variabilis iuxta negotiorum qualitatem, onus illud durare nequit, postquam in Personam priuilegiatam peruenerit fundus. Archidiacon. *in cap. 1. de Immun. Eccles. in 6. num. 1. ad finem.* Barbatia *cons. 1. num. 53.* III. Quia eo ipso quod Ecclesia possessionè acquirit rei æstimatę, seu allibratæ in Libro communi, statim exempta dicitur ab æstimo Communitatis Marcabrun. *dict. cons. 40. nu. 7.* Ansald. *dict. cap. 3. num. 35.* cui IV. etiam addimus rationem. Quod nimirum alias indirectè permitteretur Laicis, quod directè omninò prohibitum est contra Iuridicas Sanctiones, *cap. quæ in Ecclesiarum, de Constitut. Authent. Cassa, C. de Sacr. Eccles.*

122 Ratio autem quare Bart. opinio substineri nequeat absque dispendio Immunitatis, & Libertatis Ecclesiasticæ ea est. Quod attendi debet tempus impositionis Tributorum, Mandèl. de Alba *cons. 8. num. 5.* alios referens Cardin. Alban. *de Immun. Eccles. num. 70. & 71.* Statutum autèm, quod Tributarium facit Territorium

rium pro collectis imponendis, inbibitam habet conditionem si imponantur, quæ tamquam Potestatiua non potest retrotrahi in præjudicium Ecclesiæ, quæ medio tempore acquisiuit, nec tùnc subiacent Iurisdictioni Laicorum, ut singulariter, & docte scripsit Bal. *in leg. Omnes, numer.* 12. *&* 13. *& numeris seqq. C. Sine cens. vel reliq. fund. compar. non posse, & in l. Placèat, num.* 10. *& in l. Neminem, num.* 4. *C. de Sacr. Eccles. & cons.* 212. *num.* 7. *lib.* 2. Vbi varijs censuris Bart. opinionem istam denigrat. subdens nũquam, verificari posse; quia Tributum non potest considerari existens, nisi postquam indictum est, & specificatum, tunc autem afficere nequit res, seu Prędia, quæ iam ad Ecclesiam deuenerunt Abb. *in cap. fin. num.* 13. *de Vita, & Honest. Cleric.* Ias. *in dict. l. Placeat, num.* 21. Guido Pap. *q.* 381. Ruin. *cons.* 117. *num.* 8. *lib.* 4. Felin. *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, num.* 76. *de Constit.* Plot. *in add. ad Cons. vltim. Laudèn num.* 10. *&* 13. attèstans ità declaratum fuisse pro Monialibus S. Claræ Nouariæ, ergò numquam subsistere potest cautela hæc, Alba *cons.* 8. *num.* 4. *& seqq.* Vbi optime monet Statum volens providere Oneribus, adhuc in rerum natura non existentibus, & fingere volens, quod non est, suspitione fraudis non carere. Siluan. *cons.* 9 *num.* 29. *& cons.* 32. *num.* 11. Marcabrun. *cons.* 40. *num.* 29. vbi ait communem hanc esse opinionem Paseth. *cons.* 31. *num.* 8. Vegg. *cons.* 7. *num.* 11. Grass. *Comm. opin. lib.* 1. *cap.* 18. *q.* 2. Nostras Remig. de Goñi *de Chari. Subsid. q.* 62. *nu.* 16. Cardin. Alban. *in dict. Tractat. de Immun. Eccles. num.* 92. Zevall. *Comm. opin. q* 899. *num.* 72. *&* 106. plures alios cumulans Riminal. Iun. *cons.* 25. *num.* 23. Açor. *Instit. Moral. par.* 1. *lib.* 5. *cap.* 13. *q.* 1. Thesaur. *decis.* 234. *nu.* 5. Ioan. Anton. *in Repetit. Extrauagan. Vnic. de Vita, & Honestat. Cleric. num.* 190. Alphons. Montal. *in For. Leg. Castell. lib.* 1. *l.* 2. *vers. In contrarium*, Matienç. *in* 5. *Recopilat. l.* 11. *gloss.* 5. *num.* 5. Guttierr. *Pract. Q. Q. lib* 2. *q.* 132. *num.* 5. qui omnes veriorem solidiorem, atque omninò sequẽdam opinionem istam appellant, eamque communiter sequuta est Rota Romana, & præcipue *in dicta Albanens. Gabellæ, seu onerum* 28. *Iunij* 1630. coram Merlino, Ioan. Franc. Ferentil. *in Addit. ad Burat. decis.* 78. *lit. A. post nu.* 9. qui luculentissime distinctionem istam exornat, cui addendi sunt Abb. *in cap. fin. de Vita, & Honestat. Cleric. vers. aut onus non erat reale*, Archidiacon. *in cap.* 1. *de Immun. Eccles. ante num.* 1. *vers. Intellige, de Bonis*, Carol. Ruin. *cons.* 117. *Videtur prima facie, num.* 1. *volum.* 4. Augustin. Beroj. Angel. Andr. Barbat. Rolan. à Vall. Nicolaus Bellon. Marcabrun. ab Anguill. Lauren. Sylvan. Anton. Thesaur. & Rota Romana, sequuti ab Ansald. *de Iurisdict. p.* 5. *tit.* 3. *cap.* 3. *num.* 32. *qui num.* 34. ex Archidiacono, Felino, Paulo de Castro, Ludou. Romano, Carol. Ruin. Beroi. Barbatia, Marcabrun. & Anton. Thesauro *de Communi opinione*, attestantibus, docet Bona, quæ ad

Eccle-

Ecclesiam peruenerunt exempta esse, licèt in æstimo allibrata, seu æstimata fuissent.

123 Vtèrgò Onèra imposita, priusquã Bona ad Ecclesiam peruèniant, afficere ea possint, postquam Ecclesiæ acquisita sunt, duo copulatiuè concurrere nècessarium est. I. ut Onèra sint vèrè Rèalia, ipsis fundis infixa, & imposita Bonis propter Bona; non autèm personis propter Bona. II. Quod onera illa sint perpetua, certa, & invariabilia non autem ex aliquibus causis vrgentibus, rèmouenda cessantibus istis. Vt communitèr docent Canonistæ *in cap. 1. de Immun. Eccles. in 6. vbi præcipuè* Gèminian. *num. 9.* Abb. *in cap. fin. num. 12. de Vita, & honest. Cleric.* Turrecrèm. *in Can. si Tributum 11. q. 1. vers. Alia verò.* Barbatia plene *cons. 1. per tot. lib. 3.* fusiusque Felin. *cons. 46. dub. 2.* Niger. *in Repetit. Extrauag. Vnic. de Vita, & Honest. Cleric. num. 247. cum pluribus seqq.* Comitul. *Respons. Moral. lib. 1. cap. 94. num. 3.* Vbi rèquisita ista optimè rècenset. Rota Romana *in dicta Alban. coram Merlino, & in alia Brunduſina Gabellæ*, quas pro hac opinione allegat Ferentill. *l. c. num. 19. vers. Redeundo*, ubi addit eam passim sequi Sacram Congregationèm super controversijs Iurisdictionalibus institutam ab Vrbano VIII.

124 Suffragaturque opinioni huic. Can. *Tributum 23. q. 8.* ibi: *De exterioribus Ecclesiæ, quod constitutum est antiquitus, hoc est persoluendum est illud, quod soluebatur antequam Prædia ad Ecclesiam peruenirint.* Can. *Si Tributum 11. q. 1.* & ibi Turrecrem. Comitul. *Respons. Moral. lib. 1. q. 93. num. 16.* Zeualli *Commun. opin. q. 899. num. 106.* Alphons. Montalvus *in dict. l. 2. vers. Ad quorum corroborationèm, fol. 13. vol. 3.* Suar. *dict. lib. 4. cap. 2. nu. 13.* obseruans Vrbanum I. loqui iuxta morem suo tempore obseruatum, quo Imperatores erant Ethnici, & Ecclesia nondum Immunitatem suam vindicauerat ab huiusmodi Tributis; nùnc autem quando Ecclesia soluit onera hæc, non soluit, ut Tributum, & in recognitionem Dominij, vel Superioritatis, prout nomen præsefert, *cap. 2. de Censib.* sed ob conditionem inhærentem rei, & inseparabilem ab ea.

125 Cõfirmaturque: Quemadmodum Ecclesia contra priuatas Personas census solueret, & ad hypothecas teneretur, quæ ab eius Authoribus Laicis priùs impositæ erant, sic tenebitur, etiam ad Tributa, quæ ex pacto, vel alia causa, & conuentione Princeps injunxit Prædijs adhùc sub eius Potestate existentibus, ut benè notat Ioan. Neap. Ordin. Prædic. QQ. *Parisien. q. 39. punct. 3. ad 4. Argumentum*, Cardin. Alban. *loc. cit.* Gutier. *Pract. QQ. lib. 1. q. 3. nu. 15. vers. Præterèa, & fusius, dict. lib. 4. cap. 20. num. 6. q. 11. & seqq.* qui omnes asseuerant, tùnc demum Bona in Ecclesias translata retinere onus, & obligationem soluendi Tributum, quatenus Tributum hoc prius impositum fuerit, expresso pacto intèr ipsum, & Priuatos inito, vel ex peculiari

domi-

dominio illius prædij, itaut ipſe Princeps in priuatos tranſtulerit, aliqua ſibi reſeruata penſione, cēſu, ſeu collecta, non autem ſi exegiſſet ex ſola vi Regiæ Poteſtatis, & Iuriſdictionis; hæc enim pènitus expirat, quum Bona ad Eccleſiam perveniunt, quia incapacia redduntur ſubiectionis Temporalis. Quod ſecus accidit in pactis, & conuentionibus per viam contractus initis, quia tùnc Ius illorum tranſit, & continuat in quibuſcumque Perſonis quomodocumque exemptis, & priuilegiatis, Felin. *in cap. Eccleſia S. Mariæ, num.77. de Conſtit.* Vegg. *conſ. 7.num.5.* Bellon. *conſ.40.num.4. & 5.* Feſtus *de Collect.p.4.cap.2.nu.31.* Alderan. Maſcard. *de Gèner. Stat. Interprèt. concluſ.1.num.700.* Azor. *dict.cap.3.q.1. verſ. Secundo aſſerendum eſt.* Vbi quod ratione pacti, vel conditionis adjectæ in legato, ſiue ex contractu Eccleſia tenetur ad collectas Bonorum, ad quas alias non teneretur, Suar. *loc. cit. num.6. & 15.in finè, atque num.28.* reſpondet ad motivum, quod res tranſit cum onere ſuo, *& num.9.* declarat quomodo probari poſsit prædia fuiſſe ſub particulari Dominio Principis, vel Tributum i. vi ex conventione, non autem ex ſolo Iure Vniverſali Principatus addendaque eſt, Rota *in dict. Albanen.* Ferentill. *loc.cit. verſ. Sed redeundo.*

126 His ergò præjactis fundamentis, reſolvendum eſt Bona Clericorum mere Spiritualia primæ, & ſecundæ ſpeciei eſſe in omnium ſententia, & opinione Iure Diuino exempta; quoad Bona, autem Temporalia tertiæ ſpeciei in noſtra ſentia (quam luculenter *§. præcedenti* expoſuimus) eadem Exemptione potiri cenſemus, omnia ſiquidem fundamenta ab Auctoritatibus, & rationibus petita pro ſolidanda opinione illa quoad Perſonas Eccleſiaſticorum, militant etiam quoad eorum Bona temporalia, pro quibus incunctanter ea adducunt præallegati DD. & præcipue Can. *Tributum, & Can In qualibet Ciuitate 23. q.8. Can. Secūdum Canonicam auctoritatem 24.q.8.* in quibus plene refertur, quod tàm Diuino, quàm Imperiali Iure expreſſe Exēptio iſta conceſſa eſt Franc. Anſald. *de Iuriſdict. p.5. tit.3. cap.3.à nu.4. ad 11. qui ex num.12.* addit Sacros Canones id ipſum decidentes nimirum, Can. *Sancitum eſt 23.q.8. Can. Eccleſiarum Seruos 12.q 2. cap. Non minus 4. & cap. Aduerſus 7. de Immun. Eccleſi. cap. Clericis Laicos 3. eodem in 6. cap. fin. de Vita, & Honeſtat. Clericor. cap. Quamquam, de Cenſ. in 6. Clem. Vnic. & Extrauag. Vnic. de Immun. Eccleſi.* & plures congerit DD. Anſald. *dict. cap.3. num.23. & ſeqq.* Et èconverſo quot quot aſſerunt Clericorum Perſonas quoad temporalia non eſſe Iure Diuino exemptas à Sæcularium Principum Poteſtate defendent etiam eorum Bona Iure Humano tātum hanc ſortiri Exemptionem.

127 In uno tamèn omnes conveniunt: Bona nimirum Eccleſiaſticorum exempta omninò eſſe à Laicorum Principum Poteſta-

testate, & Ecclesiastico Iudici omninò subdita, *ex cap. fin. de Vita, & Honestat. Cleric. cap. Si Clericus Laicum, de For. compet. Authent. Item nulla, Authent. Statuimus, C. de Episcop. & Cleric.* Abb. *in cap. Ecclesia S. Mariæ, num. 9. de Constit.* Carol. de Grass. *de Effect. Cleric.* plura congerens *effect. 1. num. 10. & effect. 2. nu. 33.* Alex. Sperell. *decis. 12. num. 35. & 36. tom. 1.*

128 Quæ generalis regula ab omnibus inconcussè admissa, limitari solet in Clerico Nègociatore, quem hac Immunitate priuari docent communiter DD. *ex cap. Quamquam, de Cens. in 6.* ubi præcipuè Ioan. Andræ. & Philip. Franc. *dict. cap. fin. de Vita, & Honestat. Cleric.* & ibi Bal. Archidiac. Ioan. Andr. *Clem. fin. de Cens. & ibi* Gloss. *l. 46. & 49. tit. 6. p. 1. l. 7. tit. 18. lib. 9. Recopil.* Specul. *tit. de Immunit. Eccles. i. num. 3.* Aufrer. *de Potest. Iud. Secular. super Person. Eccles. Regul. 3. num. 32.* Bertachin. *de Gabel. p. 3. num. 2.* Dec. *in cap. Ecclesia S. Mariæ, de Constit. num. 78.* vbi etiam Felin. *num. 105.* Dueñas *Regul. 100. Fallen. 11.* Molin. *de Iustit. & Iur. disp. 342. n. 5.* Marius Alter. *de Censur. tom. 1. lib. 5. disp. 19. cap. 6. dub. 6. vers. Vnum videtur.* Carol. de Grass. *de Effect. Cleric. effect. 3. ex num. 176.* Didac. Perez *in l. 1. tit. 3. lib. 1. Ordinam. vers. Est, & aliud priuilegium, fol. 94.* Bernard. Diaz *in Praxi Crim. cap. Negociatores 55.* ubi Ignat. de Salçedo Lasarte *de Gabell. cap. 19. num. 51.* Gironda *eodem Tractat. 7. par. in princip. num. 8.* Parlador. *Rer. quotid. lib. 1. cap. 3. §. 1. num. 4.* Felician. de Solis *de Cens. lib. 2. cap. fin. in fine,* Menchaca *de Success. lib. 1. §. 10. nu. 648. vers. Vndè infertur intellectus,* Gutierr. *de Gabell. q. 93. ex num. 1.* Azeved. *in dict. l. 7. tit. 18. lib. 9. Recop. num. 2. & 3.* Mexia *in Taxam Panis, concluf. 5. num. 22.* Flores de Mena *lib. 2. q. 21. num. 231.* Pereyra *de Manu Reg. p. 2. cap. 38. n. 5.* Thom. Sanch. *Consil. Moral. lib. 2. cap. 4. dub. 51.* ubi plures adducit Barbos. *de Potestat. Episcop. p. 2. alleg. 13. num. 8.* Ciarlin. *controuers. Forens. lib. 1. cap. 22. num. 56.* Martha *de Iurisdict. p. 4. casu 3. ex nu. 23.* Leonard. Less. *de Iust. & Iur. lib. 2. cap. 33. dub. 3. ex num. 23.* Thom. del Benè *de Immunit. tom. 1. cap. 5. dub. 3. sect. 1.*

129 Ad hancque Immunitatis priuationem non requiri aliquam monitionèm absolutè docent Imola *in dict. cap. fin. de Vita, & Honest. Cleric. Notab. 3.* Federic. de Senis *cons. 207. in fine,* Lap. Geminian. Anchar. & Bero. *in cap. Quamquam de Cens. in 6. & in Clem. fin. de Vita, & Honestat. Cleric.* ubi etiam Ioan. de Vitalinis *num. 8.* Bertachin. *de Episcop. lib. 4. part. 1. q. 16. & in Repertor. verbo, Clericus artifex.*

130 Hincque docent quam plures mox referendi Clericum Negociatorem compelli posse à Iudice Sæculari ad Gabellæ solutionem captis pignoribus, dùm tamen caueat: Ne quid aduersus Personam agat Matienç. *in l. 11. tit. 10. lib. 5. Recopil. Gloss. 1. num. 3.* Natta *cons. 139. num. 4. lib. 1.* Maranta *in Praxi, 4. p. dist. 11. num. 80.* Ricc. *in Praxi, tom. 3. resolut. 133.* Petr. Gregor. *de Rep. lib. 3. cap. 7.*

num.

*num.*48. Salçed. *dict. cap.* 55. *vers. Præterea non illud*, Gregor. Lop. *in dict. l.*49. *gloss.*3. *tit.*6. *p.*1. Roland. à Valle *cons.*71. *num.*10. *vol.*4. Camil. Borel *de Præstant. Reg. Cathol. cap.*71. *ex num.*255. Fragos. *de Regimin. Christ. Reipub. lib.*2. *disput.*4. §.3. Addunt que, quod in illis Provincijs, ubi moribus recepta fuerit sententia hæc, & legitimè introducta, multum juvatur Sæcularis Potestas, & impeditur Ecclesiasticæ Iurisdictionis vsus, & quod in Hispania usu recepta sit, attestantur Ioan. Gutierr. Humada, Azeved. Lassarte, Mexia, Zenedo, Carol. de Grass Zevall. Villadiego, Parlador. Pereyra, & Olano, relati à Carleval. *de Iudic. tom.* 1. *lib.* 1. *tit.*1. *disp.* 2. *q.* 3. *num.*159. Vbi addit Rebuff. Guillelm. de Cun. Bal. & Iacob. Bellouiso, addenduſquè est Guillelm. Benedict. *in cap. Raynutius, verbo, & Vxorem nomine Adelasiam, decis.*2. *num.* 34. *cum sequent. de Testamentis.*

131 Ast licèt opinio hæc nùnc admittatur, non eam approbando, sed de eius Veritate Discussionem commodiori loco reservantes; adhùc tàm limitatio, quã illatio ex ipsa deducta explicatione indigere monemus, ut admittantur in qualibèt sentẽtia, & opinione. Distinguẽdum ergò est inter Bona ipsa à Clerico Negociationi exposita, vel quibus negociatur, & alia Bona Ecclesiastica, aut Patrimonialia, quæ non subjacent negociationi; illa namque à Iudice Sæculari non eximi; Hæc autem omninò exempta esse docent Camil. Borel. *dict. cap.* 71. *num.* 258. Bovadilla *in Politic. lib.*2. *cap.*18. *num.*123. *in fine*, Mart. Cutel. *de Prisca, & Recen. Eccles. Libert. & Immun. lib.*2. *q.*47. *num.* 5. & 6. Thom. Sanch. *dict. dubit.*51. *num.* 6. & 7. Ciarlin. *dict. cap.*22. *num.*56. Carolus Cala *de Contraban. Clericor. num.*231. Mar. Alter. *dict. cap.*5. *dub.*3 Molin. *tom.*1. *disp.* 147. *concluſ.*5. Duard. *in Bulla Cœnæ, lib.*2. *Can.*18. *q.*8. *num.*9. Diana *p.*1. *tract.*2. *de Immun. resolut.*46. *vers. Aliqui concordant.* Vndè resolvendum est, etiam admissa illa opinione Eam procedere respectu Bonorum, quæ Negociationi à Clerico exponuntur; non autem respectu aliorum Bonorum, quæ Clericus alio titulo, vel ratione possidet, quæ ad solutionem Gabellæ ob Negociationẽ à Clerico debita obnoxia esse non possunt, neque in illis, usquam exequutio fieri poterit, ut liquet in nuper adducta explicatione.

132 Illatio verò ex limitatione deducta intelligenda est, ut procedat quoties res summariè agi posset, & Iudicium inciperet à captione pignorum pro Gabella, vel collecta debita, vel si res ipsa in commissum incidisset; siue quia comprehensa in instrumento professionis, seu quia extracta, vel introducta sint contra Statutum indicens commissi pœnam quo casu sententia, Rei deprehensæ, non Personę dicitur. Vndè doctrina illa practicari solum potest (in opinione eam Defendentium) re ipsa in fraganti Statuti violatione, vel debiti præsentanei

ex-

exactione deprehensa, ut ex Pereyra *dict. cap. 38. num. 14. 15. & 22.* Hevia Volaños *de Commertys, lib. 3. cap. 10. num. 15. & in Curia Philipp. par. 3. §. 3. num. 11.* Mauson. *de Contraban. quæst. 8. num. 13.* docet Carleual. *dict. disp. 2. q. 3. num. 159.* addens sic intelligendum esse Bovadill. *dict. cap. 18. à num. 118. ad 121. cum seqq.* subdensque: *Aliquando si causa esset plenariè agenda seruatis Processus solemnitatibus, & consueta Iudicij forma res scrupulo non careret, & maturiori deliberatione opus esset quoniam causa agi non posset, sine citatione Clerici, ad quem res ista pertineret, qui exemptum est, foro non subjectus, & à Saculari Iurisdictione immunis.*

133 Et licet adhuc temperamento isto adhibito impugnent opinionem hanc quamplures DD. apud Dian. *p. 1. Tract. 2. de Immun. resol. 16.* cui addo Bellett. *disquis. Clerical. p. 1. tit. de fauor. Clericor. personal. §. 1. num. 17.* alios adducentem, quidquid sit in puncto Iuris, cuius rigore attento veriorem censeo istorum sententiam; de Patria tamen consuetudine illam obseruari pluries experti sumus.

## §. VII.

## An Incapacitas acquirendi Spiritualia Iura quam Temporales Principes habere hucusque firmauimus, ad omnia Ecclesiastica Beneficia, & Dignitates omnino extendatur.

134 OTiosam proculdubio reputabunt huius Difficultatis excussionē Quotquot incapacitatem, quam Temporales Principes in omnia Sacra habere probauimus, *præcedentibus* legerint §§. quum enim Eam etiam respectu Bonorum Patrimonialiū procedere affirmauerimus, & probauerimus ad satietatem, satis manifeste conuinci Ecclesiastica Beneficia, & Dignitates, quæ ad Spirituale Patrimonium spectant, sub hac incapacitate comprehendi, recte quidem arguent; & Nos Instantiæ succumberemus: cui enim Minora prohibentur; Maiora eiusdem generis prohibita esse Ratio suadet Minora enim Maioribus semper insunt. *l. In eo ff. de Reg. Iur.* Farin. *in Præx. Crim. p. 4. decis. 10. num. 6.* Barbosa *Axiomate. 140. num. 5.* Ast quum compererimus, quod Regula ista non obstante quamplures Principes Temporales Ius, & Potestatem sibi retineant in Omnes Episcopatus, Non nullas grauissimas Dignitates, & quamplurima Beneficia, & DD. sibi subesti lure proprio facultatem istam eis competere affirment; Alij à Sacra Vnctione illud deriuantes: Vindiciæ Gallicæ, & alij infra referen-

ferendi *in peculiari quæstione de Vnctione* examinandi; siniſtram hanc Doctrinã ebibentes à Marco Antonio de Domin. Epiſcopo Spalatenſi ter ab Eccleſia Catholica Apoſtata, qui neruoſe opinionem iſtam defendit. *lib.6. de Rep. cap.5. §.136. & ſeqq.* apud Petr. de Marca *de Concord. Sacerdotij, & Imperij, lib. 2. cap.9. in fine.* Alij Nonnullorum Principum Diademati in hærere Ius iſtud exiſtimant quippè, ut in quibuſdam Eccleſijs, & Caſibus collatio Beneficiorum eis competère dignoſcitur, ut de Comite Flandrien. (tùnc Comitiſſa) ſuponèrè videtur. Text. *in cap. cum Dilecta, de conceſsion. Præben. & in cap. Dilecto* 40. *de Teſt.* de Anglo Rege, *cap. Cum inter, de Conſuetud. cap. Ad ſupplicationem, de Renunc.* de Rege Franciæ *cap. Dilectus de Præben.* Atque de his, & Pannoniæ, Vngariæ, & Apulię, alijſque Principibus reſpectivè. Latè Bal. *in l. Reſcripta, C. de Præcib. Imper. offerèn.* Ioann. Ign. *in dict. l. Neceſſarios, §. Non alias, num. 393. ff. Ad Syllan.* Carol. de Graſſal. *dict. lib.2. Iur.2.* Rhenat. Chopin. *dict. lib.2. tit.9. num.3.* Boet. Epou. *l.c. num.5.* Didac. Perèz *in l.3. tit.3. lib.1. Ordinam.* Palac. Rub. *de Bènef. in Cur. Vacan. §.9.* Flamin. Pariſ. *de Reſign. Benef. lib.7. q.9. num.13.* Quintilian. Mandoſ. *in Reg.11. Chancell. q.3. num.4.* Hieron Gonçal. *in Reg. 8. Gloſſ.24. num.154. & ſeqq.* Martha *de Iuriſdict. p.2. cap.40. num.4.* Vbi de Rege Apuliæ hanc facultatèm habere docet ex Gloſſ. *in Summ. verbo Eccleſia, in finè 7. q.1. & num.8. & 9.* Ius ipſum Règibus Vngariæ, Angliæ, & Franciæ, pluribus relatis DD. attribuit, & poſt hos omnès Franciſc. Anſald. *de Iuriſdict. Eccleſiaſt. p.2. tit.7. cap.1. num.12. & ſeqq.* Ius hoc olim, Imperatoribus, Angliæ Regibus, Comitibus Flandriæ, Règibuſque Franciæ, Vngariæ, & Apuliæ cõpetiſſe affirmans.

135 Hoc autem quod Auctoribus iſtis abſque contèntione procedit, non ſine magno diſsidio inter Eccleſiæ apertos Hoſtes cõtrouertitur, negantibus ex vna abſolutè aliquibus, & affirmantibus ex altèra parte alijs, ut videre eſt apud Martin Becan. *in Diſsidio Anglicano, tom.3. opuſ.5. q.8. An Rex propria auctoritate conferre poſsit Beneficia Eccleſiaſtica?* Quam latè in Heterodoxos exagitat, & licet ipſe copioſe oſtenderit Ius hoc Temporalibus Dynaſtis numquã Iure proprio competere poſſe, adhùc Nobis aliquid adjiciendũ reliquit, & pro Quæſt. iſta fundamẽta liter èxplicanda nonnulla præſupponere neceſſarium duximus.

136 I. Diſtinguèndas eſſe Præſentationem, & collationem, ut explicat Ioan. Honor. *in Summa Decretal. lib.3. tit.38. num.17.* Vbi optimè probat: Præſentationèm compère Patronis, ſiue Sæcularibus, ſiuè Eccleſiaſticis, *cap.2. de Inſtit.* Garcia *de Benef. par.7. cap. 1. num.28. & ſeqq.* Collationem autem vtriſquè prohibitam eſſe conſtat *ex cap. Illud, cap. Conſuluit, cap. Cum Laici, cap. fin. de Iur. Patron.* & quidem ſub pœna excommunicationis, *cap. Præterea, de Iure Patronat.* & ipſa Collatio eſt nulla ipſo

Iurè, & idèo ea non obstante præsentare iterum potèrunt *dict. cap. Illud, cap. Cum Laici, de Iur. Patron.* Huius autè ratio est, quod Collatio est Ius merè Spirituale, & idèo in Laicum minimè cadere potest. Can. *Per ordinationem* 5. 63. *dist.* Can. *Siquis deinceps*, Can. *Quoniam Inuestituras* 13. Can. *Per Laicos* 20. Can. *Decimas* 29. 16. *q.* 7. *cap. Præterea* 4. *de Iur. Patron. cap. Cum, & plantare* 3. *de Priuileg.* Lambertin. *de Iur. Patronat. lib.* 1. *art.* 5. *q.* 10. *princip. num.* 19 Francisc. Ansald. *de Iurisdict. dict. tit.* 7. *cap.* 1. *num.* 4.

137 II Prænotandum est Ius istud, quod memorati Principes habere dicuntur non à Iurè Communi, sed aliundè eis competère, ut prænotant Grasal. *dict. Iur.* 1. Arnulph. Ruzæus *in* 3. *p. Præfat. de Regal. num* 4. Boetius Epou. *dict. tit. de Regal. num.* 43. *& seqq.* rem hanc copiosè prosequens, cuius efficax ratio nuper adducta in promptu dignoscitur, Collationem nimirum Beneficiorum intèr Spiritualia, vel ipsis adnexa connumerari, *cap. Massana*, vbi communiter DD. *de Elect.* Laici autem Spiritualium rerum incapaces existunt, attento Iure communi *cap.* 2. *cum similibus de Iudic. cap. Causam quæ de Præscript.* Viuian. *de Iur. Patronat. lib.* 11. *cap.* 12. *à num.* 4. *per aliquot seqq.* adeò quidem, ut ne Ius quidem Patronatus, nisi ex Ecclesiæ concessione possidere valeant, ut *ex cap.* 3. *de Iur. Patronat.* docent communiter Canon. Ergò Collatio Beneficiorum nequit Principibus Sæcularibus Iure communi competere. Ac per consequens nequit à Laico possidèri, aut præscribi, quandoquidèm sine possessione præscriptio subsistere nequeat, *cap.* 3. *de Reg. Iur. in* 6. *cap.* 6. *de Præscript.* Monach. *in cap.* 2. *de Præben. in* 6. *num.* 8. Ansald. *dict. cap.* 1. *num.* 6. Neque ex consuetudine ètiam immemorabili Ius istud Patronis competere potest, vt ex Abbate Rocho de Curte, & Probo Ansald. ipse docet *loco cit. num.* 7. nisi tali consuetudini addatur fama priuilegij Apostolici. Viuian. *de Iur. Patronat. part.* 2. *lib.* 12. *cap.* 3. *num.* 11. plures allegans, cui addo Ansald. *dict. cap.* 1. *num.* 8. 9 *& 10.* hanc rationem addens Consuetudinem Immemorabilem non posse tollere incapacitatem. Quam quidem rationem latè Nos alibi exornamus.

138 Cuius efficaciam non effugient dicentes Reges Christianos dijudicandos non esse purè Laicos, sed potiùs Clericos censendos; illi præcipue, qui inunguntur, & consecrentur, sicut in Veteri Testamento, *cap. Vnic. §. Vndè in Vetèri, de Sacr. Vnction.* id quod tutò affirmare veriti non sunt Corset. *in Tract. de Potestat. Reg. q.* 40. Chasan. *in Cathalog. Glor. Mundi, part.* 5. *consider.* 24. *nu.* 181. ex indeque mirum videri non posse addunt, si Beneficia vacantia cõferant, quùm ex eadem causa, quod Clerici existimentur, illa etiam possideant, & obtineant, prout de Rege Franciæ attestatur Ioan. Ferrald. *in Tractat. de XX. Iur. & Priuileg. Regni Franc. seu Liliorum, Priuil.* 7. plura parum con-

grua

grua in comprobationem ad glomerans.

139 Rationem tamen istam abjiciendam omninò esse luculentissimè infra probabimus, nùncque ideò breuiter id ipsum demonstrare sufficiat triplici quidem ratione. I. Non omnibus Regibus, quibus Ius hoc Beneficiorũ cõpetere diximus, Vnctionis Ius in esse dignosci, quùm hoc illis tantum Principibus proprium sit, quibus à Sancta Sede Apostolica specialitèr concessum reperiatur, ut affirmarè cõspirant Canonistæ *in dict. cap. Vnic. §. Vndè in Veteri, de Sacr. Vnction.* & latè demonstrat Boeth. Epou, *ubi supra num.* 44. II. Esto quod Vnctionis Ius commune sit omnibus Règibus, ea non obstante, adhùc Laici manent Inuncti Regès, quia nullus eis ordo, imò nec Prima Tonsura per Vnctionem illis confertur, ut infra ostendam, interimque videatur Panorm. *in cap. Dudum, de Decim.* Grassal. *dict. Iur.* 1. Ruzæus *citato num.* 4. Epou. *loc. cit. num* 43. III. Denique Ius hoc conferendi non Personis, sed Coronis concessum est, & ideò etiam Fœminæ ad eas assumptæ hoc utũtur Iure, *cap. Cum Dilecta, dè Concess. Præben. cap. Dilecto, de Testamen.* & tamen Fœminæ incapaces sunt (& quidem Iure Diuino) Ordinis Ecclesiastici, & Sacri Clericatus, Andr. Dusaussay *in Panopl. Clerical. lib.* 6. *p.* 1. *cap.* 1. *& seqq.* omninò videndus, Nosque hac ipsa Queæst. §. 14. late probabimus; ergò Principibus Sæcularibus Iure communi attento nequit competere Ius hoc, quum adnexum Clericatui essè, infra latiussimus probaturi.

140 III. Præsupponendum Nobis est, quod Anno post Nativitatem suam 34. Redemptore Nostro Iesu Christo ad dextèram Dei Patris, Diuina sua virtute prouecto, consumatoque Diuinæ Redẽptionis mysterio, quũ in Ipsum Credentiũ numerus magis in dies augeretur, fœtuq; Spiritus Sancti multiplici crescèret: Sanctissimus Petrus Apostolorum Princeps, totiusq; militantis Monarchicus Pastor, cõmunisque Parens: vbi discedẽdũ ab Hierosolyma putauit, Iacobum Alphæi, cognomento Iustũ, & Fratrem Domini, Episcopũ Hierosolymorũ subrogauit, ordinatũ à Sè, & duobus alijs Apostolis, Iacobo videlicèt altèro, & Ioanne Chrysost. *hom.* 87. *in Ioan.* Mich. Maucl. Doct. Sorbon. *in Monarch. Ecclesi. tom.* 1. *p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 12. *col.* 422. *lit. D.* Mich. Rousel. *Hist. Pontif. Iurisd. lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 8. quod probant èx Anaclet. *in Epist. ad Episc. Italiæ, tom.* 1. *Concilior.* & ex Clem. Alexan. apud Euseb. *in Chron. & lib.* 2. *Hist. cap.* 1. subditque Mauclèrus ipse, quod licèt à Domino in Vniuersum accepissent Apostoli Potestatẽ fundamẽtalẽ; à Petro nihilominus Apostolos fuisse creatos, ipsisque Prouincias demandatas, nouasque instituendi Ecclesias, & præficiendi Episcopos Potestatẽ sibi cõtulisse, quod etiam agnouit, & fassus est Mich. Rousel. *in Hist. Pontif. Iurisd. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 3. *Equidẽ Christus* (inquiens) *Summus Pontifex Fũdator Ecclesiæ duodecim primũ Apostolos elègit, ac deinde septuaginta*

*ta duos, quorum omnium Petrum voluit esse Caput.* Et inferius: *Sed quod postea dixit Petro, ut aliquando conuersus confirmaret Fratres suos, denotat ei, & Successoribus eius dat tam in Episcopos, & Sacerdotes prærogatiuum confirmandi eos, seu in Fide, seu in Sede, &c.*

141 Quod latiùs probant Gregor. Lopez *in l. 2. tit. 5. p. 1. gloss. 2.* Iacobat *de Concil. lib. 5. art. 8. n. 15.* Franc. Victor. *Relect. 4. de Potestat. Papæ, & Concil. propos. 14.* Cardin. Turrecrem. *in Summ. de Eccles. lib. 2. cap. 38.* Alvar. Pelag. *de Planct. Eccl. st. lib. 1. cap. 55.* Valenç. Velazq. *cõtra Venet. p. n. 14. 6.* qui plura in comprobationem adducunt, & præcipuè Text. *in Can. Quamuis 21. dist.* sub his verbis: *Quamuis Vniuersa per Orbem Catholica Ecclesia, Vnus Thalamus Christi sit; Sancta tamen Romana Catholica; & Apostolica Ecclesia nullis Synodicis constitutis, cæteris Ecclesijs prælata est; sed Euangelica voce Domini, & Saluatoris Nostri primatum obtinuit. Matth. 6. Tu es Petrus, &c.* Addendique sunt Burchard. Vvormacien. Ioa. Carnotens. & Anselm. Lucens. apud Anton. Aug. *in Collect. Vetr. Iur. Pontis. lib. 1. tit. 1. cap. 7. & cap. 48.* ubi post Ioan. IIX. docet Petrum fuisse Apostolorum Coryphæum, Caput omnium Ecclesiarum positum à Christo ei dicente Ioan. 21. *Pasce Agnos meos, &c.* Quibus addo eundem Turrecre. *dict. lib. 2. cap. 32.* Bellarm. *lib. 1. de Rom. Pontif. cap. 23. vers. Quod ergò.* Henric. Henriq. *in Summ. lib. 10. cap. 4. §. 2. & seqq.* expressè docentes omnes Apostolos consecrationem, & Potestatem à S. Petro immediatè accepisse, quibus addo Anaclet. *Epistol. 2.* Clement. Alexandr. & Hieronym. apud Maced. *de Claud. Petri, lib. 1. dissert. 4. cap. 1. vers. An verò Consecratio,* ubi Veterum Pontificum, & Patrum sententiam esse docet pro eaque allegat Bellarm. Augustin. Triumph. Anton. Augustin. & Barbosam. Et licèt penes ipsum contrarium doceant Caietan. Sot. Corduva, Bañez, & Açor. ipse tamen Patrum omnium opinionem istam esse agnoscens, ei contradicere se nõ audere subdit, & cõciliare volens vtramque sententiam, docet à Christo D. omnes Apostolos institutos esse quoad Ordinem; & Iurisdictionem Apostolatus in communi; in particulari autem omnes alios Apostolos à Petro institutos, & consecratos esse. Et ab eo (qui à Christo D. institutus, & consecratus immediatè fuit) omnes alios Iurisdictionem Ordinariam, & Territorium, seu Prouinciam accepisse infra probabimus, ex quibus hoc efformamus argumẽtum.

142 Quidquid à subditis fit Superiori, Supremoque Capiti tribuitur, sed Petrus erat Superior, & Prælatus reliquis Apostolis, ergò omne, quod ratione Potestatis à Petro eis communicatæ operati Apostoli fuerunt, nomine, & auctoritate Petri factum esse dicendum est. Conseq. ex præmissis sequitur. Minor ex nuper relatis liquet. Maiorem probo ex adductis ab Accacio Ripol. *in Tract. de Regalib. cap. 55. numeris 12. 13. 14.*

&

& 1 §. ibi: *Est igitur omnis Iurisdictio Temporalis quæpenes Particulares reperitur à Rege emanata, & concessa; vnde si consideremus ipsius Iurisdictionis originem, & principium, & exercitium, licèt per Barones exerceatur, propriè dicetur etiam exercentes eam nomine Regis exercere, quia nomine illius censetur actus gestus, qui eidem, actui auctoritatem præstitit, l.1.§.Et ideò, C.de Veter.Iur.Enucl. Can.Princeps 94.dist.* Afflict. *intract. de Regalibus, §. Potestas, num.4.ex hac igitur Iurisdictione evenit, quod datta ea censentur in consequentiam datta omnia, quæ ad eius executionem sunt necessaria, &c.* Quæ, quùm in Sæculari planè procedant Potestate, in Ecclesiastica potiori debent jure procedere ex adductis ab ipso Ripol. *eod.cap.35.num.5.& seqq.* & ex adducendis à nobis *tractat.3.* omnes ergò Ecclesiæ per Orbem institutæ, omnesque præfecti Episcopi, tempore Santissimi Petri, licet Apostolorum immediato ministerio, & auctoritate perfectum esse legamus auctoritate tamen Petri ab ipsis accepta, omnia illa perfeciſſe affirmandũ omninò ex prædictis, infraque dicendis, necessarium est.

143 Progressu verò Temporis fusius per omnem terram suum Sanctissimum nostra Matre Ecclesia sinum dilatante ad novos excipiendos filios primis illis ab Apostolis creatis Episcopis vitâ functis, totũ ius eligẽdi, creandiq; Episcopos ad Romani Pontificis auctoritatẽ, tamquã S.Petri Successori Legitimi, Deique in Terra Vicarij devolutũ est, *cap.Licèt Ecclesiarum 2.* & ibi Can. *de Præb. in 6.* Barb. *de Potest.Epis p.1.tit.1.cap.3. n.2.* Nosque Iure devolui debuisse censemus.

144 I.nã (ut supra innuimus) Petrus fuit Supremus Ecclesiæ Monarcha à quo Potestatẽ fundamẽtaliter reliqui acceperũt Apostoli, eiusque nomine Fundationes, & Institutiones Ecclesiarũ, & Episcoporum fecerunt, sed eo vitâ functo Romani Pontifices in eius loco successere ergò ad Eos iure hoc Legitimè devolutũ est. Maior ex præjactis Fũdamentis. Liquet Min. ex toto *Tract.3.* latè cõstabit. Conseq. probo. Ex legitima successione, quam Romani Põtifices habent, dicuntur Dei Vicarij, *cap. Quanto, cap.Inter incorporalia, de Translat.Epis.* Mastrill. *lib.1.cap.2. n.13.* cui addo *Can. Aliorum 14.9. q.3.cap.Cum inferior 16. de Maio.& Obed.* Card. Alban. *de Potest. Pap.1. p.ex n.21.* Reduan. Cucchus. Borr. Tusch. & Solorç. adducti à DD. Felicia. de la Vega *ad Tex.in cap.Cũ veniſſent 12.n.13.de Iudic.* Valẽ. Velazq. *contra Vene.p.6.n.14.* ubi verũ Christi Successorem ab eo institutũ Papam esse latè docet, & habere in Ecclesia plenitudinẽ Potestatis, ut ex Tex. *in cap.ad Honorem 4. de Auct.& usu Pallij.* docet D.Felic. de la Vega ad Text. *in cap.Decernimus 2.nu.77.de Iudic.* cui addo *Can. Cuncta per Mundum, Can. Nemò 9. q.3 cap.Sisignificasti, de Elect.Clem 1. in fine, vt lite pendente, §.hinc etiam 17. dist.* Augustt. Beroj. Paul. de Castro, S. Thom. Felin. Villar. Hier. de Gigas, & Redoan. relatos à Valenç. Velazquez *contra Ve-*

*net. p. 6. num. 67. & seqq.* Alvar. Pelag. *de Planct. Eccles. lib. 1. cap. 6.* & præ omnibus addo Bal. *in cap. 1. Quid sit investit. Add. ad Andr. de Isernia in cap. 1. §. fin. num. 2. de Cap. Conrad.* sed Magistratuum Creatio ad hanc pertinet Potestatis plenitudinem: eleg. Text. *in l. Quidam, verbo, Princeps enim, qui ei Magistratū dedit, ff. de Iudic. l. Vnic. ff. ad l. Iul. de Amb.* copiosè Sixtinus *de Regalib. lib. 2. cap. 15. num. 3. & seqq.* Bovadilla *lib. 1. Polit. cap. 2. num. 19.* Mastrill. *de Magistr. lib. 1. cap. 1. mox à princip.* & cum Roderic. Suar. Mastrill. Cancer. Covarr. & Bovadilla, Acatius Ripol. *de Regal. cap. 35. à nu. 20.* sed Episcopi, Alijque Prælati sunt Ecclesiæ Magistratus. Loter. *de Re Benefi. lib. 1. q. 21. num. 48. & quatuor seqq.* Præfecto Prætorio comparati, *l. Episcopali, C. de Episcop.* Aud. Gloss. & Bar. *in l. 1. ff. de Offic. Præf. Præt.* atque Prætoribus, & Præsidibus, Ioan. Sichard. *ad Rubr. C. qui admitti ad Bonor. possess. num. 15.* Petr. Gregor. *in Partit. Iur. Canon. tit. 2. cap. 2. lit. S.* Ergò eorum Institutio, Collatio, & in eos absoluta Potestas ad Supremum Ecclesię Monarcham deuolui debuit: sed hic est in Ecclesia Summus Pontifex, *Can. Corpora, de Consecr. dist. 1.* Abbas *in cap. Si quis autem, num. 3. de Regularibus*, Antonius Roscius *immemorabilibus, lib. 1. cap. 7. num. 3.* Ioan. Garc. *de Nobil. gloss. 9. nu. 53. vers. Quinta Conclusio*, imò, & omnium aliorum Monarcharum Monarcha, & Princeps Principum, ut docet Valenç. Velazq. *contra Venetos, dict. p. 6. num. 80.* Ergò, &c.

145 II. probatur Nicolai II. Rescripto ad Mediolanē. Episcop. relato in Can. *Omnes 22. dist.* ibi: *Omnes siue Patriarchij cuiuslibet Apicis, siue Metropoleon Primatus, aut Episcopatuū Cathedras, vel Ecclesiarum cuiuslibet ordinis, Dignitates, instituit Romana Ecclesia; illam verò solus ille fundauit, & super petram mox nascentis erexit, qui Beato æternæ vitæ Clauigero, Terreni simul, & Cælestis Imperij iura commisit. Non ergò qualibet terrena sententia, sed illud verbum, per quod constructum est Cælum, & Terra, per quod omnia denique condita sunt Elementa, Romanam fundauit Ecclesiam. Illius certè Priuilegio fungitur, illius auctoritate fulcitur. Qui autem Romanæ Ecclesiæ Priuilegium* (conferendi, & instituendi Episcopos) *ab ipso summo omnium Ecclesiarum Capite traditum auferre conatur, hic procul dubio dicendus Hæreticus.*

146 Cuius Sanctissimi Præsulis Supremi, verba corroborantur repetitis Conciliorum, & PP. testimonijs. IV. scilicèt Synodi *Canon 28.* VI Synodi *Canon. 36.* VII. Synodi *in fine Actor.* ubi continuè repetitur Papam supra omnes Mundi Episcopos Primatum, & Superioritatem habere, ab eoque alios suam accepisse Potestatem, hincque rectè Papa dicitur: *Caput, & Principium omnium Sacerdotum*, Valençuel. *contra Venet. p. 5. num. 262.*

147 Ab illis ergò primis Ecclesiæ Temporibus ad Romanam attinuit Supremam Sedem omnium Dignitatum, & Præbendarum Vniuersalis Ecclesiæ proui-

sio,

ſio, omneſque Prælati totius Orbis hanc in ſe Supremam agnouere in Romano Pontifice Poteſtatem, ut latè probat Michael Maucler. *de Eccleſ. Monarch. tom.1.p.2. lib. 3.cap.12.* vbi quam plurimis per vetuſtis id probat monimentis. Cui addendus eſt Card. Bellarm. *tom.2.Controu.in Tractat.de Cleric. lib.1.cap.8.* nouiſsimeque Petr.de Marca *in dict.Concord. Sacerdot. & Imper.lib.1.cap.2.* vbi latè probat, & proteſtatur Eccleſiam Gallicanam ſemper Romanum Pontificem Supremum agnouiſſe ſui Caput, & ſuarum Libertatum Primam Cauſam, & Fundamentum, noxque ſubdit: *Docendum itaque eſt Gallos ab ipſis Eccleſiæ promoraus, vſque ad noſtram ætatem, & Communionis Eccleſiaſticæ originem in Cathedra Petri conſtituiſſe, & Supremam Eccleſiæ auctoritatem huic Sedi collatam ſemper coluiſſe, iuxta varios illos gradus, quibus eam pro bono publicæ Diſciplinæ temporis ratione habita, Pontifices Romani explicare conſueuerunt.*

148 III.à Poſteriori (ut Dialecticorum) ſeu ab effectu (ut Rhetorum terminis Nos explicemus) ſententiam, & Aſſertionem noſtram probamus; perſpicuum namque eſt iuxta communem Canoniſtarum Placitum Omnem Eccleſiaſticam Dignitatem à Romanâ Eccleſiâ Originem ducere Speculator *tit. de Diſpenſatione, §. Nunc breuiter dicendum, & §. Nunc oſtendendum. num.3.* Hincque etiam merito Canonica Iura clamitant, ſolius Papæ eſſe de nouo erigere, ſeu inſtituere Eccleſias Cathedrales *Can. Omnes 22. diſt. Can. Felix 50. 16.q.1. Can. Præcepta 5. de Conſecr. diſt.1.* Quemadmodum, & duos Epiſcopatus unire, vel unum diuidere in duos, *Can. & Temporis 48. & Can. Præcipimus 53. §. Sicut duo 16.q.1.* Epiſcopum quoque de una in aliam transferre Eccleſiam ipſi eſt reſeruatum, *Can. Nùnc mutationes 34. cum ſeqq 7.q.1. cap.1. & cap.fin. de Trãſlat. Epiſcop.* ſolus Papa Epiſcopos deponere poteſt, *Can. Dndum 3.q.6* è contraque Solus ipſe reſtituere Depoſitos poteſt, *Can. Ideò 2.q.2.* & ut uno verbo aſſertionem noſtram probemus: ſolus Papa proprio jure conferre cenſetur Beneficia Eccleſiaſtica, tàm maiora, quàm minora, tàm Præbendas, quàm Dignitates, omneſque alij Collatores, qui cumque ſint, haud aliter, quàm ex jure à Papa ſibi conceſſo legitimè conferunt, *cap. Licèt*, ubi Gloſſ. & Can. *de Supplend. neglig. Prel. cap. Licèt 2. de Præb. in 6.* Ergò nullum jus proprium ex Regia Dignitate Reges ſibi in Eccleſiaſticas Præbendas ad rogare poterunt, ſed ſi quod habent, ab Apoſtolica Conceſsione illis prouenire fateri tenentur.

149 Conſequentiam hanc à Iure Diuino probamus. Solis Apoſtolis conceſſa fuit Poteſtas eligẽdi LXXII. Diſcipulos, quorum Officium gerunt inferiores Prælati, *Can. In nouo 21. diſt.* ſub his verbis: *Videntes autem ipſi Apoſtoli meſſem eſſe multam, & Operarios paucos, rogauerunt Dominum meſsis, vt mitteret Operarios in meſſem ſuam, vndè ab eis electi ſunt LXXII.*

Diſ-

*Discipuli, quorum Typum gerunt Presbyteri, atque in eorum loco sunt constituti in Ecclesia, &c.* Ex quo patet solos Apostolos habuisse Potestatem eligendi Presbyteros, iusque illud subordinatum Petro exercuisse censemus. Nam illa verba: *Rogauerunt Dominum messis, &c.* intelligenda sunt iuxta superius dicta, Petrum videlicet Principem omnium esse, & consequenter vineæ Dominum, vndè eius nutu, & voluntate Apostolos elegisse LXXII. Discipulos non violenter inducimus. Ergò ex Iure Diuino habetur, eloquio videlicèt Euangelico, ad Rom. Pontificem priuatiuè, & cum exclusione Principum Sæcularium Episcoporum prouisionem, pertinere.

150 Consequentiam, & discursum corroboro. Ad Petrum priuatiuè dictum fuit à Christo D. *Sed Tu conuersus confirma Fratres tuos,* Quod idem fuit, ac Eum Superiorem constituere, eiusque arbitrio ministerium Apostolicum subjicere: Sed Romani Pontifices legitimi Successores sunt, tàm Dignitate, quam hac Suprema auctoritate, & Potestate, ergò ad Eos priuatiuè omnium Ecclesiasticarum Dignitatum, & Prębendarum Ius, & Potestas pertinet. Consequ. ex prędmissis sequitur. Præmissas autem probant. Theodoret. Studites *Epistol. ad Paschal PP. Tibi dixit Christus Deus noster, Tu aliquando conuersus confirma fratres tuos, & Auctor QQ. Nou. & Veter. Testam. q. 75. Rogans pro Petro, pro omnibus rogasse dignoscitur.* Bern. *Epist. 190. ad Innocen PP. Ego rogaui pro Te Petre, &c. Ergo quod sequitur à Petri Successore exigitur, & Tu aliquando conuersus confirma, &c.* Innocen. II. *in Epist. ad Henric. Senonens.* Leo VI. Imper. *de Serm. de Sanct. Petro: Confessus est dicens sequere me Principatu, ac Potestate tua fratres confirmans, Te enim volo esse mei loco, &c.* Vndè manere in hodiernũ vsque diem Petrum sequentem Christum in. Successore suo, & propterea consequens reuerenter fatendum, ad ipsum confirmationem Fractum, hoc est Concessionem, & Prouisionem omnium Dignitatum Ecclesiasticarum Iure proprio, priuatiuoque pertinere.

151 Sed non leues in assertionem nostram Instantiæ dantur. I. Olim Episcoporum Electio penes Populum resedit, atque expressa Nominatio, sed quodcumque ius ad Populum pertinẽs, architectonicè residet in Principe, ergò ex hoc Iure, & capite pertinet illud ad Principes Sæculares ratione Dignitatis, secluſaq; Apostolica concessione. Consequ. ex præmissis sequitur. Majorem autem probamus ex Text. *in Can. vlt. 51. dist. Can. Nosce, Can. Cleric. Can. Vota 63. dist. Can. vlt. 79. dist. Can. Licèt 8. q. 1.* & pluribus relatis Barbos. *de Potest. Episcop. p. 1. tit. 1. cap. 3. num. 4.* cui addo Maucler. *dict. cap. 12. col. 424.* noviſsimèque addendus Petr. à Marca *in Concord. Sacerd. & Imp. tom. 2. lib. 8. cap. 2. §. 2. & seqq.* probare enixè volens nullum debere discrimen constitui inter Ius, quod Clero in Episcopo-

coporum electionibus competebat & illud, quod Populus in eisdem habebat electionibus, suamque (quam nouam videndam fatetur) opinionem in primis probat ex Cypriano *Epist.*68. ex Veteris Testamenti, atque Lampridij Testimonijs addenduſque etiam est Franciſc. Florens. Aurelianen. *in IX. priores titulos lib.*1. *Decretal. ad tit.*6. *uerſ. Conueniens, pag. mihi* 126. vbi in comprobationem adducit Syric. *Epist.* 1. *cap.* 10. Celestin. *Epist.*2. *cap.*2. Leon. Mag. *Epist.* 67. *ad Episcopos Viennen. Prouincia, & Can.*26. *dist.*63. *Can.*13. *dist.*77. *tom.*2. *Concil. Gall. pagin.*633. *& seqq.* Ordin. Roman. *in lib. de Diuin. Offic. p.*1. *pag.*95. 96. *& seqq.* & Albinum Flaccum *in eod. lib. p.*2. *pag.* 72. *& seqq.* Minorem verò probo, tùm, ex quo sunt Populorum Capita Principes, à quibus fluit in Populos, ab eisque refluit in illos ius quod cumque Populorum, quia Regiâ Lege latâ transtulit in Principem Populus ius omne, quod ei competebat, ut iam supra dixi, nùnc que annecto S. Thom. 1. 2. *q.* 90. *art.* 3. *incorp.* Dominic. Grauin. *tom.*4. *de Cathol. Præscript. controuers.* 7. *art.* 4. *in Append. Laicozephal. Prim. pag.* 391. *col.*2. Ergò jure proprio potest competere, imò competit Sæcularibus Principibus jus nominandi, & eligendi Episcopos, sed Dignitas Regia olim vnctione perficiebatur Sacrâ, ut iam vidimus hac ipsa quæst. & hìc addimus Dominic. Grauin. *de Cathol. Præscript. tom.*4. *controuers.*7. *art.*4 *in solut. argum. ab Scriptura petit. pag.* 269. *col.*1. indiuidualiter de hac quæstione loquentem. Ergò ab unctione ius illud Regibus prouenit.

152 Consequentiam probo, instantiamque corroboro, ex quo primis illis Ecclesiæ ætatibus Imperatores (etiam, qui inter Iustos annumerantur) Prælatos nominabant, eligebant, multotiesque instituebant, & destituebant, quorũ plurima refert exempla Mich. Rousel. *Histor. Pontifi. Iurisdict. lib.* 2. *cap.*2. *à num.* 3. Petr. Gregor. *de Elect. cap.*5. *nu.*5. ubi docent, quod licèt aliquando electi confirmationem obtinuerint, Apostolicam, generaliter tamen absque hac cõfirmatione præficiebant Imperatores Ecclesijs Prælatos, quod etiã fatetur Barb. *de Potest. Episcop. dict. cap.* 3. *num.* 6. copiosissimè Franciſc. Florens *in dict. tit.* 6. *de Elect. à pag.* 202. *per aliquot seqq.* Ast justè non operarentur, si ius hoc priuatiuum Romanorum Põtificum usurparent. Ergò, quum ex istius juris exercitio, nulla Tyrannidis notâ inurantur Imperatores, Iure proprio usos esse, affirmandum est.

153 At firmissimè nostræ innitendum est Assertioni, tùm ex dictis, tùm, & quia ex Evangelio nihil clariùs habemus, quam Ecclesiam Vniversalem S. Petro esse commissam. Ioan. *vlt.* Ad illum itaque pertinere debuit prouidere Christianis de his, qui curam eorum gerant, ut iam probaui, nunc que addo Caietanũ *in prior. Opusc. de Auct. Pap. & Conc. cap.*13. id probantem ex gestis Sanctissimi Petri, qui (ut hanc Supremam Potesta-

testatem stabilitam in Ecclesia reliquerat) instituit, elegitque sibi Successorem Clementem, Can. *S. Petrus 8. q. 1.* Atque auctoritate Ioan. III. Pontif. Max. qui sedit Anno DC. Iustini Imperatoris tempore, atque ex perpetua Ecclesiæ consuetudine, Veteriſque Testamenti exemplis, & rationibus, addenduſque Bellarm. *tom. 2. controuers. in Tract. de Cleric. lib. 1. cap. 8 propos. 6.* Quæ, ut perspicuè percipiantur.

154 Antequam ad argumentorum solutionem Nos conuertamus, præsupponendum est, quod Electio Episcoporum (post varias formas) ad Synodum Prouincialem est delata *Can.* 4. Nicænæ Synodi, in cuius explicatione plura cūmulat Petr. à Marca *dict. lib. 8 cap. 3 §. 1. & seqq.* ubi probat Nomē Ordinatio, quo usum est Concilium, non de sola manuum impositione, ut voluit Franciſc. Florens *ad tit. 6. de Electione*, sed de ipsa Episcoporum electione rigore Græco accipiendum esse ex Zonara, & Balsamone probat, Nosque addimus Christian. Lupum *in Not. & Schol. ad Concil. Gener. tom. 1. pag. 26. vers. Eodem modo*, ubi Theodoretum allegat.

155 Quoniam verò pluribus incommodis exposita erat illa electionum forma, ob necessitatem Synodi habendæ, quàm protrahi sæpè contingebat per variarum Factionum Cōtradictionem, undè à suis Ecclesijs Episcopi longo tempore distracti, sumptibus non ferendis vexabantur; aliam formam decreuerunt Summi Pontifices, quæ Potestatem Cleri, ac Populi, deindè verò Metropolitani auctoritatem in magnum Ecclesiæ commodum, & dissidiorum remedium vehemēter auxit, etenim Electio Personę, collata est in arbitrium Cleri, & Populi etiam absque Synodi Episcopalis præsentia, qui quidem Decretum de electione factum, & à se subscriptum ad Metropolitanum mittebant, ille verò cum plena causæ cognitione iudicium de forma electionis, & de Persona electi ferebat, confirmata, vel etiam rescissa electione. Isto verò ordine semel recepto, non abolita est in totum vetustior illa forma Synodi habendæ ab Episcopis, quà etiam post ista tempora Episcopi aliquando utebantur, prout occasio postulabat. Semper autem in Metropolitanorū electionibus usurpata fuit; quæ ius speciale videbatur, quum tamen esset pars iuris antiqui, quod olim commune fuit in electionibus, tùm Episcoporum, tùm Metropolitanorum, ut docet Marca *dict. lib. 8. cap. 8. num. 7.*

156 Huius novæ formæ originem tribuere possumus Siricij, Innocentij, Zozimi, Bonifacij, Cœlestini, atque Leonis Decretis, quæ statim reddemus. Quam Ambrosius Siricij ętate pro sua prudentia amplexus videtur in Causa Vercellensis Ecclesiæ, quæ quum vacaret Metropolitani sui Mediolanensis Episcopi studio repleuda erat. Quarè diuturnior eius Ecclesiæ vacatio illi imputabatur. Quod ille repellit his verbis *Epist. 82. Quum sint in Vobis dissen-*

*siones*

*siones quomodo possumus aliquid, aut Nos decernere, aut Vos eligere, aut Quisquam acquiescere, ut inter Dissidentes suscipiat hoc munus, quod inter convenientes vix substineatur.* Infra: *Convenit ergò Modestiæ vestræ, & concordiæ insigne edere, ut congruatis assensu ad postulandum Sacerdotem.* Quod pluribus comprobat Pett. à Marca *dict. lib.* 8. *cap.* 8. *num.* 8. *& seqq.* quem videsis.

157 Instantiam ergò non obstare adserimus; licèt etenim fateamur validissimum esse argumentum desumptum à Potestate Populi ad probandam eamdem in Principe Facultatem, & Auctoritatem, negamus tamen hanc usquam jure proprio in Populo residisse, neque in Principibus Sæcularibus, sed si quam aliquando penes Eos fuisse apparet, id totum ex conniventiâ, vel concessione Summorum Pontificum processisse.

158 Priorem probamus partem I. exemplo Aäronis ad id à S. Paulo in testimonium adducto scribente *ad Hæbræ. 5. Neminem assumere sibi honorem debere, nisi vocetur à Deo, tamquam Aäron. cap. Qualiter 17. extra de Elect.* copiosè Didac. Zelada *in Iudith. cap.* 13. *§.* 32 *per tot.* Moez *ad Text. in cap. Avaritiæ 5. num.* 12. *de Elect. in 6.* Atqui Aäron à solo Moyse, tamquam Sacerdote Sūmo fuit electus, sine Populi, vel multitudinis Consilio, ut apertè constat ex Sacro Historiaste Exodi. 8. 4. *Fecit Moyses, ut Dominus imperauerat, congregataque omni Turbâ ante fores Tabernaculi,* ait: *Iste est sermo, quem jussit Dominus fieri, statimque obtulit Aäron, &c.* Ex quibus clarè elicitur Plebem ibi Testem, non Suffragatricem fuisse Inaugurationis, vel Electionis Aäronis, nā Dictio illa *Statim* denotat nullum Temporis interstitium fuisse inter intimationem Diuinæ voluntatis, & Inaugurationem Aäronis: argum. Text. *in l. Si finita, §. Non autem statim, ff. de Damn. infecto, l. Quum quidam, ff. de Leg.* 2. Tiraquell. *in l. Si vnquam, verb. Reuertatur, C. de Reuocand. Donat.* Surd. *decis.* 57. *num.* 9. & cum alijs Barbos. *Dict.* 384. *num.* 1. *&* 2. ubi Protinus significare probat. Ergò. &c.

159 II. Et facto, & Verbo Christi D. hæc ipsa probatur pars; nam Ioan. 20. dixit: *Sicut misit Me Pater, & Ego mitto Vos,* ideſt, sicut Ego non à Populo, aut Sæculi Principibus missus sum; ità nec Vos ab eis, sed à Me missi estis, nam Dictio illa *sicut* quà Christus D. usus est importat omnimodam similitudinem, *l. Si quis obrepserit, ff. de Fals. cap. Olim, de verbor. significat. cap. Cum in Eccles. de Præb. in* 6 & ex Angelo, Anton. de Butr. Carau. Honded. Tiraquell. Soccin. Menoch. Vulpell. Peregr. Brunon à Sole, & Tusch. Barbos. *Dict.* 366. *num.* 1. docet, & ampliat.

160 III. Ex Iure Diuino, tùm Naturali, tùm etiam Scripto; nam Iure Diuino Scripto Episcopi sunt Pastores Populorum, qui Oves sunt. *Ioan. Vlt. Actor.* 20. 1. *Petr.* 5. Ratio autem Naturalis apertissimè docet omnibus Ovibus non conuenire pascere, & regere, sed

regi,

regi & pasci. At eligere Pastores ad gubernationem, & regimen pertinet. Ergò non potest Populo conuenire. Optimè Bellarmin. *dict. lib. 1. de Cleric. cap. 7. proposi. 5.* vbi obiectioni satisfacit, quæ fieri potest paritate desumptâ à terrena Republica, datâ elegantissimè disparitate, quàm apud Ipsum, & apud Nos prioribus Fundamenti quæstionibus videndam relinquimus, nùncque resolutionem prosequendo.

161 IV. Eamdem probamus Partem exemplo Apostolorum, qui Episcopos passim eligebant sinè vllo multitudinis suffragio, & si aliquando illud expostulabant, ad hoc tantum erat, ut eorum testimonio de præficiendorum meritis fides fieri posset: Cæterum ipsa rerum Summa penes Petrũ, & Apostolos erat, ut ex Epist. Cyprian. 68. fatetur Petr. à Marca *dict. cap. 2. §. 7.* probatque exemplo primi Episcopatus, in cuius prouisione Petrus, pro iure suo substituendum aliquem Iudæ, edicit, nec dubitari posse affirmat, quin ipse Petrus cum Apostolis duos illos constituisset, ut per Sortes, Dei Voluntas de altero eligendo, exploraretur, ex mandatoque Apostolorum fideles inquirunt, quinã apti ministerio? Quando ergò Populus euocabatur ad Electionem Episcoporum, ad proferendum tantùm Testimonium vitæ, scientiæque eligendorum admittebatur, ut probatur ex Apostol. 1. *ad Timoth. 3.* & ex Origine *hom. 6. in Leuit.*

162 Et quomodocumque electio facta fuerit, semper assensum Summi Pontificis prærequisitum docemur ex Gregor. *lib. 2. Regist. Epist. 19.* vbi ad Episcopum scribit Beneventanum. *Episcopus dum fuerit postulatus cum solemnitate Decreti subscriptionibus omnium roborati, & Dilectionis Tuæ Testimonio litterarum ad Nos sacrandus occurrit, &c. & 6. In dict. 11. Epist. 20. ad Ioann. Subdiacon. Quanto Apostolica Sedes, Deo adiutore, cunctis Prælata vsi Ecclesijs, tanto, & inter multiplices curas, & illa Nos valde solicitat, vbi ad consecrandum Antistites vestrum expectatur arbitrium.* Hoc autem procedit, & intelligi debet de iure ordinario, nam aliquando, & apud aliquas Nationes aliter Apostolica Indulgentia obseruatur, ut passim per opus dicimus.

163 Quoties autem Populus Electionibus adsidebat (quod non erat semper) non ex necessitate eius Testimonium requirebatur, sed absque illo validè, & legitimè præficiebantur Episcopi, idque ex eo deducimus, quod Episcopos à se creatos mittebant ad Populos absentes, & infideles. & licet Kemnitius (apud eumdem Cardin. Bellarm. l. c.) respõdeat, Episcopos illos ab Apostolis missos, fuisse à Populis electos, id tamen nullibi constat, nec ipse probat, vndè est allegatio voluntaria, omninò contemnenda, quum enim habeamus pro Nobis generalem Regulam, intentionem nostram fundatam esse, & consequenter onus transferre contrarium probandi in Aduersarios, perspicuum

est,

est. *cap. Ad Decimas*, & ibi Gloss. *de Rest. Spol. in* 6. Anchatran. *Cons.* 223. *in fine* vbi ait: *Quod habens pro se Regulam potest excipienti dicere: Da mihi Textum exceptionem tuam probantem.* Cui plures in comprobationem addit Aug. Barbosa *Axiom. Iur.* 198. *num.* 2.

164 V. Conciliorum repetitis Decretis, exclusi ab Episcoporũ Electionibus, & Nominationibus Populi reperiuntur, & Principes Sæculares Constantinop. IV. quod est Generale IIX. *Can.* 28. à quo desumtus est Text. *in Can.* 1. 63. *dist.* non tamen ad litteram, ibi autem sic statuitur: *Sancta, & Vniuersalis Synodus definit: Neminem Laicorum Principum, vel Potentum Semet inferre Electioni, vel Promotioni Patriarchæ, vel Metropolitani, aut cuiuslibet Episcopi; præsertim, quum nullam in talibus Potestatem, quemlibet Potentium, vel cæterorum Laicorum habere conueniat, sed potiùs silere, ac attendere Sibi, vsque quo regulariter à Collegio Ecclesiæ suscipiat finem electio futuri Pontificis, &c. in dict. autem Textu* subjicitur: *Quisquis autem Sæcularium Principum, & Potentum, vel alterius Dignitatis Laicus aduersus communem, & consonantem, atque Canonicam Electionem Ecclesiastici Ordinis agere tentauerit Anathema sit, donec obediat, & consentiat quidquid Ecclesia de Electione, & Ordinatione proprij Præsulis Se velle mostrauerit, &c.* Concil. Nitænum II. *Can.* 3. omnem Electionem, quæ fit à Magistratibus, Episcopi, vel Presbiteri, vel Diaconi irritam manere decernit, à quo Canone desumtus est Text. *in Can. Omnis Electio* 63. *dist.* ibi: *Omnis Electio Episcopi, vel Presbyteri, vel Diaconi à Principibus facta irrita maneat, &c.* Concil. Laodicēs. I. *Canon.* 13. à quo Text. *in Can.* 6. 83. *dist. Non est permittendum Turbis Electionem eorum facere, qui sunt ad Sacerdotium promouendi.* Concil. Arvernen. *Canon.* 2. Lateranense sub Innocent. III. *Can.* 13. & tamquam necessarium requisitum consensum adhibent Metropolitani. Concil. Nicæn. I. *Can.* 6. Chalcedonense *Actu.* 11. Cartagin. III. *Can.* 12. iuxta quorum Decreta intelligendum est Concilium Parisiens. Celebratum anno 552. (referente Michaele Rousel *Histor. Pontif. Iurisdict. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 24.) sub Childeberto I. Francorũ Rege. *Can.* 8. vndè desumsit Gratianus Text. *in cap. Si per ordinationem Regiam honoris istius Culmen peruadere aliquis nimis temeritate præsumserit à Comprouincialibus Loci ipsius Episcopis recipi nullatenus mereatur, quem indebitè Ordinatum cognoscunt, &c.* 63. *dist.* Concil. Martini Papæ *Can.* 1. apud Martinum Bracharensem *cap.* 1. *Detretorum*, & apud Gratian. *Can.* 8. 63. *dist. Nõ licet Populo electionem facere Eorum, qui ad Sacerdotium promo ventur, sed in judicio Episcoporum sit.*

165 VI. Probat Bellarm. *dict. cap.* 7. sententiam nostram exemplis, seu testimonijs Veterum PP. qui post Apostolos doctrinâ, & Sanctitate floruerunt Hieron. *Epist.* 85. *ad Euagrium.* Ruffin. *lib.* 10. *Histor. Eccles. cap.* 9. Cui addo Leon. I. *Epist.* 87. & 90. Chrysostom. *lib.* 3. *de Sacerdotio, cap.* 15.

Dominic. Grauin. *de Catholic. præscrip. tom. 4. Contr. 7. art. 4. in Append. de Laicozephal. Primat. pag. mihi 317. col. 1.*

166 VII. Ab inconuenientibus exinde oriundis populum ab istis Electionibus rejiciendum esse patet, quæ breuiter perstrinxit Chrysosth. *dict. lib. 3. de Sacerd.* vbi grauiter queritur, quod suo tempore Episcoporum Electiones in manu populi essent, quia Pessimi quique præficiebantur, & Optimi viri negligebãtur; eligebant enim, qui nihil, nisi de rebus Temporalibus norunt iudicare. Hieron. *lib. 1. aduers. Iouinian. Nonnumquam errat Plebis, Vulgique Iudicium, & in Sacerdotibus comprobandis, Vnusquisque suis moribus faciet, ut non tàm Bonum, quam sui Similem quærat Præpositum, & in Ezech. cap. 33.* scribit: *Episcopum, & Presbyterum à Populo electos, & assumtos, ideò formidandum, nè accedant indigni,* & prosequitur Petr. à Marca *dict. lib. 8. cap. 6 §. 4.* qui addit, quod istiusmodi Electio tumultibus, ac seditionibus semper obnoxia fuit, probãs ex aliquibus, quibus addimus Augustinum *Epist. 110. & 225.* Ruffinum *lib. 11. Histor. cap. 10. & 11.* Hieron. *in Chronic.* & Ammianum Marcellin. *lib. 27.* vbi in quam pluribus electionibus cædes innumeras accidisse referunt.

167 At rursus insurgit Calvinus (apud Emin. Bellarmin.) objiciens; si tàm incommoda est Popularis electio, & Iure Diuino reprobata, tàm ea, quam quæ à Principibus fit Secularibus, cur eas Veteres patiebantur, quod ergò eas non tollerent è medio argumento est, tollinon potuisse propterea, quod essent Iure Diuino constitutæ.

168 Quod non tàm abjiciendo, quam plane supponendo, incunctanterque persu adendo stabilire conatur Mich. Rousel *in Histor. Pontif. Iurisd. lib. 2. cap. 1. num. 34. & seqq.* vbi id præcipuè probat ex quo Paulus Titum, & Timotheum ordinauit, eisque per Ciuitatem Presbyterorum Ordinationes facere iussit, nullà sibi, aut Petro Confirmatione reseruata. Exquo in Actis Apost. duæ Ordinationes inibi contentæ vnius videlicet Episcopalis, quando Mathias locũ Iudæ proditoris sortitus est. *Act. 1.* Alterius nempe Diaconorũ. *Act. 6* satis constat omnium Fidelium tàm ex Clero, quam ex Populo conuersum ad eas fuisse; postquam autem id ponderationibus ad literam Sacri Textus factis probare conatus est, subdit: *Et placuit sermo coram omni multitudine, & elegerunt,* ideſt omnis Multitudo, *quæ sinè dubio Laicorum plurima pars fuit, elegit, ut tandem absque dubio Electionem Laicis cum Clericis permissam esse, Consecrationem verò Sibi solam Apostolos reseruasse, ut quæ nisi à Sacris Hominibus fieri non posset, &c.* moxque subdit: *Itaque in Constitutionibus, quæ Clem. 1. tribuuntur, lib. 8. cap. 4. refertur D. Petrus præcipiens, ut Episcopus à cuncto Populo eligeretur, & tertio interpellaretur Populus an ipse sit, quẽ præesse vult Quod si non sunt Clementis hæ Constitutiones, antiquitate tamen sua valent ad probandã Vetustatẽ Popu-*

*laris*

*laris Cõſenſus in Electionibus, ut quod ad omnes tangeret, ab omnibus approbaretur, &c.* Continuatimque. *Atque ea fuit Eccleſiæ Primitiuæ plurima praxis, tàm in cæteris Epiſcopis eligendis, quàm in ipſo etiam Rom. Pontifice, &c.* Quod aliquibus exẽplis probare contendit, Ipſe. Eamdemque neruoſe defẽſandam ſuſcepit Spalatenſis *lib.4.de Rep.cap.11. num.19. & libr.6. cap.7.* apud Grauin. *in dict. App. Conſut.3. pag.444.col.2.mox à principio.*

169 At nè tùm quidem Ius aliquod in Electiones Epiſcoporum habuiſſe Populos, ſed approbatoriam, ſeu commendatitiam Expoſtulationẽ Can. *Litteras 14. 63.diſt.* ibi: *A Clero, & omnibus, qui illi conueniunt poſtulari, &c.* Poſtulatio autem Ius quodcumque proprium excludit quia innititur gratiæ ipſius, qui admiſſurus eſt Poſtulationem, *cap. Cupientes, §. Deniq; de elect. in 6. cap. Bonæ memoriæ el 2.* & ibi Gloſſ. *in verb. gratia, cap. Poſtulationem*, & ibi Gloſſ. *1. cap.1. §.pen. de Poſtul. Præl.* Panorm. *in cap.fin.num.11. eod.tit.* Ioann.Honor. *in Summa Decretal.lib.1.tit.5. num.4.* Cui addo Gloſſ. *in cap. vnic. de Poſtulat.Præl.in 6.* Paul.Laym. *Can. QQ.ex lib.1.Decret.ad Titulum de Elect. cap.1. q.1.* ibi: *At verò per Poſtulationem nullum Ius confertur Poſtulato, imò in eam abſolutè, & ſinè conditione relata, ad Superioris diſpenſationem conſentire non poteſt, &c.* vel Aſſenſus *cap.Cum terra 14.de Elect.* ibi: *Non prohibemus, quin Regis requiratur aſſenſus, cap.Cum inter vniuerſas 18.* ibi: *Vice Regia poſtuletis aſſenſum extra de Elect.* & Iuris Ciuilis apertis teſtimonijs comprobatur, iuxta quæ Poſtulatio propriè dicitur Petitio, quæfit apud Superiorem, *l.1.§.Poſtulare, ff.de Poſtulan. l.4.§.Poſtulare, ff.de Damno infecto*, & in his terminis docet Dadinus Alteſerra *in Commentar. ad Innocen.III. Decretal.lib.1.tit.5. in cap.Gratum 2.de Poſtulation. Prælator. pag.52.* vbi Ambroſium allegat hanc differentiam optimè explicantem; moxque plures alias addere pergit, ex quibus omnibus validiſsimè corroborabuntur à Nobis tradita pro hac ſolutione. Ergò totum Electionum ius penes Confirmantem reſidebat; poterat enim Poſtulationem rejicere, quia nullam injuriam irrogaret, illam non admittendo; ſiquidem in eius voluntate poſita erat eam admittere, ut ex dictis juribus conſtat, & quidquid alicuius relinquitur voluntati non ſubjicitur Iuris neceſsitati, *cap. Conſuluit*, & ibi Gloſſ. *verb. gratiam de offic. delegat. l.Non quidquid, ff.de Iudic.* cum Vulgatis. Ergò nullum Ius ex hac Poſtulatione acquirebant Populi ad Epiſcoporum Electiones, ſed penes Romanum Pontificem ſemper conſeruatum eſt, quia licèt aliquoties permiſerint has Poſtulationes, eiſque fæpius annuerint; & quamuis Clero, Populo, & Principibus aliquando has competijſſe Electiones appareat. *Can. Quia igitur, Can. Quanto, Can. Principali, Can.Rheatina, Can.Vobis, Can.Lectis 63.diſt.* In omnibus tamen eis ſemper expectabatur Cõfirmatio Apoſtolica immediatè ab ipſa S.Sede emanata, vel mediate

à Patriarcha, scilicèt, aut Primate aliquo ab ipsa S. Sede ad similes Postulationes, seu Electiones admittendas, & confirmandas deputato, ut supra præmonui.

170 Et licèt constet in aliquibus locis tantam Populos, & Principes obtinuisse in Episcoporum Electionibus potestatem, ut ab eorum nutu pendere viderentur, hoc tamen nullius est obicis. Inam quodcumque Ius in Populis quoad Electiones resedit, si legitimum fuit, ex cócessione Apostolica illis competijt, ut iam vidimus, Sed Concessio hæc, seu Indulgentia proprium excludit Ius, carentiamque Iuris concessi præsupponit. *Can. Contra morem*, ubi Gloss. *verb. Privileg.* 100. *dist.* Vulgaris Text. *in l. vnic. C. de Thesaur. lib.* 10. *l.* 1. *ff. Ad municip. l. Imperatores, ff. de Priuileg. Creditor.* Escouar. *de Ratiocin. cap.* 6. *num.* 29. *in fine.* Surd. *decis.* 173. *num.* 18. *& cons.* 215. *num.* 23. *& cons.* 298. *num.* 26. Gratian. *Discep. Foren.* 617. *num.* 25. Amaia *in dict. l. vnic. num. fin. C. de Thesaur.* Eamque Carentiam apertè fatetur qui Concessionem petit, ut patet in eò, qui Legitimationem à Principe impetrat, qui Illegitimũ hinc se profitetur, *l.* 2. *C. de Iur. aur. Anul.* ubi Bal. *num.* 2. Paul. Castrens. *in l. Decem. num.* 4. *ff. de verb. oblig.* Mascard. *Conclus.* 883. *num.* 1. Fulv. Pacian. *de Probat. lib.* 1. *cap.* 22. *num.* 33. & Ignobilem se agnosci, qui Priuilegiũ petit Nobilitatis, Otalora *de Nobil.* 4. *p. princip. cap.* 3. *num.* 3. Ioan. Garc. *eod. Tract. gloss.* 1. *§.* 1. *num.* 56. Ergò non proprium Dignitatis Regiæ, sed mutuatum à S. Sede affirmandum est, propriũque ipsius S. Sedis judicãdum, argum. Text. *in l.* 1. *§. Dejecisse, ff. de vi, & viarm.* juncta Vulgari *Regula Qui per alium* 72. *de Reg. Iur. in* 6. cum alijs congestis à D. Ioseph Vela *in repetit. ad Text. in cap. fin. de Procurat. in* 6. *princip. num.* 3. *post tract. tom.* 2. *dissertat.* Ergò licet in Locũ, & Ius Populi fuerint Principes subrogati, nullum possent proprium allegare Ius.

171 II. probamus: Si à S. Sede mutuatum hoc Ius non est, à Tyrannica processit vsurpatione Concil. Trid. *Sess.* 25. *de Reform. cap.* 9. ibi: *In quibus sit Ius pleruinque ex vsurpatione potiùs quæsitum præsumi solet, &c.* Rot. Rom. apud Mantic. *decis.* 257. *num.* 5. Greg. X. V. *decis.* 222. *num.* 1. Put. *decis.* 55. *cum seqq. & decis.* 99. *lib.* 1. *in Correctis, & decis.* 5. *p.* 2. *lib.* 2. *diuersor. & decis.* 532. *p.* 3. *lib.* 3. *etiam diuersor.* cum adductis à Barbos. *in Collect. ad Concil. in dict. cap.* 9. *num.* 44. *& de Potest. Episcop. p.* 3. *alleg.* 72. *num.* 61. ubi Mar. Antonin. Garc. & alios refert, & probamus vlterius ex S. Chrysosth. *lib.* 3. *de Sacerd. Postquã autem* (ait) *hoc aliquandiu toleratum est, & apparuit eius rei confusio, & indignitas, tuncque paulatim sublata est Populo Electio, & Postulatio, nudumque vitæ, & morum testimonium ei relictum est, &c.* Bellarm. *dict. cap.* 7. *vers. Tandem obtinuit, &c.* Sed Tyrannica vsurpatio nequit justum præstare titulum, ut ex ea Ius proprium allegetur, ut probatur ex Concil. *in dict. cap.* 9. & ex copiosè ibi adductis à Barb. cõprobamusque singulari quodã Zenonis

Aug.

Aug. exemplo, qui Tyrannicè à Baſiliſco biennio Imperio ſpoliatus poſt illudque reſtitutus, omnia à Tyranno facta reſcidit, & præcipuè Epiſcoporum Electiones ex defectu juſti tituli, quem Tyrannum habere non poſſe teſtatus eſt, ut poſt Euag. Procop. Nizeph. & Guillel. Barclajũ, teſtantur Cujac. *lib. 3. Obſer. cap. 19. & lib. 18. cap.* 14. Pancirol. *lib. 2. Theſaur. var. Lect. cap. 165.* quod facinus approbatum eſt à S. Sede. Simplic. Pap. *Epiſt. 7. quæ extat tom. 1. Epiſt. Pontif. pag. 315.* Gelaſ. I. *Epiſt. 11. ad Dardan. dict. tom. 1. pag. 400.* Pelag. *Epiſt. ad Narſetem, pag. 621. dict. tom. 1.* Carol. Sigon. *de Imper. Occiden. lib. 20. ad Ann. 558.* Imperialiſque illa Sanctio approbata in Iure reperitur, partim in *Can. Non Vos* 42. *in fine*, & partim *in Can. de Liguribus* 43. 23. *q.* 3.

172 Maior. autem probamus I. ex Turrecrem. *ad Text. in Can. 1. 63. diſt. q. 1. concluſ. 1.* ubi aliquas exhibet rationes. II. Nam in omnibus generalibus Cõciliis ubi Electionis Pontificiæ, & Epiſcopalis forma præſcripta eſt, ſemper fuerunt excluſi Populi, & Principes. III. nam conſtat Originem iſtius Iuris (quod aliquando Populi, & Principes habuerũt) Tyrannicam fuiſſe, & aliquandiu toleratam, & poſtea ſublatam, ut latè probat Grauin. *dict. art. 4. in Appendic. conſut. 3. per tot.*

173 Hinc iam non obſtare patet propoſitum argumentũ quo Hæretici ſuadere conantur: Iure Diuino attento, competere Populis Epiſcoporum Electiones, nam juxta ſuperius dicta ad illud *Act. 1.* Reſpondemus I. ex Chryſoſt. *ibidem*, id factum ex conceſsione Petri, non ex neceſsitate: *Quid* (inquit Chryſoſt.) *non an licebat ipſi Petro eligere? Licebat ecquidem maximè, verùm id non fecit, ne cui videretur gratificari.* II. Illa non tàm Electio, quàm Poſtulatio fuit, quà concupiuit Populus aliquem eligi à Deo in locum Iudę Bellarmin. *dict. cap. 7. verſ. Reſpondeo cum.* III. Quod ab uno Exemplo non deducitur aliquid eſſe de Iure Diuino, quia non efficaciter probatur illius juris eſſe id omne, quod aliquando factum legimus, ex unico enim actu juriſdictio non acquiritur. Andr. Knichen. *de Iure Territor. cap. 3. num. 157. & ſeqq. & num. 203.*

174 Imò neque titulum aliquem confert unica Præſentatio, ut ex ea Ius Patronatus allegari queat, quamuis effectum ſit ſortita 50. Annorum curriculo, ut ſæpius Rot. Rom. cenſuit, & præcipuè *deciſ. 557. ſub num. 1. verſ. Hic autem, p. 4. diverſor.* & in Forana juriſdictionis coram Pamphil. adductà à Barboſ. *in Collect. ad Concil. Trident. Seſſ. 25. de Reform. cap. 9. num. 60.* Ex quibus efficaciter probatur non eſſe de Iure Diuino, ut hoc Ius Populo competat, quando exemplis oſtendimus, juxta illud ſinè Populi ſuffragijs Epiſcopos fuiſſe electos, & eligendos, undè exempla illa ipſi Diuino Iuri proportionantur, indeque præferri debere perſpicuum eſt: argument. Text. *in cap. Licèt 9. verſ. Ex præmiſſis, de Probat.* ibi: *Qui*

*etiam aptiora negotio, & verò proximiora in suis testimonijs expresserunt, &c.* cum alijs altero allatis §.

175 Ad illud autem *Actor. 6.* ubi de Multitudinis credentium consensu Electum fuisse Stephanum apparet, respondet *loc. citat.* Bellarmin. I. ab hoc exemplo non probari id esse de Iure Diuino. II. Etiam esse id tributum Populo ex concessione Apostolorum, ut Lucas ipse apertè testatur. III. Locum hunc non esse ad propositum; Nos enim agimus de Electione Pastorum, qui præficiuntur Ecclesiæ regendæ; isti autem Diaconi erant præficiendi Mensis, &c. Hucusque Bellarmin.

176 Alia quam plurima argumenta ab Heterodoxis contra sententiam nostram, conglomerata paucorum Gallorum opinioni fauentia ab Eminentiss. Cardin. Bellarm. diluuntur *locis citatis*, cui quam plurima addere poteram ex Grauin. *in dict. Append.* At quia tractatus angustia, dilatationem prohibet, apud ipsum videnda relinquo.

## §. IIX.

## An aliquando Temporales Principes Supremi fuerint subjectum capax Potestatis, & Iurisdictionis in Personas, Bona, & Dignitates Ecclesiasticas?

177 DVbium hoc, nulla cogitandi morà interposita, resolvendum esse negatiuè pluribus suademur. I. Nam mox à principio Christus Dominus Omnem Spiritualem Iurisdictionem, & Potestatem tradidit Petro, *Matthæ. 16. Ioan. vlt.* concinitque *Can. Ita Dominus* 19. *distinct. Can. in Nouo* 21. *dist. Can. Continua* 11. *q.* 1. *Can. Futuram* 12. *q.* 1. *cap. Quamquam*, & ibi Gloss. *de Censib. in 6 cap. Mandata, de Præsumption.* Morla *in Empor. Iur. p.* 1. *tit.* 2. *in Præmiss. num.* 123. Indeque mox etiam à principio Dominum Iurisdictiones diuisisse iam supra ostendimus, nùncque producimus Text. *in Can. Cum ad rem, & Can. Cum ad verum 96. distinct. Can. Duo sunt* 13. *q.* 1. *cap. Solitæ, de Maior. & Obedient.* Morla *dict. tit.* 2. *in Præmissis, num.* 125. cui addo Alexan. *cons.* 8. *num.* 8. *num.* 1. *lib.* 1. Oldrad. plurima congerens *cons.* 83. toto, Everard. *cons.* 42. & pluribus relatis Alex. Sperell. *decis.* 126. *nu.* 34. *& decis.* 136. *num.* 2. *p.* 2. Et Clerici ab ipso Deo exempti sunt à Principum Temporalium Potestate, ut ex hucusque dictis satis demonstratum esse censemus, & nihilominus adducimus Bernard. Laurent. *in Tract. Casuum, in quibus Iudex Secularis potest manus injicere in Personas Clericor.* multis Diuinã hanc Exemptionem comprobantem *à num.* 5. *inter Tract. DD. tom.*

13 *p.*1. quem allegat Sperell. *dict. decis.* 126. *num.* 35. *& seqq.* eisque addo celebrem Gloss. *in cap. Ecclesia S. Mariæ, de Constit.* Felin. Dec. Abbatem, Cardinal. & alios adductos à Morla *dict. tit.* 2. *quæst.* 12. *num.* 2. qui licèt sententiam istam non sequatur communem tamen eam appellare Alciatum, Menchac. Ioan. Gutierr. Azeved. & Covarr. fatetur. Ast Iurisdictionis Spiritualis Objectum fuerunt à principio Personæ, Bona, & Dignitates Ecclesiasticæ (ut alibi latè ostenditur) ergò ipsi, & non Temporali Iurisdictioni mox à principio subjecta fuerunt.

178 II. Probatur argumento à Tempore sumpto, seu à ratione Temporum, quod efficacissimũ esse docemur *ex §. Singulorum autem, Instit. de Rer. Diuis.* In Statu namque Innocentiæ præfigurata fuit Sacro-Suprema Potestas, nullo equidem vestigio de Regia apparente. In Legæ Naturæ de Ecclesiastica Potestate ante Diluvium stabilita plenè constat, quũ Regiæ Iurisdictionis ne Symulachrũ quidem illo temporis interstitio adsignari queat. In Lege Gratiæ priorem tempore, & authoritate fuisse Ecclesiasticam Potestatem Regia Iurisdictione, *Tract.* 3. abundè probatur, In Omni autem tempore Clerici Ecclesiastici subjecti fuere Sacro- Supremæ Potestati, ergò, &c.

179 III. Autem Personas, & Bona Ecclesiastica, semper Sacro-Supremæ Potestati, & numquam Regiæ Iurisdictioni subjecta fuisse probamus, repetitis Sacrorum Canonum testimonijs Can. *Continua* 5. 11. *q.* 1. vbi Valerianum, Theodosium, & Arcadium Impèratores rescripsisse fertur: *Habent illi* (Clerici) *suos Iudices, nec quicquam his publicis est commune cum legibus*, Can. *si Imperator* 11. 96. *dist.* vbi Gloss. verbo, *Discuti*, ex ipsius Textus verbis hanc infert consèquentiam: *Ergò antequam èsset aliqua Constitutio, etiam Clerici non erant de Iurisdictione Sæculari, cap. Quamquam* 4. *de cens. in* 6. ibi: *Non solum Iure Humano, quinimo, & Diuino, &c. cap. Nouit ille* 13. *de Iudic.* Conc. Trid. *Sess.* 25. *de Reform.* ibi: *Immunitatem Dei ordinatione, & Canonicis Sanctionibus constitutã.* Hæc autem Diuina Immunitas, seu exemptio à principio fuit, ut nuper dicebamus priusque docuerat Bal. *in principio, Auth. statuimus, C. de Episcop. & Cleric.* & mox referendi. Ergò numquam potuerunt Potestati subjici Temporali; sed immediatè subditi semper fuerunt Ecclesiasticæ Potestati. Hæc autem nusquam à Principe, Populo, seu Republica pependit; sed immediatè à Deo Can. *In nouo* 21. *dist.* Can. *Sacrosancta, §. Hæc verò* 22. *dist.* Can. *Legimus* 93. *dist. cap. Nouit. & ibi Gloss.* verbo, *Iurisdictionẽ, de Iudic.* & pluribus relatis docet Bellet. *dict. §.* 1. *num.* 25. Vbi efficaciſsimam adducit rationem; Ecclèsiasticas scilicèt Personas semper Ecclesiasticæ Potèstati subjectas fuisse. Potestas autem hæc Sacerdotio infixa sempèr etiam fuit. Ast Sacerdotium à Deo institutũ in Christum translatum fuit, & à Christo in Petrum, & Successores eius,

cius, ut Author ipse probat (Nosque luculentius dicemus) ergò numquam subjecti esse potuèrunt Clèrici Temporalibus Dynastis. Vidèndi sunt del Bene *de Immun. tom.1. cap.1. dub.2. sect.1, num.44.* Fermosinus *de Iudicijs tom.1. in cap. 2. q.2.*

180 IV. Ratione probatur èo ipso, quod quis in Clericum ordinatur, efficitur Res Sacra, & in sortem Domini translata, *cap. fin. de consuet. vbi* Roc. de Curte *vers. Quinto limita, ut non procedat* Alciat. *in Rubr. de Iudic. num.3.* Petr. Barbos. *in l.1. num.174. ff. Eodem.* Farin. *in Praxi Crimin. lib.1. tit.8. de Inquisit. num.2. de* communi attestans opinionè. Alderan. Mascard. *de Gener. Stat. Interpretat. conclus.1. num.74. & 75.* Sebast. Vant. *de Nullit. ex defectu Iurisdict. num.* 101 Chr. *in Praxi, lib.5 §. fin. q.36. in princip.* Petr. Iacob. Aurelianen. *in sua Praxi Lit. ellor. Rubr.63. num.* 103 probãtes ex Psalm. 104. præcipiète. *Nolite tangere Christos meos, & in Prophetis nolite malignari,* Alèx. Sperel. *decis.126. num.33. p.2.* Bellet. mox referendus *§.1. num.* 19. Res autèm Sacræ ab omni Temporali Potèstate exemptæ sunt. Can. *Cui Portio* 12. *q.1.* Gloss. *pen. in dict. Can. si Imperator 96. dist.* & pluribus relatis Ioann. Maria Bellet. *Disquis. Clerical. p.1. tit. de fauor. Cleric. Person. §.1. num.19.* Nosque probamus *ex §. Nullius autem sunt Res Sacræ, & Religiosæ, & Sanctæ; Quod enim Diuini Iuris est id nullius in Bonis est. Instit. de Rer. diuis.* juncto Arnoldo Vinn. optimè cum sic èxponente: *Res igitur Diuini Iuris sunt, quæ Hominum Potestati, & promiscuo vsui exemptæ quodamodo in solius Dei Iure, ac Potestate habentur, &c.* Ergò Spiritualia semper à Temporalium Principum Potestate exempta fuerunt. Quod clarius patebit ex dicendis sequenti §.

181 V. Doctorum Authoritate expresse afirmantium Clèricos numquam Sæcularibus Principibus subjectos fuisse, Gloss. *pen. in Can. Si Impèrator 96. dist.* Alex. *cons.8. num.1. vol.1.* Aufrer. *in Clem. 1. in principio, q.1. de Offic. Ordin.* Tusch. *tom.1. Pract. concluf. Iur. litt.C. conclus.386. num.2.* Rebuff. *in Concord. vers. Primo sciendum, & vers. Nec obstat falsa.* Bal *in Auth. statuimus in princip. C. de Episcop. & Cleric.* Præpos. *in Can. Cum ad verum, col.9. vers. & licet his rationibus 96. dist.* Archidiacon. *in Can. Nos si incompetenter, §. Item notandum, num. 4.* vbi etiam Turrècrem. *in §. Item cum Baalam, num.4.* Gèminian. Bellam. *& præpos. 2. q. 2.* Surd. *cons.301. num.54. vol.3.* Bellèt. *dict. p.1. tit. de fauor. Clèric. Person. §.1. num.24.* cui addo Bellam. *in cap. Nouit. num.10. & 11. de Iudic.* vbi Nauarr. *notab.6 num.6. & 30.* Abb. *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, num. 10. de Constit.* vbi etiam Felin. *nu.7.* Decius *n.14.* Idem Bèllam. *in ca.2. nu.4. & 5. de Maior. & Obed.* ibique Felin. *num.3.* Abb. *num.4.* quibus addendi sunt nuper allegati, eisque adiungendi Thom. Ferrault. *de Cautel. cap. 433. alias cautela 28. num.1.* Rolan. à Valle *cons.4. num.12. vol.1.* Butsatt. *cons.42. num.2.* de magis cõmuni attèstans opi-

opinione, *tom.*1. Alex. *conſ.*8. *num.* 1. *lib.*1.

182 Sunt nonnulla, quæ in hanc ſententiam objici, ac èxpèndi poſſunt in vnum congeſta à Franciſc. Anſald. *de Iuriſdict. p.*1. *cap.*2. *à num.*2. *ad* 39. Aſt quia omnibus èis ibidem ſatisfacit ipſe *à num.*76. *vſque ad* 99. atque etiam Bellett. *dict.* §.1. *num.*38. *& ſeqq.* & diluta omninò, atque comminuta manebunt ex hucuſque dictis, ea rèferre, atque diſſoluere conſulto omittimus. Solumque addimus ex his omnibus rejiciendum omninò eſſe Petr. Auguſtin. de Morla *dict. tit.*2. *q.*12. *num.*3. tuto affirmantè: Quod in Primitiua Eccleſia Clerici, & eorum Bona conſtituta erant ſub Sæculari Poteſtate, Quod probat Imperialibus legibus contentis in Iuſtinianeo, C. Sub Titulis *de Sacr. Sanct. Eccleſ. & de Epiſcopis, & Clericis.* Quod quam leue fundamentum ſit, ad tàm animoſam Aſſertionem ſtabiliendam, ſatis Te docebunt Anſald. Belletus, & Delbene *ll.cc.* & Nos luculentius infra oſtendemus.

## §. IX.

## An, & quali conſuetudine, vel Priuilegio Temporales Principes Iuriſdictionis, & Poteſtatis in Sacra, Subjectum capax eſſe poſsint?

183 SVNT quamplurimi, tàm Heterodoxi, quàm Ortodoxi Nonnulli tutò affirmantes apud Dian. *par.*7. *Tract.* 1. *de Immun. Reſol.*18. §.1. Sæculares Principès, immemorabili conſuetudine acquirère poſſe huiuſmodi Iuriſdictionem, & Poteſtatem. Nos verò contrarium omninò affirmandum, & à Catholicis omnibus defendendum aſſerimus, & ſeqq. probamus Fundamentis.

184 I. Apertiſsimis Canonicis Sanctionibus, *cap. Clericis, de Iudicijs, cap. Nouerit. dè ſent. excommun. cap. Qualitèr, & quando, de Iudic.* Concil. Lateranen. ſub Leone X. Bulla in Cœna Domini, cũ alijs èxpẽſis à Diana *dict. reſol.*18. §.2.

185 II. Hac intrinſeca ratione probamus. Conſuetudo hæc immediatè opponitur Immunitati Eccleſiaſticorum, eis Iure Diuino competènti. Aſt conſuetudo contra Immunitatèm nullo tèmporis decurſu prę̀ſcribi poteſt. Bal. *in cap. Clerici, de Iudic.* vbi Butr. *num.* 11. Panorm. *num.*6. Bart. & Bal. *in Auth. Caſſa, & irrita, & c. C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Innoc. *in dict. cap. Nouerit, de Sent. excommun.* Ergò nulla conſuetudine juuari poterunt Temporales Principes, ut Iuriſdictionem, & Potèſtatem exerceant in Pèrſonas Eccleſiaſticas. Ergò huiuſmodi conſuetudo nullatenus poterit Principibus Sæcularibus proficere.

186 Nec ſuffragari eis poterit:

rit: consuetudinem immemorabilem vim Priuilegij habere. Ioan. Monach. *in cap. 2. de Præben.* ex Text. *in cap. Super quibusdam, §. Præterea, de verb. sign. ca. vnic. de Præben. in 6. l. Hoc iure, §. Ductus aquæ, ff. de Aqua cottid. & æstiu.* Quod ampliant procedere etiam in his, quæ Principi omninò reservata sunt, Ias. *in l. De quibus, ff. de Legib.* Alex. *cons. 35. lib. 2.* Abbas *cons. 20. lib. 1.* & de communi attestatur Ioan. Ignæ. *in Repetit. §. Non alias, num. 990.* & accedente tanto temporis transcursu nullum Priuilegium, aut titulum necessarium esse docent Alex. *cons. 6. lib. 1.* Hostien. *in dict. cap. Super quibusdam, de verb. sign.* Ancharr. *in cap. 1. de Præscrip. in 6.* Ias. *in l. Si certis annis, col. fin. vers. Decimo limita, C. de Pactis.* Quin ad hoc scientia requiratur eius contra quem præscribitur Ias. *in l. Imperium, ff. de Iurisdict.* Alex. *dict. cons. 6.* Ignæus *l. c. num. 987.* Patis. *in cap. de Quarta, num. 29. de Præscript.* Covar. *in Reg. Possessor, p. 2. in princip. num. 8.* Anton. de Padilla *in l. Si quas Actiones num. 52. C. de Servitut. & aqua.* Priuilègio autem Apostolico Potestas hæc eis competere potest, ergò, & consuetudine immemorabili. Quam quidem instantiam eis non suffragari diximus, & latius infra ostendemus, *hoc eadem §.* Vnde in ea solutione corroboranda diutius non immoramur.

187 III. Eam probamus authoritate Abbat. *in cap. Peruènit, num. 12. & in cap. Non minus, num. 15. de Immun. Eccles.* Rota Romana *decis. 10. tit. de consuetud. in Antiq.* Vbi decidit Regem Anglorum nulla consuetudinè acquirere potuisse Iurisdictionem in Clèricorum Personas, quod idem latè firmauit Alex. *cons. 149. num. 10. lib. 6.* Fèlin. *in cap. 2. de Maior. & Obed.* Rocch. de Curte *in cap. fin. de consuetud.* D. Covar. *Pract. Q. Q. cap. 31. num. 5.* Camill. Borell. *ad Bellugam in Specul. Princip. Rubr. 11. §. Videndum, in Add. incip. Probemus,* qui decem id probat argumèntis; quod expressè ampliat Rocch. de Curte *dict. cap. fin. num. 474.* Licèt consuetudo sit immèmorabilis, & probetur Scientia Papæ, atque ipsius tolerantia, quà quidem non obstãte adhùc Principèm Sęcularem eà juuari non posse dicta Rota antiqua firmauit. I. quia Papa consentirè nequit, ut præjudicium Immunitati Personarum Ecclesiasticarum vnius Prouinciæ in Vniuersum inferatur Geminian. *in cap. 2. num. 13. de probat. in 6.* Videndus omninò Antonin. Diana *p. 6. Tract. 1. de Immun. rèsol. 29. & p. 7. Tract. 1. resol. 18.* vbi addit Fagund. Laiman. & Rotam Roman. *in vna Barchinonèn. exemptionis,* ab ipso adductam, *in fine eiusdem p. 6.* II. Quia multotiès, imò sæpius plura tolerat Papa, quia absque illius Prouinciæ dispendio Spirituali ea vitare non potèst, & tùnc tolerantia illa non proficit lædèntibus immunitatèm. Suar. *contra Regem Angl. lib. 4. cap. 32. nu. 11.* Alexand. Sperel. *decis. 37. num. 60. p. 1.* III. Dènique quia tolerantia hæc omninò excluditur, atque consuetudo immemorabilis, & præscriptio quælibèt interrumpitur publica-

tione

tione Bullæ Cœnæ, quæ quot annis fit; in eaque huiuſmodi conſuetudines abrogantur, & Præſcriptiones rejiciuntur, & Principes Poteſtate hàc vtentès, anatematizantur, non obſtantè qualibet conſuetudine, aut Præſcriptione immemorabili, ut rectè animaduèrtit Felin. *in cap. Cum non liceat, num. 1. verſ. Quinta Concluſio, de Præſcript.* Diana *dict. p. 7. Tractat. 1. reſol. 18.* cui addo Mar. Alter. *in explanat eiuſdem Bullæ Can. 15. col. pèn. verſ. Reſpondeo,* Duard. *in eamdem Bull. lib 2. Can. 19. q. 8. num. 25.* Sperell. *dict. deciſ. 37. num. 40.* plures allegans, *& num. 60. verſ. Imo verò non permittit.* Iacob. Menoch. *in Tractat. M.S. de Iuriſdictione, Imperio, & Poteſtate Eccleſiaſtica, & Sæculari, tom. 1. lib. 1. cap. 18. verſ. Primus eſt quando,* concludens his verbis: *Ex his intelligimus malè ſenſiſſe Petrum Bellugam in dicto Specul. Rubr. 11. §. Videndum, num. 12. verſ. Probemus ergò, dum ſcripſit valere hanc conſuetudinem, qua Princeps, & Iudex Sæcularis Ius dicit, Imperiumque exercet contra Clericos, Rationes, & argumenta, quibus vtitur Belluga, quum ſatis leuia ſint, non eſt cur nunc illis reſpondeam, &c.*

188 II. Concluſio: *Temporalis Princeps nulla conſuetudine, aut Præſcriptione immemorabili innixus Iuriſdictionem, & Poteſtatem licitè exercere poteſt in Bona Eccleſiaſtica purè Spiritualia.* Hanc Concluſionem fortius dèfendent Quotquot abſolutè docent in nulla Bona Eccleſiaſtica poſſe Principem Temporalem conſuetudini, aut Præſcriptioni innixum Poteſtatèm hanc exercere, quorum Nomenclaturam *ſequenti* adhibebimus *Concluſione*; nuncque iſtam breuiter probamus: Bona Eccleſiaſtica purè Spiritualia ſunt Iure Diuino à Principum Sęcularium Poteſtate exempta; ergò nèqueunt Iuriſdictionem, & Poteſtatem in ea acquirere conſuetudine, aut præſcriptione immemorabili. Antecedens patet ex dictis *præcedentibus §§.* Nuncque corroboramus ex Gloſſ. Innocen. Abb. Felin. Cardin. Lupo, Natta, Burſatto, Euèrardo, Zeuallos, Farin. Ambroſin. Marta Bellett. Iul. Clar. Camil. Borell. Duaren. Sylueſt. Summa Angel. Claui Reg. Azor, Bonacina, Suar. & alijs adductis ab Alexan. Sperell. *dict. deciſ. 37. num. 1. & num. 17. & dèciſ. 126. num. 57. & dèciſ. 184. num. 1. p. 2.* Conſequèntiam probo: Contra Ius Diuinum ſtrictè ſumptum nequit admitti cõſuetudo, aut Præſcriptio etiam immemorabilis; Sed Bona Clericorum Spiritualia ſunt Iure Diuino ſtrictè ſumpto à Principum Poteſtate exempta, ergò nequeunt ipſis Principibus ſubjici conſuetudine, aut Præſcriptione immemorabili. Min. & conſeq. patent Maior probo *ex cap. fin. de Conſuetud.* ubi communiter DD. Rota *deciſ. 20. tit. de Conſuet.* Abb. & alijs *in cap. 2. de Iudic. & in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtit.* & pluribus relatis docet in his præciſis terminis Alex. Sperell. *dict. deciſ. 37. num. 28. & 29.* Noſque vlterius probamus argum. Tex. *in cap. Quamuis, de Decim.* Rebuff. *eodem Tractat. q. 13. num. 64.* Felin. *in*

*cap.*

*cap. Causam quæ, de Præscrip. num. 3.* & alij sequuti à Suar. *de Religione tom. 1. Tractat. 2. lib. 1. cap. 27. num. 3. & 4. & cap. 30. num. 7.* Azor. *Iesuit. Moral. tom. 1. lib. 7. cap. 36. q. 11. vers. Quæ decreta,* Bonacina, *in Summa tom. 2. de Præcept. Eccle. disp. vltim. q. 5. punc. 5. num. 6.* expressè docèns nullam rem, aut Ius Ecclesiasticum, seu Spirituale præscribi posse à Seculari Principè ex defectu capacitatis Actiuæ. Covar. *lib. 1. Var. cap. 17. nu. 6. vers. Quarto* allegans Balb. & Paris Guttier. *Prac. Q. Q. lib. 1. q. 15. à nu. 2.* Barbos. *de Iur. Eccles. Vniuerso lib. 3. cap. 26. §. 2. n. 49.* Molfesi. *in Summ. Tract. 6. cap. 4. num. 55.* Fagund. *in V. Præcepta lib. 3. cap. 1. num. 3.*

189 III. Conclusio: *In veriori opinionè, à Nobis sequenda, Princeps Sæcularis vigore cuiusuis consuetudinis, aut Præscripcionis licet immemorabilis, nèquit adquirerè Iurisdictionem, etiam in Bona temporalia Ecclesiastica* Bal. *in Authen. Clericus, num. 2. in fine, C. de Episcop. & Cleric.* & manifestius *in cap. 2. in fine extra de Iudic.* Rota *dict. decis. 10. de consuetud. in Antiq.* Guillielm. Benedict. *in cap. Raynutius Verbo, & Vxorem nomine Adelasiam decis. 2. num. 120. de testam.* Rebuff. *in Concord. Tit. de Protect. Concord. Franc. propè finèm* Aufrer. *Ad Capèll. Tholosan. q. 126.* licet *in Tractat. de Potest. Secular. Super Eccles. Reg. 2. num. 5.* non explicet quid dè hac consuetudine sentiat, vnde etiam in illo loco Sententiam nostram sequi dicendum est, in dubio namque nullus Doctor sibi cõtrarius existere censendus est. Covar. *dict cap. 31. num. 5. vers. Non ita,* qui licèt omninò non damnet consuetudinem istam in aliquibus Prouincijs vigentem in Hispania non obseruari affirmat. De èoquè miratur Azeved *in l. 11. nu. 13. tit. 1. lib. 4. Recopil.* quod consuetudinèm istam in Francia contra Ius obseruatam non reprobavèrit, ut èxpressè reprobat Gregor. Lop. *in l. 57. tit. 6. p. 1. Verbo: Que se la diò.* Menoch. *dict. cap. 18. in fine* Bobadill. *in Polit. lib. 2. cap. 18. num. 164.* Portoles. *ad Molin. verbo Clericus num. 16.* vbi Molinum impugnat contrarium sentientem. Sesse, *dè Inhibit. cap. 8. §. 1. num. 11. fol. 561.* & præ omnibus Alex. Sperèll. *Dècis. For. Ecclesiastic. p. 1. decis. 37. num. 28. & seqq.* ubi plura cumulat.

190 Ampliandaque est Conclusio hæc, ut procedat non solum respectu Bonorum Temporaliũ, quę Ecclesiasticæ Personæ intuitu Ecclesiæ possident; sed etiam ad Patrimonialia quoque extendi debere docènt *ex cap. fin. de Vita, & Honest. Cleric.* juncta Gloss. *ibidem, verbo, dè suis facultatibus, cap. Quãquam de Cens. in 6.* & ibi Gloss. *verbo ipsarum, Clemèntina Præsenti,* & ibi Gloss. *verbo proprijs, de Immun. Eccles.* Bulla in Cœna Domini, *Can. 18.* Hugolinus, Suarèz, Reginald. Toletus, Sayrus, Molina, Bonacina, Mar. Altèr. & Duar. adducti à Sperèll. *dict. decis. 37. num. 74.* qui attento Bullæ in Cœna Domini Canone hanc sèntèntiam defèndunt, pro èaque èx præallegatis Iuribus adducit, *num. 75.* Abbatem, Felin. Paul. de Castro, Alberic. Petrum à Petra, Remig. de

Goñi.

Goñi. Hondede. Carol. de Graſſ. Bellet. Zerolam, Martham, Ioan. Crottum, Capram, Franc. Lèon, Sylveſtr. Caietan. Ludouic. Lop. Correa, Molin. Azor, Graff. Suar. Sayr. & Duard. cui addo Ciarlin. *controu. Forenſ.* 138. *num.* 17. *part.* 1. Vulpèl. *in Praxi For. Eccleſi. cap.* 17. *num.* 15. Rotam Romanam *deciſ.* 339. *par.* 8. *Recèn. & præcipuè* ſi ad eorum titulum ordinati ſunt Sperel. *dict. deciſ.* 37. *num.* 77. *& deciſ.* 194. *num.* 16. *& num.* 79. *part.* 2.

191 Contra prædicta tamen obſtat Textus *in cap. Super quibuſdam* 26. *de Verb. ſignifi.* ubi Principibus Sæcularibus Tributorum impoſitio interdicitur, quæ èx Lateranènſis Concilij largitione cõcèſſa, vèl ex antiqua conſuetudinè à tèmpore cuius non èxtat memoria, introducta non fuerit, & ita ſcribunt, & tènent per eumdem Text. *ibidem*, Gloſſ. verbo, *non extat memoria, in princip.* Conſuetudinem immemorabilem, Ius, ac Privilegium imponèndi Tributa conferre, atque in noſtris terminis ex Balbo, Alex. Marcabrum, & alijs ponderat Text. iſtum pro Sæculari Potèſtatè. Franc. Anſald. *de Iuriſdict. p.* 5. *tit.* 3. *cap.* 3. *num.* 40. *& ſeqq.* concludentes ex eo clarè probari Temporali Principi immemorabilem ſufficère ad acquirendam Iuriſdictionem in Eccleſiaſticas res, & Perſonas.

192 Sed inſtantia hæc ex præallegato Textu petita nullius eſſe momènti apparet, ille namquè procedit quoties præſcribens capax eſt Iuris, & Poteſtatis, quàm èx immèmorabili Sibi competere allegat, ſæcus tamen ſi incapax eſt, Ioan. Monach. *in cap.* 2. *de Præben.* Abb. & Felin. *in cap. Cauſam, de Præſcript. & in cap. Quanto, de Conſuetud. & ratio eſt*, quia conſuetudo hæc, ſeu Præſcriptio Ius capacibus tribuit, incapacibus autem capacitatem non confert, nec tribuere poteſt, *cap. Quanto, de Conſuetud.* & ibi Abbas *num.* 2. vbi habetur, quod nulla conſuetudinè, aut præſcriptione juuari potèſt ſimplex Sacerdos, ut confirmationis Sacramentum licitè, & validè miniſtrare poſsit quidquid in contrarium ſuadere voluerint Ferrara, Tapper. Salmeron, & Caietan. apud Guillelm. Beyer: *de Confirmation. q.* 5. *verſ. Quæritur ſecundo, pag.* 179. ubi refert, refutatque iſtorum opinionem noſtramque validiſsimis comprobat Fundamentis. Et tamen Summus Pontifex, non ſolum Presbyteris, ſed etiam ſimplicibus Clericis Poteſtatem illud adminiſtrandi concedere valet, ut latè manet probatum *hoc eod. Tract. Fundam.* 1. *q.* 2. *§.* 1. *in fine.* Ergò in ſubjècto incapaci non æquiparantur immemorabilis conſuetudo, & Privilegium Apoſtolicum: nam capacitatem præ èxiſtere opus eſſe, ut pari paſſu ambulent, Immemorabilis, & Privilegium Apoſtolicum, docènt Abb. *in cap. Cauſam, quæ num.* 3. *de Præſcript.* Felin. *in cap. Audientes, num.* 6. *de Præſcriptionibus* Covarr. *lib.* 1. *var. cap.* 17. *num.* 6. Menchaca *lib.* 2. *Illuſtr. controuerſ. cap.* 89. Peregrin. *de Iur. Fiſci, lib.* 6. *tit.* 8. *nu.* 18. *& ſeqq.* Rota Romana

*in una Cracouiens. Iuris legendi 21. Maij 1627. coram Coccino Decano*, adducta à Barbos. *in Collect. ad dict. cap. Super quibusdam, num. 6. in fine, de Verbor. signific.* Laici autèm incapacès sunt Iuris Spiritualis, cui adnexa est Iurisdictio, & Potestas in Bona Ecclesiasticorum, tàm intuitu Ecclesiæ, quàm Patrimonij causa, ab Ecclesiasticis Personis possessa, *cap. Cum Apostolica de his, quæ fiunt à Prælato, cap. 3. de Iudic. cap. Quamuis, cap. Prohibemus, de Decim. cap. 2. §. Sanè eodem, in 6.* Covarr. *lib. 1. var. cap. 17. num. 5* & indiuidualius Ioan. Garcia *de Nobilit. gloss. 12. num. 8.* Sperel. *decis. 37. num. 30.* Viuian. *de Iur. Patron. lib. 11. cap. 12. num. 8.* Ergò Immemorabilis consuetudo Iurisdictionem istam Laicis tribuère non potest.

193 Ne tamèn generalibus Principijs euasionem datam, Aduèrsarij eam voluntariam esse reclamitent, ab ipsius Textus Historià demonstrabimus: Textum illum nihil in sententiam nostram probarè quum non de Tributis Ecclesiasticorum; sed de illis, quę Temporalibus Dynastis imponère Vassallis suis permissa sunt; Pontifex respondèrit, & solum in Textu illo permittatur Principibus ipsis ab Ecclesiasticis Tributa exigére, quæ à Concilio Generali cum consensu Episcopi concessa fuerint propter grauèm aliquam imminentem necessitatem; casus namque, seu Species hæc est.

194 Laborante Narbonensi Prouincia Fœdissima Albigensiũ, seu Albianorum Hæresi (quam diversam Omnino esse ab Vvaldensium, seu Pauperum de Lugduno Labe, monemus contra Anton. Dadin. Altesserram mox referendum. Eamdem illam reputantem, quum omninò distincta vtraque sit Authoribus, tempore, Articulis, & Tribunalibus, seu Iudicibus, à quibus quælibet condemnata est, demonstrante Iacob. Gaulterio *in Tab. Chronolog. Sæculo XII. cap. 15. pag. 660. col. 2. & cap. 17. pag. 662. col. 2.*) Quum ergò in Gallia Albigensis feruèret Hæresis Raymundus Comes Tholosanus ob Patrocinium Hæreticorum, & noua in dicta Vectigalia à Milone Legato Sedis Apostolicæ excommunicatus est, & pœnitudinem simulans ab eodem absolutus (apud S. Ægydij Templum, cuius solemnem reconciliationis formam enarrat Petrus Vallisernènsis, *Histor. Albigens. cap. 12.*) His conditionibus, ne Hæreticos ampliùs fouèrèt, & nouis Vèctigalibus abstineret. Sed promissi Immemor, seu Aspernator, tentauit à Rege noua obtinere Pedagia, & repulsam passus, accessit ad Innocent. III. Roman. Pontifi. à quo ei in dicta est Purgatio Canonica super crimine Hæresis; & nècè Fratris Petri de Castronouo; Interim idèm Comes in Synodo Auènionens. ab eodem Milone excommunicatus si noua Pedagia, semel èjurata repeteret. Idem Vallisernens. *loc. cit. cap. 32.* Sentiens igitur Comes agi de summa rèrum, & periculum imminere,

ne

ne universa eius Ditio esset prædæ militi Cruce signato, finxit se parere velle mandato Ecclesiæ, & quasi dubitaret super nonnullis capitibus Mandatorum, quæ à Legato accèperat pro conditionibus absolutionis; consuluit Pontificem super his: *Qui nam dicendi essent manifesti Hæretici? Quæ nam Pedagia illi interdicta essent? Et quæ esset obligatio mandati Legati, ut de Se conquerentibus Iustitiam exhiberèt apud Lègatum, vel Iudicem Ordinarium, vel Delegatum.*

195 Consultus Pontifex respondit in illo capite; Quoad I. eius partem: *Manifestos Hæreticos dici illos, qui publicè prædicant contra Fidem Catholicam, aut profitentur, aut tuentur errorem, vel qui coram Episcopo convicti, vel confessi de Hæresi per sententiam damnati, publicatis propriis Bonis, èt aliis pœnis inflictis secundum Sanctiones*, ut ibi, & in *cap. Excommunicamus, de Hæreticis.*

196 Quoad II. consultationis partem, respondit: *Pedagia, Guidagia, & Salinaria illi intelligi vetita, quæ non apparerènt Imperatorum, vel Règum, vel Lateranensis Concilij largitione concessa, vel consuetudine immemorabili introducta.*

197 Ex quo quidem Textu sic explicato ab Antonio Dadino Alteserra *in Commentar. ad singulas Innocent. III. Decretal. in eodem cap. pag. 635.* manifestè infertur secundam eius partèm loqui de Tributis à Tholosano Comite Sæcularibus Subditis impositis, quæ quum noua instituì non possent sine authoritate Principis, *l.2.& 3. C. Noua vectigalia, Instit. non poss. cap. Innouamus de cens. l.1. C. de Fundis Limitroph. l. Vectigalia, C. de Publican. & Vectigal. l.3. §. Illud, C. de Canon. largit. l. vnic. de Superindict. l. Placet 8. C. de Excuss. muner. l. Omnium 6. C. de Vectigal. l.2. tit.1. p.2. dict. l.11. tit.28. p.3. l.fin. tit.7. p.5. l.13. & 6. tit.10. lib. 6. ordinam. l.1. tit.11. & l.1. tit.14. lib.6. & l.16. tit.8. lib.9. Recopilat.* Probant late Molina *de Iust. & Iur. tom.3. disp. 666.* Thom. Sanch. *Cons. Moral, tom.1. lib.2. cap.4. dub. 1. & seqq.* Parlador *lib.1. quotid. cap. 3. num. 2.* Mastrill. *de Magistrat. lib.3. cap.10. ex num.219.* Camill. Borell. *de Præstan. Reg. Cathol. cap. 11. num.34. & cap.20. num.16. & in Summa decision. tom.3. tit.15. num. 3.* Bouadill. *in Polit. tom.2. lib.5. cap. 5. num.1. & 13.* Farinac. *de Furtis q.173. ex num.66.* Calixtus Ramir. *de Lege Regia, §.26. litt.A.* plures referens, cui alios addo sequutos ab Amaya *in l.3. C. de Annon. & Tribut. num.5. lib.10.* Ciriacum *tom.2. Controuers. 297. num.45. & seqq.* Capic. Galeotam *respons. Fiscal. 10. num.17.* Clochium *de Contribut. cap.3. num.13.124. & 137. ad 143. & cap.6. num.154. & seqq.* Castillo *tom.7. controu. lib.6. cap.41. num.78. & 79.* Solorçan. *de Iur. Indiar. tom. 2. lib.1. cap.19. num.3.* & propè innumeros penes ipsos; Pedagia autem, & Guidagia, Salinaria, & Similia in Textu contenta, sunt Iura Fiscalia, quæ Supremis Principibus tantum competere pos-

sunt, attènto Iure communi, *cap. Vnic. Quæ sint Regalia in Vsibus Feudor.* Castill. *dict. cap. 41. num. 166.* cui addo Baptist. Fragos. *de Regim. Reip. Christian. part. 1. lib. 3. disput. 5. §. 2. num. 19.* Andr. Knichen *de Saxon. non prouoc. Iur. cap. 5. num. 140.* Anton. Dadin. Alteserra *de Ducibus, & Comit. Gall. lib. 2. cap. 2. pag. 138.* & omnes nùper allegati adde Gunter. Ligurin. *lib. 8.* Modos ergò quibus Comes ille acquirere illa potuisset Pontifex exponit, scilicèt Priuilegio speciali, & consuetudine immemorabili, quorum quolibèt titulo Inferiores Dominos Iura illa acquirère Gunterus ipse subdit, & dissertè scribit Roderic. *de Gestis Friderici, lib. 2. cap. 5.* ibi: *Hisque omnibus in Fiscum adnumeratis tanta circa pristinos Possessores usus est liberalitate, ut Quicumque donatione Règum aliquid secum se possidere instrumentis legitimis edocere poterat; Is etiam nùnc Imperiali beneficio, & Règni nomine id ipsum perpetuò possideret.*

198 Quod verò in eodem Textu scriptum est: *Inter licita Vectigalia numèrari, quæ Concilio Lateranensi instituta sunt*, non eo pertinet, ut dicamus, vel omnem Textum de Tributis impositis Clericorum Bonis loquutum esse, quum contrarium ex hucusque dictis percipiatur; vel auctoritate Apostolica inferioribus Dominis Vectigalia huiusmodi, quæ sunt Regalia Iura concedi potuisse, vel posse; sed ideò clausulam illam à Pontifice adjectam, ut rata essent Vectigalia, quæ fortè in illo Comitatu imposita erant Ecclesijs, seu Ecclesiasticis Personis, necessitatis publicæ levàndæ causa, ubi Plebis facultates exhaustæ sunt, & id factum fuerit de consensu Episcopi, quæ est sententia Concilij Lateranen. sub Alexandro III. *Can. 22.* Perpendatur quæso, vndè nam probari possit hoc Textu, quod ut acquirerent Tèporales Principes Potestatèm, & Iurisdictionem in Ecclesiasticas res eumdem vigorem habeat Immemorabilis consuetudo, ac Indultum Apostolicum. Ego quidem non percipio; quum enim Immemorabilis consuetudo respectu Sæcularium in Textu illo adhibeatur, & Conciliaris concessio relationem dicat ad Ecclesiasticos, quumque adeò diuersi status sint, ac separati nullam legitimam illationem ab uno ad alium, vel contra alium fieri posse vulgari regula docemur, *l. Papinianus exuli, ff. de Minor. cum Vulgat.* Videant ergò circunspècti an solidissimo innitatur Fundamento Hertusçus ille Immunitatis Ecclesiasticæ infensimus hostis, tanto æstimans Textum istum, ut contra Ecclesiam Indulto Apostolico coęquet consuetudinẽ immemorabilem?

199 Hanęque interpretationem genuinam esse ulterius ostendimus ex communi Doctorũ intelligentia, atque obseruantia, qui unanimitèr Textum istum ad hoc tantummodo allegant, ut ex eo probent Iura Règalia in illo

expreſſa Principibus Supremis competere in Vaſſallos,& Subditos Temporales, ut videre eſt apud nuper allegatos, cui addo Caſtill. *dict.lib.6.cap.21.num.1.& ſeqq.* quin Vllus,in quem hucuſque inciderim, circa Eccleſiaſtica Bona, aut Perſonas quicquam Textum illum diſpoſuiſſe affirmauerit. Vndè pro illo ſolum, qui voluntariè ad hoc eum ſuper inducit hæc dixiſſe ſufficiat.

200 IV. Concluſio: *Priuilegio Apoſtolico, aut etiam immemorabili conſuetudine, ſeu Præſcriptione munita illius Priuilegij fama acquirerè poſſunt Temporales Principes Iuriſdictionem, & Poteſtatem in aliquas Perſonas,& res Eccleſiaſticas.* Concluſio hæc tres principales habet partes ſeorſim probandas, & corroborandas,ex quibus illa ineluctabilis euadet.

201 I. Eſt Priuilegio, ſeu indulto Apoſtolico acquiri poſſe à Principibus Sæcularibus Poteſtatèm in Perſonas, & res Eccleſiaſticas, ut ex Text. *in Præallegato cap. Super quibuſdam, § Præterea, de Verbor. ſignifi.* docent Barb. *in Prohibere, § Plane, ff. Quod vi, aut clã,* Covarr. *Pract. QQ. cap. 31. ſub num. 4. verſ. 1.* Tyber. Decian. *Tract. Crimin. tom. 1. lib. 4. cap. 9. num. 66.* Gaſpar Rodrig. *de Ann. Reddit. lib. 1. q. 17. num. 35.* Seſſe *de Inhibit. cap. 8. § 3. num. 13. & ſeqq.* Thom. Boz. *de Iur. Stat. cap. 17. verſ. Et quod Papa*, Alexand. Sperel. *deciſ. 37. num. 23.* Franc. Leo. *deciſ. Valent. 82. num. 13. lib. 1.*

202 II. Autem pars, quod nimirum Laicis Poteſtas hæc, Ius ſeu Iuriſdictio competere poſsit immemorabili conſuetudinè, accedentè fama Priuilegij, ſæpius Rota decidit, & præcipuè *deciſ. 702. num. 1. p. 1. Recènt. & deciſ. 545. num. 1. tom. 2. in Poſthum. & deciſ. 461. num. 4. p. 4. Recèn.* Mareſcott. *lib. 1. Var. cap. 11. num. 60. & 61.* & cõmuniter docent Ioann. de Imola, & Zabarel. *in cap. Cum Apoſtolica de his, quæ fiunt à Præl. Dominic. in cap. 2. § Sane, de Decim. in 6.* Felin. *in cap. Cauſam quæ, col. pen. de Præſcrip.* Aufrer. *de Poteſtate Sæcular. in Eccleſ. Reg. 1. num. 20. & Reg. 2. num. 25.* Carol. de Graſſal. *Regal. Franc. lib. 2. Iur. 17. fol. 302.* Arnulph. Ruze. *de Iur. Regal. Priuileg. 55. in fine.* Amadæ de Ponte *in Quæſt. Quis ſit Iudex in Cauſ. Feudali, poſt QQ. Laudemiales, fol. 69.* ubi refert in Cauſa Toletana coram Fabio Accorambono Rotam Rom. decidiſſe Laicum eſſe capacem huiuſmodi Iuriſdictionis, & Poteſtatis præſuppoſito exercitio Immemorabilis temporis, accedentè fama Priuilegij. Atque hoc ipſum poſtea docuerunt. Gaſp. Rodrig. *eodem tract. lib. 1. q. 17. num. 35. & 37.* Ludouic. Poſth. *de Manut. obſer. 44. num. 50.* & licet opinionem iſtam de rigore Iuris non procedèrè, quatenus immèmorabili famam Priuilègij addendam neceſſario exigit, affirmet Noguerol. *allegat. 39. num. 8.* aſſertionem ſuam non probat, vndè attendi non debèt contra Rotæ authoritatem.

203 III. Denique Pars ſtabiliens ex Priuilegio Apoſtolico,

aut immemorabili consuetudine munita fama Privilegij competere posse Principibus Laicis Potestatem, seu Iurisdictionem in aliquas Personas, & res Ecclesiasticas expressè habetur apud Covar. *Pract. Q. Q. cap.* 31. *nu.* 4. Ioan. Garcia *de Nobilit. gloss.* 9. *num* 35. Decian. *Tract. Crimin. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 66. Iul. Clar. *in Praxi Crimin. §. fin. q.* 36. *vers. Sed ea*, Thom. Boz. *de Iur. Stat. cap.* 17. *vers. & quod Papa*, Rodrig. *dict. q.* 17. *num.* 62. Sesse *de Inhibit. cap.* 8. *§.* 3. *num.* 3. *& seqq.* Sperel. *dict. decis.* 37. *num.* 16. *&* 23.

204 Consultò tamen addidimus Priuilegio Apostolico, vel immemorabili, junctà famà huius Priuilègij acquiri posse Temporalibus Dynastis Potestas, & Iurisdictio in aliquas limitatas Pèrsonas, causas, aut res Ecclesiasticas; non tamen Vniuersa, & absoluta Potestas eis competère potèrit, quia eam Pontifex, aut Concilium Generale concèdere nequeunt, quia Romanus Pontifex, vel Concilium, non est Dominus absolutus Personarum, & Iurium Ecclesiæ, quum ea sint principaliter à Christo donata; Isaque Pontifici uti eius Vicario, & non tamquam Personæ particulari collata, ut sit Fidelis eorum Dispensator, atque ideò pro suo arbitratu nequit illa alienare, vel donare, sed seruatà prudentià, & fidelitate, Petr. Surd. *cons.* 301. *num.* 53. *vol.* 3. Grammatic. *decis.* 61. *num.* 4. Zevall. *de Cognit. per Viam violent. in Proœm. cap.* 6. citans Iacobat. & Suar. Vigian. *de Immunit. Eccles. disp.* 5. *&* 6. Thomàs del Bene *de Parlam. dub.* 27. *sect.* 8. *sub sect.* 3. *& sect.* 12. *de Immun. tom.* 1. *cap.* 1. *dub.* 2. *sect.* 3. *à num.* 1. *ad* 5. vbi allegat *Can.* 7. 25. *q.* 1. in quo Zozimus Papa scripsisse fertur: *Contra Statuta Patrum concederè aliquid, vel mutare, nèc huius quidem Sedis potest Authoritas; apud Nos enim in conuulsis radicibus viuit Antiquitas, cui Decrèta Patrum sanxere rèuèrentiam* S. Gregor. *lib.* 2. *Epist.* 37. *ad Natalem Episcopum*, ibi: *Quod verò dicis nostris temporibus debere seruari, quæ à nostris Prædecessoribus tradita, vel custodita sunt, absit hoc à Me, ut ut Statuta Maiorum Consacerdotibus meis in qualibèt Ecclesia infringam, quia Mihi iniuriam facio; si Fratrum meorum Iura perturbo.* Idemque habetur *in Can. Quæ ad perpetuam, & Can. Sunt quidam* 25. *quæst.* 2. Grammat. Surd. Vigian. Covarrub. Farinac. Suarez, Zeuall. Mar. Cutèll laudati ab Antonin. Dian. *part.* 1. *Tractat.* 2. *resolut.* 2. cui addo eumdem Antonin. Dian. *part.* 11. *Tractat.* 3. *Miscellan. resolut.* 14. latè prosequentem rationem istam; Pontificem scilicèt non esse Dominum Personarum, Rerum, & Iurium Ecclesiasticorum. Vide eumdem del Benè *dict. tom.* 1. *cap.* 5. *dubit.* 12. *&* 14.

205 Nec obex sit hucusquè firmatis, Immunitatem hanc, & exemptionem à tempotali Potestate esse de Iure Diuino, Aleiat. *in cap. Cum non ab Homine, num.* 2. *de Iudic.* Covarrub. *Practicar. Q. Q. cap.*

*cap.31.num.1.* Felin. *in cap. 2. col.1. de Maior. & Obedient.* Roch. de Curte *de Consuetudin. fol.51.* Petr. Rebuff. *in Concord. Franciæ, Rubr. de Protect. Concordat.* Menchaca *de Success. Creator. lib.3.§.22.num. 59.* Iulius Clarus *in Praxi Criminali, quæst. 36.* & Moderniores alij iam supra allegati. Vndè argui posset Papam in toto, aut in parte huic Iuri derogare non posse, ut clarè constat *ex cap. Statutum, in princip. de Rescript. in 6.* Gloss. & Abb. *in cap. 2. de Maior. & Obedient.* Orosc. *in l. Non est receptum, num. 12. de Iurisdictione*, cum alijs passim in opere ad inveniendis, ergò neque valebit concedere Sæcularibus Principibus totalem, aut partialem Potestatem in Personas, aut res Ecclesiasticas; ergò neque ipsi eam acquirère poterunt quouis ex assignatis titulis. Secunda consequentia patet, & prioris euidèntia; si namquè Papa Principibus Laicis Indultum, aut Privilegium hoc concedere nequit, nullus alius Titulus eis suffragari poterit, quia immemorabilis in sententia, & opinione eis faventium æquivalet privilegio, ergò si privilegium non sufficit, neque Immemorabilis. Ergò nullus alius Titulus.

206 Non inquam obstat instantia hæc; respondemus enim, quod licèt à Iure Diuino immediatè procedat Immunitas, & Exèmptio hæc (ut fusè manet probatum) potest adhùc tolli particulariter à Papa cèrtis vtgentissimis de causis, quæ commune bonum totius Christianæ Reipublicæ, aut alicuius Règni, vel Provinciæ respiciunt; tùncque potèrit nonnullas secundi generis causas Ecclesiasticas, & cèrtum Clericorum gènus, &c. Principibus subjicère Sæcularibus ad tempus, vel in perpetuum, ac illis suam Potestatem, quæ omninò Ecclesiastica maneat delegare, tùm quia Summus Pontifex potest in aliqua parte Ius Diuinum declarare. Covarrub. *in Epitome ad IV. Decretal. 2. part. cap.6.§.9. num.4. & lib. 3. variar. cap. 6. & Practicar. Q.Q. cap. 31. sub num. 4.* & faciunt tradita à Sesse *de Inhibition. cap.8. §.3. num. 142.* Maximè, si interpretatio hæc ex causa publicæ vtilitatis fiat. Gloss. *in cap. à Nobis, de Decimis*, luculenter Sanchez *de Matrimon. lib. 8. disputat. 6. num. 5.* Sperel. *decis. 37. num. 19. & 20.* Atque individualius omnibus Laymann. *in Summa, lib. 4. Tractat. 9. cap. 10. num. 2.* Tùm, & quia illius modi delegationis incapaces non sunt. Gloss. *in Can. Valdè, 49. distinct.* & pluribus corroborat Iuribus Suarez *contra Regem Angliæ, lib. 4. part. 2. argument. 6.* Aufret. *de Potestat. Secular. in Ecclesiastic. Regul. 1. fallent. 12.* Gratus *cons. 61. numer. 22. & 23.* Chichèran. *decis. 30. numer. 16.* Thesaur. *decis. 31. num. 12.* Carol. de Grasis. *de Effect. Cleric. effect. 5. num. 372. & sequentib.* Menoch. *de Retinend. Possession. Remed. 3. numer. 35.* Pacian. *consil. 116. & 117.*

Sesse

Esse *in Epist. ad Regem præfixa, tom. 2. decis. 1. num. 46. & 100. & de Inhibit. cap. 8. §. 3. num. 152. & seqq.* Diana *part. 1. tract. 2. resol. 112.* del Bene *de Parlam. dubit. 27. sect. 8. sub sect. 3. & sect. 12. & de Immun. dict. cap. 1. dub. 2. sect. 3. num. 5. & cap. 5. dub. 12.*

207 Tùm denique, quia communis Interpretum Canonistarũ fert opinio posse Roman. Pontificem Clericos omnes vnius Regni, vel Provinciæ Sæculari Principi subjicere, Card. Zabarel. *in cap. Perpendimus, col. 7. vers. Oppono ad eamdem lecturam, de Sentent. ex commun.* quem sequitur Felin. *in cap. 2. col. 1. & cap. fin. in fine, de Maior. & Obed.* Aufrer. *de Potest. Secular. in Person. Eccles. Reg. 1. in princip.* Montalvus *in l. 25. tit. 9. p. 1. Gloss. Magna, vers. Ex quibus.* Ioan. Quintin. *in Aristocratia Christianæ Ciuit. fol. 168. in princip.* Petr. Rebuff. *in Concord. Franc. Rubr. de Protect. Concordat. in princip.* Alphonsus Alvarus Guerrero *in Specul. Summ. Pontif. cap. 36. in princip.* Borgas. *de Irregularit. p. 3. conclus. 1. num. 20 & p 6. Regul. 7. num. 3.* probantes ex Text. *in cap. Mena 2. q. 5. & cap. Illud 10 q. 3.* ubi Principibus Sæcularibus datta huiusmodi Potestas legitur. Gloss. *in cap. Clericus nullus 11. q. 1.* Gregor Lop. *in l. 13. tit. 13. par. 2.* addens de huiusmodi Potestate in Summo Pontifice residente dubitari non posse, ex Gloss. *in Can. 1. 94. dist. in Can. Clericus 11. q. 1. & in Can. Plures 16. q. 1.* Abb. *in cap. Decernimus, de Iudic. & in cap. Dilecti, de Arbitr. & in cap. Proposuit, col. 3. de Conces. Præben.* & constabit ex dicendis *eq. §.* sed prius fundamentalem rationem, cui Authores innituntur, vel innuiti possunt, addere necessarium duximus, quam multiplicèm esse comperimus.

208 I. Pontificem ex magna causa dispensare posse in Iure Diuino in aliquibus particularibus casibus. Gloss. *in cap. à Nobis, verbo, exemptum, de Decimis,* & docent plurimi sequuti à Thom. Sanch. *lib. 8. de Matrim. disp. 6. num. 5.* Rota Roman. *decis. 162. & decis. 577. num. 12. p. 5. recent. tom. 2.* Sperel. *decis. 37. nu. 22.* ubi de magis communi opinione attestatur.

209 II. Et quidem urgentior ratio èst: Papam in omni Iure Diuino, exceptis articulis Fidei dispensare posse, quam docent. Glos. Archidiacon. Innocent. & alij adducti à Martha *de Iurisdict. part. 4. Cènt. 1. cas. 62. num. 15.* Mar. Cutel. *in Cod. Polit. ad Leges Martini. Nota 36. num. 4. fol. 535. & de Immunit. Eccles. lib. 2. q. 4. num. 21.* del Bène *de Immun. dict. cap. 1. dub. 2. sect. 3. num. 6.*

210 III. Est quod potest Papa Ius Diuinum interprætari, & declarare, & declaratione, aut interpretatione illa Potestatèm istam quoad aliquos casus Principibus Sæcularibus concedère, ut plurimis relatis docet Covarr. *in Epitom. ad 4. Decretal. 2. p. cap. 6. §. 9. num. 4. & lib. 3. var. cap. 6. num. 9 & dict. cap. 31. PP. QQ. sub nu. 4. vers. 1. circa medium,* Sperel. *dict. decis. 37. num. 20.*

211 Quum ergò Pontifices Iurisdictionem istam Principibus

Sæcu-

Sæcularibus, tamquam Delegatis ſuis concedere valeant, & conceſſa reperiatur, non ipſos; ſed Pontificem Summum eis Adminiſtris exercere Poteſtatem affirmandũ èſt, quia non is, qui Iuriſdictionẽ exercet; ſed qui eam præcipit exercendam Ius dicere affirmatur, *cap. Vt Famæ 35. verſ. Cum non ipſi, de Sentent. Excommun. cap. Audientiam, de Præſcription. l. Obuenire, ff. de Verbor. ſignifi.* & faciunt tradita à Paulo Xamar *Rer. Iudicatar. defin. 53. à num. 9. vſque ad* 12. Salon. de Paz *conſ. 48. num. 13. & 14.* Soccin. *conſ. 15. num. 1. verſ. & Officialis, lib. 3.* Cancèr. *3. p. cap. 9. à num. 33. ad 36.* Thom. Miet. *in Conſtit. Catalaon. p. 2. collat. 7. cap. 5. num. 18.*

## §. X.

## An? & quali titulo Chriſtianiſſimus Galliæ Regibus Ius in Præbendas, & Dignitates ſui Regni competat?

212 FIrmatis iam, & omninò ſtabilitis generalibus Regulis, & Principijs, quibus illibatam manere incapacitatem Temporalium Principum acquirendi Iuriſdictionem, Ius, aut Poteſtatem in Perſonas, Iudicia, Præbendas, & Dignitates, Omniaque alia Bona Eccleſiaſtica; niſi Ius, & Poteſtatem iſtam à Sancta Sede Apoſtolica recipiant. Reſtat nũnc ad particulares aliquarum Provinciarum conſuetudines deſcẽdere, & inquirere: An Iure proprio, vel quo legitimo titulo apud ipſas Mores iſti vigeant?

213 Primoque diſcutere decrevi de Iure iſto, quod in Franciæ Regno in vſu eſſe mox referendi docent Authores inter quos non ſatis convenit quo nam titulo Chriſtianiſſimis ſuis Regibus illud competat: Vindiciæ namque Gallicæ à Sacra Vnctione derivari tuto affirmant, quibus ſuffragatur Corſet. *de Poteſt. Reg. quæſt. 40.* Chaſan. *in Cathalog. Glor. Mundi, p. 5. conſider. 24.* relatos à Carol. de Graſſal. ſtatim referendo, quibus addi poſſunt Laicozephali omnes Hæretici Angliæ eamdem opinionem mordicus defendentes relati à Gravina *de Catholic. Præſcript. tom. 4. p. 1. controverſ. 7. art. 7. in Appendice de Laicozephalo Primatu.*

214 Alij autem ab Immemorabili cõſuetudine à S. Sede tolerata Ius iſtud derivant. Tonduti *variar. reſolut. tom. 1. part. 2. cap. 3. §. 13. num. 9.* allegans Carol. de Tapia, Stephan. Gratian. Selvam, & Loterium, quibus addi poteſt Zevallos *Comm. opin. lib. 4. q. 799. & ſeqq.* addentes quod, eo ipſo, quod Ius iſtud ad Franciæ Reges ſpectat ex conſuetudine iſta ab ea-

eadem consuetudine Iudicium de huiusmodi Dignitatibus etiam attribuendũ esse, etiam si de Proprietate lis oriatur. Et pro opinione isti Anchar. Martam, Geminian. Bald & Anton. de Butr. adduxit Fermosin. *de Iudic. tom. 1. ad Text. in cap. 3. q. 5. num. 1.*

215 III. Sententia substinet Ius, & Potestatem in Prebendas, & Dignitates Ecclesiasticas Serenissimis illis Regibus; quia quum Ecclesia Patronis concesserit Ius Præsentationis contemplatione Beneficiorum, potuisse quoque, ac debuisse in gratiam Insignium Virorum conniuere eorumdem Beneficiorum collationibus, vel, ut Vices rependentem Protectioni, quam illi impertiuntur Ecclesiæ, & Beneficiorum ab ijs præstitorum Ecclesijs, præsertim, quum Collatio, ac Præsentatio non sint propriè res Spirituales, sed tantùm Spiritualibus connexæ, undè inferunt competere posse Ius hoc Laico Principi præcipuè, & ex concessione Ecclesiæ, vel ex permissione, & ex longa consuetudine præscripta quùm non sibi repugnet, Petrus à Marca *de Concord. Sacerd. & Imper. lib. 8. cap. 24. §. 6. pag. mihi 374.* allegans Ioan. Paris. *de Potest. Reg. & Pap. cap. 21.* à quo fundamenta desumsit nihil addens, vel detrahens, imò nulla ei objectione facta eius admittit sententiam, undè absque injuria ipsi eam adscribimus, vel Eum inter præcipuos Assecias describimus quiquidem poterat pro Se allegare Antiquos Canonistas, Geminian. *in cap. 2. de Præben. in 6.* Rot. *decis. 11. de Consuetud. in Antiquis.* Gloss. *in cap. Imperium 1. dist. cap. Dilecto 3. de Præben.* cum alijs congestis à Martha *de Iurisdict. par. 2. cap. 40. num. 1. & seqq.* & à Fermosin. *in cap. 2. q. 10. vers. Respondetur, & in cap. 3. q. 1. num. 7. & q. 5. nu. 1. extra de Iudic.*

216 IV. Denique opinio tenet Galliæ Reges ab Immemorabili possessione jũcta privilegij Apostolici famà hoc possidere Ius, haneque exercere Potestatẽ, quam ex alijs, & contra alios nervosè defendit Carol. de Grassalis *de Regal. Franc. dict. cap. 1. vers. Vel secundum alios*, ubi rejectis opinionibus Asserentium ab immemorabili hoc eis jus competere, & affirmantium à Patronatu illis provenire, suam depromit, his verbis: *Vel secundum alios, & melius Ius istud Francorum Regi competit ex Priuilegio Apostolico, cap. Hadrianus 63. dist. cap. hinc est 16. q. 1.* ubi dicit Text. *Quod sine Regali prouisione ipsius Regis Franciæ, & Monachorum electione nullus adsumatur in Abbatem illius Monasterij, Gloss. in cap. Consilia, §. Hinc etiam 17. dist. & c.* Plutesque alios in comprobationem adducit, quibus addo.

217 Lupum Abbat. Ferrarien. (apud Ann. Robert. *Rerum Iudic. lib. 3. cap. 1.* & apud Mich. Rousel. *Histor. Pontifi. Iurisd. lib. 2. cap. 6. num. 25.*) *in Epist. ad Amul. Episcop. quæ est 81. Pipinus* (inquit) *exposita necessitate huius Regni Zachariæ Rom. Pap. in Synod. cui Bonef. Martyr interfuit, eius accepit consensum, ut acerbitatẽ Temporis industria*

si.

*ſibi probatiſsimorum deſcendentibus Epiſcipis moderetur.*

218 Horum ſententiam ſequuntur Math. Boys *in add. ad Stephan.* Aufrer. *de Poteſt. Sæcul. in Eccleſ. Fallent 25. pag. mihi 276.* Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. p. 1. tit. 1. cap. 3. num. 29. in edit. Lugdun. 1641.* ubi Guillelm. Benedict. Petr. Rebuff. Petr. Greg. Renat. Chopin. Boet. Epou. & Melch. Loter in comprobationem adducit, & in *cap. Cum terra 14. num. 7. de Elect. & in cap. Cum longè, num. 2. 63. diſt. & de Iure Eccleſ. lib. 1. cap. 8. num. 74.* cui addo Card. Palæoth. *de Sacr. Conſiſtor. p. 4. q. 1. §. Secundò ſciendum in fine,* Addenduſque ei eſt Balboa *in Rclect. ad Text. in cap. Cum Eccleſia Sutrina, num. 40. in fine, de cauſ. poſſeſſ. & propr. tom. 1.* ubi Coſmam Guimier, Boer. & Guillelm. Benedict. allegat omneſque ſupra allegati unanimiter conſpirant ab Indultò Apoſtolico Chriſtianiſsimis Galliæ Regibus hoc Ius competere, nullumque alium juſtum Titulum allegare poſſe docent.

219 Aliter de hoc priuilegio ſentit Bernar. Guidonis aſſerens, quod inſpectis quã plurimis Chronicis, & geſtis Summor. Pontificũ approbatis, de Hadriano I. qui cæpit circa annum Dom. 762. ità ſcribit: *Carolus de Longobardis victoria adeptâ, totaque Italiâ ſubjugata Romam rediit, Synodumque cum Hadriano Papa, & 153. Epiſcopis, Religioſis, & Abbatibus multis conſtituit, in qua Adrianus Papa cum vniuerſa Synodo dedit Carolo Ius, & Poteſtatem eligendi Pontificem, & Sedem Apoſtolicam ordinandi, inſuper Archiepiſcopos per ſingulas Prouincias, ab eo inveſtituram accipere, diffinit, & ut niſi à Rege laudaretur, & inveſtiretur, Epiſcopos à Nemine conſecraretur, &c.* Ad litteramque refertur in *cap. Adrianus 23. 63. diſt.* vnde clarum eſſe Priuilegium hac retenta opinione inficias ire nequibunt.

220 Aſt licet Gratian. Donationem referat, & Bernard. Guidon. tali ſedulitate conquiſitam aſſerat, abſurdum eſſe hoc affirmare docet Mich. Rouſel. *Hiſt. Pontif. Iuriſd. lib. 2. cap. 9. numer. 22.* & Nos infra dicemus *Tract. 3.* ubi adnotabimus Gratian. multa ex Segeberto inconſideratè mutuatum eſſe, quin adverteret Authorem hunc parum tutum in fide, & rebus Eccleſiaſticis eſſe. Inter alia autem ex ipſo Gratiano diſcerpta eſt hic Textus, quem falſum eſſe judicat Rouſel, exquo Carolus ipſe Legem edidit, qua, ut in Dei Nomine ipſius Sancta Eccleſia ſuo liberiùs potiretur honore ad ſenſum ordini præbuit Eccleſiaſtico, ut Epiſcopi ſecundum ſtatuta Sacrorum Canonum de propria Dioeceſi per Electionem Cleri, & Populi aſſumerentur, de quo Nobis diſputare non vacat: conuenientiſsimum tamen reputauimus Iudicium adducere Doctiſsimi Viri Andreæ Duſauſſay. *in Panoplia Epiſcopali lib. 2. de Virga Epiſcop. & Baculo Paſtorali. Digreſ. de Inveſtituris aliquando à Principibus vſurpatis per annulum, & Baculum, Analect. 1. pag. mihi 109. verſic. Diſsidij huius,* ibi: *Diſsidij*

*huius*

*huius originem, ut obiter attingamus, Sigebertus in Chronico Author est Hadrianum Papam, Carolo Magno. Ius Investiturarum per annulum, & baculum conferendarum in Synodo frequentissima 153. Episcoporum una cum priuilegio designandi Pontificem, concessisse falso at id prodidisse Baron. plane cuincit ad annum Domini 1111. tom. 9. Annal. Quum nullus ante Sigebertum tàm memorabilis Indulti, de quo, & quires Caroli per singulos annos gestas, exactius recensuere, plane conticuerunt. Et merito quidem; qui enim fieri potest, ut tàm exorbitans, ac Ecclesiæ exosum priuilegium Carolo Magno Hadrianus Papa contulerit? Cum ipsas Investituras, seu Episcoporum per Potestatem Secularem Electiones, ac Designationes fuisse constet prohibitas sub ipso Hadriano Pontifice in VII. Concilio Gen. Can. 3. quo decreuit Æcumenica Synodus, ut Omnis Electio Episcoporum, aut Sacerdotum quorum cumque à Principibus facta irrita maneret, sequenti sæculo idem in VIII. Concilio Generali Legere est constitutum. Actione siquidem 10. sancitum est ne à Principibus, vel eorum fauore eligerentur Episcopi, Ne ipsi Antistites indecentia obsequia Magistratibus exiberent, &c.* eique addendus est Henric. Spondan. *in Epitom. Baronij, tom. 2. anno Christi 774. §. 4.* Iacob. Gretser à Soc. Iesu *in Apologia pro Baronio, cap. 1. & contra Replicat. lib. 2. cap. 1. & 2.* En vbi Galli ipsi Donationem istam commenticiam iudicant. Vnde illi insistire ridiculum sane est, & à sana mente alienum. Ad alias ergò opiniones Nos conuertentes.

221 Siue à Zacharia, siue ab alio Summo Pontifice, sit, ut ius hoc legitimè possideant concessionem Apostolicam, vel eius Famam iuncta immemorabili possessione allegare necesse est, nam, quũ Serenissimi Francorum Reges, ità merè sint Laici reputandi, ac alij Principes, ut ipsi fatentur DD. Galli omnes hucusque firmatas Generales Regulas in Eos militare perspicuum est, & consequenter eandem habere incapacitatem, ac illos dubitari non poterit, quæ remoueri absque Indulto Apostolico non potest.

222 Inter tot Grauissimorũ scribentium opinandi diuersitates Labyrinthum sicco pede ingredi nefas erit, filumque ideo, seu Clauum aliquem in vestibulo figamus, quo Duce tutum appellere portum possimus.

223 Prænotandum ergò est, quod Spirituales res simpliciter appellatæ, ab Spiritu denominationem accipiunt. Spiritus autem dicitur ab eo, quod est spirare Brechær. *in l. Qui mortui, ff. de verbor. Signific.* idest: *Halitum mittere.* Theatr. Vitæ Hum. *litter. S. pag.* 305. Nam Spiritus Vitalis, est veluti flamula quædam è sanguine enata calorem Vitalem reliquis ministrans membris, cuius Vehiculum sunt Arteriæ. Ioan. Kalvin. *in Lexic. Iur. litter. S. pag.* 863. *col. 2. in fine.* & quia hic Spiritus, est quid incorporeum, & inuisibile, *Luc.* 24. 39. *Palpate, & videte, quia Spiritus carnem, & ossa non habet, sicut Me videtis habere,* id eò, per hoc nomen Spirituale, quæ incorporea, & inuisibilia sunt sig-

nifi

ſignificantur, ut Angelus, Anima rationalis, & ſimilia, D. Felician. de la Vega, ad Text. *in cap. Quanto 3. num. 37. de Iudic.* ubi indiuiduaſiter loquitur, generaliuſque Fermoſin. *in cap. Licèt ex ſuſcepto, q. 8. num. 4. eod. tit.* Hæc autem Spiritualia, aut ſunt procedentia ab Spiritu creato, veluti ſcientia, quę inuiſibilis eſt, & infunditur in anima, aliæque, virtutes acquiſitæ ſtudio, & labore Hominis, ſimiliter obligationes, quibus Homines inter ſe diuerſi modè conſtringuntur; actiones, quæ ex ipſius obligationibus producuntur, ſeruitutes, & alia ſimilia, quæ omnia non ſpectant ad noſtrum propoſitum, nec materiam. Aut verò procedunt ab Spiritu Increato, & hæc proprie Spiritualia dicuntur, qualia ſunt omnia Dona Spiritus Sancti Gratiâ gratum facientis, cui ſemper illa appropriantur, quãquam alij Santiſsimæ Trinitatis Perſonis omnia hæc cõmunia eſſe reputẽt; quia Spiritus Sãctus eſt velut Amor Patris, & Filij, & per modũ amoris procedit ſuũ pignus varia Dona communicando, *Theatr. Vit. Hum. litter. S. pag. 307. col. 1.* & Virtutes Infuſæ, quæ Supernaturaliter à nobis acquiruntur, & reliqua omnia, quæ ad ſalutem Animarum noſtrarum Supernaturaliter ſunt inſtituta Spiritualia rectè dicuntur, ut explicant Nauarr. *in Rubr. de Iudic. num. 25. & in Manual. cap. 23. num. 99.* & Couarruv. *in cap. Alma Mater 24. de Sentent. Excommunic. in 6. 1. p. §. 4 num 2.* & ex eis D Felician. de la Vega *in dict. cap. Quanto, num. 38.* cui addo eumdem Nauarr. *in cap. Nouit. de Iudic. notab. 6. num. 105.* Balboa *in cap. Cum ſit generale, na. 4. de For. Comp.* fuſe Azeved. *in l. 10. tit. 1. lib. 4. Recop. n. 43.* Fermoſin. *dict. q. 8. num. 5.*

224 Et hæc, vel per eſſentiam Spiritualia ſunt, ut Dona ipſa Spiritus Sancti, & Gratia, qua reddimur Amici Dei de qua loquitur Apoſtol. *ad Epheſ. 1. & ad Rom. 3.* & S. Thom. *1. 2. q. 11. art. 1. & 4.* & ipſius Sancti Spiritus fructus, relati ab Apoſt. *5. ad Galat. 12.* & à Laur. Beyerlinch. *in Theat. Vit. Hum. litt. S. dict. col. 1. in fine.*

225 Aut Spiritualia ſunt per cauſam, veluti Sacramenta Nouæ Legis, quæ producunt gratiam ex opere operato, ut habetur in Concil. Trid. *Seſſ. 7. cap. 7.* ubi expreſſe dicitur, & in eius Collect. Barb. *nu. 10.* in comprobationem, & exornationem adducit Sayr. Coninch. Bonacin. Fernand. Fagun. Bellarm. Torreblanc. Hurtado, & Marchin. S. Thom. *3. par. q. 62. art. 1.* & Couarr. *in 4. 2. p. cap. 1. §. Vnic. num. 3.* & reprobat Gloſſ. *in cap. Quidquid 101. 1. q. 1. in verb. Conſultatione, & in dict. cap. Alma Mater, verb. Sacramentis, de Sent. Excomm. in 6.* quatenus dixerunt, quod Matrimonium non confert gratiam ex opere operato; nam, quum vnum ex Nouæ Legis Sacramentum ſit, neceſſario illam producit ex dictis, & docet Felician. de la Vega *dict. num. 38. verſ. Vel per Cauſam*, quibus addo, poſt Decretum Tridentini omninò rejiciendam eſſe opinionem Gloſſ. quũ enim generale ſit, omnia Sa-

cramẽta sub eius dispositione cõprehẽdit, nam omniũ generaliter mẽtionẽ faciens singulare tulisse, quoad comprehẽsionem dicendũ est: arg. Tex. *in l. si Chorus, ff. de Leg. 3. l. si Duo, ff. de Admin. Tut.* Gonç. *in Reg. 8. Chac. gl. 8. in prin. n. 22.* Surd. *cons. 2. num. 44. & cons. 350.* Steph. Gratian. *discept. Foren. tom. 4. cap. 656. num. 30. & cap. 766. num. 11.*

226 Præterea etiam, vel sunt Spiritualia per effectũ, veluti Donũ Prophetiæ, aut Gratia miraculorum, ut explicat D. Thom. 2. 2. *q. 10. art. 3.* & Nauarr. *in d. cap. 23. n. 100. vers. Tertiò*, vel Donum orationis, prædicationis, & similia, Nosq; infra latiùs alibi dicemus.

227 Alia autem licèt non sint propriè Spiritualia, eorum tamen adinstar habentur; quia annexa eis sunt, vel connexa, idest eis cohærentia, *l. 11. C. Arbitriũ Tutelæ*, quæ eiusdem reputãtur naturæ, quoad omnes juris effectus, nihil enim poterit fieri contra eis connexa, quod nõ lędat Spiritualia. Sigism. Scacc. *de Appell. q. 17. limi. 21. n. 26.* ptiusque probauerat Anchar. *cons. 160. n. 2.* Aym. Crau. *cons. 275. n. 4. & 5. & cons. 461. n. 50. & cons. 936. n. 27. & seqq.* Surd. *decis. 199. n. 13.* nam eo ipso, quod annectuntur, vniuocantur, indiuiduaque fiunt. Idem Scacc. *de Iudic. lib. 2. cap. 11. n. 307.* huiusmodi autem annexio, aut fit antecedenter, aut cõsequẽter. Dicitur autem fieri antecedẽter in his, quæ ordinantur, aut prę-supponũtur ad Spiritualia, ut sunt Altaria, Calices, aut Ornamenta Ecclesiæ, quæ antecedunt Sacramentorum administrationi, & Diuinorum Officiorum celebrationi, ut optimè explicat D. Felician. de la Vega *dict. num. 38.*

228 Et tandem consequenter fieri dicitur annexio in his rebus, quæ ab Spiritualibus dependent, ut Electio Ecclesiastica, *cap. Masana, cap. Sacrosancta, de Elect.* Decimę *cap. Tua, de Decim.* Vsurę, & Ius Patronatus, Glos. & DD. *in cap. Litteras, de Iuram. Calumnia*, Rebuff. *in Tractat. in quibus Iudex Sæcularis cognoscit in Spiritual. a nu. 37. ad 51.* Fermosin. *in dict. cap. Licèt ex suscepto 10. q. 8. num. 4. de For. comp.* Beneficia Ecclesiastica, Primitiæ, & Oblationes, quæ in funeribus Defunctorum offeruntur, & omnia præsupponentia Ordinem Clericalem, quæque procedunt, vel à Potestate Ordinis, seu Iurisdictionis Spiritualis, ut constat ex D. Thom. *d. q. 100. art. 4.* & ex Nauarr. *dict. cap. 23. num. 101.* & Soto *lib. 9. de Iust. & Iur. q. 7. art. 1.* & ex his, quæ latè tradunt Scribentes *in cap. Consulere 38. de Simonia*, & Tybet. Decian. *tom. 1. tract. Criminal. lib. 5. cap. 79.* Redoan. *de Simonia, 3. part. q. 13.* Hugolin. *eod. tractat. Tabul. 1. cap. 33.* Lessius *de Iustit. & Iur. lib. 2. cap. 35.* Suarez 1. *tom. de Relig. lib. 4. de Simonia, cap. 9.* & ex eis D. Felician. de la Vega *in Relect. ad cap. Quanto, num. 39. de Iudic.*

229 His ergò sic generaliter præmissis dicendum, quod Ius Patronatus antecedenter annexum rebus Spiritualibus dicitur, præordinatur etenim ad Præsentationem Ministrorum Dei, quibus Diuinus augetur Cultus, ut com-

mu-

muniter explicant DD. ſuperius allegati, quibus addo Tiraquel. *in Tractat. Res inter alios acta, pag.* 8. Azor *Inſtit. Moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 19. *q.* 2. Suar. *de Relig. tom.* 1. *lib.* 4. *de Simon. cap.* 14. *num.* 21. Iulian. Vivian. *de Iur. Patron. p.* 1. *lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 4. & mihi probatur ex Text. *in cap. Quanto* 3. *de Iudic.* ubi ſignificatur ipſam connexionem non ſimpliciter, & quoquo fieri modo, ſed ſpeciali, & peculiari quadam forma, quia particula illa, quæ habetur in eius littera, ibi: *Ita conjuncta es*, plurimum ſignificat, ut conſtat *ex cap. Si pro debilitate* 3. *verſ. Niſi cauſæ ità graues de Offi. Deleg. & ex cap.* 2. *de Elect. & ex §.* 1. *Inſtit. Per quas Perſonas nob. acquir.* D. Felician. de la Vega *in dict. cap.* 3. *num.* 4. cui addi poſſunt Vulpel. Steph. Gratian. Anton. Monach. Rebuff. & alij apud Barboſ. *Dict.* 179. *num.* 1. *& ſeqq.* docentes omnimodam ſimilitudinem importare dictionem illam, quod in Iure Patronatus, docet ipſe Barb. *clauſul.* 38. *num.* 6. addendique etiam ſunt Text. *in cap. de Iure* 16. *de Iur. Patronatus. Can. Si quis* 7. *verſ. Quiſquis* 1. *q.* 3. corroborandi argumento Text. *in cap. vlt. verſ. Si tamen de Clerico excom. cap. Conſtitutis* 23. *de Appell.* S. Thom. 2. 2. *q.* 100. *art.* 4. *in corpor. verſ. Quædam.* D. D. Franc. Ramos del Mançano à Conſilijs Iuſtitiæ, & Conſcientiæ Catholicæ Maieſtatis *in Supplici Libello ad Sanctiſſ. Alex. VII. pro Epiſcopatib. Portugal. propoſi.* 3. *§.* 1. *num.* 29.

229 Rationeque probatur, nam in quacumque eius erectione, ſeu creatione requiritur expreſſa licentia proprij Epiſcopi, ut ex Roch. de Curte, Calderin. Hoſtienſ. Lambertin. & Rot. Romana, docet Ferentil. *in Annot. ad Buratt. deciſ.* 1. *litt. D.* aliàs eſt nulla Iul. Vivian. *de Iur. Patron. l.* 4. *cap.* 4. *per tot. & præcipuè num.* 74. Rota coram Duran. *deciſ.* 463. *num.* 1. non ſecùs ac ipſa Beneficia Eccleſiaſtica. Gloſſ. verb. *Si Beneficiorum, ad finem, in Clem.* 2. *de Decim.* ubi Barboſ. *num.* 4. Guido Pap. *deciſ.* 187. *per tot.* Filluc. *de Beneſi. cap.* 1. *num.* 15. *verſ. Secundò differt.* Valençuel. Velazq. *conſ.* 188. *num.* 16. *ad* 22. *tom.* 2. Rota apud Burat. *deciſ.* 224. Duran. *deciſ.* 418. *num.* 6. *tom.* 2. Caual. *deciſ.* 640. *num.* 5. Farin. *deciſ.* 788. *tom.* 1. Poſthumar. Carol. Maranta *Reſp.* 89. *num.* 19. *tom.* 3. Quintana Dueñas. *Tractat.* 6. *ſingular. Moral.* 20. *numer.* 1.

230 Ad Quæſtionemque proprius accedendo, ulterius ſciendum eſt, quod Gallia primos habuit Epiſcopos ab Apoſtolis, vel eorum Diſcipulis miſſos, & à mox adducendis, relatos, ſed ubi iſtorum, & Succeſſorum prædicationibus actus eſt fidelium numerus, electiones plerumque factæ ſunt, tàm à Clero, quàm à Plebe. Ado. Vienenſ. *Ætat.* 6. *ad Ann.* 100. *Vetus Chronic. Brittan.* Gerg. Turon. *lib.* 4. *de Glor. Confeſſor. & lib.* 1. *Hiſtor. cap.* 30. & ex eis Michaël. Rouſel. *Hiſtor. Pontiſ. Iuriſdict. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 21. ubi ex Sydonio Apollinar. *lib.* 4. *Epiſtol.* 25. refert Sanct. Patientem, & Sanct. Eufronium

consilio aliorum Episcoporum, spreto turbæ furentis impetu, Sanct. Ioannem in Episcopum Cabillonésem ordinasse, moxque subdit *num.* 22. *Atque hi fuerunt Electionum in prima Ecclesia modi, siue à Clero, Populoque, siue ab Episcopis solis, ut prior tamen frequentior, & validior fuerit, è qua etiam demum Reges, & Principes constituendorum Antistitum, authoritatem sibi arrogauerunt, quasi Lege Regia, quâ Populi jura ad illos transtulit.* Quibus manifestè aperuit verbis Reges tyrannice jus hoc usurpasse. I. nam id præ sefert verbum *Adrogauerunt*, quo usus est: argument. Text. 46. *distinct. in principio*, & comprobat ipsum probationis suppositum, Populum videlicèt aliquando hoc Ius habuisse, potuisseque illud Lege Regia in Principem transferre, quod omnè jam supra contriuimus. Vndè parui pensa ratione hac, dicendum est, quod.

231 Illis primis Galliæ Episcopis ab Apostolis missis vitâ functis, Ius hoc ad Petri Legitimos Successores deuolutum est; at quum Ipsi, Vniuersaque Ecclesia tot persecutionibus, ubique opprimerentur, temporibus se accomodando, vel benignè, voluntatiçquè Ius hoc elargiebantur ad alliciendos Principum, & Hominum animos ad fidem, vel aliquando tyrannicè ipsis ablatum est hoc Ius, & Præeminentia eligendi, & confirmandi Episcopos, sibi ab Apostolorum tempore competens, Papæ ipsi primis Prouinciarum Episcopis, Patriarchis videlicèt, Primatibus, & Metropolitis, & Cleto respectiuè concesserunt, quorum Confirmatione Legitime ad Episcopatus electi admittebantur, nulla Sanct. Sedis approbatione spectata, ut ex Sanctis Leone, Liberato, Nicephoro, Zonara, VI. Synodo, Landulpho Saga, Tertullian. Concil. Nicæno, & Ephesino, docet Michaël. Mancler. *dict. cap.* 12. *col.* 424. *& tribus sequentib.* cui addo eumdem Michael. Rousel. *Histor. Pontif. Iurisdict. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 21. *pag.* 153. allegantem Albert. Stadens. *ad Annum* 833. 845. 865. 898. 1006. 1013. 1019. 1022. *&* 1043. Lambert. Schaf. Nabugens. *ad Ann.* 980. Adam. *Histor. Eccles. cap.* 71. *&* 118. Ditmar. *lib.* 6. quibus omnibus addo Ann. Robert. *Rer. Iudic. lib.* 3. *cap.* 1. plura congerentem exempla.

232 Hucusque dicta comprobamus corroboramusque ex Christ. Lupo *tom.* 2. *in Concil. General. pag.* 1357. *vers. Gothi.* Docente, quod Gothi, Vvandali, Burgundi, Franci, Northmani, Angli, alijque Romanæ Reipublicæ Dilaceratores Barbari, quo omnem in vasæ à se Ditionis, etiam cum Populo Clerum sibi firmiter deuincerent, Ecclesiasticas possessiones in sua transcripserunt Beneficia, earumdem Episcopali Sede vacante statuerunt se Custodes, & Protectores, de ipsis nouos Episcopos, quasi de suis feudis investierunt, hotũque Canonicas Electiones, aut extinxerunt, ac verterunt in suas

Nomi-

Nominationes, aut ſanè à ſuo arbitrio fecerunt pendulas, utpotè ſine ſua præuia licentia non faciendas, & iam factas ſuo ſuffragio confirmandas. Vndè tyrannicè jus hoc à S. Sede uſurpatum eſſe conſtat, & legitimè ſequitur, probantque Petr. Greg. *Syntagm. Iur. p. 2. lib. 15. cap. 12. à num. 7. per plures ſeqq.* Barboſ. *de Poteſtat. Epiſcop. part. 1. tit. 1. cap. 3. num. 3. & ſeqq.*

233 Ex quibus omnibus ſic prænotatis, à cementiſque effoſis, Noſtra fert opinio, Potentiſsimos iſtos Reges, partim ab vſurpatione, nuper expoſita, partimque ab Apoſtolica Indulgentia ad Electionem Prælatorum admiſſos eſſe; nam, quum Veteres illi Patres teſtimonia integritatis, vitæ, morum, & ſcientiæ ad tantum faſtigium evehendorum undique exquirerent, ut iam dixi, & colligitur ex Tertulliano *cap. 39. Apolog.* dicente: *Præſunt probati quique Seniores, honorem iſtum, non pretio, ſed teſtimonio adepti, &c.* Novelloque in fide Populo probatiſsimum undique, & ſibi placentem Paſtorem præficere vellent, eius Conſultivum ſuffragium exquirere cœperunt, ut delectum à Se magis diligeret Populus. Sanct. Leo *Epiſt. 87. aliàs 89.* & ex eo Cardin. Bellarmin. *dict. lib. 1. cap. 2. verſ. Reſpondeo eam rationem*, cui addo Text. *in Can. Si fortè 36. 63. diſt.* ibi: *Ne Ciuitas Epiſcopum non optatum, ac contemnat, aut oderit, &c.* à Rege que laudatur, ut Regiam ſemper haberet contra quamcumque invaſionem, Protectionem, & auxilium, ut notat Marca *dict. lib. 8. cap. 9. §. 4.* De Aſſenſuque iſto Regio exquirēdo in Electionibus Epiſcoporum in veterato Eccleſiæ more, ſeu lure ab ea recepto, ſunt apertiſsimi Text. *in Can. Quia igitur 9. Can. Principali 15. Can. Reatina 16. Can. Lectis 18. Can. Cum longe 25. 63. diſt. cap. cum Terra 14. in fine, cap. Cum inter 18. cap. Innotuit 20. cap. Quod ſicut 28. de Elect. cap. Nobis 25. de Iur. Patronat.* & ex Iure Regio, *l. 2. tit. 6. & l. 3. tit. 3. lib. 1. Ordinam. l. 18. tit. 5. & l. 1. in fine, tit. 15. part. 1.* & approbatum hùnc morem eſſe à Gregor. VII. Ioanne VIII. Innocēt. III. Ivocarnotēſi Sanct. Bernardo, & alijs probat D. D. Franciſc. Ram. del Mançan. *in præallegato Libello, propoſi. 1. num. 1. & propoſit. 2. num. 11. & propoſ. 4. §. 6.* ubi propè in numeros adducit Authores.

234 Aliam etiam conſiderauit Marca *dict. §. 4.* non incongruam rationem: Quod videlicèt à Conſilijs Regis Epiſcopi quum ſint, æquum & congruum Conſilijs viſum fuit, ut non incognitus Regi eius præficeretur Conſilijs, & Reip. adminiſtrationi, vndè Martha *de Iuriſdict. 2. par. cap. 40. num. 27.* ex Ign. & Petro à S. Blaſio docet, poſſe Regem non admittere in ſuo Regno Prælatum ſibi ſuſpectum, adde Fermoſin. *in cap. 3. quæſt. 5. num. 7.* ſubdentem ex eis, ideò Principibus privilegia hæc Præſentandi, & Nominandi Prælatos à S. Sede Apoſtolica cōceſſa eſſe. Text. *in Extrauag. ſuper Gentes, de Conſuetud. inter Communes*, ubi Barboſ. *num. 3. & de Poteſt.*

*Episcop. p. 3. allegat. 50. num. 234. & de Iure Eccles. lib. 1. cap. 5. num. 14.* & præ omnibus luculentissimè Illustriss. D. D. Francisc. Ramos *in præallegato Supplici Libello, propos. 2. num. 9. & 10.* Hàc verò Indulgentia Pontificum, in vsurpationem totius Iuris Spiritualis abeunte, omne jus, & absolutam Potestatem in Episcopatus, Præbendas, & Dignitates sibi Principes adrogarunt exemplo Romanorum Imperatorum, qui omne hoc jus tyrannicè, violenterq; possederunt, ut fatetur Ipse Marca *d. cap. 9. §. 6.* & Nos alibi latius.

235 Ad opiniones ergò nos convertentes eas singillatim sugillandas esse censemus. I. què ex eo quod reliquis omnibus opponitur suppositio, eorum enim omnes Assertæ fatentur Regem Laicum omnino esse, nullamque considerationem Vnctionis ad hoc jus faciunt, undè quācumque Spiritualitatē ab Eorum Persona excludunt, quumque hoc sit præcipuum, peculiareque ipsorum fundamentum, à nobisque ex hucusque dictis, & ex contraria Gallorum sententiā enervatum maneat, Corruere opinionem hanc nemò non videt, eique diutius immorari otiosum iudicaui.

236 Ad secundā autem dupliciter respondemus. I. non sufficere immemorabilē à S. Sede, toleratā sed requiri expressam Concessionem, ut latè supra probaui, latiusque rūr sus fundabo cōtra aliquos, ex Nostratibus *§. proximè seqq.* Nūncque adduco Hier. Zevall. *Comm. opin. lib. 4. q. 999. num. 1002.* Fermosin. *dict. q. 5. num. 5.* ubi rationem reddit, quod videlicèt præsumatur illos Papam tolerare, ut maiora vitet mala, nullamque tacitam induci dispensationem datta Iuris contradictione, *cap. Cum sanè dudum, de Præb.* & ibi Gloss. Dian. *part. 3. resolut. 63. tract. 1.*

237 II. autem respondemus supponere falsum hanc opinionem, numquam quippè S. Sedes hanc possessionem tolerauit, sed intolerabilem semper eā ita existimauit, ut nullum fuerit sæculum, quo Romani Pontifices Ius hoc usurpatum à Gallis non protestati fuerint, & Sibi recuperare non inhiauerint; nota de hinc est Philippi Pulchri cum Bonifacio VIII. discordia usque ad convitia erumpens, quæ alto silentio immergi oporteret, utpotè tantis Principibus indigna, cuius origo fuit, quod Bonifacius Ius hoc ad Regem pertinere negabat, ècontra verò Rex proprio jure jus istud sibi competere contendebat, ut patet ex Epist. relata ab Aufrer. *in Repet. Clem. 1. de Offic. Ordinarij, quæst. 3. pag. mihi 70.* ibi: *Bonifacius Episcopus Seruus Seruorum Dei Philippo Francorum Regi: Deum time, & mandata eius obserua. Scire Te volumus, quod in Spiritualibus, & Temporalibus Nobis subes. Beneficiorum, & Prabendarum ad Te Collatio nulla spectat, & si aliquorum vacantium custodiam habeas, fructus eorum Successoribus reserues, & si quæ contuleris, Collationes tales irritas decernimus, & quantum de facto processerunt, reuocamus: aliud credentes Hæ-*

reti

*reticos reputamus. Dat. Later. &c.* Arguant ex ea Galli tolerantiam S. Sedis. Responsum Regis addere noluimus, quia indignũ Christiano Principe illud judicauimus. meminit Rousel mox referendus, & dissertatione, atque enarratione controversiã hanc refert Petr. à Marca *de Concord. Sacerd. & Imp. tom. 1. lib. 4. cap. 16. per tot.* qui quamuis à principio protestatus sit, nullius (Papæ, scilicèt, aut Regis) sugillare famam velle, semper tamen Philippum, & Gallos tuetur, eorumque ad futurum Concilium damnatam Appellationem approbat, atque Libellos famosos in Bonifacium à Regijs Ministris publico conventui oblatos refert, quorum Capitula falsa esse alibi probabo. Non Me latet aliquos eruditos Epistolas istas, nõ Veras, sed confictas existimasse Gretser. *de Munificen. Princip. in Sedem Apostol. cap. 56.* Paul. Æmil. *Annal. Franc. lib. 8.* Andræas Victorel. *in Addition. ad Ciaconium in Bonifacio VIII. col. 818. vers. De litteris mitius*, existimantes non Pontificiam, & Regiam Maiestatem, sed iratæ mulieris ex Plebe, ingenium eas prodere. Quidquid sit de litteris, de Dissidio, & eius causa, in eis expressa omnes conveniunt, addoque Oddoricũ Raynaldum *in Continuatione Baron. tom. 14. Annal. Anno Christi 1303.*

238 Et licèt aliqualiter sedata fuerit Contentio, Bonifacij morte, numquam tamen absque Concertatione jus hoc possederunt Galliæ Reges, ut latè refert Mich. Rousel. *Histor. Pontifi. Iurisd. lib. 2. cap. 6. à num. 1. usque ad 13.* ubi ait: *Sic volentibus Pontificibus Summis solidam Dignitatum Ecclesiasticarum dispositionem ad Se pertinere, nostris econtra Ecclesiasticis electiones asserentibus, eisque facilè assentientibus Regibus: hos proinde ab illis sejungi placuit, concessa tandem in perpetuum Nominatione. Francisco nempè I. à Leone X. ut confirmationem absolutam cum Iure Annatarum Pontifex haberet per concordata inter eos.*

239 Ex quibus liquet, quod quidquid de alijs sæculis sit, nũnc Galliæ Reges à Concessione Apostolica jus hoc habere constat, supervacaneaque iam disputationes istas esse, solumque ad perturbandos animos Principum suscitatas, & ansam præbendam infestissimis Ecclesiæ hostibus, ut insomnia, & deliramenta sua Catholicorũ assertionibus vera esse suadere valeant.

240 Ad III. verò respondemus I. quod, quum sæpius probauerim non sufficere tolerantiam, seu conniuentiam S. Sedis, ut Laici legitimè Ius hoc Spirituale possideant, minus proderit conjectura hæc ab istius opinionis Sequacibus deducta, eo videlicèt, quod Ius Patronatus, & Præsentationis S. Sedes Apostolica Regibus concesserit, Collationem quoque ipsis denasse, præsumendum est, quia, nedum necessario, sed nec legitimè sequitur, ut ex mox dicendis constabit, attendendaque ideò minimè est tolerantia illa ad tradita à Rot. Romana *decis. 600. sub n. 2. p. 4. Recent.* Alex. Sperel. *decis. 5. n. 3. in fine, tom. 1.*

II. au-

241 II. autem respondeò etiam supponere falsum illius opiniones Assectas affirmando Collationis, & Præsentationis Beneficiorum Laicos esse capaces, ex quo ipsa non sunt quid Spirituale, sed Spiritualibus connexa per antecedentiam, quorum Capaces efficit Laicos, nam Collatio Beneficij, & Institutio Præsentati sunt res Spirituales, earumque ideò Laici sunt incapaces Navarr. *cons. 27. tit. de Præben. num. 2.* eique addi possunt Butrius, Ioan. Andr. Rippa, Mantua, & Goffredus, relati à Fermosino ad Text. *in cap. Quanto, q. 1. num. 1. & 2. extra de Iudic. tom. 1.* eique individualius loquentem addo Iulian. Vivian. *de Iur. Patronat. lib. 1. cap. 3. num. 11.* Petr. Franc. Tondut. *QQ. & Resol. Benefic. part. 3. cap. 193. num. 7. & 8.* Istisque super addi potest Ignac. Lop. de Salçedo, in Addit. ad Bernard. Diaz *in Pract. Canonica, cap. 51.* differentiam constituens inter Præsentationem Laicis permissam, & Collationem illis prohibitam, ex qua quidem differentia infert Bernard. Diaz *dict. cap. 51.* pœnis afficiendos Clericos recipientes, siue vendicantes Beneficia Ecclesiastica de manu Potestatis Laicæ, suntque Text. *in cap. Præterea 4. & in cap. Relatum 21.* ubi Barbos. *num. 2. de Iur. Patron.* Concil. Trident. *Sess. 14. de Reformat. cap. 13.* adnectendique pro hac differentia Balboa *in cap. 7. de Præscript. num. 37. & seqq.* Antonin. Dian. *Resolut. Moral. p. 3. tract. 1. resolut. 63.* & ex eis Fermosin. *in dict. cap. 1. q. 1. num. 7. extra de Iudic. & cap. 3. q. 5. num. 2.* ubi ex Zevall. & March. latè hanc probat incapacitatem in Principibus Laicis, *& num. 3.* ex Balboa *in cap. 2. num. 148. de Iudic.* docet Regibus Franciæ hoc Collationum jus ex Apostolica competere concessione.

242 Et quamvis connexæ Spiritualibus tantùm essent adhùc Laici manerent incapaces, quia regùlare est; Quod connexa, siue conjuncta juxta naturam iudicentur earum rerum, quibus conjunguntur, ut probatur *in cap. Translato 3. de Constitut. cap. Præterea, de Offic. Deleg. l. 3. §. Iudicio contrario, ff. de Contrar. Act. Tutel. l. Proinde, ff. ad l. Aquil.* cum propè innumeris Authoribus adductis à Barbos. *Axiom. 51. num. 1. & clauſ. Vſufreq. 38. n. 4. & DD. in l. Quæ Religiosis 44. ff. de Rei vindic.* juncta Gloss. ibi, verb. *Dolum, in fine, ff. Depositi, & in cap. fin. de Institution.* ita tamen efficacem effectum operatur annexio, quod unum ab altero, vel diuidi, vel separari non possit, quia vtriusque eadem manet ratio, & dispositio, ut *in l. Cum actum 18. §. Planè, ff. de Negot. gest. in l. Etiam 30. §. 1. ff. de Minor. & in cap. 3. de Donat. inter Vir. & Vxor. & in cap. Sacris 12. de Sepultur.* Hincque cõmuniter docent DD. connexa esse, quæ diversitate factorum separationem non recipiunt. Dec. *in cap. Si Duobus, nu. 19. de Appellat. & cons. 33. n. 2.* Boex. *decis. 73. num. 4. & seqq.* Patis. *cons. 66. num. 13. & seqq. vol. 1.* Marchesan. *de Commis. p. 1. cap. 5. num. 90.* Barbos. *dict. clauſ. 38. num. 3.* Vnde plerumque accidit, ut quæ tantùm

tùm Spiritualibus annexa ſunt, ſub Spiritualium nomine comprehendantur, ut conſtat *ex cap. Dilecto* 22. *verſ. Procurator, de Præb. & Dignit. & in cap. Tua* 23. *in princip. de Decim.* & alibi paſsim, docetque optimè D. Felician. de la Vega, Pacenc. Epiſcop. *in ſolemni Relect. ad Text. in cap. Quanto* 3. *de Iudic. num.* 41. *&* 42.

243 Hinc duo inferre licèt. I. Admiſſo (prout ab omnibus admitti debet) Collationem Beneficiorum, & Præbendarum Eccleſiaſticarum Iuri Spirituali accenſendam eſſe, nullatenus Laicis, cuiuſcumque ſint Dignitatis, cõpetere poſſe, etiam ratione Fundationis, vel cuiuſvis alterius clauſulæ in Eccleſiarum Conſtructionis limine adhibitæ, *cap. Cauſam quæ, de Præſcription. in* 6. *cap. Sacroſancta, & cap. Maſana, de Election.* Loter. *de Re Beneſi. lib.* 2. *q.* 9. *num.* 4. Barboſ. *de Iure Eccleſi. Vniverſ. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 26. Adeòque huius Iuris incapaces exiſtunt omnes Laici, ut neque ex conditione in limine Fundationis appoſita de conſenſu Ordinarij Ius hoc competere illis poſſit. Lambertin. *de Iur. Patronat.* 1. *p. lib.* 2. *quæſt.* 9. *art.* 2. *num.* 70. 96. *&* 105. Coſm. Guimier. *in Pragmat. Sanction. tit. de Annatis, §. Item quod dicta verba Regalia, num.* 97. Garcia *de Beneſi. p.* 1. *cap.* 2. *num.* 35. allegans Abb. Felin. Seluam, Probum, Palac. Rub. Rotam Romanam, & alios. Neque ſufficere Immemorabilem conſuetudinem ad Incapacitatem iſtam tollendam, ſoloque Indulto Apoſtolico removeri poſſe, docent Felin. *in cap. Cum adeo, num.* 2. *de Reſcript.* Staphilæ *de Litteris Gratiæ Form. Expect. num.* 24. Rippa *in cap.* 2. *de Iudic. num.* 129. *&* 134. Probus *ad Monach. in cap. Nullus, de Tempor. Ordinis in* 6. *num.* 11. & cum eis, Selua, Rebuff. Corraſ. Petr. Gregor. Lambertino, Gigante, Aymon, Capra, Mandoſio, Franciſc. Marco, Flaminio Pariſio, Hieron. Gonçalez, Moneta, Franc. Leon, Iſidoro Moſcon. Tuſcho, & Villar. Garcia *dict. cap.* 2. *num.* 28. & paſsim dicimus in hac Quæſtione.

244 Huius autem ratio eſt quia Immemorabilis non ſuffragatur, quoties vſurpationem adfuiſſe, apparet, vel præſumitur, ſi præcipuè vſurpatio illa prætextu Indulti Apoſtolici fiat, ut multoties à Rota deciſum eſſe atteſtatur Hieron. Gonçalez *in Regul.* 8. *Chancellar. gloſſ.* 18. *num.* 48. Piaſec. *in Praxi, part.* 2. *cap.* 6. *num.* 7. *verſ. Non tamen*, Mantic. *deciſ.* 318. *num.* 1. Rota *deciſ.* 548. *num.* 2. *p.* 2. *Recent.* Barboſ. *de Poteſtat. Epiſcop. p.* 3. *allegat.* 72. *num.* 67. *& in Collect. ad Concil. Tridentin. Seſſ.* 25. *cap.* 9. *num.* 16. Quod autem vſurpatio hæc præſumatur in Principibus Temporalibus, atque omnibus alijs Dynaſtis Temporalem Iuriſdictionem habentibus expreſſe decreuit Concil. Tridentin. *dict. Seſſ.* 25. *de Reform. cap.* 9. & ante illud Anton. de Butr. *in cap. Dilectus, de Offic. Legati*, & poſt illud eſt communis opinio Caualcan. *deciſ.* 17. *nu.* 7. *p.* 2. Auguſt. Barboſ. *de Poteſtat. Epiſcop. dict. allegat.* 72.

ex

*ex num.* 61. *ad* 65. ubi plures Rotæ Romanæ decisiones adducit. Ergò quum vsurpationem, & tyrannidem allegare nefas sit Orthodoxis Principibus, aut exhibere debebunt Apostolicam Concessionem, aut ab vsurpatione ista cessare tenebuntur.

245 II. autem inferunt Infensiores Nostræ Potestatis Hostes nusquam suffragari Laicis, etiam Principibus, Iuris Patronatus titulum, seu Fundationis clausulam, ut Beneficiorum, & Præbendarum Collationes illis competant Magnumque, & insolitum Ius illis attribui, fatendo ex Apostolica Concessione hoc eis competere posse, Francisc. Ansald. *de Iurisdict. 2. p. cap.* 5. & plures apud Dian. *part.* 3. *Tract.* 1. *resolut.* 65. & communiter adnotarunt Canonistæ, *in cap. Quod sicut, de Elect. verb. Episcoporum, ubi præcipuè glos.*

## §. XI.

## An, & quo Titulo Eisdem Sereniſsimis Galliæ Regibus Æconomiam, & Fructus Vacantium Ecclesiarum illis competere DD. Galli affirment?

246 IVS hoc tanta ponderatione commendari DD. Galli voluere, ut licèt Regaliæ nomen generale sit, ac proinde multa comprehendat vniversali sua appellatione, huic vnitatem deberi, cõtendant, quod antonomiastice illud habere affirmant Ann. Robert. *Rer. Iudic. lib.* 3. *cap.* 1. Guillelm. Benedict. *in cap. Raynutius, verbo, & Vxorem nomine Adelasiam, decis.* 2. *num.* 78. Ruzæus *in Præfatione, part.* 1. *num.* 4. Boëthius Epou. *tit. de Regal. num.* 8.

247 Disputant de Iure isto præter supra allegatos Archidiacon. *in Can. Imperium, dist.* 10. *Can. Adrianus* 63. *dist.* Panorm. Felin. & alij, *in cap. Dilecto* 40. *de Testib. & in cap. Cum inter, de Consuetud.* Ancharr. Domin. & Geminian. *in cap. Generali, de Election. in* 6. Ioan Monach. *in cap.* 2. *de Præben. in* 6. Ioan. Andr. *ad Speculat. Tit. de Legato, §. Nunc tractemus, vers. Sed numquid Legatus*, Henric. de Boich. *in cap. Præterèa el* 1. *de Iur. Patronat.* Stephan. Aufrer. *de Potestat. Secular. super Ecclesiast. Person. Regul.* 2. *fallent.* 23. Anton. Corsett. *de Potestat. Reg. q.* 95. Carol. de Grass. *dict. lib.* 2. *Iur.* 1. Rhenat. Chopin. *de Doman. Franc. lib.* 2. *tit.* 9. *& de Sacra Politic. lib.* 1. *tit.* 7. Ann. Robert. & Boët. Epou. *locis nuper citatis.*

248 Variè quidem à DD. dividitur; Ast rèlictis divisionibus alijs placuit adducta à Philippo Probo *de Regal. q.* 1. *mox à principio*, qui sub hoc Iure in genere sumpto, triplicem Regalium speciem dari posse contendit, quam singilla-

gillatim exponère non incongruum fore cènſuimus.

249 1. Ergò ſpeciem in eo Philippus Prob. collocat. Quod Rex vel Princeps Sæcularis Eccleſiæ vacantis curam, & cuſtodiam proventuum illius tantum habeat, itaut iſtius Iuris contemplatione Princèps ipſe nullos Sibi lucretur fructus; ſed illos Succèſſoribus in Prælaturis conſervare teneatur, Æconomis in eam rem fidelibus conſtitutis. Eà ratione ductus, quod cuſtodiam habens non conſumere, ſed conſeruare debet, *ex cap. Cum Vos, junct.* Gloſſ. fin. *de Offic. Ordin. & in l. is cui, §. Qui Legatorum, vt in poſſeſſ. leg.* reſoluit Philip. Prob. *l. c. n.* 2. cui ſuffragatur Text. *in dict. cap. Generali*, ibi: *Nec Bona catera, quorum Se aſſerunt habere cuſtodiam dilabi permittant; ſed in bono ſtatu conſeruent, de Elect. in* 6. Auth. *Vt determinatus ſit Clericorum num.* Franc. Marc. *q.* 352. *& tribus ſeqq. lib.* 2. *& deciſ.* 44. *lib.* 2. Guillel. Benedict. *in cap. Raynut. verbo, Et vxorem, deciſ.* 2. Boſſ. *de Princip. num.* 212. Felin. *in cap.* 3. *de Præſcrip.* Rebuff. *in Concord. tit. de Reg. ad Prælat. non fac.* Gloſſ. *in verbo, In manibus noſtris, in princ. & verſ. Sed hodie nimis*, Theſaur. *deciſ.* 131. *tota.* Borell. *de Præſtant. Reg. Catholic. cap.* 50. Graſsis *de effect. Cleric. effect.* 1. *num.* 393. Iacob. Cancer. *Var. Reſol. p.* 3. *cap.* 14. *num.* 8. Fontanel. *de Pact. Nupt. gloſſ.* 3. *p.* 10. *num.* 48. Poſth. *de Manut. Obſer.* 6. *num.* 28.

250 Hincque juſtificari affirmant Praxim Hiſpaniæ, & eius Supremæ Conſilij Cameræ, in quo Regiæ expediuntur Proviſiones, ut Capitulum Eccleſiæ Sedem vacantem non declaret donec Prælatus qui Eccleſiam regebat eam derelinquat. Garcia *de Benef. p.* 2. *cap.* 5. Solorçan. *in Polit. Indian. lib.* 4. *cap.* 13. *fol.* 610. Rhenat. Choppin. *de Sacr. Polit. lib.* 1. *tit.* 7. Salg. *de Supplic. p.* 1. *cap.* 1. *num.* 118.

251 Sed in hac ſpecie parumpèr ſiſtendum eſt, ſed ulterius examinandum: An Ius hoc Regibus à Iure communi proueniat; an verò illud aliunde ipſi juſtificare teneantur? In quà quidem dubitatione Ægid. Magiſt. *de Regal. cap.* 1. *in principio*; ſolo Iure communi illud Principes exercere poſſe affirmauit. Tùm quia *in dict. cap. Generali de Elect. in* 6. *in principio.* Regibus Ius attribui videtur, atque omninò approbari non violenter èx littèra infertur. Tùm, & quia ex Iuris communis diſpoſitione omnibus Principibus Supremis competit Ius Patronatus omnium Eccleſiarum Cathedralium in eorum Ditionibus exiſtentium. Bal. *in cap. Quanto de Iudic.* Archidiacon. *in Can. Imperium diſt.* 10. Anton Corſet. *de Excellent. Règ. q.* 4. Covar. *in Reg. Poſſeſſor.* 2. *p. §.* 10. *num.* 5.

252 Contrarium tamen omninò tenendum eſt, & affimandũ: Iure communi inſpecto, Sede vacante, ad Principes Ius hoc competere non poſſe Selua *de Benefi. p.* 1. *q.* 7. *nu.* 44. Vivian. *de Iur. Patr. lib.* 11. *cap.* 12. *num.* 10. ſed ad Prælatum priuatiuè attinere. *Can. Cum ſimili* 9. *q.* 3. Vel ad Capitulum, aut Æconomum ab eo, vel Superiorè

Le-

Legitimo Ecclesiastico nominandum, & constituendum, huiusmodi custodiam pertinerè supponitur, *in cap. Quia Sæpè, cap. Is, cui de Elect. in 6, & in Clement. Statutum, eodem tit.* expræsseque cauetur *in Can. Quoniam 75. dist.* Can. *Charitatem tuam*, Can. *Illud*, Can. *Non licèt 12. q. 12. cap. Cum Vos, de Offic. Ordin.* Concil. Trid. *Sess. 24. de Reform. cap. 16.* Capitulum enim non solum in Iurisdictione, sed etiam in Administratione succedit, *cap. Cum olim*, ubi Gloss. & DD. *de Maior. & Obed.* Rebuf. *cons. 95. vers. His, & alijs*, Marc. Anton. Cuch. *Instit. Maior. lib. 3. tit. 7.* cui addo, *cap. 2. Ne Prælati Vices suas, cap. Ad abolèndam de Hærètic. in principio, cap. pen. & fin. de Suppl. Neglig. Prælat. in 6. cap. 1. de Instit. cap. 1. de Offic. Vicar. in 6.* Concil. Trident. *Sess. 7. cap. 10. & Sess. 23. cap. 10.* Solorçan. *de Iur. Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 13. num. 2.* ubi XIII. allegat. DD. quibus addi possunt Merolla *in Summ. tom. 3. disp. 7. cap. 7. dub. 1. num. 2.* D. Felician. de la Vega *in cap. 5. §. de Adulterijs, num. 4. de Iudaic.* Bassæ *in Summa, tom. 1. verbo, Capitulum Sede Vacantè, num. 6.* Machad. de Chaues, *en su Perfecto Confessor, tom. 2. lib. 4. p. 4. tract. 1. docum. 6. num. 2.* & fusius omnibus Antonin. Dian. *p. 8. tract. 4. resol. 1. & sequentibus.* Ergò nequit Regibus Custodia hæc Iure communi competere, atque ideò illam habentes aliunde eam iustificare tenentur.

253 Neque obstant fundamenta à Probo perpensa; ea namque facillimè dilui posse nō dubitamus. Ad Textum enim *in dict. cap. Generali*, respondetur, nullum Ius denuo Principibus in eo concèdi; sed priuilegium potius, aut etiam vsurpatio iam præ existens insinuatur, & supponitur, ut communiter docent Ioan. Andr. Anchar. Dominic. Franc. & alij, ex ipso Textu cōprobantes excommunicationis vinculo innodari denuo Potestatem istam haberè tentantes. Quod non lègitimè procederet, si Iure communi Ius istud Principibus competeret ex Vulgatib. Regulis: *Iustè possidet, qui Authore Prætore possidet, l. Iustè de acquir. possess.* Can. *Qui peccat. 23. q. 4. & Qui Iure suo utitur nemini iniuriam facit, cap. Cum Ecclesia Vulterana de Election. l. Nemo 194. l. Factum. 198. de Reg. Iur. Iuris. Exequutio non habet iniuriam, l. Iniuriarū 13. §. 1. de Iniurijs*, videndi sunt Ascan. Tambur. *de Iur. Abbat. tom. 3. disp. 11. q. 7. num. 6.* Thom. del Bene *de Immun. tom. 1. cap. 2. dubitat. 1. & cap. 3. dub. 4. & 5.* Bonacina *in Summ. tom. 3. disputat. 1. q. 18. puncto 2. & disputat. 2. q. 2. p. 23. toto*, & plures alij congesti à Barbos. *in dict. cap. Generali de Elect. in 6.*

254 Ad rationem autem petitam, ab eo quod Principes omnes sunt Ecclesiarum Cathedralium Patroni, respondemus eam Iure communi attènto procedère quoad Protectionem, & Defensionem, quam eis Iure Diuino, Naturali, & Gentium competère, perspicuum rèdunt Castillo, *tom. 7. Controu. cap. 41. num. 163. & seqq.* Salgad. *de Reg. Protect. p. 1. cap. 1.*

Præ-

*Prælud. 3. toto, & de Supplicat. ad Sanctiſſ. 1. part. cap. 1. à num. 104.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg. 46.* Sarania *de Iuriſdict. Adiunctor. quæſt. 30.* Eraſm. Cochier. *de Iuriſdict. Ordin. in exempt. 1. part. quæſt. 39. à num. 30.* Auguſtin. Barboſ. *lib. 1. voto 4. à num. 120.* Mar. Cutel. *in Patrocin. pro Reg. Iuriſdict. Sicul. Inquiſit. conceſſa, part. 2. num. 201. fol. 196.* & dicemus latius infra. Hic tamen Patronatus, ſeu Protectio ex ſe non producit, ſeu adnexam habet Præſentationem, vel Nominationèm. Præpoſ. *in Can. Lectis 63 diſt. & in Can. Imperium, diſt. 10.* Lambertin. *de Iur. Patronat. 1. part. lib. 1. quæſt. 11. art. 2. num. 4.* Rebuff. *in Concord. ſub tit. de Reg. Nominat. ad Prælat. §. 1. verſ. Cathedralibus,* Ruzæus *de Regal. Præfat. 1. num. 20.* Didac. Perèz *in l. 2. lib. 1. tit. 3. Ordinam.* Petr. Zenedo *in Collect. 14. ad Decret. num. 1* allegans Lancellot. Conrad. *in Templ. Iudic. lib. 1. cap. 2. §. De Magnis Regibus.*

255 Et licèt Ius hoc in aliquibus Règnis adnexum haberet omnimodam, & abſolutam Præſentationem, ut de Regibus Hiſpan. ſupra diximus, nùncque addimus ſingularem, *l. 18. tit. 5. part. 1.* Gregor. Lopez *l. 1. tit. 15. part. 1. verbo, Mayordemo*, ubi latè diſputat, quando Patroni poſsint Æconomum iſtum deputarè, luculentiſsimè Salgad. *de Supplicat. ad Sanctiſſ. part. 1. cap. 1. à num. 116. per aliquot ſeqq. & cap. 10. num. 20. & num. 68.* Adhùc tamen ex eo capite Eccleſiarum Vacantium cuſtodiam, & fructuum collectionem Iuris diſpoſitione non haberent, nèque Sibi arrogare poſſent duplici quidem ratione. I. Notiſsimum ſiquidem eſt quod licèt Patronis Eccleſiaſticis Ius hoc competat, *cap. Cum, & planctare, §. In Eccleſijs, de Priuileg.* ex quo Panorm. & alijs reſoluit Roch. de Curte *de Iur. Patronat. verbo, Honoriſicum, quæſt. 63. num. 100. & 101.* Laicis tamen Patronis omninò denegatur, *Can. Filijs, vel Nepotibus 16. quæſt. 7. cap. Præterea el 2. de Iur. Patronat.* Abb. & alij *in cap. de Monach. de Præbend.* Spino *in Speculo Teſtament. gloſſ. 4. princip. num. 91.* II. Autem reſpondetur hodie, tàm Eccleſiaſticis, quàm Laicis Patronis ſublatam huiuſmodi cuſtodiam eſſe poſt Sacroſancti Concilij Tridentini Decretum *Seſſ. 24. cap. 3. & Seſſ. 25. cap. 9.* & ante illud ex ſolo latè communi idem proceſiſſe docuerat Philip. Decius *in cap. Bonæ el 2. de Appellation.* Vndè Principes huiuſmodi Cuſtodiam iſtam prætendentes ſpeciali priuilegio, vel conſuetudine Se juuari debebũt, alias ea legitimè uti nó poterunt Boet. Epou. *dict. tit. de Regal. num. 20.* Rhenat. Choppin. *de Sacr. Politia, lib. 1. tit. 7. num. 11. in fine.*

256 In Hiſpania noſtra Ius hoc Regibus competere ex inveterata conſuetudine docemur, *ex l. 18. tit. 5. part. 1.* ibi: *Antigua coſtumbre fue de Eſpaña, è durò toda via, è dura oy dia, que quando fina el Obiſpo de algun Lugar, què lo fazen ſaber el Dean, y los Canonigos al Rey por ſus Menſajeros de là Egleſia, con Carta del Dean, è del Cabildo,*

*como es finado su Perlado, è que le piden por merced, que le pluga, que ellos puedan fazer su Eleccion desembargadamente, è que le encomiendan los Bienes de la Eglesia; è el Rey debegelo otorgar, è embiarlos à recubdar: è despues que la Eleccion ouieren fecho, presentenle el Elegido, è èl mandele entregar aquello que recibiò*; ubi luculentissimè Gregor. Lopez, accinitque *l. 3. tit. 3. lib. 1. Ordinam.* Quæ tamen Lex non fuit in noua Legum Recopilatione apposita, ut advertit Nota Marginalis *ad eandem Partit. leg. in postrema, edit.* 1611. Vndè eam nunc vsu receptam non esse perspicuum est, & experimur. An aliquibus tamen casibus Reges soliti sint ea uti? docet Solorçan. *de Iur. Indiar. lib. 3. cap. 4. & cap. 11. num. 38. cap. 12. num. 7.* Henric. Henriq. *de Rom. Pontif. Clauc, lib. 2. cap. 12. §. 3. litter. E.* ubi exemplaria adducit Salgad. *de Supplicat. ad Sanctiss. part. 1. cap. 1. à num. 17. & cap. 10. num. 20.* Castejòn *en la Primacia de Toledo, 2. part. cap. 36. §. 12.*

257 II. Species huius Regalis Æconomiæ, non solum in nuda custodia, vel collectione fructuum tantum consistit; sed potius in illorum perceptione, & irrèuocabili acquisitione, ut de Rege Franciæ palam profitentur Carol. de Grasal. Philip. Prob. Ægid. Magistr. Arnulph. Ruzæ. ac omnes Regalistæ supra mèmorati Annæus Robert. *citato lib. 3. cap. 1.* Boet. Epou. *loco proximè citato,* Rhènat. Choppin. *de Doman. Franc. lib. 2. tit. 9. num. 3.* Qui idem ius attribuit Regibus Angliæ, Vngariæ, & Poloniæ, & quidem attento Iure communi.

258 Hanc quidem speciem impenètrabilitet catafractam præ allegati reputant Authores munimine Textus *in cap. Generali, vers. Qui autem, de Elect. in 6.* vbi Gregor. X. in Concilio Genèrali Lugdunensi hęc protulisse fertur: *Qui autem ab ipsarum Ecclesiarum, cæterorumque locorum fundatione, vel ex antiqua consuetudine Iura sibi huiusmodi vendicant ab illorum abusu sic prudenter abstineant, & suos Ministros in eis solicitè faciant abstinere, quod ea, quæ non pertinent ad fructus, siue redditus prouenientès Vacationis tempore, non usurpent.* Ex quibus multiplicès corroborationes pro hac specie inferunt Ruzæus *in dict. Præfation. part. 1. num. 9.* Choppin. *de Sacr. Polit. lib. 1. tit. 7. num. 8.* Ann. Robert. *dict. lib. 3. cap. 1.* cum adductis ab Epou. *dict. tit. de Regal. num. 55. & seqq. & num. 139.*

259 Verùm enim verò debili illos inniti fundamento agnoscent quotquot quod licèt serio penpenderint in præ allegato Textu clara, & aperta istius modi Regalium mèntio fiat, eorum tamen approbatio, & confirmatio ex eo non rectè infertur, nisi quatenus alias ea iure legitimo iã stabilita fuerint. Vndè non ad Ius commune; sed ad alia priuati Iuris fundamenta pro his corroborandis Iuribus recurrendum erit, prout rectè monuit Boet. Epou. *loc. cit. num. 139.* & agnouere Carol. de Grassal. *lib. 2. Iur. 1.* plures alios

alios referèns Arnulph. Ruzæus *in dict. Præfat. part.* 1. *ex num.* 14. Philip. Prob. *quæst.* 2. *totâ*, Philip. Magist. *cap.* 1. *num.* 4. Rhènat. Choppin. *locis citat.* & necessario recurrendum esse ad specialia priuilegia monuit Boèt. Epou. *loc. cit. num.* 35. rationèm adducens, quod Ius commune Pontificium huic Iuri Vacantium Ecclesiarũ fructus percipiendi expressè repugnat, probans his verbis: *De cæteris autem Vacantis Prælaturæ fructibus, & emolumentis quibuscumque, vel Ipsimet Ecclesiæ, vel futuro Successori diligenter asseruandis; non autem, vel Principi, vel alteri cuiquè dandis, Iura sunt edita quam plurima, tàm vetera, quàm recentia, pœnis etiam grauissimis, cum in quos libèt alios, tàm in Laicos nominatim sancitis, qui fructus huiusmodi, vel res ullas inuaserint, cap. Hæc huius placiti, cap. de Laicis, cum seqq.* 12. *quæst.* 2. *cap. Relatum* 12. *infra de Testam. cap. Quia sæpè de Elect. in* 6. *certis in eam rem deputandis, aut Æconomis, aut alijs Viris Ecclesiasticis, & ijs quidem Primarijs, qui facto prius inuentario fideliter omnia curent, & futuro tandem Successori rationes reddant. Can. Charitatem tuam* 12. *quæst.* 7. *Quæ de re plusculum Ioan. Andr. & alij DD. in dict. cap. Generali, de Elect. in* 6. *&c.* Huc usquè Boeth. cui addimus suffragans Decretum Concil. Trident. *Sess.* 22. *de Reform. cap.* 11.

260 III. Denique huius Iuris species ex Superiori descendit. Quo enim Iure Rex, aut quiuis alius Supremus Princeps Sæcularis fructus, & Prouentus Ecclesiarum Cathedralium in suo Regno Vacantium Sibi percipit, & suos facit eodem Iure Beneficia, vel Sacerdotia interim Vacantia Sibi percipit, & suos facit eodem Iure Beneficia, vel Sacerdotia interim Vacantia conferre posse omnium Regalistarum concors sententia est inde probantiũ: Quod collatio Beneficiorum in fructu est. Gloss. magna, *in cap. Cum olim*, vbi communiter Scriben. *de Maior. & Obedien.* Rebuff *in Tractat. Nominat. quæst.* 8. *num.* 30. Panuin. *de Potest. Capituli Sede Vacante*, 2. *part. quæst.* 1. *num.* 1. Marc. Anton. Cuch. *Instit. Maior. lib.* 2. *tit.* 9. *num.* 5. Philipp. Probus *q.* 49. *num.* 2. *& in Tractat. de Pension.* 1. *p. quæst.* 28. *nu.* 4. Ann. Robert. *citato lib.* 3. *cap.* 1. & nullo relato docuerunt Ruz. *in suo Tractat. prælibato Iur. Regal. Priuileg.* 10. *num.* 2. Boèt. Epou. *in dict. Tract. de Regal. nu.* 21.

161 Horum tamen sententia omninò rejicienda est; licèt enim Beneficiorum Collatio fructibus accensetur, non ex inde tamen rectè infertur, eam competere Principibus Sæcularibus, quibus Temporalium fructuum percèptio attinet, quum dispar omninò ratio in vtrisque militet, fructuum ènim perceptio temporalis quidem est; at Beneficiorum Collatio Spiritualis penitus, vel Spiritualibus adnexa, vt iam supra diximus ex Viuiano, Rhenat. Choppin. *de Sacr. Polit. lib.* 1. *tit.* 7. *num.* 12. Boet. Epou. *citato titulo, nu.* 22. rectemte sub inferens facilius Perceptionem fructuum Prædialium in Ecclesijs Vacantibus Re-

gibus concedi, quæ verè temporalis est, quam Beneficiorum Collatio, quæ Spiritualis proculdubio est, & Laicis, utpotè incapacibus, omni Iure prohibita, *ex cap. 2. de Iudic. cap. Messana, de Elect. cap. Præterea el 2. cap. Illud, cap. Cum Laici, cap. Relatum, cap. Cum Nobis, de Iur. Patronat.* Quarè de vno ad aliud non rectè arguitur ex vulgari Regula Text. *in l. Papinianus exuli de Minoribus, l. Naturaliter, §. Nihil cõmune, ff de acquir. possess.*

262 Quia vtrumque Regi denegabatur exorta grauis illa controuersia est inter Bonifacium VIII. & Philippum Pulchrum Francorum (cuius supra solemnis facta est mẽtio) Vtroque Ius istud sibi competèrè affirmãte, èt propter illud ad opprobria usquè, & irreuerentiam, altero in alterutrũ prorumpèntè, ut videre est apud Aufrer. *in Clem. 1. de Offi. Ordi. ad 3. Quæsit.* Carol. de Grass. *dict. Iur. 1.* Boèt. Epoû. *loc. cit. num. 22.* Petr. de Marca, & alios iam memoratos grauitèr, ac prudenter de hac re loquentès.

263 Hæc licèt vera, atque irrefragabilia sint Iure communi attento; de facto tamen Francorũ Règes Serenissimi ab antiquissimo temporè Ius istud sibi assumere perspicuum est, atteſtantibus Speculator, *§. vlt. in fin. sub tit. Ne Sede Vacante*, Ægid. Magist. *in prædicto Tract. cap. 3.* Rhenat. Chop. *de Doman. Franc. lib. 2. tit. 9. ex num. 5. & de Sacr. Polit. lib. 1. tit. 7. ex nu. 3.* Dè Anglorum Rege idem retulit Archidiac. *in cap. Imperium, dist. 10.* comprobans ex Text. *in cap. ex Diligenti, de Iur. Patronat. ex antiqua compilat.* quem à Gregoriana submotum in lucem reduxit Antoñ. Augustin. *in 2. compilat. eodem tit. de Iur. Patronat.* à quo transcripsit Rhènat. Chopp. *de Doman. Franc. lib. 2. tit. 9. num. 3.* ex eoque liquet hoc idem Ius Regibus Angliæ competijsse, quod Bal. *in l. Rescripta, C. de Præcibus Imper. offeren.* ad Pannoniæ Reges extendit referente Choppino *loc. cit. nu. 3.* Hungariæ Regibus idem Ius attribuẽte. An autem legitimè Iure isto vtantur Nostra non interest discutere. Ad efformandumque sanum Iudicium Prudentibus fundamenta subministrauimus ipsi judicent: Nobis enim hæc dixisse sufficiat.

264 Quam plures, atque frèquentes Quæstiones in Gallia, & Anglia ocurrentes super Regalibus istis, & èorum praxi dissertissimè ab Authoribus suis discussas, libentèr omittimus. Vnum tantummodo addere contènti ex Rhènato Choppino *de Sacr. Politia, lib. 1. tit. 7. num. 15.* In Franciæ Regno iam pridem eiusmodi Iura fructus percipiendi, & Beneficia conferendi, ocurrente vacatione, temperata esse in eum sanè modum ut fructus, qui ea de causa à Regibus percipiuntur in Ecclesiasticos, & pios conuèrtantur usus; collationes verò Bènèficiorum non ab ipsis Regibus; sed à Prælatis elèctis, ac nominatis, etiam ante consecrationèm; Regum tamen nomine, & diplomate fiant, & expediantur.

§. XII.

## §. XII.

## An, & quo titulo Temporales Principes capaces sint Iuris Nominandi, aut Præsentandi Personas Idoneas ad Prælaturas Ecclesiasticas?

265 IVs hoc Sęcularibus Principibus competere posse sentient quotquot sententiam sequuti fuerint Affirmantium Nominationem, aut Præsentationem ad Prælaturas propriè, & per se non esse Ius Spirituale, ut post Abbatem *in cap. Quanto, num. 6. de Iudic.* docuit Loter. *de Re Benefi. lib. 2. q. 9. num.* 9. 11. & 18. & ante Eum Azor. *Instit. Moral. lib. 6. cap. 19. q. 2.* quos refert Illustr. D. D. Franc. Ramos *in præallegato Supplici Libello pro Episcopat. Lusitan. proposi. 3. §. 1. num. 27. pag.* 54. ubi contrariam opinionem; quod nimirum, tàm Patronatus, quàm Nominandi, seu Præsentandi Ius esse per se Spirituale defendentes, allegat *Gloss. vlt. in cap. Præterea 9. de Transact.* Suar. *de Relig. tom. 1. lib. 4. cap. 28. num. 8. & 11.* Lambertin. *de Iur. Patronat. p. 1. lib. 2. q. 4. princip. art. 17. num. 9.* Nauarr. *in Rubr. de Iudic. num. 22.* & Ioan. Baptist. Costam *in eandem Rubric. à num. 175. ad 204.*

266 Et licèt hoc in Ius vocari possit, & in controuersiam, citra eam tamen est Ius hoc Nominandi, aut Præsentandi esse Spiritualibus annexum: tùm quia est quasi præparatio, seu principiũ dans causam fini, seu complemento; hoc est Apostolico Confirmationi, & Episcopatus consequutioni, *cap. Quod autem 5. vers. Quoniam, de Iur. Patronat.* Lãbertin. *d. lib. 2. q. 2. princip. art. 2. nu. vlt.* Loter. *de Re Benefi. lib. 3. q. 17. num. 166.* D. Ramos *dict. §. 1. num. 28.* probans exemplo Iuris Patronatus, quod Spiritualibus annexum esse dicitur: quia ordinatur ad Præsentationem Beneficij Ecclesiastici; quà mediante facienda est Collatio, & Canonica Institutio. Sanct. Thom. 2. 2. q. 100. *art. 4. in corpore, vers. Quædam, cap. Quanto 3. de Iudic. cap. de Iure 16. de Iur. Patronat. Can. Si quis 7. vers. Quisquis 1. q. 3.* & argument. Text. *in cap. vltim. vers. Tamen, de Cleric. Excom. cap. Constitutis, de Appellat.* & Suar. *de Censur. disp. 14. sect. 2. nu. 24.* Tùm etiam; quia Nominatio, aut Præsentatio conferunt Ius in re, & Administrandi ex die Nominationis saltem non Spiritualia, ut voluere Galli Scriptores, Tondut. *Resolut. Benefi. 2. part. cap. 3. §. 13. num. 35. & 36.* Petr. Gregor. *lib. 17. Syntagm. Iur. cap. 12. num. 24.* Innocent. Cyronius *in Paratitl. ad tit. de Postulat. Prælator. ad finem*, ve saltem adquiritur Ius ad rem el. Nominatione, & Præsentatione

simul, *cap. Quod sicut* 28. *in princip. de Elect.* Panormitan. *in cap. Vlt. num.* 4. *de Iur. Patronat.* Rebuff. *de Nominat.* Coras. *de Benefi. cap.* 4. *num.* 10. Petr. Gregor. *in Partit. Iur. Canonic. ad titul. de Elect. cap.* 2. *num.* 4. *& seqq.* Suarez *de Relig. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 28. *num.* 8. Azor. *Instit. Moral.* 2. *p. lib.* 6. *cap.* 18. *q.* 1. *&* 2. Iul. Lauor. *variar. Lucubrat. tom.* 1. *tit.* 4. *cap.* 13. *nu.* 20. Tondut. *dict. p.* 2. *cap.* 4. *§.* 6. *num.* 21. Loter. *dict. lib.* 2. *q.* 47. *num.* 93. *& q.* 13. *num.* 61. Carol. Maranta *p.* 3. *Resp.* 16 *num.* 16. *& Responſ.* 82. *num.* 3. *& ſeqq.* Auguſtin. Barboſ. *de Iur. Eccleſi. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 18. *& ſeqq.* Tùm denique, quia ſic Nominatus, & Præſentatus Actione Iuſtitiæ Inſtitutionem petit, *cap. Paſtoralis* 29 *in fine, de Iur. Patronat. cap. Cum Bertholdus* 18. *de Sentent. & Re Iudic. cap. Dilectus* 6. *de Offic. Delegati.* Et dum nullum Legitimum impedimentum in Præſentato comperierit, tenetur Romanus Pontifex ex debito Iuſtitiæ Eum inſtituere, ut mox dicemus.

267 Ex quibus Aſſerendum procul dubio eſt, quod attentis Canonicis Sanctionibus Nulli Sæcularium Principum Ius hoc competere poteſt, licet Patronus ſit; de Iuris namque rigore ad Patronum Laicum, etiam Principem virtute Patronatus non pertinet Electio, Nominatio aut Præſentatio Prælatorũ Eccleſiæ Cathedralis, vel Collegiatæ, *cap. Nobis, & ibi* Abb. *de Iur. Patron. l.* 1. *tit.* 15 *p.* 1. Alexand. *conſ.* 74. *lib.* 4. Rocch. de Curte *de Iur. Patron. verbo Eccleſia q.* 2. Lambertin *eodem Tractat.* 1. *p. lib.* 2. *q.* 5. *princip.* Covar. *in Reg. Poſſeſſor* 2 *p. §.* 10. *num.* 4. *& de communi* atteſtans opinione Boer. *deciſ.* 32. *num.* 5. Qui hoc adeò verum eſſe inquiunt, ut nèc conſuetudine, nec præſcriptione quantumuis immemorabili Patronus Laicus id poſsit acquirere, quia requiritur Apoſtolicum Priuilegiũ, ut ex Textu, & Gloſſ. *in dict. cap. Nobis, & ex Can. Hinc eſt etiam* 16. *quæſt.* 1. *& ex dict. l.* 1. *tit.* 15. *par.* 1. Omnes præallegati DD. unanimiter affirmant, addentes Præſcriptionèm non ſufficere, niſi concurrat fama priuilegij, & alia de quibus Cardin. *in Clement. Plures, §. fin. de Iur. Patronat.* Rocch. de Curte, & Couarr. *locis citatis,* Didac. Perèz *in l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 1. *Ordinam.* & eſt Textus *in cap. fin.* vbi communiter DD. *de Præſcript. in* 6. *& in dict. l.* 1. *tit.* 15. *p.* 1. Solorçan. *de Iur. Indiar. num.* 2. *lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 26.

268 Hac tamen generali regùla non obſtante; ſunt plerique Reges, qui hodierna die hoc Iure potiantur, & ocurrente Vacatione Eccleſiarum Cathedralium Perſonas idoneas nominent, eaſquè Pontifici Maximo inſtituendas præſentent, ita quidem, ut Pontifices ipſi, ſi nullum Canonicum impedimèntum obſtèt, Nominatis teneantur Epiſcopatum, vel Prælaturam conferrè, ut docent Rebuff. *in Concord. tit. de Nominat. & Conſil. vel Reſponſ.* 4. 13. 16. 22. 23. 47. 75. 82. *&* 138. Alphonſ. Soto antiquus Regularum Chancellar. Gloſſator *Regul.* 40.

*num.*

*num.* 12. Dominic. Soto *de Iuſtit. & Iure, lib.* 3. *q.* 6. *art.* 2. *concluſ.* 8. & ex eis Petro Rebuff. & Gloſſ. *in Reg. Chancell.* docet D. D. Franciſc. Ram. del Mançano *in præallegato Supplici Libello pro Epiſcop. Luſitan. propoſi.* 1. *fol.* 30. *pag.* 1. *num.* 19. addens Cardin. Paleoth. *de Sacr. Conſiſtor.* 4. *par. q.* 1. *§. Secundò ſciendum, in fin.* Michaël. Rouſel. *Hiſt. r. Pontific. Iuriſdict. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 20. *&* 21. *& lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 29. Salçed. *de Leg. Polit. lib.* 2. *cap.* 11. *ex num.* 43. videndique ſunt Carol. de Graſal. *Regal. Franc. lib.* 2. *Iur.* 3. Rhenat Chopin. *de Doman. Franc. lib.* 2. *tit.* 10. *& de Sacra Polit. dict. tit.* 7. *ex num.* 22. Petr. Gregor. *tit. de Elect. cap.* 5. *nu.* 23. Boët. Epoü. *in tit. de Regal. à num.* 26. *per aliquot ſeqq. atque ex num.* 262. vbi Imperatores, ac plures Règes, atque inter eos Chriſtianiſsimum Franciæ, ac Catholicos Noſtros Hiſpaniarum recenſet, quibus Ius iſtud Nominandi Prælatos hodierna die citra controuèrſiam pertinet, ut pluribus relatis docet Calixt. Ramir. *de Lege Regia, §.* 27. *num.* 18. *litter. R.* & præ omnibus D. D. Franc. Ramos del Mançano *in toties allegato Supplici Libello pro Luſitaniæ Epiſcopatibus, Alexandro VII. Pontifici Maximo oblato, prop.* 1. *pag.* 27. ubi in comprobationem adducit Balboam, Barboſ. Petr. Salçed. Salgad. Parejam, Ramir. de Prado, Caſtejòn, Eſcobar, Landtmeter, Rouſel, Abbat, Pyrrhum, Schiphordeguer, & propè innumeros alios, & luculentiſsimè oſtendam, *hoc eodem Tract.* interimque videantur D. D. Ramos *loc. cit.* & Solorçan. *de Iur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 31. vbi adducit Couarr. Gregor. Lop. Didac. Perez, Palac. Rubios, Azevedo, Peregrin. Azor, Burſat. Caſtald. Chaſan. Zeuallos, Hieron. Gonçalez, Eſpino, Gutierr. Bovadilla, Cabedo, Petr. Rebuff. Ioachim. Stephan. Carol. de Graſal. Rhènat. Choppin. Petr. Gregor. Seluam, Martham. Ann. Robertum, Modeſt. Piſtor. Vigel, Corſetum, Menchac. Camil. Borel. Iſidor. Moſcon, Boèthium Epou. Monetam, Scacciam, Vincentiũ Cabotium, Mar. Mutam, Ioan. Choch. Iulianum Vivianum Vincèntium Turturet, Acuñam, Marianam, Didac. Eſpejo, Garc. de Loayſa, Gil Gonçalez Dauila, Nicolaum Garcia, Gabr. Pereyra, Zenedo, Salgado, Anaſtaſ. Germon. Lancellot. Conrad. Quintanad. Humad. Aug. Barboſ. Ioan. Fileſacum, Salaçar de Mendoça, Martin. Mager. & Thèſ. ur. Polit. Italico idiomate conſcriptum, ex quibus latè probat Ius hoc Hiſpaniæ, & Galliæ Regibus competère.

269 Quorum ſententia, ut in offenſo currat pedè, procedere monemus èx Indulto Apoſtolico, non verò à Iure communi, ut fuſius ibi probabimus, nùncque producimus. Rhènat. Choppin. *loc. cit.* ibi: *Cognatum Regalibus quidam putant Ius principalis in Gallia Nominationis ad Monaſteria, & & Pontificatus; Qua enim ex cauſa. vacui Epiſcopatus Iura occupantur à Noſtris Règibus Lege Regaliorum? Quoad Epiſcopos, ab his fidelitatis*

*Sacra-*

*Sacramento rogetur, eadem quoque probabile aiunt nominari ab ipsis S. Sedi Episcopum oportere, quasi Principis Beneficiarium iuratumque Clientem futurum. Ego verò contra sentio, talem Nominationem ad Sacras Præfecturas, quam Reges nostri exequuntur, nouo iure, & pactitio introductam, Anno 1516. antea quippe Sacrati Ordinis suffragijs cooptabantur Præfecti Cathedralium Ecclesiarum, ac Cœnobiorum, saluo eo quod Noui Antistitis Electio identidem nuntiabatur Principi, qui eum laudabat, & approbabat, vel expresso Regio assensu ibatur in Comitia Sacrarum Electionum, ac petitâ decenter à Rege eligendi venia honoraria, in Præsulis sui Electionem descendebant, tùm Canonici, tùm cucullati Sacerdotes.*

270 Petr. Gregor. *dict. cap. 5. nu. 23. Proinde ex priuilegio aliquando concessa fuit Nominatio ad Prælaturas Regibus, ne in præjudicium Regni, vel cum tumultu Populi, Prælatorum fieret Electio, ea Lege tamen, ut idonei, & capaces tantæ Dignitatis Summo Pontifici nominarentur. Imò, & Electiones in aliquibus sublatæ propter tumultus, & factiones, quibus Electiones intercipiebantur, vel sordibus, & simonia polluebantur, ut innuit, cap. Matthæus 23. de Simon. & latè explicatur in tit. de Electionis derogatione in concord. sic Imperatori, Hispaniæ Regi, ut alibi diximus, & Regi Gallorum ad Beneficia quædam concessa Nominatio, ut in tit. de Regia ad Prælatur. nominat. in Concordat.*

271 Anton. Agustin. *in Canonicis Institution. M. S. lib. 2. §. 5. de Episcoporum plura,* differtus subdidit; *Sciendum est non rumquam Regibus bene de Republica Christiana meritis, Apostolico priuilegio concessum esse, ut Episcopos nominent, aut præsentent Pontifici Maximo qui si probabuntur ex Pontificis cum Fratrum consilio, authoritatè Episcopi fiunt. Extant huius rei per pauca vetèrum exèmpla, nostra, Patrumquè memoria non pauca, quæ cum non iurè scripto; sed priuilegij Verbis tota constent, nulla certè de his Regula constitui potest.* & paulo inferius: *Ad extremum, quum litibus omnes Ecclesiæ vexarentur, & non lèues contentiones, ac seditiones essent, ut tacèam, quæ per sordes, & ambitus turpitèr fièrèt, placuit omnium Pontificum constitutionèm à singulis quibusquè Pontificibus Maximis sibi reseruari, excipiuntur tamen German. Pontifices ex fœdere cum Germanis inito. Item Galli, atque Hispani ex Priuilegio Regum, ac conuentionè, & siqui alij simili priuilegio, pacto, vel consuetudine utuntur.*

272 Illustriss. Garc. de Loayssa, Tolètan. Archiep. *in Not. ad Concil. Tolètan. XII. Canon. 6. ibi: Studium, & labor èligendi Viros Episcopatibus præficiendos penes Reges tempore Gothorum erat; Quod usque Romanorum Pontificum indulgentia ad nostra tempora pènès Hispaniæ Reges resedit;* Allegatisquè SS. Braulionis, & Isidori Epistolis (adductis etiam à Vasæo *in Chron. part. 1. sub Anno 681.*) addit: *Vndè constat ad Règiam curam pertinère nominare Episcopos, quod fiebat hoc pacto: Rex de èa rè nominationem referebat ad Concilium; Concilium verò inquirebat: An Nominatus dig-*

nus

*nus esset eo munere, ut ad Episcopatum eueheretur, quod si inuentus esset moribus, & doctrina ornatus, statim à Concilio confirmabatur. Omnia autem hæc fiebant concessione Romanæ, & Apostolicæ Sedis, cuius authoritatem Ecclesia Hispaniæ semper mirum in modum coluit, & obseruauit.*

273 Ex quibus omnibus liquido apparet præallegatos DD. tàm Hispanos, quàm Gallos Ius hoc Nominandi, & Præsentandi Episcopos, quod Regibus suis, ac alijs cõpetere affirmant ex Apostolica Cõcessione procèdere planè fassos esse. Vndè apertè militare constat contra grauissimum aliàs, & Doctissimum Præsulem, ac Præsidèm D. Didacum Couar. *qui in Reg. Possessor. 2. part. §. 10. num. 5.* affirmare non dubitauit. Quod etiam secluso quouis Apostolico Priuilegio competeret nostris Catholicis Regibus Nominandi, & Præsentandi Ius hoc, sola Communis Iuris dispositione attenta. Quam ipsam opinionem prius sequutus fuerat Archidiacon. *in cap. Electio, dist. 12.* & post Bald. & alios Palac. Rub. *in Introduct. Rubr. de Donat. inter Vir. & Vxor. num. 24.* & nonnulli alij adducti à Zèned. *in Collect. 64. ad Decret. num. 1.* quibus addi possunt Camil. Borel. *de Præstant. Reg. Cathol. cap. 50. à num. 4.* Azeved. *in l. 1. tit. 6. lib. 1. Recop.* Cabedo *de Patronat. Reg. Coron. cap. 37. num. 2.* Acuña *in cap. Cum longe, num. 3. 63. dist.* Qui non solum ex priuilegio Apostolico, & immemorabili consuetudine fama illius priuilègij fulcita Ius hoc Hispaniæ Regibus competere suadere conantur, sed etiam Iure communi Facultatem istam eis attribuunt.

274 Quorum opinio intolerabilis (nisi fallor) reputari potest, utpotè nullis subnixa solidis fundamentis (salua grauissimorum DD. eam sequentium authoritate) solidius namque dèsumitur ex Textu, *in Can. Cum longe 63. dist.* Quem ad rem nihil concludere perspicuum est; in eo namque Priuilegij consideratio non excluditur; quinimo illud Textus præ se fert, atque præsuponit, ut rectè animaduertit Loaysa. Et quod magis est nihil disponit, vèl constituit de Potestate Regum Hispaniarum quoad hæc; sed de solo Toletanorum Præsulum Priuilegio à Concilio indulto, ut Electos, vel Nominatos Episcopos confirmarent; De Regum verò Iure ex suppositione loquitur, ut prudentèr considerauit Boet. Epou. *dict. tit. de Regal. nu. 133.* Vndè Didac. Perez *in l. 3. tit. 3. lib. 1. Ordinam.* dum de huiusmodi Nominandi, vel Præsentandi Iure, quod Regibus Hispaniæ competit, loqueretur, sic scripsit: *Quod tamen Regibus Hispaniæ ex priuilegio Papæ concessum est; alias tale Ius minimè haberent.*

275 Hinc etiam manifestè constat rejiciendos Gallos in Nos malè feriatos, nimirum Ioan. Ignæ. *in dict. l. Necessarios, §. Non alias, num. 133. Ad S. C. Syllan.* Ioan. Ferraul. *in præallegato, Tractat. de Regal. Iur. 9.* Affirmantes Ius quod *in cap. Cum longe 63. distinct.* Hispaniæ

niæ Regibus conceditur; non ex Concilio Toletano in eo Textu relato; sed ex Concessione Carolo Magno facta, qui Hispanias debellauit, deriuatum esse in nostros Reges. Quam quidem concessionem dèducunt, *ex cap. Hadrianus el 2. 63. distinct.* èamque Iuridico-Historicis discursibus exornant, præ cæteris Boèt. Epou. *ubi supra ex num.* 144. Petr. Gregor. *de Elect. dict. cap. 5. ex num.* 8. Petr. Zenèdo *in Collect. ad Detretum, Collect.* 64. de huius Textus interpretatione plura aggerentes.

276 Eos tamen innato supercilio in Hispaniam potius, quam Iuris, aut Historiæ règulis ductos, facilè demonstrabimus. I. ex eo quod Toletan. Concil. XII. (vndè Textus ille desumptus legitur) Caroli Magni Natiuitatèm 60. ferè Annis, & eius Imperium, & Principatum plusquam 80. præcessit, quemadmodum ex ratione temporum à Guagino Authore Gallo, Vasæo, & alijs desumpta probat Couarr. *in dict. Regula Possessor, p.* 2. §. 10. *num.* 6. II. quia Carolus Magnus nunquam Hispanias debellauit, aut earum Imperio potitus legitur, quin potius id aggredi tentans re infecta, & capite fracto (ut cõmuniter fèrtur) Victus, & Inglorius recedere compulsus fuit, Rolando, & alijs Francię Paribus desideratis, ac omninò extinctis in memorabili Roncis-de Vallibus conflictu ad Pirinæorum fauces, ut omnes Hispani Historici refetunt, Ambros. de Moral. *lib.* 13. *cap.* 23. Yepes, Sandoual, Abbas de Monte-Aragon, & plures alij adducti ab eruditissimo Iosepho Moret. nostri Regni Chronologo Maximo. *Inuestig. Historican. Nauar. lib.* 2. *cap.* 1. *toto.* omninò videndo, in illo enim summa dexteritate Historiam probat, & Chimeras Ioannis Marianæ (qui miserè lapsus est) omninò dissoluit, nec diffitentur Galli Eginarth. *in Vita Caroli Magni* Annales Francorum, Pipini, Caroli Magni, & Ludouici *ab Astronomo Ludouici Domestico editi* Annales Fulden. *ad ann.* 778. Vita Caroli Magni *à Monacho Engolismen. S. Eparchi, composita*, ut communiter creditur, Author vitæ Ludouici Pij Sincronus ipsius *ad ann.* 778. Aymoin. *de Inuent. Reliq. S. Vincentij lib.* 1. *& de Gestis Francor. lib.* 4. *cap.* 17. Poeta Saxo *in Vita Caroli ad ann.* 778. Règino Prumien. Ado Vienen. Sigibert. Gemblacen, & Herman. contract. Papyr. Masson. *lib.* 2. *Annal.* Dionys. Petau. *in Ration. tempor.* 1. *p. lib.* 8. *cap.* 7. Gordon. *in Chronolog. ad Ann.* 778. Baron. *ad eumdem ann. tom.* 9. Oihènartus *in Notitia utriusque Vasconiæ lib.* 1. *cap.* 9. & alij apud Moret. *citato, cap.* 1. §. 2. *& seqq.* & luculentèr probat utrumque Couarr. *dict. num.* 6. Obidque longe minus habent, æquum glorientur Galli èx Hispaniarum expeditione, quam Nos dispositione Textus *in Can. Cum longe*, qui ex suppositione procedit, ac Ius nominandi, ac Præsentandi Prælatos Regibus Hispaniæ multo ante Caroli Magn. competijsse expresse enuncit. III. denique; quia teste Spondano

dano *in Epitome Baronij, tom.2. anno 68.§.14.* in præallegato Textu non conceditur Regibus facultas Eligendi, seu Nominandi Episcopos; quia eam Potestatem iam diu Gothorum Reges sibi vendi cauerant, sed statutum tantum fuit in dicto Concilio Toletano XII. ut quem Rex nominaret Vnus Toletanus Episcopus de Persona electa, habita diligenti inuestigatione, ordinare posset; ut occurreretur inconuenientibus, quæ passim experiebantur spectando confirmationem Concilij Prouincialis, ad quod iuxta veterem morem referebatur Regia Nominatio, ut aprobaretur, vel reprobaretur. Si ergò ante Cõcilium hoc multis retro annis Iure isto Hispaniæ Reges vsos esse fatentur Galli Scriptores, quomodo ex Caroli Magni concessione illud eis prouenire potuit? Videant ipsi.

277 Adnotandum III. est omninò cauendum esse à Francisco Duareno Gallo Scriptorè, viro ut cumque docto; sed parum pio, atque de Potestate, & Iurisdictione Ecclesiastica pessimè mèrito, qui *in Tractat. de Sacr. Eccles. Minist. lib.3. cap.11.* nimis audactèr affirmauit èx prædicto Concil. Toletano apertissimè probari, atque concludi Crèationèm Episcoporum Regij Iuris esse, & ad omnes Règes Iure communi liberè pertinerè. Addiditque Pontificiam concessionem contèntam in Can. *Hadrianus el 2. 63 dist.* non fuisse priuilegium aliquod ex mèra volũtate Pontificis prouenièns; sed hominis bonam fidèm agnoscentis confessionem, quasi nihil Hadrianus concèssisset; sed id totum quod ad crèandos Episcopos attinet eidèm Carolo Iure suo cõpetijsse, ut refert Boeth. Epoü. *dict. tit. de Regal. num.145.* A Duareni ergò sententia ista cauendum monui; tùm quia Caluinianismũ sapit Author, quoties de Ecclesiastica Hierarchia, ac Potestate Ministrorũ Ecclesiæ Catholicæ disserit. Vndè nõ immerito de illo Boèthius Epou. *loc.cit. num.18.* ait: Hùc Duarenè ibas Caluinianus eras.

278 II. Quia Textus, cui inititur *in dict. Can. Hadrianus el 2. 63. dist.* imprudenter, & incautè desumptus fuit à Gratiano ex Schismatico Sigeberto, qui contra inuictum Pontificiæ Maiestatis, & Potèstatis Antagonistam Gregor. VII. Sanctorum Fastis iam adscriptum die 25. Maij, juxta Martyrologium Romanum à Baronio recognitum quam plura mèndacia, & figmẽta scribere veritus non fuit, ex quibus præcipuũ fuit contentum, *in dict. Can. Hadrianus*, ut iam supra monuimus, nùncque addimus Andr. Victorel. *in notis ad Alphons. Chacon. de Vitis Pontific. tom.1. in Hadriano I. col.269.* Gretser. *in Defens. Bellarmin. tom.1. lib.2. de Romano Pontifice, cap.29. vers. Sextum argumentum, fol.810.* Cardin. Baron. *tom. 9. Anno Christi 774. num.13. vers. Res accidit*, Acuña *in dict. Can. Hadrianus 22. nu.2. 63. dist.* Quod pluries monere non grauabor, quotiès se se obtulerit occasio, multos enim hoc Tèxtu decepto-

coms

compèrio, ut plura in Ecclesiasticam Potestatèm garriant.

279 III. Denique Duarenus rejicitur ex èo quod iuxta communem Canonistarum placitum Canon ille Toletani Concilij relatus *in dict. Can. Cum longe*, non de Creatione Episcoporum, vel eorumdem plena, & absoluta Electione, ut vult Duaren. sed de sola Nominatione, Præsentatione, consensu, vel conniuentia intelligi debet; ut docent Præpos. Archidiac. Ioann. de Turrecrem & alij communitèr ad eumdem Textum post Gloss. *ibidèm*, quibus addi possunt Gregor. Lop. Bouadilla, Gutierr. Ioan. de Mariana, Gil Gonçalez, Garcia, & plures alij adducti ab Acuña *in dict. Can. Cum longe*, *num.* 1. 63. *dist.*

280 Et gratis admisso quod in præ allegato Textu Regibus Hispaniæ plenior aliqua Potestas competijsset circa Episcoporum Electionem, aut Creationem, ea non ex illo Textu, sed aliunde emanaret, quum Tèxtus ille nihil quoad illam disponat; sed potius enarret, referatque, atque ex suppositione loquatur, uti supra tradidimus, & expressissimè monet Boèth. Epou. *l. c. num.* 133. dicèns: *Idèoque quærendum nihilominus restaret quo Iure, vèl unde Reges illi talem Potestatem exercerènt, quod hactenus quæsitum, nec tamen est inuentum.*

281 Atque esto quod Tèxtus ille Regibus Hispaniæ ampliorem aliquam Potestatem concessisset, nullo aliquo fundamento hæc eadèm ad alios Reges extendi poterat. Tum quia Concilium Prouinciale tantum fuit ex Hispaniarũ Præsulibus coactu in primo, vel secundo Heruigij, aut Heringij Gothorũ Règis anno, sub Pontificatu Agathonis, Leonis, aut Benedicti II. aut tandèm Ioannis V. ab anno 681. ad 685. plus, minusue, totidem enim sunt opiniones Chronologorum in assignando huius Concilij anno. Roderic. Toletan. Antist. *hi.* 3. *cap.* 13. Alphons. Burgen. *in Anacephaleosi Reg. Hispan. cap.* 40. Franc. Tarapha *de Regibus Hispan. sub Eringio Rege anno* 686. Covar. *dict. §.* 10. *num.* 6. Vasæ. *in Chronic. p.* 1. *anno* 681. Pet. Gregor. *de Elect. dict. cap.* 5. *num.* 7. Boeth. Epou. *in præ allegato titulo, num.* 134. Garc. de Loaysa *in not. ad dict. Cone.* Mariana *de Reb. Hispan. lib.* 6. *cap.* 7. Conciliũ autem Prouinciale extra Prouinciam, ex cuius Episcopis coaluerit, nullam habet authoritatem, ut infra latè probabo, èrgò nullum Ius ex Concilio illo Regibus alijs acquiri potuit.

282 Et quamuis Æcumenicum fuisset Concilium illud, quum eius dispositio clarè, & expresse limitetur ad Hispaniæ Reges, quumque exorbitet à Iure Communi non posse ab uno ad alium Regem, nedum ex identitatè, sed nèc ex maioritate rationis, extendi posse perspicuum est.

283 IV. Denique notatu dignissimum cènseo ad plenam *dictæ. Can. cũ Longe* 63. *dist.* intelligentiã, Quod, & si Regibus Hispaniæ Ius

No-

Nominandi,Eligendi, atque Præsentandi Prælatos habuerint tempore prædicti Concilij,& usque ad lachrymosam illam Maurorum generalem Deuastationem, postmodum tamèn Ius istud, aut omninò cessauit, vel penitùs immutatum fuit; Eligendi Potestate in Capitula,vel Collegia Canonicorum translata, Iure illo dumtaxat Regibus reseruato, cuius meminit *l.*18.*tit.*5.*par.*1.& plenissimè adducitur *in l.* 3.vbi Didac.Perez *tit.* 3.*lib.* 1. *Ordin.* & nouissimè *in l.*1.*tit.*6.*lib.*1. *Recopil.* ubi Azevedo. Quod sanè Ius in eo collatum erat, ut mors Prælati quam primum Regibus nuntiaretur,utque de eorum venia, siue Licentia Capitula Cathedralium ad novi Præsulis, vel Pastoris Electionem procederet, & Electus ante possessionem adeptam corã Rege se sisteret,ac præsentaret, ut præallègata Iura, & DD. clarè insinuant.

284 Cæterùm posteà quum Romani Pontificès Electionibus Capitulorum sublatis,ac omninò abrogatis,Ius omne creandi Episcopos,& Episcopatibus prouidèdi pèr Reservatorias Regùlas ad se transtulissent,sibique priuatiuè reservassent(Anton.August.*loc.cit.*) Magnę inter Pontifices,& Reges exortæ fuerunt controvèrsiæ,& excitatæ contentiones Regibus Nominationem,vel Præsentationem antiquam rèassumentibus,& innixè postulantibus; Pontificibus verò eam excludentibus, & aspernantibus, sibique vindicantibus,& priuativè adrogantibus Liberam,& absolutam Potestatem dispositionem, ac provisionem Episcopatuum ex causis forsan à Panormitano excusis, *in cap. Cum inter Vniuersas, num.* 4. *&* 5. *de Elect.*Quæ quidem Contentiones satis feruidæ fuerunt inter Hispan. nostræ Invictissimum Monarcham Ferdinandum Catholicum, & Romanos Pontifices, ut attestatur Hieronym. de Zurita *Annal. Aragon par.*4.*lib.*20.*cap.*23. *&* 31. Marian. *de Reb. Hispan. lib.* 24. *cap.* 16. subdèns sopitas èsse Indulto Apostolico à Sixto IV. Hispanię Regibus concesso, ut quos ipsi expetijssent, & non alij essent perpetuò à Romano Pontificè confirmandi,& instituendi Episcopi,Hispanię Ecclesijs præficiendi, cuius etiam Priuilegij meminit Bardaxi *ad For. Aragon. tit.de Prælatur. For.*1.*num.*9. Anastasi.Germon. *de Sacrot. Immun.lib.* 3.*cap.*12.*num.*39.*&* 40. Vbi ponderat, quam laudabiliter hoc Iure Reges Hispaniæ utantur, atque èconverso de eius abusu in Francia vigente, conqueritur Rhènat. Choppin. *de Sacr. Polit.tit.*7.*num.* 27. Legatur vterque, & pro ampliori corroboratione Privilegiorum, quorum virtute Regibus Nostris Ius istud competit, videndi sunt Gregor. Lop.*in l.* 18. *tit.*5. *p.*1. *verbo, Antigua costumbre*, vbi concessiones ipsas se legisse attestatur Gutierr. *PP.QQ.lib.*3.*q.*13. *num.*72. Garc. *de Benefi.* 5.*p.cap.*1. *num.*218.Balboa *in cap.Cum Ecclesia Sutrina,num.*50.*de Caus. Possess. & Proprict.* vbi Concessionem Apostolicam meliorem, & robus-

tiorem Titulum, qui pro Iure isto defendèndo excogitari potest, æstimat.

285 Rationem autem quarè Reges Nostri, rectè pro Iure isto obtinendo, & conservando, laborarunt, solita eruditione exornavit Illustr. D. Franc. Paniagua, & Zuñiga *illa sapius memorata allegatione, Anno* 1664. *edita pro Regiâ Iurisdictione in Causa sequèstri Iurisdictionis Ecclesiasticæ Cæsaraugustanæ, prop.* 2. *num.* 22. *fol.* 14. Hoc scilicèt pacto adsequi, ut mediante notitia Hominum Regni, quæ in Principe residère præsumitur, dignior semper eligitur, & idoneos Diocœsi, & Fidelibus, quibus præficiendus est, atque Regi ipsi, & Regno gratus. Quæ quidem omnia concurrere non possent, si absque Nominatione, & Præsentatione ista Romæ eligerentur Prælati; Vndè magna exoriri possent scandala, & incõuenientia; probatquè luculentissimè ex Deuteron. 18. ibi: *Prophetam de Gente tua, & de Fratribus tuis suscitabit tibi Dominus, &c.* Ierem. 5. Numer. 11. *Congrega mihi septuaginta Viros de Senioribus Israël, quos Tu nosti, & Senes Populi sint, ac Magistri. Can. Leges* 3. *q.* 6. *Can. Scitote* 6. *quæst.* 3. Sixtus III. *in Epistol. ad Episcop. Orient. cap.* 3. S. Thom. 2. 2. *quæst.* 63. *art.* 2. *ad* 4. Innocent. *in cap. Super his, num.* 7. *de Accusat.* ubi Abb. & alij Can. Ludov. Gom. *in Reg. de Idiom. quæst.* 1. Luc. de Pen. *in l. Quisquis, C. de Omni Agro deserto*, Guillelm. Benedict. *in cap. Raynutius, verbo, & Vxorem, à num.* 488. Simanc. *de Republ. lib.* 8. *cap.* 6. Mastrill. *de Magistrat. lib.* 2. *cap.* 7. *à num.* 48. Camillus Borel. *de Præstan. Regis Cathol. cap.* 51. Covarr. *Pract. QQ. cap.* 35. *num.* 4. Bovadill. *in Polit. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 186. Atque etiam convenire subdit, Reges Nostros Iure hoc vti, ut hoc modo vitetur devenire ad Potestatẽ quam Principes habere dicũt graviſsimi DD. ad repellendũ Antistitẽ sibi, èt Regno suspectũ proqua Illustr. ipse D. Cõsiliarius *in d. allegat. num.* 23. Innocent. Abbat. Hostiens. Ioan. Andr. Ioan. Ignæ. Ioan. Selva, Palac. Rub. Hieron. Gonçal. Chasane. Covarr. Camil. Borel. Michaël Rousel. & aliqua Iuris vtriusque testimonia adducit, de quorum opinione differere nùnc consultò Nos abstinere decrevimus, eamquè ideò tantùm referimus, nullam propriam sentèntiam, aut Iudicium nostrum exponentes, fidemque penes Authores suos reponentes.

286 Hæc obiter tantum dixisse de Iure isto adeò præ excellenti, Homini Hispano nefas esse Nos ipsi judicauimus, Vndè altiorem originem, solidioraque eius fundamenta perquirere Nostri Instituti esse censuimus. Vndè sit.

§.

## §. XIII.

## An, & quo Titulo Hiſpaniæ Potentiſsimi Noſtri Catholici Reges Iurium iſtorum capaces ſint?

287 QVVM Gallicanæ Eccleſiæ Libertates, & Priuilegia explicanda ſuſceperit D. Petr. de Marca *in ſapius allegata Concord. Sacerd. & Imper. ad lib.* 8. pèrueniens, ubi de Epiſcoporum Electionibus agit ſic *cap.* 10. exorſus eſt: *Antèquam ad ulteriora progrèdiamur non alienum erit ab inſtituto de conſuetudine, quæ inualuerat in Hiſpanijs poſt receptam à Recharèdo Rège Catholicam Fidem paucis diſſerere, &c.* Si ergò Gallo Auctori propria Iura exponenti noſtra tractare licèt, Hiſpano Sacro-Supremæ Poteſtatis cũcta veſtiganti fundamenta; anne illicitũ, otioſum vè judicabitur?

228 Ius hoc noſtris Potentiſsimis Monarchis notiſsimum adeò eſſe, ut in controvèrſiam illud, ſeu in Ius vocare nefas eſſet, ni ad Tractatus integritatem methodum expoſcere judicarem, nùncque potius illud ſupponendo, quam probando ex irrefragabili Textu *in l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 1. *Recop.* ibi: *Por Derecho, y antigua coſtumbre, y juſtos titulos, y Conceſsiones Apoſtolicas, ſomos Patron de las Igleſias Cathedrales deſtos Reynos, y Nos pertenece la Preſentacion de los Arçobiſpados, y Obiſpados, y Prelacias, y Abbadias Conſiſtoriales deſtos Reynos, aunque vaquen en Corte Romana, &c.* Cuius Aſſertio luculenter comprobari poteſt, ex adductis à Balboa *in cap. Cum Eccleſia Sutrina, de Cauſ. Poſſeſſ. & Propriet. num.* 30. *&* 50. Auguſtin. Barboſ. *in cap. Cum terra* 14. *num.* 7. *de Elect. & de Poteſt. Epiſcop. p.* 1. *tit.* 1. *cap.* 3. *num.* 29. *& in Can. Cum longe, num.* 2. *& de Iur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 74. Salgad. *de Reg. Protect.* 3. *p. cap.* 10. *num.* 223. *& ſeqq.* Salcedo *de Lege Polit. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 25. *&* 31. Pareja *de Vniuerſ. Inſtrum. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *reſ.* 3. *num.* 12. *&* 32. D. Solorçan. *de Iur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 28. *& ſeqq.* D. Laurent. Ramirez de Prado *in not. ad* Luitprand. *Chronicon, num.* 97. Alphonſ. Soto Antiquus Regul. Chancel. Gloſat. *ad Reg.* 40. *num.* 12. Auguſt. Beroj. *in cap. Quoniam* 3. *num.* 16. *& ſeqq. de Iure Patronat.* Caſtèjon *de Primat. Toletan. tom.* 2. *in Archiep. Fonſeca, pag.* 952. Eſcovar de Loayſa *de Foro Stud. cap.* 5. *num.* 7. *& ſeqq.* Lantmeter *de Clerico, lib.* 2. *cap.* 29. Rouſel. *Hiſtor. Pontiſ. Iuriſdict. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 26. *& ſeqq. & cap.* 7. *num.* 24. Abbas Pyrrhus *in Notit. Eccleſ. Sicil. tom.* 1. *cap. de Elect. Præſulum, num.* 9. Caſpar Schiphotdeguer *ad Fabr. lib.* 3. *tract.* 30. *q.* 3. *&* 4. & ex Chronologicis Roder. Arch. Tolet. *lib.* 2. *cap.* 12. Mariana *lib.* 24. *cap.* 16. *& lib.* 25. *cap.* 5. Zurita *tom.* 4. *lib.* 20. *cap.* 23. 31. *&* 55. Salaçar de Mẽdoça *de Origin. Dignit. Hiſpan. lib.* 1. *cap.* 6. Ægid. Gonçal.

Davila *in Eccles. Salamant. in Theatr. Eccles.* & alij plèna manu congesti ab Illustriss. D. D. Francisco Ramos *in toties laudato, & numquam satis laudando Supplici Libello ad Alexandr. VII. Pontific. Maxim. pro Lusitaniæ Episcopatibus, proposi. 1. num. 1.* Ex ipsaque Regia attestationè plenè probari docènt Aymon. Crauet. *cons. 908.* Besold. *Tract. de Maiestat. fol. 92.* Hieron. Treutler. *cons. 109.* D. D. Ioan de Solorçan. *in Polit. Indian. lib. 4. cap. 2. pag. 505. col. 1. in fine, & col. 2. in princip.* ibi: *La qual, so la Relacion, y enunciacion de tan grandes Reyes, y mas tantas vezes repetida, y geminada, en que afirman tener las dichas Bulas Pontificias, parèce puede ser bastante, para que estèmos ciertos, y seguros, de que real, y verdaderamente las impetraron, y tienen en sus Archivos; pues segun Derecho, à sus palabras, aunque sean enunciativas, se suele, y debe dar credito, en todo lo que es de fundamento de su intencion, aunque hallen de hecho ajeno, por estar por ellos la presuncion de que tratan verdad: como hablando en el Romano Pontifice lo enseñan algunos Textos; y por la igualdad de razon estienden sus Glossadores à otros qualesquiera Principes, no reconocientes Superior.* Ad quorum comprobationem *in margin. allegat sub litter. I. Text. cum Gloss pen. & Zabarel. in Clement. 1. de Probat. & in cap. Si Papa, verbo, asserat, de Priuil. in 6. & plurimos apud Mascard. de Probat. conclus. 139. per tot. Cabed. de Patronat. Reg. Caron. cap. 3. nu. 6. Genuam de Script. Priuat. lib. 2. q. 2. & q. 4. & seipsum 2. tom. lib. 3. cap. 2. num. 6.* Ex quibus concludentèr probatur Apostolico Priuilègio hoc Ius inniti. Vndè nullum alium titulum sufficere Regnicolæ Auctores poterunt affirmare, & quamuis ab impugnare Ius hoc volentibus aliud proprius assignari dicatur, quod sola Principis Assertio præjudicare nequit nedum Superiori, ut est Suprema Sèdès Apostolica; sed nèc Subditis ex latè congestis à Thom. del Bène *de Parlam. dub. 2. sect. 2. num. 3.* cui addo D. D. Ioan. de Solorçan. *in Polit. Indiana, lib. 3. cap. 29. pag. 459. col. 1. litt. D. & S.* At istantia nullius est momenti.

289 Quia Privilegia, & Indulta hæc Apostolica Concessa esse Nostris Regibus, ipsaque nùnc existere, & se vidisse testatur Greg. Lop. *in l. 18. tit. 5. par. 1. verbo: Antigua costumbre,* Ioan. de Mariana *de Reb. Hispan. lib. 24. cap. 26. & lib. 25. cap. 5.* Ægid. Gonç. Davila *Histor. Salmant. lib. 3. cap. 18.* Castejon *de Primat. Tolet. Eccles. tom. 2. pag. 952.* Nostras Archiep. D. Rodet ic. *Histor. Hispan. lib. 2. cap. 12.* Hieron. Zurit. *Annal. Arag. tom. 4. lib. 20. cap. 23. 31. & 35.* Salaçar de Mendoça *de Orig. Dignit. lib. 1. cap. 6.* Chronic. Regis D. Ioann. II. *anno 42. cap. 33.* Nicol. Garc. *de Benef. 5. p. cap. 1. num. 218.* Gutier. *Pract. QQ. lib. 3. q. 13.* quos sequitur Balboa *in dict. cap. Cum Ecclesia Sutrina, num. 50. de Caus. Possess. & propr.* Solorçano *de Iure Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 4. num. 28.* Garcias de Loaysa *in Not. ad Concil. Tolet. XII. Can. 6. à princip.* Ergò Ius hoc, & Potestas Nostris Regibus ex Apostolica prouenit Concessione.

Hanc

290 Hanc conſequentiam adeò irrefragabilẽ judicant DD. noſtri, ut (ſaluâ S. Sedis auctoritate Suprema) aſſerant teneri Papam, Præſentato, ſeu Nominato à noſtro Rege Epiſcopatum conferre, ut iam ſupra diximus, nùncque tertio repetimus ex Palac. Rub. Covarr. Azeved. Navar. Loayſa, Gregor. Lopez, Didac. Perez, Menchaca, Gutierr. Zèned. Fuertes, Bovadilla, Garcia, Quintana Dueñas, Martha, Chaſan. & alijs apud Balboam *in dict. cap. Cum Eccleſia Sutrina, num.* 33. & 40 cui addendi ſunt Antiquus Regular. Chancell. Gloſſator. Alphonſ. de Soto *in Regal.* 40. *nu.* 12. Iul. Labor. *var. Lucubrat. tit.* 4. *cap.* 4. *num.* 30. Barboſ. *in cap. Cum Terra* 14. *num.* 7. *de Elect. & de Poteſtat. Epiſcop. p.* 1. *tit.* 1. *cap.* 3. *num.* 29. & *in cap. Cum longè, num.* 2. 63. *diſt. & de Iur. Eccleſi. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 74. Salgad. *de Reg. Protect.* 3. *part. cap.* 10. *num.* 223. & *ſeqq.* Pareja *de Vniuerſ. inſtrum. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *reſolut.* 3. *num.* 12. & 32. Solorçan. *loc. nuper citat.* Eſcobar de Loayſa *de Pontifi. & Reg. Iuriſdict. in Stud. Gener. cap.* 8. *ex num.* 7. Gaſpar Schiſordeg. *ad Anton. Fabr. lib.* 3. *tract.* 30. *q.* 3. & 4. & omnes alij ſupra relati, quibus addo Mich. Rouſel. *Hiſtor. Pontifi. Iuriſdict. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 26. & *ſeqq.*

291 Aſt parum diſcuſſum Ius hoc à noſtris Auctoribus videò, quum ampliſsimum campũ de eo diſſerendi Lex ipſa Regia offerat, vndè nulla aptiori via explicatum iri Ius iſtud cenſemus, quam Legis Regiæ à principio allegatæ verba ſerio ponderando.

292 Itaque videndum eſt, quomodo verificari poſsit aſſertio Regis atteſtantis à Iure hanc ſibi competere Prærogatiuam, & Poteſtatem in Præbendas, & Dignitates Eccleſiaſticas, de qua quidem difficultate conſulendi ſunt Gregor. Lop. *in l.* 18. *tit.* 5. *p.* 1. *verbo, Antigua coſtumbre*, & communiter Scribentes *in l.* 2. *tit.* 16. *lib.* 1. *Ordin.* Covarr. *in Reg. Poſſeſſor.* 2. *p.* §. 10. *num.* 6. Didac. Perez *in l.* 3. *tit.* 3. *lib.* 1. *Ordin.* Azeved. *in l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 1. *Recopil.* Bovadilla *in Politica, lib.* 2. *cap.* 18. *nu.* 215. Azor *Inſtitut. Moral.* 2. *part. lib.* 3. *cap.* 18. Gonçalez *in Reg.* 8. *Chancell. gloſſ.* 43. *num.* 60. Caſtald. *de Imperat. q.* 100. *num.* 6. Chaſan. *in Cathalogo Glor. Mundi, p.* 5. *conſider.* 24. *verſ.* 99. Spino *de Teſtam. gloſſ.* 4. *num.* 13. Gutierr. *Pract. QQ. lib.* 3. *q.* 13. *num.* 7. Cabedo *de Patron. Reg. Coronæ, cap.* 37. & pluribus relatis Ioan. Balboa Mogrouejo *in cap.* 2. *num.* 35. & 36. *de Cauſ. Poſſeſſ. & Propr.* ubi firmata Regùla; Regibus ſcilicèt noſtris Ius hoc competere, difficultatem excitat aliquibus pro ea rationibus adductis quarum præcipua eſt Incapacitas, quam temporales Reges Iurium Spiritualium habent, ut latè manet fundatum §§. præcedentibus, quibus nùnc addo *Can. Benè quidem* 1. *Can. Denique* 5. *Can. Cum ad verùm* 6. 96. *diſt. cap. vlt. de Reb. Eccleſi. non alien. cap. Sacroſancta* 51. *de Elect.* conducuntque tradita ab Eruditiſſ. D.D. Emma-

nuel. Gonçalez Tellez, à Consilijs Catholicæ Maiestatis in Supremo Rerum Fidei contra Hæreticam Pravitatem, Senatu, cuius doctrinæ, Morum Integritatis, & summæ Dexteritatis in tanto Munere subeundo, tot Præcones, quot Homines habet, cuiusque elegantissima Opera in Vniversum Ius Canonicum communi vtilitati iam excusa amplissimum tanti Viri testimoniũ Vniverso Orbi perhibebunt; Hic ergò *in Notis ad Concil. Illiberit. lib. 1. cap. vltim.* & Fermosin. *in cap. 3. q. 5. num. 2. 3. & 4. de Iudic. tom. 1.* aliqua in comprobationem hìc adnectenda, adducunt.

293 Quam quidem incapacitatem, & repugnantiam juris falsi sunt Pijssimi aliqui Principes, qui propriæ Conscientiæ remorsu agitati hanc à Se Potestatem omninò ablegarunt, abdicatuntque, *cap. Valentinianus 3. cap. Ludouicus, cap. Inter Nos 31. cap. Constitutio 32. cap. Tibi Domino 33. 63. dist.* Platina *in Vita Benedicti II.* Onuphrius Panuin. *in addit. ad eundem Platin. in Vita Pelagij II.* pluraque cummulat exempla Iul. Labor. *var. Lucubrat. tit. 4. cap. 4. per tot.*

294 Estque præ omnibus Insigne quidem testimonium à nostra Hispania petitum adductum à Stephan. Baluzij *in addit. ad Marc. dict. lib. 8. cap. 10. pag. 322.* sub his verbis: *At quia Posteritas multum remisit de hac seueritate, quippè X. sæculo, illud tantum in Hispania Tarraconensi inualuerat, ut post Episcopi obitum alius eligi non posset absque Consilio, & assensu Regis. Parum id conducere Ecclesiasticæ Libertati censuit Petr. Rex Aragonum, itaque post peractam Romæ Coronationem suam ab Innocentio III. Anno M. CC. VI. Æternâ Lege sanciuit, vt deinceps Libera esset Episcoporum Electio, assensu Regio minimè requisito, ideſt, in expectata etiam eligendi Licentia, nam anteà id quoque obtinebat, nè tamen prorsus abjiceret ius illud Regium, edicit, ut postquam Electio facta fuerit Electus Regi præsentetur in signum Regiæ Fidelitatis. Quod adeò gratum fuit Innocentio Pontifici, ut hoc Petri Regis edictum confirmauit literis datis ad Episcopos in Regno Aragonensi constitutos, quæ extant in Regesto eiusdem Innocentij; cuius mihi copiam ante hoc quadriennium fecit vir Illustriss. Franciscus Bosquetus Episcopus Monspelienſis. Sic ergò habent.*

295 *INNOCENTIVS, &c. Archiepiscopis, & Episcopis, & alijs Ecclesiarum Prælatis, & uniuersis Clericis in Regno Aragonensi constitutis solet annuere, &c. In Litteris siquidem Charissimi in Christo Filij Petri, Illustris Regis Aragonensis sic de verbo ad verbum perpeximus contineri. Petrus Dei gratia Rex Aragonensis, Comes Barcinonensis, & Dominus Montis Pessulani Venerabilibus in Christo Tarraconensi Archi-Episcopo, & vniuersis Episcopis, Abbatibus, cæterisque Ecclesiarum Prælatis, & eorum Conuentibus in Regno, & Dominio nostro constitutis Æternam in Domino Salutem. Regi Regum, per quem Reges regnant reuerentiam debitam exhibentes, &*

Spon-

*Sponſæ eius Sanctæ videlicèt Eccleſiæ integram Libertatem conſeruare volentes, peſsimam conſuetudinem à nobis hactenus obſeruatam, quà Electionem Prælatorum ſinè noſtro Conſilio, & aſſenſu procedere non permittebamus, Amore Dei, & Sanctæ Eccleſiæ, & pro remedio Animæ noſtræ, & Parentum noſtrorum relaxamus; Vobiſque, & uniuerſis Succeſſoribus veſtris, & Conuentibus in omni Iuriſdictione noſtra conſtitutis Liberam eligendi facultatem per Nos, & per omnes Succeſſores Noſtros, aſſenſu Regio minimè requiſito in perpetuum indulgemus. Hoc ſolùm Nobis, & Succeſſoribus Noſtris reſeruantes, ut liberè, & canonicè electus in ſignum Regiæ Fidelitatis Nobis, & Succeſſoribus Noſtris debeat præſentari. Nos igitur deuotionem Regiam in Domino commendantes, & approbantes in hac parte Statutum ipſius, illud Auctoritate Apoſtolicà confirmamus, & præſentis ſcripti Patrocinio communimus. Nulli ergò, &c. Noſtra Confirmationis, &c. Si quis autem, &c. Dattum Corneti. iij. Kalend. Nouembris. Anno decimo.* Huius ceſsionis meminit Hieron. de Zurita *p.* 1. *Annalium Aragon. lib.* 2. *cap.* 5. *pag.* 91. *col.* 1 *in fine*, qui eam ad Annum 1205. rejecit Ipſe tamen non planè aſſentitur imò ſubdit: *De lo qual ninguna mencion ſe haze, en el reconocimiento que ſe hizo al Papa Innocencio.* Vndè non poteſt non titubare huius Bullæ Fides attentam agna Zuritæ authoritate.

296 Si autem vera eſt præallegata Bulla Rex peſsimam eſſe conſuetudinem Epiſcopatuum, & Dignitatuum Se Electioni immiſcendi obteſtetur, omninòquè Libertati Eccleſiæ contrariam fateatur, quumque eius aſſertioni ſtandum ſit, ut à principio diximus, non poteſt Regia verificari Aſſertio, ſi intelligatur velle à Iure hanc Sibi competere Poteſtatem præſentandi Epiſcopos, & Prælatos.

297 II. Autem ratio, & quidem efficaciſsima eſt, quod antiqua conſuetudine, aut præſcriptione Ius iſtud Regibus competere non poſſe ex eo probatur, quod in Eccleſijs Cathedralibus non per Præſentationem, ſed per Electionem prouidetur attento Iure communi, *cap.* 1. *& toto titulo de Electione.* Electionis autem incapaces ſunt Laici etiam Principes, *cap. Sacroſancta* 51. *& cap. Meſſana* 56. *de Elect.* quia nimirum electio dirigitur proximè ad electum ipſique Ius tribuit, *cap. Quam ſit, de Cenſ. in* 6. quam ob rem inter Eligentes, & Electum, veluti Spirituale Matrimonium incohatur, *cap. Cum inter* 21. *de Elect.* & propter alias rationes adductas à Laiman. *Q. Q. Canonic. tit. de Elect. cap.* 3. *q.* 21. Ex quibus concludit Laicos propter ea omnes incapaces Iuris iſtius exiſtere, ergò conſuetudine, aut præſcriptione etiam immemorabili incapacitas hæc tolli non poteſt, ut latè ſupra manet probatum, & expreſſe docet Balboa *dict. cap.* 2. *num.* 36. ergò non rectè aſſeritur *in dict. l. Regia*, ex antiqua conſuetudine Ius hoc Regibus competere.

298 III. Nam Regibus Hiſpaniæ

paniæ Ius hoc Eligendi, aut Præsentandi non competijsse constat *ex l.17. & 18. tit.5. p.1.* ubi probatur antiqua consuetudine seruatam esse Electionis formam contentam, *in cap. Cum Terra 14. cum similibus, de Elect. cap. Nobis 26. de Iure Patronat.* ergò rejicienda est præallegata Assertio, & opinio Covarr. & Palac. Rub. teste Balboa *loc. cit. num. 37.* Quibus non obstantibus verificari posse Regiam attestationem censemus, quà à Iure Prælatiarum Electionem, Præsentationemque sibi competere adfirmat, probabili innitès opinioni Catholicus Rex, optimam namque interpretationem recipere potest Assertio illa attento Iure antiquo inxta cuius Sanctiones Populi consensus desiderabatur in Prælatorum Electionibus. *Can. Plebi, & Can. Sanctorum 63. dist. cap. Quanto, de Elect.* non tantum in comprobationem Electionis iam factæ, ut quidam ex Cypriani verbis, *Epistol. 42.* colligere voluerunt, sed etiam faciendæ, *cap. 2. de Elect. in 1. compilat.* Hoc autem Ius à Populo ad Principem exemplo Legis Regiæ, *l. 1. C. de Veter. Iur. Enucl.* translatum esse docet Innocent. Ciron. *in Paratit. in 5. Decretal. Libros, ad tit. de Elect. vers. Per compromissum, pag. mihi 24.* subdens: *Nam quum habeant Ius in Capita, & fortunas Reges, hanc ad se facultatem aduocarunt; præsertim quod se Patronos, & Fundatores omnium Ecclesiarum in suis Ditionibus profiteantur: sed hoc similiter prohibitum fuit præcipuè Nizanâ Synodo, in Can. Omnis, Can. Porro, 63. dist. Et quamuis id sæpius factitatum in plerisque Regnis fuerit, non tamen sponte, sed coacte, ut testatur Lucius III. in cap. 5. hoc tit. in 1. Compilat. &c.* Quæ generaliter dicta, ut agnoscatur an in nostra Hispania processerint.

299 Præsuponendum est Synod. Toletan. IV. sub Sisenando Rege ex omnibus Hispaniarum Prouincijs congregata Ann. 633. dissertis verbis Canonicum ordinem in Episcoporum electionibus seruandũ restituisse *Can. 19.* his verbis: *Sed nec ille deinceps Sacerdos erit, quem nec Clerus, nec Populus propriæ Ciuitatis elegerit, vel Auctoritas Metropolitani, vel Comprouincialium Sacerdotum Assensio exquisiuit.*

300 Restituisse hanc formam PP. Concilij dixi, nam Apostolica Indulgentia ab Apostolorum tempore obseruatam hanc fuisse ex dictis constat, & probamus ex Cypriano *in Litteris ad Eccles. Legionens. & Asturicens. Epist. 68.* Scribente: *Propter quod diligenter de Traditione Diuina, & Apostolica obseruatione obseruandum est, & tenendum, quod apud Nos quoque, & ferè Prouincias Vniuersas tenetur, ut ad Ordinationes ritè celebrandas ad eam Plebem, cui Præpositus ordinatur Episcopi eiusdem Prouinciæ quinque cõueniant, & Episcopus delegatur Plebe præsente, quæ singulorum vitam plenissimè nouit, & unius cuiusque actum de eius conuersatione perspexit. Quod, & apud Vos factum vidimus.*

301 Ast neque Synodi Decte-

creto, nec Cypriani verbis excluditur apertè Regia voluntatis interuentio, per quam præficiebantur Sedibus Episcopalibus illi, quos auctoritate sua Rex foueret, ut patet ex Text. *in cap. Cum terra* 14. ibi: *Non prohibemus quin Regis requiratur Assensus, cap. Cum inter vniuersas* 18. ibi: *Vice Regia postuletis assensum de Elect.* & est singularis quoad nostros Reges Textus *in cap. de hoc autem* 11. de Simonia. Ex quo non solùm præstare assensum Regem posse probatur, sed pro eo præstando munera accipere posse conuincitur, quando quidem illi restitui jubentur, ex eo tantùm quod Simoniacè Archidiaconus ille Episcopatum adeptus erat, ut ex contextu apparet. Vlteriusque Ius hoc Regiũ præstandi assensum comprobamus expresse namque de eis loquitur: prę allegatus Text. *in dict. cap. de hoc autem.* II. Casus enim in Oxomensi acciderat Ecclesiâ, & Archiepiscopo re scribens Toletano Alexander III. ait: *Regem autem, & Principes eius debes inducere, vt siquâ receperunt à præfato Episcopo, vt eius Electioni præstarent assensum Ecclesiæ Oxomensi sine diminutione restituant*, & probatur testimonio, Braulionis Cæsaraugustani *Epist. ad Isidorum Hispalensem*, quà eum rogat, ut suggerat Regi, quatenus Metropolitanæ Tarraconensi Ecclesiæ illum præficiat, cuius doctrinæ Sanctitas Cæteris sit vitæ forma. Isidor. respondet: *Regi manere* incertum, ubi certiùs conuertat animum. Quæ testimonia citat Loaysa *in notis ad Concilium Toletanum XII.* Quibus addi potest Illustris locus Iuliani Toletani in expeditione Vvambæ Regis, loquens enim de Ranimiro contra Ius in Episcopatum Nemausensem electo ait: *In cuius Electione nullus ordo attenditur, nulla Principis, vel Metropolitani definitio præstolatur*, Petrus à Marca *dict. lib.* 8. *cap.* 10. *num.* 2.

302 Hanc Concilij indulgentiam verterunt in merum Imperium, & ad se ius Electionem plenum Reges Hispaniarum traxerunt, quod discimus *ex Can.* 6. Concilij Toletani XII. habiti anno primo Eruigij Regis ideſt anno DC.LXXXI. quo Canone confirmatur usus ille Electionum à Regibus usurpatus, non autem de nouo instituitur, ut quidam sibi persuaserunt. Illud unum nouum decernitur, quod Dignitatẽ Episcopi Toletani augebat, & faciliorem præstabat Regiæ Electionis executionem, scilicèt, ut Electus à Rege, judicioq; Toletani Episcopi probatus, ab eo ordinaretur, ea Lege, ut intra trium mensium spatium à die ordinationis suæ, Metropolitano suo se consecratus sisteret, ab eoque monita pro regenda Diœcesi opportuna susciperet, is autem ordo antea seruabatur, ut Rex non priùs Successorem deligeret, quàm de Obitu Decessoris certior factus esset, & consultus de Persona præficiendi, consultus scilicèt, à Clero, & Plebe, & Metropolitano, & Coëpiscopis, qui consensionem suam mittentes, Regium Decretum pro electo suis suffragijs, aut pro

alio ex Regis arbitrio, expectabant. Hæc omnia quũ non possent breui temporis spatio expediri; molestiam creabant Episcopis Prouincialibus, quorum vota vel admittere, vel spernere penes Regem erat; ideoque ferè inutilis erat eorum æquè, ac Cleri, Plebisque Consensio. Regis Dignitas, & Potestas erat in suspenso: Ecclesiatum interim Vacatio contra Canones pro trahebatur. Ideo maluerunt Episcopi omnia permittere Regis electioni, & Iudicio Toletani Episcopi. Hic est sensus Concilij, cuius verba retulit Gratianus *dist. 63. in cap. Cum longè, latèque diffuso tractu Terrarum, commeantium impeditur Celeritas nuntiorum, quo, aut non queat Regis auditibus decedentis Præsulis transitus innotesci, aut de Successore morientis Episcopi Libera Principis Electio præstolari, nascitur semper, & nostro Ordini de relatione talium difficultas, & Regiæ Potestati, dum Consultum nostrum pro subrogandis Pontificibus sustinet injuriosa necessitas.* Fatentur Episcopi liberam fuisse Principis Electionem ante hùnc Canonem; sed suspensam, donec Consultatio, seu Relatio missa fuisset è Prouincia à Metropolitano, & Episcopis.

303 Hinc facile colligitur Lapsos esse Eruditiss. aliàs D.D. Garciam de Loaysa *in notis ad Concil. Tolet. XII. Can. 6.* & Mich. Rousel. *Histor. Pontif. Iurisd. lib. 2. cap. 6. num. 26.* existimantes Regem, ante Concilium Toletanum Electionem suam ad Concilium Generale Hispanię retulisse; Concilium autem inquisiuisse an nominatus dignus esset eo munere? & postea nominatum confirmasse. Hallucinationis occasio sumta ex Cõcilio Toletano XVI. quod laudat, in quo agitur de Felice Spalensi Episcopo, quem Egica ad Toletanum Episcopatum elegerat, eique eius Ecclesiæ curam interim commisit, reseruans eam translationem Decreto Concilij Generalis firmandam. Quare Concilium cum consensu Cleri, ac Populi Toletani Felicem de Spalensi Sede in Toletanam se canonicè transducere declarat Can. XII. Translatio non poterat iuxta Canones decerni à Rege, sed à Synodo Generali, cuius auctoritati eam Egica rectè permisit, & præterea Translationem Bracarensis ad Hispalensem Sedem, & Portucalensis ad Bracarensem, quas Concilium hoc eodem Can. decernit. Quod non debuit trahi in consequentiam pro omnibus Electionibus. Id autem ex alio capite perspicere poterat Loaysa, quod temporibus Concilij. XII. immutata Electionũ forma, omnia ad nutum Regis arbitrum relata erant. Quomodo ergò poterat usum antiquiorem illo Concilio XII. interpretari ex usu Concilij XVI. Anno DC. XIIII. habiti, quod erat posterius duodecimo annis tredecim? Marca *indict. lib. 8. cap. 10.*

304 Indulgentia verò Ecclesiæ erga Sæculares Principes in hoc Iure, & Potestate concedenda ipsi proficit Ecclesiæ, quandoquidem animos eorum hac liberalitate er-

ga Se ad licit, eoſq; antidorali ſtimulo ad augendam Epiſcopalem Dignitatem, excitat, & cogit, nam quia à Se cognitos eligunt Prælatos, ſuis ideò eos præficiunt Conſilijs, Conſiliarioſque faciunt, quam perpetuò obtinent Dignitatem, *l.4.tit.4.lib.2.nou.Comp.* Parlador. *in ſexquicent. differ.10. num.* 27. Bouad. *in Polit. lib.2. cap.17. num.10.* Auguſt. Barboſ. *de Poteſt. Epiſc.p.1.tit.1.cap.1.num.12. in fin.* in propriamque Regum auctoritatem cedet quidquid ipſi concedunt Epiſcopis, vel in Regiæ Maieſtatis verget detrimentum, omne, quod ab Epiſcopali aufertur auctoritate, intereſt enim Decori Regio, ut Suprem Eccleſiæ Magiſtratus, proprijque Conſiliarij à ſe electi, & præſentati, ſummà polleant auctoritate, ratione quidem naturali, & Politica, nam partes ipſius Corporis æſtimantur, *l. Ius publicum, ff.de Iuſt. & Iur. l. Quiſquis 5. C. ad l. Iul. Majeſt. l.2. tit 4. part.3.l.7.tit.8.p.4.* Salicet. *in dict. l. Quiſquis, num.6.* Boſ. *in Tract.de Crim.Læſ. Majeſt. num.9.* Decian. *in Tract.Crim.tom.2.lib.7. tit.7. cap. 5. num.7.* Mar. Giurba *conſ.59.num.8.*

305 Quem ſic à Nobis efformatum diſcurſum probamus ex Innocen.III. Epiſt.1. Decretal. ad Ædorn. Pictauienſ Epiſcop. ibi: *Ne ipſa perſona, in quam vota electorum conueniſſent, Regi ex certa ratione ſuſpecta exiſteret, l.14. tit.3. lib.1. Recop.* ibi: *Y como quiera que eſta loable coſtumbre tiene fundamento, y aprobacion de derecho en fauor de la Dignidad, y Preeminencia de Nueſtra Real Mageſtad, porque no ayan las Dignidades de nueſtros Reynos, ni ocupen las Fortalezas de Igleſias las Perſonas Eſtrangeras ſoſpechoſas à Nos, &c.* Fauetque Text. *in cap. Petitio 32. de Iur. Iur.* Hoſtien. *in Summa de Elect. §. Quis poſsit, in fine,* & eſt elegans Gloſſ. *in cap.1.62. diſt.* Petr. Greg. *de Elect. cap. 19. num. 15.* conducitque Marciani Imperatoris reſponſum *in l.1. & 2. C. de Colleg. illicitis*, ubi adfirmat; Ad Principem attinere curam nè ſub Religionis prætextu Reſpublica detrimentum aliquod patiatur ſuntque magna ponderatione digna verba Mediolanenſium Legatorum ad Clementem in oratione de non admittendo tamquã inimico Archi-Epiſcopo Vice-Comite relata à Triſtano Chalco *lib. 16. Patriæ Hiſtor.* ibi: *Contradiximus fateor edicto Pontificio, deſignatumque Antiſtitem recuſauimus, non ut Majeſtati Veſtræ derogaremus, ſed ne hic ſub nomine, & Poteſtate Sacerdotij excidium Patriæ moliretur,* & mox: *Intereſt enim (Pater Beatiſsime) non tàm Sacrorum, & Religionis, quam publicæ quietis, qualem Præſulem ſortiamur, quo enim Se Paſtor noſter inclinauerit, eo Imperia, & opes ſtetere.*

306 Ex quibus legitimè infertur probabili fundamento innixum atteſtatum eſſe Regem in præallegata lege, à Iure Facultatẽ iſtã Regibus cõpetere, Canonico tamen ſub audiendum; nam licèt à principio vſurpatio huic Iuri initiũ dediſſet, repetitis poſtea, Conciliaribus Decretis, & Apoſtolicis Conſtitutionibus hoc ipſum Ius li-

liberè, & absolutè Regibus nostris concedentibus hoc vitium purgatum fuit; quum autem in corpore Iuris non pauca testimonia inueniantur, Regiæque Dignitati perpetuò concessa sint, Iure proprio eis competere probabiliter dicitur ad tradita per Bar. *in l. Ambitiosa, num.* 34. *ff. de Decretis ab Ordin. fac.* Ioann. Andr. *in Add. ad Speculator. tit. de Deleg. §. Veni, ad fin.* Covar. *lib.* 3. *var. cap.* 20. *num.* 6. *in princip. & num.* 9. *in fine*, Sanch. *de Matrimonio lib.* 2. *disp.* 40. *num.* 14. Alexan. Sperel. *decis.* 97. *num.* 4. *tom.* 1.

307 Hæc licèt ante Concilium Trident. probabilia essent, post illud autem irrefragabilia permanent: Statuit enim *Sess.* 24. *de Reform. cap.* 1. *Omnes verò, & singuli, qui ad Promotionem Præficiendorum quodcumque ius, quàcumque ratione à S. Sede Apostolica habent, aut alioquin operam suam præstant, nihil in ijs pro præsenti temporum ratione innouando, hortatur, & monèt, ut in primis meminerint, nihil Se ad Dei gloriam, & Populorum salutem utilius, quàm si bonos Pastores, & Ecclesiæ gubernandæ idoneos, promoueri studeant, &c.*

308 In quo quidem adnotandæ sunt Dictiones *Quàcumque ratione, & aut alioquin* post Concessionem Apostolicam abhibitæ; quarum prima generalis est, omnem includens Titulum, nullumque excludens, ut Text. *in l. à Procuratore, C. Mandati, & cap. Solitæ*, & ibi Gloss. *verbo. Quicumque, de Maior. & Obed. in cap. Quicumque, de Sent. Excommun. in* 6. notant Tiraquel. Apostil ad Rom. Rimin. Roland. Menoch. Marchesan. Vulpel. Rot. Rom. Mar. Antonin. Cardinal. Tusch. Glorit. Aym. Crauett. Paris. Bursat. & alij quamplurimi relati à Barbosa *Dict.* 317. *num.* 1. Altera, quæ cum Aduersatiua sit alium præsupponit titulum, *l. Diuortio in princ. ff. de Neg. gest. l. Aliàs*, & ibi Gloss. *ff. de Iur. Iur.* & cum Tiraquel. Soccino, Mandosio, Petro Henriq. Vulpel, & Zenedo, Barbosa *Diction. V. sufreq.* 11. *num.* 2. sed nullus alius reperietur in Iure legitimior, quam Ius, aut Pontifex concedens, ut ex dictis, & mox dicendis constabit. Ergò hùnc præsuppossuit Concilium.

309 Quæ ex abundanti, & ratiocinandi causâ dicta esse voluimus, habemus namque clarius ipsius Concilij Decretum hoc Ius omninò approbans, videlicet *Sess.* 25. *de Reform. cap.* 5. ibi: *Reliqui Patronatus omnes, &c. Exceptis Patronatibus super Cathedralibus Ecclesijs competentibus, & exceptis alijs, quæ ad Imperatorem, Reges, seu Regna possidentes, &c.* Ex quibus omninò approbatum, & illæsum Ius hoc nostris Regibus esse docet D. Felician. de la Vega *in dict. Relect. ad cap. Quanto, num.* 19. *extra, de Iudic.* quem tantummodò August. Barbos. *allegat. in dict. decreto, Concil. num.* 40.

310 Vnde iam non obstant in contrarium objecta; intelligenda namque sunt procedere, quoad Principes, qui nullo justo, & legitimo titulo hoc ius vsurparunt, illudque ideò malà fide

poſſederunt, ipſi, & Succeſſores, non verò eſt adaptanda noſtris Potentiſsimis Monarchis, quis juſto hoc titulo Ius illud poſsident, quo extante incapacitatem tolli ſufficienter ſupra probaui.

311 Ad renuntiationem verò Regis Aragoniæ reſpondemus, I. de illa non conſtare, ut affirmat Zurita *dict. lib. 2. cap. 51.* ſupra relatus. Vnde non temere de eius authoritate dubitabitur. II. Factũ illius Regis alijs præjudicium inferre non potuiſſe, quum præcipue Renunciationem, illam à Proceribus Regni contra Ius factam fuiſſe declarauerint, ab eaque ad S. Sedem reclamaverint, illaque non obſtante Ius hoc in ipſo, & Succeſſoribus perſeueraverit, ut teſtatur Siculus Marin. *de Reb. Hiſpan. lib.* 10. Michael Rouſel. *Hiſtor. Pontif. Iuriſdict. lib. 6. cap. 6. num.* 31. ubi ex Couarr. docet in Vniuerſo Regno eſſe hoc Ius radicatum, poſſeque ideo illud à Renuntiatione Regis reclamare, eique non aſſentire.

312 II. Autem Titulus à dicta Lege Regia atteſtatus, eſt Immemorabilis Conſuetudo, quam per ſe ſolam ſufficere ad hoc Ius noſtris Regibus tribuendum Non nulli docuerunt, moti argum. Text. in Can. *Decernimus*, Can. *Quicumque*, Can. *Filijs, vel Nepotibus* 16. q. 7. Verojus *in Rubr. de Iur. Patron. num.* 27. Palac. Ruu. *de Benef. in Curia vacant.* §. 8. Mich. Martinez del Villar *Patronatus de Calatayud, p.* 9. §. 2. *num.* 4. incertè pro ſe allegans Abb. Montaluum, & Coſm. Guimier, teſte Garcia *de Benef. p.* 1. *cap.* 2. *num.* 28. *in fine.*

313 Omnes hànc ſequenter opinionem abſolutè, & generaliter intellectam re verà falluntur, principijs Canonici Iuris notiſsimis opponuntur; quamuis enim Conſuetudo hæc immemorabilis fortior, qui excogitari poteſt. Titulus ſit, ad quodcumque Ius acquirendum, *l. Hoc Iure, §. Ductus aquæ, ff. de aqua quottid. & æſtiua, l.* 8. *tit.* 15. *lib.* 4. *Recop.* ibi: *Sea habida en lugar de titulo baſtante.* Bal. *in cap. Cum olim, num.* 1. *de Conſuetud.* per illum textum Iaſ. *in l. Si certis annis lim.* 10. *C. de pact.* Fontanell. *de pact. Nupt. clau.* 4. *gloſſ.* 17. *num.* 3. *&* 37. D. Ioan. del Caſtillo *de Tertijs, cap.* 26. *à num.* 23. Salgad. *de Reg. Protect. 3. p. cap.* 10. *nu.* 283. Valençuel. *Conſ. conſ.* 146. Hulric. Hunn. *in Encyclopad. Iur.* 1 *p. tit. de conſuet. cap* 7. *num.* 7. & præcipuè in Iuriſdictionalibus, nam fontem omnium Iuriſdictionum eſſe immemorabilem poſſeſsionem docent Ioann. Borchold. *conſ.* 19. §. 8. Conſuetudo, *p.* 2. Aym. Cravetta *conſ.* 228. *num.* 7. *tom.* 2. Andr. Knichen. *de Iur. Saxon. verb. Ducum Saxon. cap.* 1. *num.* 67. hoc tamen dupliciter limitatur.

314 I. Quoties adeſt Incapacitas; & repugnantia in Subjecto pro ſe Immemorabilem allegante; tùnc enim nihil ei prodeſt illa, *cap.* 4. *de Offic. Archidiacon. cap.* 7. *de Conſuetud.* Gloſſ. *in Clem.* 1. *in fine de Priuileg.* Balboa *in dict. cap. Cum Eccleſia Sutrina, num.* 43. *de cauſ. poſſeſ. & propr.* nec poteſt dici ex Immemorabili præſumi Priuilegiũ, ut voluère Ioan. Garc. Azor, Alex.

Moneta, & Zevall. apud Nicol. Garc. *dict. p. 1. cap. 2. num. 38.* cui addo Valenz. *cons. 114. num. 16. Vol. 2.* Ioan. Petr. Tonduti *QQ. Benef. 1. p. cap. 2. num. 8.* verius náque est Immemorabilem etiam cum allegatione Privilegij non suffragari, quoties adest incapacitas nisi fama Privilegij concurrat, ut communitet docent Innocent. Probus, Autrer. Balb. Guillelm. Benedict. Ant. Gabriel, Menoch. Sahagum, Azor. Crescent. Puteus, Guidobonus, Rebuff. & propè innumeræ Rot. Decisiones apud Garciam *dicto num. 38.* & apud præcitatos DD.

315 II. Limitanda est hæc Regula, quoties euidenter appareret de invalido, & injusto Titulo, atque iniquo Principio; tunc enim nullum tribuit Ius Immemorabilis, quamuis legitimè probetur, Pelaez de Mieres *de Maiorat. p. 4. q. 21. à num. 49. 52. & 58. in 2. edit.* Hier. Gonç. *in Reg. 8. gloss. 18. num. 48.* Ricc. *in praxi Iur. Patron collect. 144. num. 18.* ubi testatur, Sacram Congregationem sic declarasse, addendusque est Salg. *de Reg. Protect. p. 1. cap. 1. num. 32. infin.* ubi alios refert.

316 Ast in Principibus Nostris nulla ex allegatis militat limitatio, nam à Iure habent incapacitatem sublatam, cuius quidem dispositio, quum generalis sit, rectè possumus concessionem eam appellare, *l. 2. in princip. ff. Ne quid in loco publico, & etiam Priuilegium, ut in l. Vnic. §. Sub nixi fin.* ubi notat Anton. Faber. *ff. de offic. Prætor.* juncta *l. Præfecti 17. ff. de Minor.* Moez. de Iturbide *in I. Sexti Decret. ad Text. in cap. Cum aliquibus, num. 14. tit. 3. de Rescrip.* Sed accedente Priuilegio, vel eius fama Immemorabilis sufficit, ergò opinio illa, quoad nostros Reges planè procedit. Minor. probo ex Ioann. Andr. Panorm. & alijs Can. *in cap. Cum Apostolica, de his, quæ fiunt à Prelat. sine consens. Capituli, cap. 2. § Sanè de Decim. in 6.* Marta *de Iurisdict. p. 4. Cent. 1. cas. 64 num. 13.* qui ex hac fama priuilegij, juncta Immemorabili Capaces illius præsentandi Iuris Laicos effici docet, semper tamen utrumque concurrere debere, quin vnum absque alio sufficiat docent Panorm. *in cap. Cum causam, de præscrip.* Ioann. Andr. *in cap. 1. eod. in 6.* & ex eis, & alij Balboa *in dict. cap. Causam, num. 42. & 43. de caus. possess. & propr.* Omnia autem hæc in Rege Nostro militant, & quidem duplicitèr. I ex eius assertione, copiosè à Nobis comprobata, nuncque denuo corroborata *ex l. 18. tit. 5. p. 1.* ubi Greg. Lop. & ex Gloss. *in Hadrianus 63. dist.* Thom. Boz. *de Sign. Eccles. lib. 20. Signo 87. cap. 6.* Iacob. de Valdès *de Dignit. Reg. Hispan. cap. 21.* II. ab Omnium communi opinione de hoc Priuilegio inconcussè attestantium, quod sufficit, juxta tradita à Felician. de Solis *in tract. de Censib. 3. part. cap. 3. num. 9.* & pluribus alijs adductis à Salgado *de Reg. Protect. part. 1. cap. 1. prælud. 3. num. 179.* cui addo Carleual. *de Iudic. tom. 1. disp. 2. quæst. 2. num. 62. circa finem*, Loter. *de Re Benef. lib. 2. quæst. 16. num. 12.* quæ juncta

Im-

Immemorabili possessione, sufficit ad justificationem istius juris, licet Indultū non appareat Apostolicum Ioan.Andr.*in Add.ad Speculat.tit.de Legato §. Nunc tractemus, vers. Sed nunquid Legatus §.2. in fin.* Alber. *in l.benè à Zenone, C.de Quadrien.præscript.* Boer.*decis.*31.

317 Iure,Immemorabilique cōsuetudine à Regia Lege relatis ad justificandum Ius Nominandi, Eligendi,& Præsentandi Prælatos, subdit Lex: *Y justos titulos.* Quæ quidem verba maiorem omnibus intulerunt difficultatem, supponit enim esse alios titulos, quam Ius Canonicum, aut Pontifex concedens, & Immemorabilis consuetudo, junctà priuilegij famà;fateor etenim nullum alium titulum reperire potuisse, nam Ius Patronatus, quod sufficiens per se solum putarunt Palac.Rub. *in Introduct.Rubr.de Don. inter Vir. & Vxor.num.*24. Covarr. Zened. Camil. Borrel. Quintana. Dueñ. Bovadill. Anton. de Fuertes, & Loter.apud Barbos.*de Potest.Episc. p.*1.*tit.*1.*cap.*3.*num.*29. invalidum esse censemus; nam Maiores istæ Dignitates Patronatui Regio cōpetere nequeunt, *cap.Nobis*, & ibi Abbas & alij *de jur.Patron.* & cum Rocho de Curte,Covarr.Cardin. Lambertin. & alijs Solorç. *dict. cap.*4.*num.*26. Addendusque est eis Text. *in cap. Cum in terra, de Elect. l.*18.*tit.*5.*p.*1.ex Balboa ad Text.*in cap. Cum Ecclesia Sutrina, num.*44.*de Caus.Possess.& propr.* ubi Montaluum rejicit contrariam defendentem opinionem.horumque veram esse sententiam legitimè censeri posse arbitror;Maiores namque Ecclesiasticæ Dignitates semper S. Sedi sunt, quoad earum Prouisionem, reseruatæ, *cap.Maiores, de Bap.cap.Vt debitus honor,de Appell.cap. Quoad trāslationem,de Offi.Leg.* & ibi Gloss. Ioan. Honor.*in Summa,lib.*1.*tit.*5.*nu.*6.

318 Non incongrue nihilominus censemus illa verba adhibita à Regia Lege esse; nā quamuis generaliter loquēdo verū sit Maiores Dignitates sub Patronatu generaliter concesso nō comprehendi, hæc tamen Regula impresentiarum non procedit;quia ipsarum Dignitatum Patronatus Regibus est cōcessus; quumque Præsentatio fructus Patronatus sit respectiuus Eorum Dignitatum Præsentationem in hoc comprehēdi, neq; maiori indigere satisfactione reputat Barbos.*in cap.Cum longè* 63.*dist.nu.*2.plures allegans, cuius doctrinam hoc temperamēto acceptam, probabilem esse non dubitamus,Probabilitatemque istam sufficere, ut Rex ei innitens Ius hoc Sibi competere tutuo affirmare potuisset. Quod nūnc,non tàm approbando, quàm Evasionē Regiæ Attestationi quærendo, dictū esse volumus, & monemus.

319 Nec suspecta redditur hæc Lex in conglomeratione titulorū, utpotè parùm tuta de legitimis, etiam minùs fortes adhibens. Respondetur enim in Beneficialibus dari multiplicitatem titulorū, omnesque allegari debere docente Rota apud Seraph. *decis.* 2857.*tom.*2.*in nova Collect.*, sed restat adhuc non leuis scrupulus in eadem Lege vincendus, dum asserit harū Dignitatū Prouisionē,

& Præsentationem ad Regem pertinere, etiam si ipsæ in Curia Romana; vacent, regùlare namque est, omnes Dignitates in Curia vacantes ad Sanctam Sedem omnino pertinere, ut omnibus liquet *ex Reg. 5. Chancellar.* & ex Text. *in cap. 2. de Præben. in 6. gloss. in Clem. 2. verb. siue ad Nos, eod. tit.* Ancharran. *in dict. cap. 2. num. 1.* ubi Franc. *num. 3.* Rota *decis. 1. num. 5. de Rer. permut. in nou.* cum pluribus alijs adductis à Nicolao Garcia *de Benefi. p. 5. cap. 1. à num. 68.* Barb. *de Potestat. Episcop. p. 3. allegat. 57. num. 22.* & ad Text. *in dict. cap. 2. num. 10. de Præb. in 6.*

320 Ast non obstante Regula ista Hispaniarum Reges, tàm Synodali Canone, quam vsui perpetuo, Apostolicæ concessioni, & Iuri Patronatus subnixi, præfractè eam Nominandi Prælatos, retinuerunt Auctoritatem, etiam si in Romana Curia, Possessores decississent, ut accidisse legimus tempore Pij II. ad quem quum Henricus Castellæ, & Legionis Rex Episcopum Legionensem misisset, eique in curia vita functo Pontifex Ioannem Cardinalim Nationalem subrogasset, possessionem Rex impediuit, & nullus præter nominatum à Rege, eam adeptus est. Ioann. Gobellus *lib. 4. Comment.* Pij II. cui addimus Hieron Zuritam, *Annal. Aragon, p. 4. lib. 20. cap. 31. col. 2. Anno* 1476. ibi: *Sucedió por este tiempo, que por la muerte de Don Pedro Ferriz, Cardenal de Tarazona, quedando vaca aquella Iglesia, el Rey Don Iuan suplicó al Papa proueyesse de ella à Don Iuan de Nauarra su Nieto, hijo de el Principe Don Carlos, y como el Rey falleció, el Papa proueyó à vn Curial Romano, llamado Andres Martinez, de que el Rey su Hijo recibió mucho descontentamiento: Que de una Iglesia tan principal en este Reyno, se proueyesse sin consentimiento, y suplicacion suya: y suplicó al Papa la proueyesse en el Cardenal Don Pedro Gonçalez de Mendoça, por los grandes, señalados, y continuos seruicios, que recibia de èl, y de su Casa, y Parentela. Con esto embió à mandar al Proueido, que luego renunciasse aquella Iglesia en manos de su Santidad, para que se proueyesse de ella à suplicacion de el Rey; porque sino lo hazia, procederia contra èl, y contra los suyos; por manera, que à èl fuesse castigo, y à otros exemplo, y le mandaria desnaturar de todos sus Reynos: considerando, que tan principales Iglesias como aquella, se auian siempre proueido à Presentacion de los Reyes sus Antecessores, y assi fueron presentados à ella por el Rey Don Alonso su tio Don Martin Zerdan, que fue Hijo de Iuan Ximenez Zerdan, Iusticia de Aragon, y Don Iorge de Bardaxi, que le sucedió inmediatamente, y fue hijo de Don Berenguer de Bardaxi, tambien Iusticia de Aragon.*

321 *Esto requirieron al Papa Gonçalo Hernandez de Heredia, que era Embaxador del Rey en Roma, y el Alcalde Garci Martinez de Lerma, propusieron al Papa: Que ya sabia, que de antigua costumbre immemorial, la Sede Apostolica auia proueido de las Iglesias Catedrales de estos Reynos, à pedimiento, y suplica-*

cion

*cion de los Reyes sus Antecessores; y era muy grande razon que assi se hiziesse, pues ganaron la tierra de los Infieles, y fundaron las Iglesias: lo que se podia dezir de pocos Reyes de la Christiandad; y que esta costumbre se tenia en todos los Reynos de Christianos. Suplicaronle: Que de alli adelante no quisiesse proueer de ninguna Iglesia Catedral destos Reynos, sin especial suplicacion, y consentimiento suyo. Y no solo de las Iglesias que vacassen en España, mas aun de las que vacassen en Roma, ò en otra qualquiera parte; porque las mas Iglesias tenian Ciudades, y Villas, y Fortalezas, y por las cosas passadas la experiencia auia mostrado, que no se debian encomendar sino à Personas de mucha confiança, assi del Rey, como de sus Reynos: y tales, que guardassen el seruicio de Dios, y suyo, y la quietud destos Reynos: y que estas Personas, ninguno las podia conocer como el Rey.*

322 *Certificaron al Papa, que si lo contrario se hiziesse, aunque hasta este tiempo, por le mostrar el deseo que tenia el Rey de obedecerle, y complazer, auia dado lugar à otra cosa, no lo podria hazer de alli adelante, ni la condicion del estado de sus Reynos lo podia comportar. Suplicaban, por estas causas, quisiesse tener con el Rey esta templança, de esperar sus suplicaciones; y no diesse causa, que huuiesse de entrar en contencion; porque aunque era contra su deseo, y contra la voluntad que tenia de obedecerle, y complazerle, la necessidad le forçaria à lo hazer.*

323 *Tambien informaban al Papa; que los Procuradores de las Ciudades, y Villas de Castilla, y Leon le daban grandes quexas del agrauio que recibian por las Dignidades, que se daban à los Estrangeros, y no nacidos en ellos, en gran detrimento de las Iglesias, y del seruicio de Dios, y contra los Priuilegios, y Leyes, y Ordenanças, y costumbres antiguas de ellos, que el Rey auia jurado, y prometido de guardar, &c.*

324 Fuit, & aliud non ignobilius exemplum sub Eisdem Catholicis Regibus Ferdinando, & Isabella, nam quum vacanti Episcopatui Chonchensi Nepotem suum Pontifex præposuisset, Reges electioni contradixerunt, nullumque à Pontifice nominatum admiserunt, sed inter ipsos, magnæ sunt exortæ discordiæ, quæ sedatæ omninò fuerunt Pontifice Præsentatum à Rege admittente, Mich. Rousel. *Histor. Pontific. Iurisdict. lib. 2. cap. 6. num.* 28. Aliaque quamplurima possemus exempla proferre, à quibus libenter supersedemus, quia relata sufficiunt argum. Text. *in l. 1. §. Quod autem* 4. illic: *Vel una die, vel nocte, ff. de Aqua quotid. & æst.* post Gloss. *in cap. Cum Ecclesia Sutrina 3. verb. Trium, de caus. possess. & propr.* Calderinus *Consil. 13. de Iur. Patron a.* & ex alijs D. Covarr. *Pract. QQ. cap. 14. num. 2. versic. 3. & in Reg. Possessor. 2. p. in princip. num. 6.* & post innumeros August. Barbos. *in dict. cap. Consultationibus 19. num. 5. & 6. & in dict. cap. Cum Ecclesia, num. 10.* Ludov. Posth *de Manutent. obseruat. 32. num. 16.* Carol. Marant. *tom. 3. controuers. Respons. 44. num. 34. & Resp. 46.*

*num.6.* Noguerol. *allegat.* 28. *num.* 137. Gratian. *disceptat. Forens. cap.* 310. *num.76.* Ioan. Garcia, Alvarus Valasc. Hieron. Gonçal. Petrus Gil Kenius ab ipsis relati, quibus etiam fauet Tridentin. *Sess.* 25. *de Reformat. cap.* 9. *§. In ijs.*

325 Ius idem competere Nostris Potentissimis Regibus in alijs Provincijs Sibi subjectis, ex eadem Apostolica Concessione, ut docent singularum Provinciarum, seu Regnorum Pragmatici, & Historiographi, apud quos videndum illud remittimus, addere contenti plenissimum illud habere in Omnibus Indijs Occidentalibus, tàm respectu Episcopatuum, quàm aliarum Dignitatum, & Beneficiorum ex Indultis Apostolicis relatis à Solorçan. *de Iur. Indiar. dict. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 2. Concessiones illas ad litteram deducente, easque Iuris Communis Regulis, & Interpretum explicationibus validissimè corroborãte.

## §. XIV.

## Fœminas esse Iure Diuino incapax subjectum Sacro-Supremæ Potestatis luculentissimè demonstratur Erroribusque Contrarijs occurritur, & Argumenta, quibus innitur validissimè comminuuntur.

326 LIcèt ex supradictis satis euictum manere judicari posset Mulieres omninò incapaces esse Sacro-Supremæ istius Potestatis, quum enim præcedentibus §§. ostenderimus Viros omnes Laicos eandem habere Incapacitatem, vrgentiori quidem ratione militabunt in Fœminas fundamenta omnia, quæ pro exclusione, & Incapacitate Masculorum firmanda, adduximus, quandoquidem Fœminæ nunquam capaces esse poterunt Sacro-Supremæ Potestatis, illius præcipuè, quæ Sacro Characteri adnexa est, quia perpetua incapacitate illum acquirendi, laborant, ut infra videbimus, non autem sic Viri, qui dum baptizati sunt, ordinari possunt, & Characterem accipere, quo capaces fiant istius Potestatis. Quo quidem adeò irrefragabili discursu Catholica ista hæc Assertio in eluctabilis maneret; Ast quum nostra tempestatè Cacodoxi fœtida Satanæ phlegmata per Cacochymum Collirydianorum, Pepuzianorum, & aliorum Antiquorum à Fide aberrantium (quorum infra solemniorèm mentionem faciemus) stomachum olim euomita resoruere non reformidauerint, & arbitrati sumus Incapacitatem istam à fundamẽtis eruerè,

erro-

errores detegère, Authores aſsignare, & Rationes, quibus innixi fuere, in medium producere, ut eas, falſas eſſe demonſtrando, firmiſsimam undique Veritatem Catholicam pro modulo noſtro exhibeamus. Quum tamen plura incidènter excuti neceſſarium ſit, quæ vitari non poſſunt, & ſub generali titulo cõgeſta tædium fortè afferent in Sectiones aliquas §. diuidère decreuimus, quarũ ſit.

## Sectio I.

### Qui nam fuerint Authores ſuadentes Fœminas eſſe capaces Sacro-Supremæ Poteſtatis.

327 QVVM nullus fuiſſet error, in quem cœca Gentilitas non incideret circa Vanorum Numinum ſuorum Cultum, hùnc quoque non prætermiſit creandi Mulières Sacerdotiſas, quæ Dijs Fœminis Sacra facerent, & Sacrorum omnium ipſis dicandorum, atque Oblationum eis faciendarum præcipuam curam, & Adminiſtrationem habèrent, atque in omnia ea omnimodam Iuriſdictionem, & Potèſtatèm exèrcerent Roſin. *de Antiq. Romanor. lib. 3. cap.* 26. vbi de Sacèrdotiſis Bonę Deæ loquitur. Apud Gallos quoque, & Germanos uſitatiſsimum morèm iſtum refert Tacitus *de Moribus Germanorum*, Græcis quoque fuiſſe Sacèrdotiſas, quas *Elèuſinas* vocabant Cereri Sacrificulas ex communi Græcorum, & Latinorum conſenſu affirmat Hallièr. *de Sacr. Election. part. 2. ſect. 4. cap. 2. §. 1. pag.* 496. Et nè per ſingulas Règiones abire cogar, communèm Gentilitatis errorèm fuiſſe creandi Sacèrdotiſſas, quæ Sacrificarent, & præſiderènt Rebus Sacris alicui particulari Numini dicatis, docèt Clemens *lib. 3. Apoſtolicar. Conſtit. cap.* 9.

328 Idem autem error Quorumdam Hæreticorum mentem inuaſit antiquis Sæculis, & præcipuè Cataphrygi, quibus illum attribuit S. Ambroſ. (cui communiter adſcribitur Commentarius in Epiſtolas Pauli, qui eius nomine idèo circumfertur) in illud 1. *ad Thimoth. 3. Mulieres ſimiliter pudicas.* Fuerunt autem iſti Cataphryges, qui alio nomine Montaniſtæ appellati: II. Sæculo plura deliria, à Montano Somniata amplexi ſunt, inter quos præcipuum fuit obedire tamquam Prophetiſſis, & Summis Doctoribus Priſcę, & Maximillæ ab ipſo Montano ad Miniſterium Prædicationis, & Doctrinæ delectis, ut ex Epiphan. *Hæreſi* 48. Auguſtin. *Hæreſi* 26. & Baron. *Anno* 173. refert Iacob. Gaulter. *in Tabul. Chronolog. Sæculo II. cap. 25. pag.* 191.

329 Hoc eodem Sæculo Gnoſtici, Diaboli germèn, pullularunt. Epiphan. *Hæreſi* 26. Baron. *Anno* 120. *num.* 37. Gaulterus *dict. Sæculo II. cap.* 6. vbi de varijs eorum nominibus, & hæreſibus ratio-

nonereddit. Hos Sacerdotij, Episcopatus, & Potestatis Ecclesiasticę mulieres capaces prædicasse, refert Irenæ *lib. 1. aduersus Hæreses, cap. 9.* Proximis illis temporibus alij insurrexere Heteredoxi, Pepuziani dicti, quia Montani errores præcipuos insectantes à Pepuza ipsius Montani Patria principales adepti fuere nomen, quum, et Quintiliani à Quintilla, & Priscilliani à Prisca, seu Priscilla eorum Pseudo-Prophetisis, atque Artotyritæ ab Oblatione ex pane, & caseo ab ipsis inuenta appellati sint Epiphan, *Hæresi 49.* Augustin. *Hæresi 27.* Baron. *Anno* 173. Gaultèr. *dict. Sæculo II. cap. 26. pag. 192. col. 2.* Hallièr. *dict. cap. 2. §. 1. num. 1.* Hi ergò dèliri Homines Sacerdotium, Prelaturas omnes, ac Ecclèsiasticam Supèrioritatèm Fœminis absolutè impartiebantur. Castro *Aduersus Hæreses, verbo Mulier*, Hallièr. Gaulter. & Baron. ex Epiphan. Augustino, & alijs.

330 IV. Sæculo alij etiam deprauati sunt Homines, qui Collirydiani appèllati sunt ex Græco nomine Placentum, vel Tortam significante; nempe ob Idolo-latriam, quæ ab Ipsis factitari cœpta èst in Arabia erga Deiparam Virginem MARIAM, cui statò anni die à Fœminis offerebat Placenta in Sacrificium, & Clientelarem Adorationèm, Diuinitatem attribuentibus Epiphan. *Hæresi 78. & 79.* Baron. *Anno 373. num. 30.* Gaulter. *dict. IV. Sæculo, cap. 32. pag. 305. col. 1.* vbi alios refert.

331 Sæculo V. Hæretici Azephali, siue Hæsitantes prodierunt, quorum primordia ad Annum Christi 432. adscribunt, ijs, qui nèque Ioanni Antiocheno Episcopo, neque S. Cyrillo Alèxandrino inter sese dissidèntibus, adhærere voluerunt; sed seorsum absquè capite res suas egerunt. Liberatus Diaconus apud Baron. *Anno 432. num. 21.* Cæterum credibilius est illos Anno 482. egèrminasse, eoque nominè appellatos fuisse Fautorès Petri Mogi Hæretici, Alexandriæ Episcopi, Iuratos utique Concilij Chalcedonènsis Hostes, quando illum ideò deseruerunt, quod Chalcèdonense Concilium anathematè Eos ferijsset, Lèontius apud Baron. *Anno 482. num. 42.* Quibus Se ipse Imperator Anastasius adjunxit Baron. *Anno 492. num. 44.* Hos igitur mente captos ad Sacrum Diaconatus Ordinem Mulièrès promouisse easque omnium Ecclesiasticorum Ordinum capacès reputasse referunt Sigibertus *ad Annū 525.* (quo errorem istum extinctum esse addit) & Marian. Scot. *in Chronic. eodem Anno.*

332 XII. Etiam Sæculo in Anglia errorem istum inualuisse, Authore quodam Arderio, refert Baron. *Anno 1053.* Thom. Vvaldens. *Doctrinal. Fidèi, tom. 1. lib. 2. art. 3. cap. 73. num. 2.* Alias etiam Fœminas in hanc demètiam lapsas memorat Tertullian. *de Præscription. cap. 41. & dè Baptismo, cap. 17. & de Velandis Virgin. cap. 9.* & alij PP. relati à Christian. Lupo *in Concil. General. tom. 2. pag. 998. &*

999.

999. *in Schol. ad Can.70. Trullan.*

333 Horum omnium immundos pannos Sibi assuèntes Nostri Sæculi Hètèrodoxi Laicozephaliã supra memoratam adinuenèrè, quam non solum Viris, sed etiam Fœminis competere affirmant, addentes, Christianos omnes cuiusque sexus, & conditionis sint Sacerdotes à Dèo Sanctificatos esse, nullumque aliud èsse Sacrificium, quam Gratiarum Actionem, Præcationes, & Laudes, quæ ab omnibus exhibèri posse pèrspicuum èsse affirmant. Vndè inferunt Sacro-Supremæ Potestatis etiam capaces existère. Etsi Præsuppositum Antecèdentis cèrtum esset, subsequèns illatio lègitima erat; quicumque enim capaces sunt Sacèrdotij, & Sacrarum aliarum Ordinationum, incapacès èsse non posse Sacro-Supremæ Potèstatis irrefragabile Principium est, passim à Nobis admissum, & probatum; Ast quum supponant falsum omnes illationes, Præsuppositi naturam sequuntur, ut mox videbimus altèra Sectionè.

334 Ast neque in suadendis huiusmodi dèliramèntis conformes èxistunt insani illi. Quidam enim solum concedunt capacitatem istam Mulieribus competère in ijs, quæ sunt externę Iurisdictionis, non autem in his, quæ sunt Ordinis; Alij verò ad utrosque istos actus Laicozephaliam extendebant; Alij media incesserunt via.

335 Primam sententiam sequutus est Acclèrus apud Sandè-

rum *lib. 2. de Claue Dauid, cap. 6. pag. 165. circa mèdium*, & Hornus *in Flatu suo, fol. 96. & 97.* apud Thom. Stapleton. *in Replica contra eumdem, lib. 1. cap. 5. tom. 1.* suorum Oper. ubi hæc habet: *Primatus Episcopalis, & Regimen Ecclesiæ Dei in tribus consistit: In Prædicatione Verbi Dei, in Administratione Sacramentorum; In Officio ligandi, atque soluendi; & ad hùnc modum gubernare Ecclesiam tantum ad Episcopos pertinèt, & Ministros Ecclesiæ non ad Règes, & Reginas, &c.* TooKerus Decanus Licheseldensis *in Monomachia cum Becano, pag. 14.* apud Grauinam *dict. art. 4. in Dubitatione Appendici*, hæc ait: *Reges non habent Potestatem administrandi Sacramenta, & pag. 63. Omnis Iurisdictio in Foro interiori Sacerdotum est, nulla Regum, &c.*

336 Alij verò Aulici Elisabethæ Anglię Reginæ Paternæ Henricianæ Hæresis, & Sceptri Hæredis Sacramento adhærentes. II. Sententiam, seu secundum dicendi modum professi sunt eam, tèstè Sandero *lib. 1. de Schismat. Anglicano*, etsi Elisabeth absolutæ illius Potestatis, quam Sibi Henricus usurpauèrat titulo Suprèmi Capitis, pèrtæsa præ pudorè nomen Capitis, in nomen Gubernatoris commutarit; plus tamen in formula juramenti expressit, quam Pater; Omnem siquidem Potestatem Spiritualem, etiam in Sacramènta Sibi adrogauit; quamquam præ pudore, & erubescentia declararit per ea verba, nihil se aliud Sibi attribuere voluisse, nisi quod Patri, & Fra-

tri

tri sub titulo Capitis Ecclesiæ ab omnibus concessum fuerat.

337 III. Sententiam mediam insectantes quoad omnèm Iurisdictionem Spiritualem in Foro exteriori cum primo dicèndi modo, seu prima sententia conuenientes, solam censuras fulminandi Potestatem excèperunt. Sic Episcopus Elièn sis apud TooKerum, *pag.* 305. quem refert Grauina *dict. art.* 4. *in dubit. Appendic.* subdens: *Vndè mèritò possumus distinguère Laico-zephalos istos in Molles, Rigidos, & Mistos. Neque enim inter se ipsi conueniunt, ut nec à principio in stabilienda Turri Babelis, propriam linguam intelligerent, & in diuersas loquendi formulas, secarentur, ubi prius erat terra Anglicorũ, Angelicorum sub una confessionis formula Règis proprij tantum in Temporalibus Primatum agnoscèns.*

338 Hæc sunt deliria à deperditissimis Hominibus varijs Sæculis adinuenta, & in vnum à Nobis congesta, ut agnoscant doctrinam istam insectantes, quos habeant Antesignanos, & à quibus Magistris eruditi sunt. Nùnc eorum fundamènta perpendamus sequenti.

## Sectio II.

### Quibus innitantur Fundamentis Capacitatem istam Fœminis attribuentes.

339 I. & efficacius fundamentum ab ipsis excogitatũ pro hac chimera stabilienda desumunt ab hoc sic efformato discursu. Præcipua atque principalis ratio Fœminas ab hac Potestatè excludèns, est Sacrarum Ordinationum incapacitas pèrpetua, quam Iure Diuino eas habere dicimus; sed nulla huiusmodi incapacitas reperitur, imò antiquis Ecclesiæ Sæculis Fœminas ordinatas esse legimus, ad omniaque Sacra munia admissas, èrgò non habent incapacitatem Iure Diuino accipiendi Sactas Ordinationes, ergò neque Sacro-Supremæ Potestatis. Maj. in nostra sententia nedum est certa; sed omninò irrefragabilis; Laicos enim ex hac tantum ratione ab huius Potestatis capacitate excludimus, quod nullum habènt Ordinem, quo deficiènte nulla alia rationè, seu titulo subjectum aliquod capax effici potest Ecclesiasticæ Iurisdictionis. I. Consequentia est ex alibi dictis etiam èst nota. Quæ enim Iure Diuino sunt prohibita, semper prohibita èsse debuerunt. Vndè nullo Sæculo permitti potuerunt ut ètiam alibi manet probatum; Quum ergò ab Ecclesia pèrmissum esse comperiatur Fœminas aliquando ordinari, Prohibitionèm istam à Iure Diuino non prouenire perspicuum èst: Nè alias Ecclesiam contra Ius Diuinum aliquando operatam èsse fateri cogamur, quod nec excogitari permittimus. II. autem consequentia etiam est

nota,

nota, tùm quia Sacro-Suprema Potestas est Sacro Characteri adnexa. Si ergò Fœminæ istius Characteris capaces existunt, etiam Sacro-Supremæ Potestatis capaces existere indubitati Iuris est, connexorum namque natura inseparabilis, atque indiuisibilis semper exsilit; Vndè uno concesso aliud negari non posse notissima Iuris principia, atque vulgares suadent Regulæ, *l.3. §. Iuncio contrario, ff. de contrar. act. Tut. l. Proinde, ff. ad l. Aquil. l. Cum actum ff. de Neg. gest. cap. Translato, de Constit.* & plurib⁹ relatis August. Barbos. *Axiom. Iur. 51. toto.* Tùm etiam quia fortiori incapacitate laborant Fœminæ respectu Sacrarum Ordinationum, quam respectu Sacro-Supremæ Potestatis Franc. Hallier. *de Sacr. Elect. p 2. sect. 4. cap. 2. § 4. num. 11.* Ergò sublata incapacitate quoad Ordines, vel probato eam numquam ad fuisse, quoad Iurisdictionem adesse affirmare legitimè non poterit. Minorem autem, in quo est difficultatis Neruus, & Nodus multipliciter probant.

340 I. Ex Sacr. Pagina ex qua constat Mulieres Prophetasse *Exod. 25. Iudith. 4. Reg. 4. 22. Act. 20.* Atque Viros etiam primarios Ecclesiæ docuisse *Luc. 2.* B. Virginem Apostolos docuisse, & Canticum edidisse refertur. III ex *1. Petr. 2.* clarè elici affirmant his verbis: *Vos autem genus electum, Regale Sacerdotium, Gens Sancta, &c.* inferiusque: *Et ipsi tamquam lapides viui superædificamini Domus Spiritualis in Sacerdotium Sanct...m, &c.* Constat autem (arguunt ipsi) Petrum generaliter loqui de omnibus vtriusque sexus Fidelibus, & non de ordinatis tantum in Sacerdotes; ergò, &c. Atque *Apocalips. 5.* dicitur: *Fecisti Nos Deo Nostro Regnum, &c.* Apocalips. 20. *Sedèrunt Sacerdotes Dei, & Christi eius, &c.* Quæ omnia de cunctis Christianis inclusis Mulieribus dicta esse volunt èx eis, quæ subinducunt, tàm Characteris, quàm doctrinæ Spiritualis capacès Mulières esse, & consequenter Iurisdictionis, & Potestatis Supremæ, quæ his duobus, tamquam principalibus fundamentis innititur, ut mox videbimus.

341 Vlterius ex Sacro ipso Textu probatur, nam *Ad Galat. 3.* Apostol. scribit: *Quicumquè enim in Christo baptizati estis Christum induistis, non est Iudæus, neque Græcus, non est Seruus, nèque Liber, non est Masculus, neque Fœmina, omnes enim Vos Vnum estis in Christo IESV, &c.* Si ergò in Christo non est Masculus, neque Fœmina; si nulla à Christo ratio sexus habetur, quomodo solus Masculus ad Sacerdotium ex Christi institutionè admittendus dicitur; Fœmina verò excluditur; corroboraturque: Dona Spiritus S. indiscriminatim in Masculos, & Fœminas effunduntur, atque Legis Euangèlicæ Gratia hæc pèculiaris èst, ut in quemlibèt sexum se se copiosè Sanctissimus ille Spiritus effundat, ut interprètans *Ioël. 4. 2. & Isai. 4.* prædicabat Sanctissimus Petrus *Act. 2. Et hoc est* (inquiens) *quod dictum est per Prophetam Ioël, &*

*& erit in nouissimis diebus dicit Dominus, effundam de Spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt Filij vestri, & filiæ vestræ, et Iuuenes vestri visiones videbunt, & Seniores vestri somnia somniabunt, & quidem super Seruos meos, & super Ancillas meas in diebus illis effundam de Spiritu meo, & prophetabunt.* Ergò peculiare Legis Euangelicæ priuilegium est, ut in ea Mulieres quoque Sacerdotij munere fungantur. Si enim Donis Spiritus Sancti, & Gratijs gratis datis æquè ac Viri donantur: quidem, & Sacerdotij Dignitate effulgeant: Quibus enim Spiritus Directionis, et Regiminis conceditur frustra Dignitas, & regendi Authoritas denegatur, idemque Dominus, qui in Ecclesia sua Pastores, Doctores, Prophetas, & Euangelistas posuit, quibus Prophetandi, & occulta prævidendi Gratiam dedit, docendi, interpretandi, ac Pascendi Officium non negabit.

342 III. Probant ex quo primis saltem Ecclesiæ Sæculis non ignota fuere nomina, & Officia Diaconisarum, Subdiaconarum, Presbyterarum, imò, & Episcoparum, ut clarè colligitur ex Apostolo 1. *ad Timoth.* 3. scribente: *Mulieres similiter pudicas, non detrahentes, sobrias, fideles in omnibus*, & 1. *ad Timoth.* 5. *Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, quæ fuerit unius Viri Vxor, in Operibus bonis testimonium habens, si filios educauit, si hospitio recepit, si Sanctorum pedes lauit, si tribulationem patientibus subministrauit, si omne opus bonum subsequuta est, &c.* Notanda sunt singula S. Pauli verba, & I. qua occasione illa Apostolus protulerit? Discipulũ nimirùm instruens de Sacrorum Ministrorum electione, tùncque Diaconisarum, quas Viduas appellat, Electionis conditiones recensens subdidit, ut ad Sacrum Ministerium Ipsas spectare innotescèret, eligendasque ipsas monet, non ut Ecclesiæ opibus nutriantur, ad quod tanta indagatione opus non erat, non ut prophanũ aliquod administrent, ad quod tanta inquisitio necessaria erat, quum ad Sæculares lites dirimendas, & sedandas controuersias Ciuiles inter Catholicos contentibiles, qui sunt in Ecclesia assumi posse ad judicandum expresse scribat Apostol. ipse 1. *ad Corinth.* 6. quum hoc sit omnium Prophanorum maximum Officium. Ergò ad Sacrum Ministerium ibi Mulieres electas, perspicuum est. In eo etiam quod Apostolus ait: *Quod sit vnius Viri Vxor* ad Sacrum Ministèrium deligi probat Franc. de Hallièr. *dict. cap.* 2. *§.* 4. *num.* 10. addens ex his, quæ ex Ecclesiastica Historia Diaconisis Officia conuenisse compertum est, Sacra illa fuisse manifestè colligi, eadẽque ferè, quæ Diaconis; Si ergò Sacro Characteri insigniti debuèrunt, prout nùnc ordinantur, ergò, & illæ Diaconisæ ordinari jubentur, & Ordinationis forma, atque Ordinandarum qualitates præscribuntur. Concil. Chalcedonens. *Can.* 15. Antiocherens. *Can.* 21. Roman. sub Gregor. II. *Can.* 1. 2. *&* 3. Gregor. Nazianzen. *Epist.* 95. *ad Nyssænum*, Gre-

Greg. *Epist.7.lib.7.Indict.2.* Clem. *lib.3.Apost.Constit.cap.13* Epiphan. *Hæresi 29.* Nec desunt Canonica Iura, *Can.Presbyter, & Can.fin.32. dist. Can.Diaconisam 27.q.1.* Atquè Impèrialia *l. in generali 13. C. de Sacrosanct.Eccles.Nouell.3.* & pluribus alijs in locis adductis ab Hallièr *loc.cit.* cui addo Campanil. Vazquez, Basil. Ponc. de Lèon. Sebast. Cæsar, & August. Barbos. adducti à Tamburin. *de Iur.Abbatiss.disp.7.q.8.tota*, vbi latè disserit de Subdiaconisis, Diaconisis, Presbyterisis, & Episcopisis, cui addi etiam possunt Christia. Lup. *in Concil. General. tom.1. in Concil. Chalcedonens. Can.15.pag.572.* Ludou. Cellotius *de Eccles. Hierarch. lib.6. cap.11. §.2.pag.458.* Andr. Du Saussay. *in Panoplia Cleric.lib.6. p.1.cap.2.*

343 IV. probant, ex eo quod Moniales, & Ascetice Fœminæ, seu Ascetriæ, Minorum Ordinum Functiones palam, ac publicæ in Ecclesia obijsse constat; Lectiones Ecclesiasticas publicè legendo, Psalmos canendo, &c. Atque receptum in Ecclesia videmus quendam Canonicarum Ordinẽ, quæ eadem, quæ Canonicis Viris Munia attribuuntur, quas Ordinationis Sacrę incapaces esse frustra dicèmus, quum Ecclesiasticorum Officiorum capaces judicentur, atque Ecclesiastico Cathalogo inserantur. Et S. Gregor. *Epist. 7.ad Ianuar.lib.7.Indict.2.* solemni more Abbatissam ordinatam scribit. Ergò si capaces sunt Ordinis; quid ni incapaces Spiritualis Iurisdictionis dijudicabuntur? An fortè minus decet capaces eas Ordinum fateri, quam Iurisdictionis Spiritualis Munia exercere posse, admittere? Minimè. Imò facilius hæc quam illa admitti potetunt, ut mox videbimus; nùncque Potestatis istius capaces Fœminas esse probamus, *ex cap. Dilecta*, ibi: *Iurisdictioni suæ, &c. de Maior. & Obed.* ubi Abbas *num.2.* èt communiter Canonistæ èx præ allegato Textu docent Abbatissam, & Præfectas Monialium habere Ecclesiasticam Iurisdictionem.

344 V. etiam authoritate DD. eamdem capacitatem probare potèrunt, plures namque (præcipuè Heterodoxos) adducit Grauin. *in dict. Dubit. Appendice mox à princip.* Dionysius Petaui. *Thèolog. Dogm. tom. 3. de Eccles. Hierarch. lib.1.cap.2. & 3.* quibus suffragari posse apparet Anglès *in Floribus Theolog. Quæst. de Clauibus, differ.5. col.2.* Dueñas *Règ. 310. limitat.1.* omnibusque istis concinit Tèxt. *in cap. Indemnitatibus, vers. Verùm*, ibi: *A Dignitate, de Elect. in 6.* vbi Mulières in Dignitatè Ecclesiastica constitutæ dicuntur, Dec. *in l. 2.ff. de Règ. Iur.*

345 Hæc sunt præcipua fundamenta, quæ pro hac stabilienda sententia communitèr adducunt Eorum Assecłæ, quibus non obstantibus Incapacitatèm, quam à principio Fœminas habere diximus Ecclesiasticæ Iurisdictionis, sequentibus demonstrabimus.

## Sectio III.

### Fœminas incapaces esse Potestatis Ordinis luculenter demonstrans.

346 COmmunis est tũ Theologorum *in 4. dist. 19. & 25.* tùm Canonistarum, *in cap. Dilecta, de Maior. & Obed. & in cap. Noua, de Pœnit. & Remission. & Can. Statuimus 20. q. 1.* Fœminas incapaces esse Potestatis Ordinis, Sylvest. Mirand. & Laiman adducti à Basæ. *in Summa, verbo Abbatissa, num. 3. litter. I. tom. 1. in postrema Edit. 1648.* Felin. S. Thom. Vazquez, Suarez, Anglès, Coninch Bonacina, Valentia, & Henriq. sequuti à Tamburin. *de Iur. Abbatiss. disput. 32. q. 2. num. 1.* cui addo Hyacinth. Donatum *Rer. Regularium, tom. 3. de Monialib. tract. 8. q. 2.* Lauretum de Franch. *de Controuersijs inter Episcop. & Regulares, part. 1. q. 14. num. 733. in Edit. Zachariæ Pasqualig. qui num. 734.* pro hac ipsa Regula firmanda allegat Tabienã, Armill. Durand. Turrecrem. Henriq. Ledesm. Les. Sanchez, Valetiam, Azor, Mirandam. Suarez, Sayr. Anglès, Bar. à S. Fausto, Coninch. Lezanam, Tambutin. Bonacin. & Pellizarium, quibus, & Nos Nonnullos alios mox addemus. Qui omnes sententiam istam, tanquam commune, & generale Principium ex sequentibus defendunt.

347 I. hoc efficaci discursu: Potestas Ordinis est Sacrarũ Ordinationum Charactèri adnexa, ut iam sæpius Nos diximus meminimus; Ast Fœminæ sunt Sacri istius Characteris, & Ordinationum incapaces, ergò, & Sacro-Supremæ Potestatis Ordinis. Mai. & conseq. patènt. Min. multipliciter probant Tãbur. *de Iur. Abbatiss. disp. 32. q. 2. n. 1.* Morin. *Eccles. exercit. p. 3. de Sacr. Ordi. exercit. 10.* Franc Macèd. *de Clauib. Petr. lib. 4. c. 4.* Franc. Halli. *de Sacr. Elect. d. sect. 4. cap. 2. §. 2. & seqq.* Sausay. *in Panopl. Clerr. lib. 6 p. 1. & 2.* Christ. Lup. *ad Conci. Gener. in Schol. ad Can. XV. Chalced. Concil. pag. 575. & seqq.* & plures alij ab ipsis làudati, & Nonnulli à Nobis libèntèr omissi, & præcipuè ex Theologis Moralibus, quorũ mag nam copiã absque ullo labore cõgèrèrè poteram; solũque addidisse sufficiat, *Can. Diaconissa 27. q. 1. glos. 2. in d. cap. Noua de Pœnit. & Remiss.* vbi non modo Sacrarum Ordinationum; sed, & Ecclesiasticorum omnium Ministeriorũ incapaces Mulieres esse docèt. Quin etiam licèt Virgò sit Dèo cõsecrata, nec incènsum ei licèt circa Altare adolere, imò nec portarè, *Gloss. in cap. 1. de Vita, & Honest. Cleric.*

348 II. autem incapacitatem istam probant *ex Apostol. 1. ad Corinth. 14.* ubi scribit: *Mulieres in Ecclesia taceant, non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut Lex* (Gen. 3.) *dicit: Si quod autem volunt discere domi Viros suos interrogent.*

*rogent. Turpe est enim Mulieri loqui in Ecclesia. Et* 1. *ad Timoth.* 2. *Docere autem Mulieri non permitto, neque dominari in Virum, sed esse in silentio; Adam enim primum formatus est* (1. Gen.) *deinde Eua, & Adam non est seductus, Mulier autem seducta in præuaricatione fuit.* Denique *ad Ephes.* 5. *&* 1. *ad Corinth.* 11. eamdem prohibitionem rèpetijt; Quæ quidē Pauli testimonia S. Epiphan. profert aduersus Artotiritas *Hæres.* 29. *alias* 49. iā supra relata.

349 III. Hæc Muliebris incapacitas, quæ Iure Diuino adeò expressa apparet Humanis Legibus validissimè communita, atque Sanctorum Patrum testimonijs corroborata èst, nam *Can. Mulier,* 23. *dist.* sancitum èst, ut Mulièr, quamuis docta, & Sancta docère non præsumat; minus verò prædicare audeat, *gloss.* 1. *in cap. Noua, de Pœnit. & Remiss.* nèc disputare de Fide, *Clement.* 1. *de Relig. Dom.* Quorum omnium ratio est. Quia natiuo quodam pudore Mulieres à docendo, alijsque iam rècensitis Functionibus subeundis retardantur, & ab omni virili arcentur Officio, *cap. Noua, de Pœnit. & Remiss.* Vndè Imperiali Iure ab omnibus publicis negotijs prohibitæ reperiuntur, *l. Cum Prætor, ff. de Iudic.* vbi etiam eis judicare vetatur, vel Arbitrium susc ipere, *l. fin. C. de Arbitr. l.* 1. *& l. pen. §. fin. ff. de Rècèp. Arbitr.* imò, & à postulando, ob Pudicitiæ violationem vitandam arcentur, *l.* 1. *§. Secundò loco, & §. Sexum, ff. de Postulan. l. Fœminæ, ff. de Règ. Iur. l.* 55. *C. Theodos. de cognit. & Procurat.*

350 IV. ex Patribus corroboratur, Arnob. *lib.* 7. *contra Gentes: Spectata est* (inquit) *in Mulieribus sexus, sensusque fragilitas, quæ eas sinè injuria à publicis Muneribus excipit, maximè à Iudiciali Officio, &c.* Tertullian. *de Præscription. cap.* 41. S. Cyrill. Hierosolymorum Antistes *in Præfat. Catheches aon,* & præ omnibus S. Clemèns *lib.* 3. *Apost. Constit. cap.* 6. vbi sic Apostolos loquentes, & prohibitionem istam stabilientès subinducit: *Non permittimus Mulieres in Ecclesia docerè, sed tantum orarè, & Magistros audirè* (Pastores scilicèt, & Sacèrdotès) *nam Magister ipse, & D. IESVS Christus; quum Nos duodecim ad docendum Populum Gentesque misisset, nusquam Mulièrès misit ad Prædicationem, quāquā non de erant; erant enim Nobiscum Mater Domini, & Sorores èius, præterea Maria Magdalena, & Maria Iacobi, & Martha, &c. èt quædam aliæ. Nam si necèsse fuisset Mulièrès docère, Ipse quoque primus his præcepisset, ut una Nobiscū Populum instituerēt.* Quod eodem repètijt Libro, *cap.* 9. his verbis: *Quod si præcedentibus docere eas non permisimus, quomodo. Quis Eas præter naturam, Sacra facère concèdat? Hæc est enim iniustitia ad Græcorum impiètatem pertinens, Fœminis Deabus sacrificulas instituere, &c.* Epiphan. *dict. Hæresi.* 29. *aliàs* 49. *Quod si Mulieribus permissum esset Sacrificarè, aut Regularè quicquam operari in Ecclesia, oportebat magis ipsam Mariam Sacrificium perficere in Nouo Testamento, quæ digna facta est suscipere in proprio sinu Vniuèrsorum*

*Regem Deum Cœlestem, Filium Dei, &c. At non complacuit, sed neque Baptisma dare concreditum est; alioquin potuisset Christus ab Ipsa baptizari, potius quam à Ioanne, &c.* Addendus est Chrysostom. *in Epist. 1. ad Corinth. 14. & ad Timoth. 2.* Hieron. Ambros. & alij relati à Franc. de Hallièr. *de Sacris Elect. p. 2. sect. 4. cap. 2. §. 7. num. 28. in fin. pag. 516. & §. 8. num. 33. in fin. pag. 518.*

351 V. repetitis Conciliorum Decretis Fœminarum Incapacitas hæc confirmata reperitur, & præcipuè Vetustissimi Laodicèni, in cuius *Can.* 44. expresse cauetur: *Non oportet Mulieres ingredi ad Altare, &c.* Concil. Cartaginènsi. IV. *Can.* 99. & refertur *in Can. Mulier 23. distinct.* Concilium Aquisgranènsi. sub Adriano I. règnante Carolo Magno, celebratum *cap.* 17. Aliud Aquisgranensi. sub Stephano V. *cap.* 82. Quini-Sexta Synodus *Can.* 70. Antisidorensi. *Can.* 36. Concil. Nannetense *Can.* 19. *Quum Apostolus dicat* (ait hæc Synodus) *Mulieres in Ecclesiâ tacèant, Non enim eis permittitur loqui; turpe est ènim Mulieri loqui in Ecclesia; mirum videtur, quod quædam Mulierculæ contra Diuinas, Humanasque Lèges attrita fronte impudenter agentes. Placita generalia, & publicos Conuentus indesinenter adeunt, &c. Quæ ignominiosa præsumptio Fautoribus magis imputanda videtur, quam Fœminis. Vndè quia Diuinæ Lèges, ut supra monstratum est hic contradicunt, & Humanæ nihilominus id ipsum prohibent, &c. Id circo ex authoritate Canonica interdicimus, ut nulla Sanctimonialis Virgo, Vidua, &c.* in quo quidem Canone ab omnibus Iudicijs, & congressibus, siue Conuentibus Ciuilibus memoratæ arcèntur Fœminæ! At prohibitionem eamdèm circa omnia stabilierat idem Concilium *Can.* 6. Concil. Parisiens. celebratum Anno 829. regnante Ludouico Pio *Can.* 45. vbi pedetosis istis, ac grauissimis verbis huius Prohibitionis contemptū deplorant, ac reprimère inhiant Episcopi, *Can.* 45. ibi: *Quidam Nostrorum Verorum Virorum relatu; Quidam etiā vi subdidicimus in quibusdam Prouincijs contra Legem Diuinam, Canonicamque Institutionem, Fœminas Sanctis Altaribus scelere ingerere, Sacrataque Vasa impudenter contingere, & indumenta Sacerdotalia Presbyteris administrare, & quod his maius indecèntius ineptiùsque est; Corpus, èt Sanguinem Domini Populis porrigere, & alia quæque ipso dictu turpia sunt exercère. Miranda sanè res est, vndè is illicitus in Christiana Religione irrepserit usus, ut quod Viris Sæcularibus illicitum est Fœminæ quarum sexui nullatenus competit, aliquando contra Fas, sibi licitum facere potuerint, quod quorumdam Episcoporum incuria, èt negligèntia prouenisse Nulli dubium est. Vndè væ Nobis Sacerdotibus ad quos illorum Sacerdotum vitia transierunt, quæ in Machab. lib. 2. Leguntur, quando scilicèt Sacèrdotes delegatum sibi Religionis Officium postponentes, Templo Dei Sacris Officijs dèstituto, Ipsi adcò carnalibus desideriis, & illicitis Actionibus vacabant,*

*bant, ut Mulieres Sacratis ædibus, nullo prohibente ingererent, introferentes ea, quæ non licebant. Quod autem Mulieres ingredi ad Altare non debeant, & in Concilio Laodicènsi, cap.44. & in Decretis Gelasij Papæ tit. 26. copiosè inuenitur. Hoc ergò tàm illicitum factum, quia ex toto à Religione Christiana abhorret; Ne ultèrius fiat inhibèndum èst. Proinde vnusquisque Episcoporum, solicitè sagaciterque prouideat. Ne in sua Parochia tale quid fieri dèincèps sinat, &c.*

352 VI. Denique pluribus rationibus Eadé incapacitas suadetur, & validissimè corroboratur. I. desumpta ex ipsa Sacra Pagina indecorum namque, & contra Apostolica Præcepta, ut Mulier præsentibus Clericis, ac Sacerdotibus non solum loqui, docere, interrogare, sed in ipsos quoque Dominationem exercere, & quę vetatur à Paulo etiam Monita salutis à Sacerdotibus quærere, & ad Virum rejicitur, ut Eum Domi consulat, audebit in Sacerdotes Domini inquirere, & ijs tanquam autoritatem habens, Monita salutis impertiri? II. Nam summè perfectum sexum ad Potestatèm istam, eiusque Sacras Fũctiones obeundas semper Dèus elegit, vndè in Veteri Tèstamento Fœmina à primis Holocaustis, quæ perfectiora erant excludebatur; *quia enim* (ait Angelicus Præcèptor 1.2.q.102. *art.3. ad 9. Holocaustum èrat perfectissimum intèr Sacrificia, ideò non offerebatur in Holocaustum, nisi Masculus; Nam Fœmina èst Animal imperfectum*, videndus est Philo Iudæ. *de Victimis*, Abulens. *in Leuit. cap.1. q.14.* Bellarmin. *lib.1. de Missa, cap.4.* Ioan. Stephan. Menoch. *de Rep. Hebræ. lib.2. cap.10. toto.* Vndè autem imperfectio ista Fœminis omnibus prouèniat, docuerat idèm Sãctiss. Doctor. 1.*q.92. art.1. ad 1. & q.99. art.2. ad 1.* vbi genèrationem Fœminæ contingere docet ex defectu imaginationis, vel Virtutis activæ, vel Materiæ, vel propter aliquid èxterius, &c. Ideòquè esse quid occasionatum, & deficiens respectu naturę particularis, quãquam alio respectu non sit; siquidem generatio Fœminę contingat ex intentione Dei, & Naturæ vniuèrsalis, & Angelico Præceptore non relato, Idem docet Anton. Zara. Episcop. Petinens. *in eruditа illa Anotomia Ingenior. sect. 1. membr. 9. pag.75.* ubi aliquos dèfectus, propter quos Fœmina, èt non Vir procrèatur adducit. Hanc ipsam rationem corroborari non dubitamus adductis à Gregor. Venèto *Problemat. in Sacr. Scriptur. tom.6. de Multigenis rebus occurrentibus, sect.9. de quibusdam Scripturæ Sacræ locis reconditis, §.401.* ubi satis ad rem inquit: *Potest ne Mulier veram Sapientiam capere, & Spiritum Propheticum habere? Nonne in 2. Reg. volum.20. scriptum est: Exclamauit Mulier Sapiens? Nonne, & Maria Soror Mosis, dicta fuit Prophetisa Exod. 15? Isaì. quoque ait cap.8. Accessi ad Mulierèm Prophetisam. Ex quibus locis concluditur, quod Mulier potest esse Sapiens, & Prophetisa; sed quum Mulier non habeat Nessamah, seu portionem illam*

*Superiorem, & Diuinam, qua mediante* (ut alibi diximus) *Homo potest administrare Sacra, intelligere Deum, & theologizare perfecto pro humano captu, quod nulli umquam Mulieri contigisse legimus, aut vidimus, quomodo Mulier potest esse Sapiens, & Prophetisa? An igitur Mulier Veram Sapientiam non habet? Sed tantum ipsius Simulachrum respectu Hominis, qui est Mulieris caput? Nam, & Homo Sapientiæ Simulachrum habet respectu Christi, qui est ipsius Hominis caput,* ut Apostolus ait: *Quamuis igitur Mulier, Sapiens, & Prophetisa dicatur; non tamen dicitur, quia propriè Sapiens sit: sed quia Sapientiæ Simulachrum tenet, ut diximus, &c.* Quæ quidem verba cum grano salis esse intelligenda monet Sausay. *dict. cap.* 1. *pag.* 201.

353 III. autem probatur: Muliebris sexus ad subjectionem creatus, vel condemnatus est. *Genes.* 3. 16. *&* 1. *ad Corinth.* 14. 34. At Potestas Ordinis Superioritatem præsefert, & quidem in omnem sexum, & conditionem, ut alibi latè probamus, nùncque addimus Gloss. Augustin. *in* 1. *ad Timoth.* 1. *Can. fin.* 96 *dist. & Epist.* 144 145. *&* 146. Eleonetæ Henric. IIX. Angliæ Regis Filiæ, apud Grauin. *in dict. Dubit. Appendic. pag.* 291. *col.* 2. Ergò Potestas hæc Fœmineo sexui conuenire non potest. Consequ. est irrefragabilis ex Text. *in l.* 1. *&* 2. *C. si Seruus, aut Libert. ad Decurion. adspirauer. lib.* 10. junctis alijs congestis à Morla *in Empor. Iur. p.* 1. *tit.* 2. *q.* 26. *num.* 6. ubi conditionem servilem Dignitatis, Iurisdictionis, & Potestatis omninò incapacem esse ostendit. Quæ quidem ratio in Muliebri sexu efficacius quoad Potestatem Ecclesiasticam procedit; Mulier enim non est imago Dei, *Can. Mulier* 33. *q.* 5. & ideò valere debet caput suum, *Can. Caput, Ead. caus. & quæst.* Quomodo ergò Mulier imagini Dei, idest Sacerdoti præferri aliqua ratione poterit? Quomodo Eam Capitibus Ecclesiæ Superiorem Humana aliqua Lex, seu dispositio præficere poterit? Quomodo Mulieri subjicere illos poterit Pontifex quibus Deus subjecit Orbem Terræ in Templo Dei audebit Mulier stare in medio Deorum, idest Sacerdotum, ut judicet Deos, non nisi à Deo judicandos? Absit à Catholicorum mentibus, sensu, & fide. Videatur Francisc. Hallièr. *citato cap.* 2. *§.* 8. *num.* 33.

354 IV. autem probamus hac ratione à S. Clemente Romano *lib.* 2. *Apostolic. Constit. cap.* 6. *& lib.* 3. *cap.* 9. adducta, ubi protulit: *Eum Viri, Mulierisque conditionem peruertere, qui Sacerdotio* (cui est adnexa Potestas Ordinis) *Virum Mulieri subjecerit; non Mulierem Viro. Eundemque hoc facientem violare Ordinem in ædificatione Mundi præscriptum, nam constituendo Ecclesiæ Caput, relicto naturali Capite, Viro scilicèt, ad extremum Corpus descendit, Mulierem nimirum, quæ ex Viri costa fabricata, eique subjecta, ac separata, ab eo ad Procreationem Prolis, reseruata tamen Viro Suprema Dominatione, quam in Eam Dominus illi à princi-*

*pio*

*pio concesserat.* Tertulian. *de Velan. Virgin. cap.* 9. Mulieribus necessitatem Humilitatis, & subjectionis ex conditione sua in esse docuit ergò ex conditione sua Naturali Mulieres incapaces existunt Potestatis Ordinis. Vitoria *de Potestat. Eccles. Relect.* 2. *q.* 2. *princip. nu.* 3. *pag.* 80. *in Edit. Veneta.* 1640. Hallièr *dict. cap.* 2. *§.* 2. *num.* 2. *pag.* 497. *& sequent.* Hyacinth. Donat. *Rer. Regular. tom.* 3. *de Monial. tractat.* 8. *quæst.* 2. *mox à principio.*

355 Ex hàc Incapacitate sic firmata non nullæ deducuntur Illationes satis utiles; ast quia longiorem indagationem exposcunt, eas tantum breuiter insinuare contentierimus, adsignatis Authoribus, penes quos luculenter examinatæ videri poterunt.

356 I. Ergò est Fœminas non posse solemniter benedicere, neque Personas, neque Res. II. nó posse Confessiones audire suarũ subditarum, nec circa ipsas actũ aliquem Sacramentalem exercere. III. Ex eadem causa illis prohibitum est prædicare, Euangelium publicè explicare, aut Magistraliter docere. IV. Nequit Mulier Euangelium in Missa legere, licèt in Matutinis Abbatissis non prohibeatur. Hæc, & alia à DD. inferuntur ex Text. *in cap. Noua, de Pœnit. & Remiss.* & latè exponunt Elig. Basæus *in Summa, tom.* 1. *litter. A. verbo Abbatissa, num.* 3. *in nouiss. Edit.* ubi aliquos adducit, quibus addendi sunt Miranda *de Monialib. q.* 6. *art.* 5. Pellizar. *eod. Tract. cap.* 10. *sect.* 2. Tamburin. *de Iur. Abbatissar. disput.* 32. *tota.* Laurent. de Franch. *de Controuersijs inter Episcop. & Regular. p.* 1. *q.* 14. in cuius Add. plura congerit Zachar. Pasqualig. *à num.* 744. omninò videndus.

357 Hucusque dictis in sua firmitudine, & robore manentibus adhùc scrupulus restat validissimè enim in Nos sic insurgi poterit: Admisso Mulieres capaces nó esse Sacratum Ordinationum, Clericali tamen Tonsura initiari posse mordicus defendunt Paludan. & Iacobus de Almain. apud Andr. Du Saussay. *in Panopl. Clerical. p.* 1. *lib.* 6. *cap.* 2. *vers. Verùm hoc posito, pag.* 207. Tonsura autem Clericalis sufficit, ut capaces sint Mulieres Ecclesiasticæ Potestatis; quilibèt enim Tonsura ista initiatus. Eligi potest in Vicarium Generalem Episcopi, ut ex Abbate, Felin. Decio, Rippa, & alijs probat Valenç. Velazq. *cons.* 101. *num.* 67. cui addi possunt plures alij sequuti ab Augustin. Barbos. *de Potest. Episcop. p.* 3. *alleg.* 54. *num.* 4. *& de Iure Eccles. Vniuerso, tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 14. Ergò hucusque dicta nullius sunt momenti ad Fœminas omninò excludendas, ab Ecclesiastica Potestate, neque ad convincendum eas tali incapacitate huius Potestatis laborare, ut neque ex Pontificia Dispensatione illius capaces fieri possint, qui est scopus, in quem Sectio ista collimat.

358 Ast non obstare instantiam istam respondemus; licèt enim præallegati DD. & alij non inferioris Notæ defendere voluerint;

rint, vel ex se, vel ex Apostolica Dispensatione capaces esse Mulieres recipiendi Clericalem Tonsuram, imò, & alios Minores Ordines, ut penes ipsum Sausay. *loc. tit.* videre licèt: Omnium tamen illorum opinio rejicienda est, & à Catholicis auribus omninò ableganda: non enim ex mera Ecclesiastica consuetudine, vel quacumque Synodica, aut Pontificia Sãctione, vel cõsuetudine effluxit Masculos tantum initiandi hac Clericali Tonsura, sed vera, & propria est Apostolica Traditio quemadmodum ex pluribus PP. & Concilijs latè probat Andr. Du Sausay. *in Panoplia Clericali, par. 1. lib. 7. cap. 3.* Illam igitur mutari non posse quoad substantialia eo quod non sit temporalis, sed perpetua ab Apostolis hucusque perseuerans, ubique, & semper, & ab omnibus seruata, nunquam à Cõcilio Generali, seu Romano Pontifici dispensata, quin potius ubi is eà semper fuit Religione obseruata, eà instantia commendata, ut maiori curà, & sollicitudine custoditi, vel authoritatis imperio commendari non potuerit, quum Anathemate Refragatores percutiant, & Apostasiæ nota inurant circa eius obseruationem delinquentes. A tres explorata est Traditiones ab Apostolis editas in peremnem obseruantiam à Pontifice, vel Concilio non posse abrogari, tùm quod si Papa non potest naturam rerum immutare substantialia vnius rei, alij applicando in ijs, quæ Iuris Positiui sunt, ut docet Gloss. *in cap. Quanto, verbo Veri Dei, de Translat. Episcopor.* multo minus dispensare poterit in Traditionibus Apostolicis, quę sunt, id quod de natura rei est, & ad substantiam pertinet, ut ratiocinatur Sausay. *dict. part. 1. lib. 6. cap. 2.* Vndè rectè arguitur, neque ex se, neque ex Pontificia Dispensatione Mulieres capaces esse, aut fieri posse Clericalis Tonsuræ, aut Ecclesiasticę Iurisdictionis. Quod Iure Ordinario attento, nullam admittit dubitationem, & licèt ex Plenitudine Potestatis id aliter procedere Nonnulli affirmare voluerint, eodem modo ratiocinandum esse addimus; quamuis enim Romanus Pontifex Plenitudinem habeat Potestatis in Ecclesia; omnia tamen facere debet cũ magna circunspectione, ut reprehẽdi nõ possit, *gloss. 1. in cap. Cũ eo, de Rescript.* Eius enim Officium est removere scandala non facere, *cap. 1. de Excess. Prælator. in 6.* sunt verò multa, quæ ei Deus non permisit, *Gloss. in cap. 1. verbo Præsente in Add. de Stat. Regular.* quæ ideò si aggreditur, peccat. Insuper *Can. Sicut, & ibi gloss. fin. dist. 15.* expresse cauetur: Non licere Papæ venire contra Decreta Concilij in his, quæ pertinent ad fidem, & salutem, ac generalẽ Ecclesiæ statum: At qui in casu controuerso Papa perturbaret statum Ecclesiæ Vniuersalis si permitteret Clericali Tonsura Mulieres insigni, ut rectè ponderat Sausay. *dict. cap. 2. vers. Sed tamen hæc, pag. 211.* Ergò, &c.

Sectio

## Sectio IV.

## An Fœminæ Capaces sint Potestatis, seu Iurisdictionis Spiritualis Iure Ordinario?

359 OTiosam ex dictis iudicaremus huius difficultatis excusionem ad probandam Laicorum Incapacitatem istam; ni Panormitan. *in cap. Dilecta de Maior. & Obed.* per illum Textum affirmatem comperiremus Fœminas capaces esse Ecclesiasticæ Iurisdictionis, & Potestatis, ex eo quod in præallegato Textu deciditur quandam Abatisam ab Officio, & Beneficio Clericos sibi subjectos suspendere potuisse, cui concinnit *Gloss. ibidem*, docens Abbatisam posse Ecclesias, & Beneficia suo Monasterio subjecta conferre, quibus acquiescere videtur Lauretus de Franch. *de Controuers. inter Episcop. & Regulares, p.1. q 14. tota.* Et ex Theologis sunt nonnulli eandem sententiam amplectentes. Azor *Instit. Moral. tom. 1. lib. 13. cap. 10. q. 6.* Laiman. *in Summa, lib. 5. tract. 9. cap. 13. §. Vnic. num. 4.* Hæc autem omnia Ecclesiasticam Iurisdictionem, & Potestatem redolent. Vndè necessariũ fuit Quæstionem istam radicitus examinare, & fundamentaliter resoluere, pro eiusque resolutione.

360 Sit vnica Conclusio Fœminæ Iure Ordinario omninò incapaces existunt totius Ecclesiasticæ Iurisdictionis, & cuiuslibet eius partis. Quam omnes defendunt Theologi. S. Thom. *in 4. dist. 19. q. 1. art. 1. quæstiuncul. 3. ad 4 & dist. 25. q. 2. art. 1. ad 2.* Paludan. *in 4. dist. 19. q. 2. art. 1.* Sotus *in 4. dist. 20. quæst. 1. art. 4.* Sylvester *in Summa, verbo Abbatisa, num. 1.* & esse communem inter illos docet Lauret. de Franch. *dict. q. 14. paulo post princip.* cui addo Sylvi. *in Supplem. 3. part. q. 19. art. 3.* Nauarr. *in Manual. cap. 27. num. 6.* Miranda *de Monial. q. 6. art. 5.* Elig. Basæ. *in Summa, tom. 1. verbo Abbatisa, num. 3. vers. An autem*, quibus omnibus addo Tabienam, Armill. Durand. Turrecrem. Henriq. Ledesma, Les. Sanchez, Valentia, Azor, Miranda, Suarez, Sayr. Anglès, Barthol. à S. Fausto, Coninch. Lezanam, Tamburin. Bonacin. & Pellizar. adductos à Zachar. Pasqualig. *in Add. ad Lauret. de Franch. dict. q. 14. num. 734.* eisque addi potest Garcia *de Benef. part. 1. cap. 2. num. 33. cum multis seqq.* Tondut. *QQ. & Resolut. Beneficial. part. 3. cap. 193. num. 5. in fine*, Hyacinth. *Donat. Rer. Regular. tom. 3. de Monialib. tract. 8. q. 2.* Tamburin *de Iur. Abbatiss. disput. 32. q. 2. num. 2.* Diana *pag. 5. tract. 9. resolut. 16. vers. Sed respondendum est.* Ioan. Baptist. Fragos. *de Regim. Reip. Christian. p. 2. lib. 11. disput. 24. §. 6.*

*à num.*

*à num. 6. per aliquot seqq.* Nosque ulterius probamus.

361 I. ex celebri Text. *in cap. Noua 10. de Pœn. & Rem.* ubi Innocen III. Valétino, & Burgens. Archi-Episcop. rescripsisse legitur: Abbatissis prohibitum esse Moniales proprias benedicere, ipsarum Confessiones audire, & publicè prædicare; quia absonum, & indecorum est, licèt enim Sanctissima Virgo dignior, & præstantior esset Apostolis; non tamen illi, sed istis traditæ sunt Claues Regni Cœlorum, atque hæc est summa illius Decretalis, quæ integra legitur, *in Registro eiusdem Innocent. Epist.* 184. & in eius corroborationem aliqua non contemnenda adducit Dadin. Alteserra *ibidem.* Ex quibus hoc elicitur argumentum: omnis Iurisdictio, & Potestas Ecclesiastica alligata est Clauibus Regni Cœlorum, ut abundè alibi passim probamus; Ast Mulieres sunt Clauium istarum incapaces, ut liquet ex præ allegato Textu, ergò sunt incapaces omnis Ecclesiasticę Iurisdictionis, & Potestatis. S. Thom. *in 4. dist. 25. q. 1. art. 2.* Eman. Rodrig. *QQ. Regular. tom. 2. q. 107. art. 1.* Tamburin. *de Iur. Abbatiss. disp. 32. q. 2. num. 5.* Argumentum undique est irrefragabile, nullaque indiget ampliori corroboratione.

362 Sed instabis fortè dicendo: Potestatem Iurisdictionis non comprehẽdi sub Regni Cœlorum Clauibus, neque rectè argui ab vna ad aliam. Ast instantia hæc minimè obstat, fatendo namque Potestatem Iurisdictionis non esse immediatè Potestatem Clauium; negari tamen nequit, illam ad istam ordinari, imò ab ipsa Originem ducere; vndè quum eodem modo ratiocinandum sit de Deriuatis, atque de ipsa Origine, imò, & sub ipsa expresse contineantur, ut probatur argum. Text. *in l. Liberorum, ff. de verbor. signif.* cum pluribus alijs congestis à Decio *in l. 2. num. 72. ff. de Reg. Iur.* Corne. *cons. 219. num. 9. & 10. lib. 2. & cons. 213. num. 4. lib. 4.* Zephal. *cons. 606. num. 17.* Rebuff. *in l. Tigni 62. ff. de verbor. signific.* Menoch. *cons. 957. num. 4.* Fusar. *de Substit. q. 329. num. 1.* sequitur proculdubio omnes incapaces Potestatis Clauium; incapaces etiam reputari debere Potestatis Iurisdictionis. At Mulieres in omnium sententia Clauium Potestatis incapaces existunt, ergò etiam debent reputari incapaces Potestatis Iurisdictionis.

363 II. Incapacitatem ipsam probamus: Viri creatio Mulieris Productionem præcessit: Peccatum Mulieris peccato Viri prius fuit, eique occasionem præbuit. *Genes. 3.* ergò esset contra Diuinam Prouidentiam; Mulierem posterius creatam; priusque in peccatum lapsam, imò grauissimi illius peccati primi Parenti immediatè Causatricem, & Virum suum in peccati illius foream præcipitem trahentem, Potestatis, & Iurisdictionis in Virum exercendæ, capacem i Domino relictam esse, ut ratiocinatur Franc. Hallièt. *dict. cap. §. 2. num. 2. versus finem,* cui addimus Ambrosi.

brosf. *in Hexamer. tract. Diei IV. relatum in Can. Adam* 18. 33. *q.* 5. ibi: *Adam per Euam deceptus est; non Eua per Adam. Quem vocauit ad culpam Mulier; iustum est, ut Eum Gubernatorem adsumat; ne iterum Fœmineà facilitate labatur, &c.*

364 III. Incapacitas ista probatur ab inconcussa Ecclesiæ praxi, quod quidem argumentum efficacissimum reputat Epiphan. *Hæresi* 59. *siue* 79. *cap.* 2. *&* 3. Vitoria *de Potest. Eccles. Relect.* 2 *q.* 2. *princip. num.* 3. Hallièr. *dict. §.* 2 *num.* 3. asserentes nullum aliud Eos magis moviſſe ad incapacitatem istã neruose defendendam. Praxis autem hæc non solum in Lege Gratiæ, sed in omnibus alijs supra memoratis, inconcusse obseruata est; nusquam enim legitur apud veræ Religionis Cultores Mulieres Potestate aliqua Ecclesiastica functas esse. Quod autem nullo unquam sæculo factum est, & in nulla vsquam Lege permissum legitur, nefas esse nùnc attentare concludendum est. Ab istoque argumento rectè incapacitatem istam sub induci addunt Hallièr. & Vitoria *locis citatis.*

365 IV. probamus: Incapacitas hæc deriuatur à Iure Naturali, ut multis probat Grauina *de Cathol. Præscript. tom.* 4. *p.* 1. *Controuers. vltim. art.* 4. *dubit. Appendic. pag.* 280. Iure Gentium, S. Thom. 2. 2 *q.* 57. *art.* 2. *ad* 3. Iure Ciuili, Sanſay. *in Panoplia Clericali, lib.* 6. *p.* 1. *cap.* 1. *vers. apud Priscos Romanos*, Iure Diuino, S. Thom. 1. *par. q.* 92. *art.* 1. *ad* 2. Grauina *dict. Dubit. Appendic. pag.* 281. *col.* 1. *vers. Confirmatur* 1. ergò debet inviolabiliter obseruari, argum. *§. Sed Naturalia, Instit. de Iur. Natural. Gent. & Ciuil.* Aristotel. *lib.* 5. *Ethic. cap.* 10. Petr. Fab. *in l. Iura Sanguinis ff. de Reg. Iur.*

366 V. Ipsorum Protestantium, & Puritanorum Confessione incapacitas ista probatur apud Grauin. *in dict. Dubit. Appendic. pag.* 291. *col.* 2. allegantem Goodman. *Libro: Quomodo Superioribus obediendũ sit? cap.* 8. *fol.* 96. Vvittingham. Knoxium, Luter. Caluin. Magdeburgens. Andr. Mobrevium, Philopatr. Anton. Gilboy. & Puritanos Anglicanos.

367 Neque his aduersatur opinio Panormitan. Gloss. & aliorum, quorum à principio meminimus, intelligendi namque sunt voluisse Mulieres esse capaces Ecclesiasticæ Iurisdictionis, Priuilegio Apostolico, aut immemorabili possessione juncta Priuilegij fama, ut supra quoad Laicos manet probatum; non autem alias secluso priuilegio isto, ut *seq.* ostendemus *Sectione* : alias namque omninò rejiciendi sunt ex ibi dictis, & infra dicendis.

368 His sic solidissimè (ni fallimur) firmatis, aliqua ex eis inferre licèt, quæ clariora illa reddent, & incapacitatem istam perspicuè demonstrabunt.

369 1. que inferimus Mulieres, quamuis Deo dicatas non esse capaces Magistratus Ecclesiastici, ideòque Fœminæ nequeunt esse Iudices, aut Prælatura fungi, adnèxam habente Iurisdictionem Ecclesiasticam, ut concludunt com-

communiter Canonistæ, *in cap.1. de Fil.Presbyterer.in6.*& Theolog. cum S. Thom.*in 4. dist. 25. art.3.* Ioan. Baptist. Fragos. *de Regimin. Reipublic. Christian. p.2. lib.2. disp. 24.§.6. num. 6.*

370 Neque obstat Sanch.*de Matrimon.lib.5.cap.5.num.19.* docèns, Bigamas eligi in Abbatissas non posse, quia Fœminarum Abbatia est Dignitas, cuius Bigamæ incapacès èxistunt, sumta paritatè rationis à Viris Bigamis, qui nequeunt Vicarij Episcopi constitui, licèt sint Clerici, donèt à Bigamiæ impèdimento soluantur, quia Vicariatus est Dignitas Ecclesiastica, cuius Bigami incapaces existunt, *cap.Vnic. de Bigam.in 6.* Azor.*Instit.Moral.2.p.lib.6.cap. 4.q.12.* At Vicariatus adnexam habet Ecclesiasticam Iurisdictionem, imò propter eam in Dignitatè Ecclesiastica Vicarij constituti esse dicuntur, *Clem. Et si principalis, de Rescript.*& ibi Zabarel. & omnes Canonistæ. Staphil.*de Litter. Gratiæ, tit.de Modo, & forma impetr.§. Transeo nunc, num.12. & seqq.* & ideò Vicarius præfertur Archidiacono, & Archipresbytero, Rota *decis. 200. num.4.part.1. Diuers.* Panormitan.*cons.12. vol.1.* Ioan. Honor. *in Summa Decretal. lib.1.tit.28.num.17. &* 18. Ergò si ob paritatem Virorum Fœminæ Bigamæ nequeunt Abbatissæ eligi, Earum Abbatiæ sunt Dignitates Ecclesiasticæ habentes Ecclesiasticam Iurisdictionem, & Potestatem.

371 At instantiam non obstare præmonuimus; respondemus enim fatèndo Abbatiam Mulièrum lato modo Dignitatem Fœminarum appellari, Flamin. Paris. *de Resign. Benefi. lib. 2.q.1. num.71. & lib.3.q.12.nu.15.* Petr. Andr.Gambar,& Viuald. sequuti à Fragos.*dict.§.6.num.4. vers.Non est tamen prater eundum, & num.6. in fine principij*, non tamen strictè, & rigorosè Dignitatem Ecclesiasticam esse asserimus, & quamuis hoc concederemus, nullam ex inde Iurisdictionem èi attribueremus adnexam; licèt enim Iurisdictio Spiritualis, & Potestas Ecclesiastica Clauiū Dignitati Prælatiæ adnexa sit, Boer. *decis. 286. num.2.* Franc. Aretin.*cons.13.num. 1.* Cardin Cavaler. *decis.649.num. 7.* Augustin. Barbos.*de Iur.Eccles. tom.1. lib.1.cap. 21. num. 10.* à qua postèà emanat Iurisdictio Ordinaria, ex qua dignoscitur Beneficium esse Dignitatem Ecclesiasticam, Abbas *in cap.de Multa, num. 21. vers.Communiter tamen, de Præbend.*& ibi Ioan.de Imola *sub num. 39. vers.Sed Archidiaconus,* Butrius *num.24. vers.Qualiter autem,* Archidiacon.*in cap.1. num.2. col.2.de Consuetud. in 6.* ubi Ancharran. *num.6.* Gemin. *num.7.* Fulv. Pacian.*de Probat.lib.2.cap.27.num.7.* Moneta *de Conseruatorib. cap. 5. num.84.* Augustin.Barbos.*dict.cap. 21.num.11.* Huius autem Iurisdictionis incapaces Fœminæ existūt, S.Thom.*in 4.dist.19.quæst.1.art.1. quæstiuncul.3. ad 4.* Durand. *ibidem q.1.ad vltim.* Sylvest. *verbo Abbatissa, in princip.* ubi Tabien. *num.5.* Armill.*num.1.* Suar.*in 3.p.S.Thom. tom.1.disput.2.sect.2.num.3.* Nec

èrunt

èrunt veræ Prælatæ Tamburin. *de Iur. Abbatiſ. diſp. 32. q. 1. num. 2.* Nequè Dignitatem ſtrictè ſumptam habebunt, imò èt gratis admiſſo Dignitatem haberè, nihil inde lègitimum inferri potèrat ad probandam Iuriſdictionis, & Poteſtatis Eccleſiaſticæ capacitatem; non enim eſt èſſentialè Dignitatis Eccleſiaſticæ conſtitutivum Ecclèſiaſtica Iuriſdictio, nèquè rectè arguitur: habet Eccleſiaſticam Dignitatem, ergò, & Iuriſdictionem; experièntia namque demonſtratur eſſe in omnibus Eccleſijs Cathèdralibus quam plurès Dignitatès nullam Iuriſdictionem habentes, Rota *deciſ. 5. num. 9. apud Tambur. de Iur. Abbat. tom. 3.* Archidiacon. *in cap. 1. num. 2. col. 2. de Conſuetud. in 6.* Pacian. *de Probat. lib. 2. cap. 27. num. 15.* Barboſ. *dict. cap. 21. num. 12.* Quamuis èconuerſo argui lègitimè poſsit: habet Eccleſiaſticam Iuriſdictionem Ordinariam, aut Dèlegatam ad vniuèrſitatem cauſarum, ergò eſt in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutus, vt patèt in Vicarijs Generalibus Epiſcoporum, qui in Dignitatè Ecclèſiaſtica conſtituti dicuntur, Panvin. *in tract. de Offi. & Poteſt. Cap. Sede Vacante, p. 2. q. 10. n. 16. verſ. An autem Vicarius*, Paul. Fuſch. *de Viſitat. lib. 1. cap. 15. num. 32.* Anton. de Prætis *de Iuriſdict. Epiſcopor. cap. 6. num. 50.* Valençuel. Velazquez *conſ. 101. num. 69. & conſ. 192. num. 9. & 10.* Barboſ. *de Iure Vniuerſo, tom. 1. lib. 1. cap. 15. num. 26.* quia Iuriſdictionem iſtam habent, *cap. Non putamus, & ibi Gloſſ. verbo Videatur, de Conſuetud. in 6. cap. Romana, in princip. de Appellat.* & eſt communis Canoniſtarũ in præallegatis Iuribus, & poſſunt ideò eſſe Summi Pontificis Delegati, *Gloſſ. in Clem. 2. verbo Delegatus, de Præſcript.* ubi Zabarel. *num. 22.* Imola *num. 18.* Iacob. Sbroz. *de Vicario Epiſcop. lib. 2. q. 22. à princip.* Barboſ. *dict. cap. 15. num. 27. & de Poteſtat. Epiſcop. part. 3. allegat. 54. num. 130.* & tamen ad Delegationèm iſtam requiritur Eccleſiaſtica Dignitas, *cap. Statutum, de Reſcript. in 6.* Angel Aretin. *conſ. 19. num. 37.* & omnes communiter Canoniſtæ. Vndè èos in Dignitate iſta conſtitutos rectè arguimus. Imò, & Vicarium Foraneum ad vniuerſitatem cauſarum electum (quales ſunt omnes iſtius Archi-Epiſcop. præter Toletan. & Complutenſem) in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutum dici poſſe, quia ordinarij priuilegij ſtruuntur, non temere affirmamus ex Tyber. Decian. *tract. Crim. tom. 1. lib. 4. cap. 35. num. 44.* Vant. *de Nullit. in rebus eorum, qui Nullit. num. 9. & 17.* Villad. *in Politica, cap. 3. num. 108. litter. D.* Ad inſtantiam ergò reſpondemus, nègando Sequelam, quia poteſt eſſe huiuſmodi Abbatia Fœminarum Dignitas, quin Iuriſdictionem aliquam habeat, prout non habèrè perſpicuũ eſt, & comprobatur hac èiam irrefragabili.

372 Illat. II. Fœminæ licèt Abbatiſæ ſint nèquèunt ſuſpendèrè Clèricos ſibi ſubjectos ab Officio, licèt à Bèneficio ſuſpendèrè poſsint. Gloſſ. *in cap. Dilecta,*

*de Mai. & Obed.* Laurèt. de Franch. *de Controu. intèr Episcop. & Regular. p. 1. q. 15.* vbi allegat Innocentium sentièntem, tàm ab Officio, quàm à Benèficio eas suspendèrè posse; eius tamen opinio communitèr rejicitur, veriorque à Panormitano, adducta *in dict. cap. Dilecta* fert; neque ab Officio, nèque à Beneficio propriè suspendere posse Mulierès, quia Suspẽsio hæc præsse, & rigorosè sumpta, Cẽsura est; Hanc autem nequeunt Mulièrès ferre, ergò nequè illam. Sic ratiocinari licèt ex adductis à Lauret. de Franch. & Pasqualig. *loc. citatis*; Imò ex præallegato Textu *in dict. cap. Dilecta*, clarè elicitur, in eo namque iniungit Pontifex Abbati S. Michaẽlis, ut Clericos Abbatiæ subjectos cogat Ecclesiastica Censura ad observantiam mandatorum eius, ex quo indirectè Pontifex declarat, quod Suspensio illa, cuius præallegatus meminit Textus, non sit Censura, sed tantum simplex præceptum Censuræ adminiculo indigens, ut seruetur; alias namque Pontifex alia remedia adhibèri præciperet, ut rectè ponderant præallegati DD. quibus addo Franciscum Hallièr. *de Sacr. Election. part. 2. sect. 4. cap. 2. §. 8. num. 34. pag. 518.* iterum infra ad hoc referendus.

373 III. Inferendum est, Mulieres, licèt Prælatæ sint, non posse censuram aliquam ferre, quamuis habeant suo quodammodo Animarum Curam quoad correctionem, & Administrationem, qualem Abbatissis competere liquet, *ex cap. Dilecta, de Maior. & Obedien.* quia nimirum incapaces Clauium existunt, *dict. cap. Dilecta de Maior. & Obed. vbi Gloss. verbo Iurisdictionem, cap. de Monialibus, de sent. Excommun.* vbi Decius *num.* 41. Abbas *in dict. cap. Dilecta, num.* 3. quibus addo *cap. Noua, de Pœnit. & Remiss. cum alijs supra adductis*, docent Nauarr. Couarr. Hugolin. Suarez, Sayr. Bonacin. & Valent. adducti à Zachar. Pasqualig. *in Add. ad Lauret. de Franch. dict. p. 1. q. 15. num. 762.* cui addo Fragos. *dict. §. 6. num. 6. vers. Quoad secundum*, ubi ex eis, & Soto, docet, Mulieres quantumuis Prælatas uti non posse propria Iurisdictionis Spiritualis Potestate, sed solum commissione aliquorum Actuum per ordinem ad correctionẽ Monialium; earumque domesticam Disciplinam, neque sub Mortali peccato præcipere illas aliquid posse, quod èx se alias peccatum non sit. Vndè rectè infertur excommunicare illas non posse namquum Excommunicatio non nisi ob Mortale peccatum ferri queat quumque Mulieres non possint præceptũ imponere, cuius transgressio ex se peccatum mortale sit, neque Excommunicationem ferre manifestè infertur, Henriq. & abeo Fragoso *citato §. 6. num. 6.* Poterunt tamen implorare Superioris Officium, ut Inobedientes excõmunicet. Abb. *in cap. Dilecta, de Mai. & Obed.* Capua *lib. 4. decis. cap. 5. num. 2.* Eman. Rodrig. *QQ. Regular. tom. 1. q. 17. art. 12.*

374 Illat. IV. Fœminę, licèt Prælatæ sint nequeunt aliquid præcipere in virtute Sanct. Obedien-

dientiæ, vel Spiritus Sancti, Sot. *in 3. distinct. 20. quæst. 1. artic. 4.* Vitoriam sequutus, & vtriusque authoritate frètus ipsam opinionem defendit Lauret. de Franch. *de Controuers. inter Episcop. & Regular. part. 1. quæst. 16.* cui addo Ledesma *2. part. quæst. 20. art. 4. num. 45.* Fragoso *dict. §. 6. num. 7.* Quorum ratio est, quia huiusmodi Præcepta emanarè debent à Prælato habènte Spiritualem Iurisdictionem, & Clauium Potestatem, quibus Mulieres carerè iam supra ostèndimus. Vndè præcepta ista imponere non posse irrefragabiliter sequitur, atque omninò affirmandum èst.

374 Quin obstèt contrarium asserere Azor. *Instit. Moral. p. 1. lib. 13. cap. 10. quæst. 7.* cui addi possunt Eman. Rodrig. Nald. Suar. Cornejo, Lezana, Castro Palao, Pellizar. Hieronym. Rodriguez, Miranda, & Sanctor. laudati à Zacchar. Pasqualig. *in Addit. ad Laurèt. de Franch. dict. quæst. 16. num. 765.* qui mouentur ex èo, quod Moniales voto obedientiæ Prælatis, tàm Fœminis, quàm Viris obstringuntur, ratione cuius voti præcipere eis posse Author ille infert, quorum opinio validissimè corroborari potest authoritate Nonnullorum Conciliorũ, iuxta quorum Canones, apparet Abbatissarũ in Moniales legitimam quandam esse Potestatem, ut Earũ curam habeant, Eas moneant, doceant, & corrigant adeò, ut à Cabilonens. Concil. II. *Can. 54.* & Capitular. Caroli, *tit. 2. cap. 42.* dicatur Abbatissas in conspectu Domini de Monialibus Rationem reddituras, Earumque Matres Spirituales appellauit Abbatissas Concil. Paris. sub Ludovico, & Lothario *lib. 1. cap. 39.* Concil. Aquisgranense II. sub Ludovico *part. 2. cap. 13.* & Turonens. II. sub Carolo, *Can. 30.* Abbatissas monet, ut & Se ipsas custodire, Sibique commissas seruare quanta potuerint, diligentia decertent. Neque incongruum videtur, ut quemadmodum Viris imperant Viri; ita Mulieribus, Mulieres præsint, & sicut inter Viros deligitur aliquis sapientior, & ad res gerendas aptior, ita inter Muliores aliqua deligatur, quæ sanctitate cæteris sit in exemplum; Prudentia valeat ad Consilium, Authoritate ad Regimen. Præsertim quum Virorum frequens conversatio damnosa, & periculosa Mulieribus esse possit ea præcipuè, quæ Potestate, & Iurisdictione palliatur, ut ratiocinatur, Franciscus de Hallièr. *dict. cap. 2. §. 8. nam. 30.*

375 Quibus tamen non obstantibus à prima sententia recedendum non est, quia obedientia illa rèspectu Abbatissarum èst limitatè intelligenda, & reducènda ad terminos capacitatis, quam ipsæ habènt, hæc autem capacitas solum extenditur ad Potestatem Æconomicam, ut patet ex Concilijs Cabilonens. II. *Can. 54. & 58.* Turonens. III. *Can. 26.* Rhemens. II. *Can. 33.* Aquisgranens. II. sub Ludovic. *part. 5. Can. 2.* & efficacissimis rationibus probat Hallièr. *d. §. 8. n. 32.* ubi docet:

Quod licet ad Spiritualem finem Potestatem aliquam Abbatissæ habeant; in res tamen Spirituales, vel ad pœnas Spirituales infligendas nullam habere Potestatem: & quamvis in Ecclesia Dei aliquam obtineant Potestatem, nullam tamen in Ecclesiam, neque ad Ecclesiæ Regimen adsumi, vel Claues Spirituales habere posse, quibus aut Ecclesiam claudant, aut recludant, quod Hallièr. ipse pluribus comprobat Nosque probatum relinquimus. Ergò iuxta Potestatem Æconomicam est intelligenda Obedientia à Monialibus Abbatissæ debita; ergò extra illam, neque Abbatissæ imperare poterunt, nèque Moniales obedire tenebuntur, optimè Barthol. à Sact. Faust. *in Thesaur. Religios. lib. 6. q. 84. in fin.* Hyacinth. Donat. *Rer. Regular. tom. 3. de Monialib. tract. 8. q. 4. num. 3. & 4.* omninò videndi.

376 Illatio V. èx præcedenti desumpta. Mulieres Prælatæ poterunt sub pœna Voti Obedientiæ ipsis præstiti, vel in virtute Obedientiæ ipsis debitæ Monialibus imponere præcepta Temporalia, ad quorum obseruantiam sub Mortali peccato teneantur Moniales juxta qualitatē Materiæ, quæ sic in violatione præcepti, ab Abbatissa impositi peccabunt, qualitèr peccant filiæ Familias in trasgressione Præcepti Patrèntum, Sot. *in 4. dist. 20. q. 1. art. 4. §. Hinc fit.* Emman. Rodrig. *Quæst. Regular. dict. tom. 1. quæst. 12. artic. 2.* Victoria *de Potestat. Eccles. Relect. 2. quæst. 2. num. 4. fol. 61.* Fragoso *dict. §. 6. num. 8. & 9.* Zacchar. Pasqualing. *in dict. Addit. ad Lauret. de Franch. num. 766.* aliquanto fusius loquens; sed tàm ipse, quàm alij expresse defendentes posse Abbatissas sub obedientię præcepto aliquid imperare, intelligendi sunt iuxta nuper adductas Illationes pro quibus addi possunt Sylvest. Tabièna, Armill. Ledesma, Henriquez, Suarez, & alij sequuti à Hyacintho Donato *Rer. Regular. tom. 3. de Monialib. tractat. 8. quæst. 2. num. 3.* qui id clarè deduci affirmat ex Sanct. Thom. *in 4. distinct. 19. quæst. 1. quæstiuncul. 3. ad 4. & ex cap. Dilecta 12. de Maioritat. & Obedient.*

377 Quæ illatio, ut commodius percipiatur discutiendum est, & examinandum: An aliqualèm Iurisdictionem habeant Abbatissæ, aliæque Prælatę ab Ordinum Patriarchis? Et quidèm habere Iurisdictionem ab ipsa Règula, seu eius Conditore ad cogendas Moniales ad Regulæ obseruantiam, Eosque puniendas si eam violent, quod ratione solius Voti facere non posse; sed ab ipsa Regula Potestatem istam illis prouenire, docet Vazquez 1. 2. *quæst. 96. artic. 4. disputat. 166. cap. 4. num. 28.* & ab eo Fragoso *de Regimin. Reipublic. Christian. part. 2. lib. 11. disputat. 24. §. 6. num. 10.* addens Potestatem istam non eis prouènire à Superioribus Prælatis Viris, seu eorum cōfirmatione; sed ab ipsa Regula;

Tùm

Tùm quia confirmatio nullum Ius de nouo attribuit, *cap. Examinata, de Confirm. vtil. vel inutili, cap. Quia Diuersitatem, de Conceſſ. Præben.* Cancer. *tom.3. var.cap.3. num.177.* Suarez *de Legibus, lib.8. cap.18. num.8.* Oldrad. *conſ.164.* ſed ſolum antiquum confirmat, *cap. Ex parte 13. & cap. Quia intentionis 29. de Priuileg. cum pluribus alijs vulgaribus*, ab ipſo adductis, cui addo eleg. Text. *in l. ſi Olei 22.* juncto Donello *lib.13. Comment. cap.6. circa fin.* Alex. Dec. & alios ſequutos à Molin. I.C *de Primogen. lib.2.cap.7. num.7.* Roder. Suarez *alleg.14.num.1.* Menoch. *conſ.75.à nu.20. & in his terminis.* Hyacinth. Donat. *Rer. Regular. tom.3. de Monial. tract. 8. q.6. num.4.* allegantem pro hac opinione eumdem Vazquez, & Bartholom. de Ledeſma, & huic opinioni innitens, addit poſſe Abbatiſas de violatione Règulæ inquirere, & præceptum ſub mortali obligans imponere ad reuelandum; quia quum legimè ad inquiſitionem procedat, ut ſupponimus, ex eo quod facultatem puniendi eas concèdimus; ſequitur etiam omnia neceſſaria ad veritatem eruendam eis denègari non poſſe èx vulgari regula conceſſa Iuriſdictione, omnia alia conceſſa cenſeri; ſine quibus ea commode exerceri non poteſt, *l.2. ff. de Iuriſdict. omn. Iudic.* & conducit *l.1. tit.27. p.3. l.à D. Pio, ff. de Re Iud. cap. Paſtoralis, de Offic. & Poteſtat. Iudic. Delegat.* Azo. *in Summ. Rubric. de Executio ſentent.* Specul. *cod. tit. §. Non dicendum.*

378 VI. inferendũ eſt nõ poſſe Prælatas Mulieres diſpenſare, aut commutare vota Subditarum, quia nimirum Spirituali carent Iuriſdictione, quæ omninò neceſſaria eſt ad Votorum commutationem, aut diſpenſationem, Tamburin. *de Iur. Abbatiſar. diſputat.32. quæſt.7.* Pellizar. *de Monial. cap.10. ſect.2.n.134.* Zacchar. Paſqualig. *in AAdit. ad Laurèt. de Franch. de Controu. intèr Epiſcop. & Regular. q.14. num.747.* ubi allegat Lèſ. Sot. Bart. à S. Fauſto, Rodrig. Sanchez, & Lezanam, *& num. 748.* Prælatos Regulares poſſe huiuſmodi Vota diſpenſare, & commutare docet allegans Richard. Palac. Sylveſt. Angèl. Nauarr. Lèſ. Sayr, Sanch. & Suarez, & Conſtitut. Pij V. *& num.751.* poſſe Abbatiſas Vota Monialium irritare ex communi opinione affirmat pro qua allègat Sotum, Ledeſmam, Rodrig. Vazq. Suar. Sayr. Leſ. Sanchèz, Viuald. Anglès, Tamburin. & Pellizar. *& num. ſeqq.* aliquas alias difficultates ſuper his Votorũ irritationibus èxcitat apud ipſum videndas. Nobis enim hæc nũc dixiſſe ſufficiat.

379 VII. deniquè infertur èx defectu Iuriſdictionis, & Poteſtatis Eccleſiaſticæ, non poſſe Mulièrès, licèt Prælatæ ſint, diſpenſare quoad Subditas ſuas, ut diebus prohibitis carnes, vel lacticinia edant, aut quoad ieiunia, licèt ex præcepto Eccleſiæ non ſint; ſed tantum à Regula impoſita, neque quoad alias Règulas, vel Conſtitutiones Ordinis. Henriq. *in Summ. lib.6. cap.2. num.3.* Sanchez *in Summa, lib.6. cap.1. num.24.*

Barthol. à S. Fausto *in Thesaur. Reli. lib. 6. q. 44.* Portel. *Dub. Règul. verbo Abbatissa, num. 3.* Tamburin. *dict. disp. 32. q. 8.* Pellizar. *de Monial. cap. 10. sect. 2. num. 133.* Zacchar. Pasqualig. *in dict. Add. ad Lauret. ac Franch. citata q. 14. nu. 748.* subdens ex Lezana, Tamburin. & alijs; quod licèt authoritatiuo modo, hoc est Iure proprio, & ordinario huiusmodi dispensationem Abbatissæ concedere nequeant; potèrunt tamen ex dèlegationè sui Prælati, quem tùnc dispensare censendum esse addit. Et pro hac opinione addi possunt Sotus, Rodrig. & Henriq. adducti à Hyacintho Donato *Rer. Regular. tom. 3. de Monialib. tract. 8. q. 6. num. 1.* Eorum tamen authoritate non obstante, & salua manente, eis non acquiescimus; rationes namque, & fundamenta ab ipsis adducta solum probant Pontificem posse facultatem istam Abbatisis committere, vndè non infertur Prælatum inferiorem Papa dispẽsare, aut committere eis posse Iurisdictionem istam, cuius incapaces existunt Mulieres saltem Iure communi, quod sufficit, ut ipsi dispensare nequeant, ut optimè probat Donatus ipse *Rer. Regular. tom. 2. par. 3. tract. 12. q. 3. & dict. tract. 8. q. 6. num. 1. in fine.*

380 Concludendum ergò est ex præallegatis Authoribus posse Abbatisas declarare hic, & nùnc cessare Ieiunij obligationem, juxta cuius sententiam intelligendũ esse Priuilegium Pauli III. Abbatisis Monialium Sanctæ Claræ de Obseruantia concessum, ut circa Règulare Ieiunium dispensare possint cum suis Monialibus, monet Zacchar. Pasqual. *loc. cit. num. 750.* Vt nimirum Papa voluerit prædictis Monialibus facultatem concèdere causam cognoscèndi, quæ sufficiat ad excusandam Monialem à Ieiunio, eamque sufficientem declarare, non autem, ut absolutè dispenset absque causa in Ieiunio.

## Sectio V.

### An Mulierum Incapacitas Potestatis Ordinis, vel Iurisdictionis, sit à Iure Diuino, & an tolli possit Apostolico Priuilegio, vel alio titulo?

381 LICET plura inuoluere Sectionis titulum appareat, prout rè vèra complecti negare non possimus, quum tamèn omnia fere discussa, & resoluta maneant ex dictis, *præcèdentibus Sectionibus*, facillimè ab hac Nos expediemus.

382 A primaque difficultate incipientes: An scilicèt incapacitas hæc proueniat à Iure Diuino? Eam affirmatiuè concèptam facilè

lè resoluendũ eas incapaces esse; quum namque incapacitas hæc à Sacra Pagina proueniat, & quidem ab ipso Domino specialitèr injuncta, ut colligitur *ex Apostol. ad Ephes. 5. 1. ad Timoth. 2. 1. ad Corinth. 11. & 1. ad Corinth. 14.* vbi imposita Mulièribus incapacitate ista totius Ecclesiasticæ Iurisdictionis & Potestatis, subdit Apost. *Si quis videtur Propheta esse, aut Spiritualis, cognoscat, quæ scribo Vobis, quia Domini sunt mandata, &c.* Vidèndus est Francisc de Hallièr. *de Sacr. Elect. p 2. sect. 4. cap. 2. §. 3. num. 5.* ubi Difficultatem hanc resoluit dissertissimis istis vèrbis: *Neque verò Ecclesiastico tantum Iure, neque merè Naturali; sed Diuino Naturæ conuènientissimè Mulieres à Sacerdotali Ordinè (& consequenter ab Spirituali Iurisdictione huic Ordini adnexa) arcentur; non inquam Ecclesiastico Iure; nam id ex Christi institutione, & Naturæ conuenientia Paulus, Patrèsque citati vetitum ostendunt; Nec Hæretici; sed inobedientes Ecclesiæ, & Disciplinæ Ecclesiasticæ Violatores dici debuissent, qui Mulieres ordinassent, si Ecclesiæ tantum Lege Mulières ab ordinatione arcerentur, &c.* clariusque docuit in nostris ipsis terminis, S. Tom. *in 4. dist. 19. q. 3. quæstiuncul. 3. ad 4.* vbi expresse ait: *Mulièr secundum Apostolum* (& ideò iuxta Diuinum Ius, ut ostendimus) *est in statu subjectionis, & ideò ipsa non potest habere aliquam Iurisdictionem Spiritualem, quia etiam secundum Philosophum in 8. Ethic. corruptio vrbanitatis est, quando ad Mulièrèm peruenit Dominium, vnde Mulièr non habet neque Clauem Ordinis, neque Clauem Iurisdictionis, &c.* Rursusque *in 4. dist. 25. quæst. 2. quæstiuncul. 1. ad 1.* Eadem repetijt, & instantiæ occurrit ab aliquo faciendæ, dicens: *Delbora autem præfuit in Temporalibus, non in Sacerdotalibus; sicut, & nùnc Mulières possunt tèmporalitèr dominari, &c.* Hyacinth. Donat. *dict. tract. 8. q. 2. num. 3.*

383 An autem incapacitas hæc proueniat à Iure Diuino mèrè Naturali, ut videlicèt sublata Dei Institutione, etiam procèderet? Magna equidem dubitatio est, & quæ validissimas undique rationes habere potest; Pro parte namque affirmante adduci potest discursus à Nobis èformatus *Sect. præcedenti* ad probandum Iuri Naturali, Gentium, & Ciuili consonam èsse prohibitionèm istam; vndè rectè argui posset ad Ius Diuinum mèrè Naturale pertinere; contrarium tamen aliquibus firmare conatur, Hallièr. *dict. cap. 2. §. 3. num. 7.* Quum hæc parum Tractatui nostro deseruiat, in illorum excussione diutius immorari otiosum iudicaui, sed legentis arbitrio relinquere censui eligere quam maluerit opinionem.

384 Incapacitatem autèm istam in communi à Iure Diuino sic deriuatam, quoad omnes suas species èxtendi plerique docent, indistinctè affirmantes: Mulieres qualiscumque Iurisdictionis, & Potestatis incapaces Iure Diuino existere. Ast quum contrarium procedere experti simus. Nos sub distinctione difficultatem istã

resol-

resoluendam esse non dubitamus.

385 Et I. incapacès esse Potestatis Ordinis Iure Diuino patet ex supradictis, docentquè expresse S. Thom. Felin. Vazq. Suarez, Anglès, Coninch. Bonacina, Valentia, Henriq. Sotus, Viuald. & alij adducti à Tamburin. *de Iur. Abbatisar. disput. 32. quæst. 2. num. 1.* Donat. *Rerum Regular. tom. 3. tract. 8. quæst. 2.* Lauret. de Franch. *de Controuers. inter Episcop. & Regular. p. 1. q. 14.* vbi Zacchar. Pasqualig. *in Addit. num. 734.* plures cummulat, quibus addo Henriq. *in in Summa, part. 1. lib. 1. cap. 21. §. 2. litter. N. & seqq. et lib. 6. cap. 2. §. 3. & lib. 10. cap. 16. §. 1. litter. A.* Victoriam *de Potestat. Eccles. Relect. 2. q. 2. num. 3.* Sotum *in 4. dist. 25. q. 1. art. 2. conclus. 1.* Suarez *in 3. part. D. Thom. tom. 5. disputat. 2. sect. 3. num. 5.* Sèbast. Cæsar, *de Ecclesiast. Hierarch. p. 2. disput. 8. §. 2. num. 2.* plura cũmulantẽ Andr. Du Saussay. *in Panopl. Clerical. part. 1. lib. 6. cap. 1. mox à princip.* qui omnes affirmare conspirant perpetuam, & indispensabilem èsse incapacitatẽ istam, quia à Iure Diuino immediatè procedit.

386 Hinc omninò rejicienda est, *Gloss. in Can. 23. Diaconissam 27. q. 1.* docens Mulieres si ordinentur Characterèm non recipere, quia impedit sexus, & Constitutio Ecclesiæ, sequeretur enim ex hac doctrina Mulièrès non à Iure Diuino; sed ab Ecclesiastico tantum incapaces esse, & consequenter non propriè incapaces; sed irregulares tantum esse. Quam quidem Glossam rejiciendam esse diximus. I. quia ipsa se implicat in terminis; Nam si Diuino Iure non esset interdicta Mulieribus Ordinis Potèstas, quamuis ob leuitatem, & sexus inconstantiam, aliasque ob causas Ecclesia Mulieres ab Ordine arceret; si ipsæ incapacitatem à Iure Diuino non haberent; incapaces recipiendi Potestatem istam reddi ab Ecclesia non possent, quamuis exercitio privari possent, vt patet in excommunicatis, suspẽsis, &c. qui validè, illicitè tamen ordinantur. II. quia si à Iure Diuino Mulierès incapaces non essent, sed propter eiusdèm sexus dèfectum, Sanctissima Virgo Maria, aliæque innumerę perfectissimę Mulierès ab Ecclesia priuari, absque injuria non potuissent huiusmodi Ordinis Potestate, ut rectè ratiocinatur Hallièr. *dict. §. 3. num. 6.* Ergò incapacitas hæc, non ab Ecclesia, vel sexu, sed à Iure Diuino, & ideò non tam irregulares; quã perpetuò incapacès Ordinum, & Potestatis Ordinis Mulières dijudicandæ sunt, & omninò habendæ, ut ex Viualdo *in Candelabro aureo, par. 3. cap. 3.* leuiter monuit Tamburin. *de Iur. Abbatisar. disput. 32. q. 2. num. 1. vers. Aduèrtè cum Viualdo*, quibus addo Sotum *in 4. dist. 25. q. 1. art. 2. in princip. & de Iust. & Iur. lib. 4. q. 7. art. 2.* Suarez *in 3. p. tom. 5. disput. 40. sect. 5.* Henriq. *in Summa, lib. 14. cap. 7.* Sebastian. Cæsar *de Eccles. Hierarch. parr. 2. disputat. 8. §. 2. num. 22.* Ex quibus satis euictam manere censemus incapacitatem istam Mulie-

lierum quoad Ordinis Potestatem.

387 Maior autem difficultas est in resoluenda eadem incapacitate quoad Potestatem Iurisdictionis Spiritualis; licèt enim incomperto omnibus sit incapacitatem Mulierum quoad Spiritualem Iurisdictionem radicari in incapacitate Ordinis, ex hac enim oritur incapacitas Potestatis Clauium, quæ in Ordine fundatur, & ex incapacitate Potestatis Clauium oritur incapacitas Potestatis Spiritualis, quæ consequitur Potestate Clauium, quamuis enim ab ipsa sit separabilis, quoad aliquos casus; originatur tamen ab ipsa; vndè nullam posse sub oriri difficultatem, affirmando eadem incapacitate laborare Fœminas quoad Potestatem Iurisdictionis Spiritualis, ac respectu Potestatis Ordinis, non incongrue existimaretur, adhùc tamen grauissima supereſt inter DD. controuersia circa hanc difficultatem.

388 Communis namque Theologorum sententia fert Fœminas esse incapaces Spiritualis Iurisdictionis Ordinariæ, S. Tho. *in 4. dist. 19. q. 1. art. 1. quæstiuncul. 3. ad 4. & dist. 25. q. 2. art. 1. ad 2.* Paludan. *in 4. dist. 19. q. 2. art. 1.* Sylvest. *in Summa, verbo Abbatisa, num. 1.* Sot. *in 4. dist. 20. q. 1. art. 4.* & multis alijs, qui tamen Delegatæ Iurisdictionis eas capaces esse asserere non dubitarunt.

389 Antiqui aliqui Canonistæ *in cap. Dilecta, de Maior. & Obedient.* ubi præcipue Panormitan. & Gloss. Fœminas capaces esse voluerunt Ordinariæ Iurisdictionis Ecclesiasticæ, quibus omninò adhæret Lauret. de Franch. *de Controuers. inter Episcop. & Regular. part. 1. q. 14.* in comprobationem adducens *dict. cap. Dilecta, de Maior. & Obedient.* ubi dicitur de Abbatisa quadam Clericos sibi subjectos à Beneficio, & Officio suspendisse, quod autem quis ratione Dignitatis, Muneris ue publici, quo fungitur, facit, id ordinaria authoritate facere rectè dicitur, Valenç. Velazq. *cons. 101. nu. 43.* Barb. *de Iur. Vniuers. tom. 1. lib. 1. cap. 15. nu. 19.* Suspendere autem ab Officio, & Beneficio ad Ecclesiasticam Iurisdictionem, & Potestatem omninò attinet, ut late alibi probamus; ergò Fœminæ sunt Iure Ordinario capaces istius Potestatis.

390 Corroborant sententiam suam, ex quo Abbatisa, Ecclesias, & Beneficia suo Monasterio subjecta cõferre potest, imò, & aliqui addunt id procedere, licet Beneficium adnexam habeat Animarum curam, Mar. Antonin. *lib. 1. var. Resol. 63.* Ricc. *Collect. 2675.* Tondut. *QQ. Benefic. lib. 2. cap. 3. §. 9. num. 41. & lib. 3. cap. 124. num. 8.* Lauret. de Franch. *dict. par. 1. q. 14.* Probans paritate sumpta à Dignitate Sæculari, quod nimirum Abbatisa capax sit Iuris instituendi Clericos in Ecclesijs, suo Monasterio subjectos, & Beneficia conferendi ratione publici Muneris, & Officij, sicut alias capax est Ciuilis Iurisdictionis ratione Dignitatis commissæ Ducisæ, aut Reginæ, quarum capaces esse

Fœ-

Fœminas Homo hucusque negauit, & ex hac ratione probat opinionem istam Hieron. Gonçal. *in Reg.* 8. *gloss.* 22. *num.* 12. atque ex eo Miranda, & Riccio, Tondut. *dict. cap.* 124. *num.* 9. addens ex Delegatione Pontificis nullam admittere dubitationem, allegatque Garcia *de Benefi. p.* 1. *cap.* 2. *num.* 33. *& seqq.* Boër. *decis.* 32. Ricc. *collect.* 2675. quibus in comprobationem addimus Bullam Hadriani VI. *dattam Romæ, apud S. Petrum, Anno Domin.* 1522. *die* 4. *Maij, Pontific. sui Anno* 1. *in Bullar. nouissimo, tom.* 1. *pag.* 627. incipientem: *Dum intra mentis nostræ arcana*, §. 4. ubi Romanus Pontifex Ordinum Militarium Magistratus Coronæ Castellæ, & Legionis perpetuo unit, & omnem Iurisdictionem Spiritualem Magistris prædictorum Ordinum competentem Regibus concedit per Idoneas Personas ab ipsis deputandis etiam si Regnum in Fœminam reciderit, ut constat ex prædicta Bulla omniuo videnda. Ex qua quidem explicatione.

391 III. resultat opinio: Fœminas nimirum capaces esse Ecclesiasticæ Iurisdictionis, & Potestatis delegatę. Salas *de Legibus, disput.* 8. *sect.* 19. *num.* 94. Bonacina *de Lègib. disput.* 1. *q.* 1. *punct.* 3. *num.* 35. Castro Palao *in Oper. Moral. tract.* 3. *disput.* 1. *punct.* 23. Tamburin. *de Iur. Abbatiss. disp.* 32. *q.* 4. Hyacinth. Donat. *Rer. Règular. tom.* 3. *de Monialibus, tract.* 8. *q.* 5. *num.* 2. ibi: *Item Sotus in dict. art.* 4. §. *Hæc autem dicta sint, sic loquitur: Quod quidem, ut verum dicam, non video esse plenè de Iure Diuino* (*supple quod Abbatissa sit incapax dictæ Potestatis*) *Nam Paulus non prohibet Mulieres, nisi docere in Ecclesia, quas iubèt esse subjectas Viris; neque verò quod subdit: Hæc esse mandata Diuina, sic intelligit esse de Iure Diuino, ut non cadat dispensatio in illa; sed hæc omnia sunt de Iure Canonico, quod Ecclesia tamquam consentaneum Verbis Pauli statuit, quod propter prædictam Conclusionem sub illa limitationè, rationè Officij constituimus; nam ex commissione non videò cur non possint habère Potestatem instituendi huiusmodi Præcepta Spiritualia; Non inquam video cur Prouincialis, ubi ei visum fuerit ad honorem Domus, & Monialium, non possit Priorissis, & Abbatissis committere, ut possint huiusmodi Præcepta Spiritualia in graui necessitate ponere, citra tamen excommunicationis censuram; Nam hæc facultas numquam Mulièribus fuit commissa, nec eis committere decet. Hæc ille, &c.* Sotus nimirum, cui Donatus ipse addit Emanuel Rodrig. Nald. & Alphons. de Leon, *& num.* 3. contra ipsos opponit Vitoriam. Martin. de Ledesma, Sanchez, & Merol. quibus relatis concludit sola Pontificis delegatione posse Moniales cuiuslibèt Iurisdictionis, & Potestatis Ecclesiasticæ capacès existere, non autem aliorum Prælatorum. Hanc postremam partem efficacius probat ipse *tom.* 2. *part.* 3. *tract.* 12. *q.* 3. *& eodem tom.* 3. *tract.* 8. *q.* 6. ex Sanchez, Merolla, & alijs, contra Sotum Rodriguez, & Henriq.

392 Ex quibus duo pro hac opi-

opinione concludenda esse apparèt. I. Fœminas capaces esse huiusmodi Ecclesiasticæ Iurisdictionis,& Potèstatis ex commissione, & Indulto Apostolico. II. Nullum alium præter Romanum Pontificem incapacitatem istam à mulieribus tollere posse, quia huic ipsi Sententiæ innitendo, Incapacitas hæc saltem prouenit à Iure Canonico, & inueterato Ecclesiæ vsu; contra illum autem nullus Prælatus Ordinarius Summo Põtifice inferior dispensare potest ergò, &c. Huic sententiæ fauet Ioan Bapt. Fragoso *de Regim. Reipublicæ Christian. p. 2. lib. 11. disp. 24. §. 6. num. 6. & seqq.* ubi satis tremulè loquitur, In eam tamèn sententiam inclinat, ut quamuis de Potestate absoluta Romanus Pontifex Mulieribus concedere, & delegare posit Iurisdictionis Ecclesiasticæ Potestatem; de Iure tamen communi, & perpetua Pontificum obseruantia numquam hucusque delegasse, legi, allegans in comprobationem S. Thom. *in 4. dist. 19. q. 1. art. 1. quæstiuncul. 3. ad 4.* & Suarez *de Relig. tom. 4. lib. 2. cap. 9. num. 11. & duob. seqq.*

393 Inter tot, tamque dissidentes Grauissimos DD. arduũ sanè, ac periculosum erit sententiam nostram depromere; Ast quum ineuitabile hoc semper in Scriptoribus reputauerim, onus istud à Nobis excutere indècorum judicauimus.

394 Nostra ergò fert opinio non posse Summum Pontificem delegare Mulieribus Potestatem Ecclesiasticam, eiusque Merũ Imperium Abbas, & communitèr Canonistæ *in cap. Dilecta, de Maior. & Obedien.* Vitoria *de Potestat. Eccles. relect. 2. p. 2. num. 3.* Rodrig. *QQ. Regular. tom. 2. q. 107. art. 2.* Zacchar. Pasqualig. *in Addit. ad Lauret. de Franch. dict. q. 14. num. 737.* cui addo Couarr. *in cap. Alma Matèr, part. 1. §. 11. num. 2. de sentent. Excommun. in 6.* Nauarr. *in Summa, cap. 27. de Censur. §. Quis potest excommunicare, nu. 6. & lib. 5. cons. 73. de Excommun. in Antiq.* Suarez *de Censur. disput. 2. sect. 3. num. 5.* Auila *eodem tract. 1. p. dub. 6.* Diana *part. 5. tract. 9. resolut. 16.* Tamburin. *de Iur. Abbatiss. disp. 32. q. 5.* Hyacinth. Donat. *Rer. Regular. tom. 3. tract. 8. q. 9. num. 1. & seqq.* & plures alij libèntèr omissi.

395 Ratio autem efficacissima (nifallimur) est quod ad acquirendam Iurisdictionem, etiam ex delègationè, requiritur capacitas in Subjecto acquirènte; Ast Mulier perpètua, & indispensabili, atque in auferibili incapacitate laborat, èrgò nequit ei Summus Pontifex Potestatem istam delegare. Consequ. irrefragabiliter sequitur. Maior efficacissimè probatur: Potestas Iurisdictionis ortum habet ab Ordinis Potestate, ad quam tamquam principalem scopum collimat, & ordinatur; Vnde quoad capacitatem eisdem Regulis demetienda est, ut iam supra ostendimus, nuncque in comprobationem adducimus. S. Thom. *in 4. dist. 18. q. 1. art. 3. ad 1. & clarius in 4. dist. 19. q. 1. de habentibus Clauem, art. 3. in corpore.* Donat. *Rer. Regular. dict. Tract. 8 q. 9.*

num.

*num.* 1. *&* 2. Mulier autem, etiam ex Delegatione Romani Pontificis ſubjectum capax Poteſtatis Ordinis eſſe non poterit, ergò neque Iuriſdictionis Poteſtatis; quia huiuſmodi Poteſtas Iuriſdictionis reperiri non poterit, niſi in ſubjecto capaci Poteſtatis Ordinis, & Clauium, Panormitan. *in cap. Ab Excommunicato, num.* 5. *de Reſcript.* Hoſtienſ. *in Summa, de ſentent. Excommun. § Quis poſsit, verſ. Nedum autem*, Felin. *in cap. Dilecta, de Maior. & Obed. num.* 3. Couarr. *dict. §.* 11. *num.* 1. Donat. *dict. q.* 9. *num.* 3. Minor autem ex dictis irrefragabilis redditur. Si namque iuxta præ allegatos DD. capacitas Poteſtatis Iuriſdictionis dimetienda eſt à capacitate Poteſtatis Ordinis, quũ illius incapacès iã Mulieres oſtẽdèrimus quoad iſtã Poteſtatẽ Iuriſdictionis eãdẽ incapacitatem cuictam manere perſpicũ eſt; Nam ſi ex Delegatione poſſet Mulier in Viros Iuriſdictionem Spiritualem exercere, poſſet etiam illos authoritatiuè docere; nulla enim reperitur differentiæ ratio, ut iſtud illis permittatur, & hoc ipſis denegetur. Illud autem Iure Diuino illis prohibitum reperitur, ut ex Apoſtolo 1. *ad Timoth.* 2. & alijs locis ſupra oſtendimus; ergò nequit eis Romanus Pontifex Mulieribus Poteſtatẽm iſtam dèlegare, utpotè incapacibus Poteſtatis Ordinum, & Clauium Eccleſiæ, & conſequenter huius Delègationis; Nam Innoc. III. *in dict. cap. Noua, de Pœnit. & Remiſſ.* ex incapacitate Clauium arguit incapacitatem Poteſtatis Iuriſdictionis.

396 Poterit tamen Pontifex Mulieribus delegare Miniſterium Actus Iuriſdictionis Spiritualis, ut nimirum tamquam Procuratrix curèt exèqui à Miniſtris capacibus omnia illa, quæ ſunt Iuriſdictionis, Gloſſ. *in dict. cap. Noua de Pœnit. & Remiſſ.* cui fauet *cap. Dilecta, de Exceſſ. Prælator.* clariuſquè probatur *ex cap. Dilecta, de Maior. & Obed. & cap. Dilecta, de Confirm. vtil. vel inutil.* & ſiqui alij ſunt èiuſdèm ſpeciẽi Tèxtus.

397 Quæ quidem expoſitio ſic à Nobis excogitata expreſſe comprobatur ſingulari Textu *in cap. Is cui* 42. *de Elect. in* 6. ibi: *Is, cui Procuratio, ſeu Adminiſtratio Cathedralis Eccleſiæ plena, & libera in Spiritualibus, & Temporalibus à Sede Apoſtolica (cui ſoli hoc competit) eſt commiſſa, &c. Illa quippè, quæ Miniſterium Conſecrationis expoſcunt (niſi fuerit Epiſcopus) per alios faciat Epiſcopos expediri.* Ex quo quidem Textu clarè elicitur; quoties S. Sedem Apoſtolicam alicui Incapaci eam acquirendi, Poteſtatem in Spiritualibus conceſſiſſe conſtiterit, intelligendum eſſe ſolam Procurationem, & Adminiſtrationem conceſſam ei eſſe, ut nimirum Poteſtas illa per Idoneas Perſonas, illam exerceat. Concinnuntque Textus *in cap. in Anti-Sufraganeis, eod. tit. de Elect. cap.* 1. *de Translat. Can. Pontifices* 7. *quæſt.* 1. *gloſſ. fin. in dict. cap. Is, cui, verbo Expediri*, vbi etiam Barboſ. *num.* 1. Quod etiam reſpectu Mulierum procedere, docent per Text. *in cap. Dilecta* 40. *de Teſt.* ibidem Abbas *num.* 1. Felin. *num.* 1. Selua *de*

Bene-

*Benef.2 p.cap.5.à num.1.* Rebuff.*de Nominat.q.15.à num.9.* Boer.*decis. 32.num.10.* Gonçalez *in Reg. 8. gloss.22.à num 13.* Quod,& in Abbatissis verificatur : Actus namquè qui eis permittuntur sunt merè Ministeriales; etiam in Beneficiorum institutione; non enim possunt Mulierès Institutionem dare authorizabilèm, perquam conceditur Potestas exercèndi curam Animarum, ligandi, atquè soluendi,sed illa tantum Institutio illis permittitur, quę dat titulum ad acquirendam authorizabilem illam Institutionem, ut ex Ricc. & alijs docèt Tondut. *dict.p.2. cap.3.§.9.num.41. & dict.p.3.cap. 124.num.8.* Hi autèm actus Ministeriales tantum sunt, ut patet,ergò non Potèstas Iurisdictionis; sed Ministeriale tantum exercitium eis delegatum,èt delegabile èsse affirmandum est. Hincque in Diocœsibus,& Locis, ubi Concilium Tridentinum obseruatur, quoad concursum faciendum ad Prouisionem Parrochalium Ecclesiarum eis subjacere huiusmodi Beneficia, quorum Institutio Mulieribus concessa fuèrit à Summo Pontifice, docent Tonduti; & ab eo allègati *locis nuper relatis.* Hinc plura inferre licèt ad præsentis difficultatis plenam cognitionem necessaria. Et ad aliarum intèlligentiam utilissima. Quarum sit.

397 I. Mulieres etiam èx Delegatione Romani Pontificis solum instituère,& conferre posse Benèficia, & Cappellanias quoad Titulum,& possessionem; non autem quoad Potestatem, quam Beneficiarius acquirit virtute authorizabilis Institutionis quoad Iurisdictionem Fori extèrni. Hanc enim ab èo tantum accipit, qui admittit, & authorizat collationem, & Institutionem, Miranda *de Monial.quæst.6.art.5. conclus.1.* Rodriguez *QQ.Regular. tom.1.q.17.art.12.* Tamburin.*de Iur.Abbatiss.disp.32.q.12.num.1.* Pellizar.*de Monial.cap.10.sect.2. num.131.* Zacchar. Pasqualig.*in Addit. ad Lauret. de Franch.dict. q.14.num.740* Et ante hos omnes Doctrinam istam luculentissimè tradidit Sylvest.*in Summa, verbo Abbatissa, quæst.2.num.5.* & ab eo Hyacint. Donat. *Rer. Regular. tom.3.de Monialibus, q.12.num.2.* Vbi Eum sequendum esse affirmat contra Rodrig. Mirandam, & Tamburin. aliter sentientes: Quod nimirum Abbatissa instituèrè,& conferre Beneficia possit.

398 Potèrit etiam Pontifex Mulieribus delegare Potestatèm priuandi eodem modo Beneficijs, auferèndi nimirum ab eis, & possessionem ab ipsis datam; tùnc namque Summus Pontifex censetur à Beneficiario auferre Ius Spirituale, quod mediante authorizabili institutione acquisièrat, quia sicut confertur dependentèr à designatione Abbatissæ,& collatione Tituli,& Possessionis, ita etiam conseruari cènsetur Iurisdictio à Summo Pontificè dèpendèntèr ab ijsdem quibus sublatis omnia alia corruunt, Staphil. *de Litteris Gratiæ, tit.de Forma Mun-*

*aatorum de Priuilegiis, fol. 3. num. 101 & seqq.* illic: *Præfati Reges, & alij huiusmodi similia Indulta sunt Delegati, imò potius nudi Ministri Papæ*, iuxta illud quod dicit Ioan. Andr. *in cap. 2. de Præbend. in 6. Quod quoties Papa ex Priuilegio transfert Iura Spiritualia in Laicum non exercet illa, nec sunt fundata in Laico, ut fundata in ipso, sed ut Ministro, & Agente nomine Papæ*, Gregor. Lopez *in l. 5. tit. 10. part. 6.* Castillo *de Tert. s, cap. 12. num. 33.*

399 II. èx prædictis etiam infertur: Quam cumquè institutionem, seu collationem Beneficiorum à Romano Pontificè Mulieribus concèssam in sola Nominatione consistere, *iuxta cap. 1. de Cappell. Monach.* Felin. *in cap. Cum Venerabilis, num. 36. de Except.* Rota *decis. 21. de Præbend. in Antiq.* èt coram Durano *decis. 74. num. 3.* Quod quando Cura Animarum est adnèxa Ecclèsiæ Monialium spectat quidem ad ipsas Moniales Ius Nominandi, & Præsentandi Personam idoneam, per quam exercerè, quia quum incapaces sint Ordinis, & Iurisdictionis Spiritualis, illud Ius ad capacitatis sexus terminos reducendum est. Termini autem sunt Nominatio, èt Dèsignatio Personæ Idoneæ, cui Episcopus Spiritualem Iurisdictionem conferat. Ergò, &c.

400 III. Ex prædictis infertur, Abbatissam nèque ullam aliam Mulièrèm, etiam ex delegatione, & concessionè Romani Pontificis excommunicare, suspendere, ac interdicere posse. I. Illationis partèm probant Couarruv. *in cap. Alma Mater, part. 1. §. 11. num. 2.* Nauarr. *in Summa, cap. 27. de Cènsur. §. Quis potest excommunicarè, num. 6. & lib. 5. consil. 73. de sentent. Excommunicat. in Antiq.* Suarez *tom. 5. de Cènsur. disputat. 2. sect. 3. num. 5.* Auil. *eodem Tractat. 1. part. dubitat. 6.* Diana *part. 5. tractat. 9. de Excommun. resolut. 16.* Tamburin. *de Iur. Abbatiss. disputat. 32. quæst. 5.* Hyacinth. Donatus *Rer. Regular. tom. 3. de Monialibus, tractat. 8. quæst. 9. num. 1. & sequentib.* Miranda *de Monialibus, quæst. 6. artic. 5. conclus. 1. & 2.* Tondut. *Q. Q. Beneficial. part. 3. cap. 124. num. 10.* èt præ omnibus vidèndus est Mar. Alter. *de Censur. part. 1. disputat. 7. lib. 3. cap. 5. vers. Sed tamquam certum, pag. mihi 337. col. 2.*

401 II. autem partem stabilientèm Abbatissas non posse suspèndere, & interdicere docent Gloss. *in cap. Dilecta, verbo Iurisdictionem in fine, dè Maior. & Obedient.* Sylvest. *verbo Abbatissa, quæst. 2. num. 6. in fine*, Armill. *in Summa, verbo Interdictum, num. 24.* Vtramque probant præallegati DD. *ex cap. Dilecta, de Maiorit. & Obedient.* ubi apertè supponitur Abbatissam non posse Moniales suas excommunicarè, *& ex cap. de Monialibus 33. de sentent. Excommunic.* vbi dicitur Abbatissam absoluere non posse Moniales, quæ se ad inuicem pèrcussèrunt, quia quum eiusdem sint qualitatis Excommunicatio, & Absolutio, cui prohibetur ex-

com-

communicare, denegatum intelligitur absoluere, ut iam supra Nos præmonuisse mèminimus. Ratio autem istius prohibitionis, quia hoc pertinèt ad Potestatem Clauium; Huius autem incapacès Mulierès existunt, ergò, & illius, ut sæpius firmauimus, *ex dict. cap. Noua, de Pœnitent. & Remiss. cap. Tanta* 18. *de Excess. Prælat.*

402 Nèque refragatur *dict. cap. Dilècta de Maior. & Obed.* vbi Papa expressè supponit Abbatissam suspendere posse ab Officio, & Beneficio Monachas, & Clericos suæ Iurisdictioni subjectos. Vnde rectè argui poterit Iurisdictionem Ecclesiasticam habere, quia Suspensio Potestatem istam præsupponit vnde imponi nequit ab eam non habente, Vt communis fert omnium opinio S. Antonin Sylvest. Nauarr. Auila, & alij laudati à Layman. *in Summa tom. 1. lib. 1. tract. 5. par. 3. cap. 3. num. 3.* Respondetur enim suspensionis nomen dupplicitèr accipi, strictè scilicèt, & tùnc Cènsuram Ecclesiasticam præ se fert, Nauarr. Suarez, Auila, Henriquez, Sayrus, & Ægid. de Coninch. adducti à Layman. *dict. part. 3. cap. 1. num. 1.* Tùnc enim eius violator Irregularitatem incurrit, *cap. 1. de Sentent. & Re Iudic. in 6. cap. Cum Medicinalis, de Sentent. Excommunic. eodem Libro*, Castro Palao *in Summa, tom. 5. de Censur. disputat. 4. punct. 6. num.* 4. plures allegans. Secundò autem Suspensio largè accipitur pro Præcepto materiali, quo habèns Capellam ad Se pleno Iure èx priuilegio, aut præscriptione pertinentem Clericis eidèm Cappellæ in seruientibus prohibet celèbrationem Missarum, donèc satisfecerint, interimque redditus subtrahit; non tamen manent prohibiti Clerici prædicti alibi celebrare; quia Suspensio illa, seu Interdictum non prouenit à Potestate Clauium, sub qua Censuræ continètur, quarum appellatione Suspensio strictè sumpta tantum venit, *cap. Quærenti, de Verborum significat.* & in hoc sensu intelligendus est Textus *in dict. cap. Dilecta*, prout *ibidem*, monet, & explicat Panormitan. *cap. Proposuit, de Conces. Prabend. cum alijs alibi iam relatis*, quibus nùnc addimus Tamburin. *dict. quæst. 5. num. 6.* Donat. *dict. Tractat. 8. quæst. 9. num. 6.* Castro Palao *dict. tom. 5. disputat. 1. punct. 4. num. 3. & alij.*

403 Sed instabis fortè: Mulieres ex Delegationè Romani Pontificis, excommunicare, suspendere, & interdicere posse docent Nauarr. *dict. cons. 73. de Sentent. Excommunicat. in fine*, Paludan. *in 4. distinct. 18. quæst. 2. artic. 3.* Hugolin. *de Cènsur. cap. 2. §. 7. num.* 54. Suarez *de Cènsur. tom. 5. disputat. 2. sect. 3. num. 7.* & abundantius *de Relig. tractat. 9. lib. 2. cap. 9. de Potestat. Coercitiua Prælat. num. 11. & sequentib.* Donat. *dict. Tract. 8. quæst. 9. num. 7.* Qui aliquibus rationibus sententiam istam suadere volunt. I. Quia Laicus èx

priuilègi Papæ potest excommunicare; nam sic excommunicans se habet, ut conditio ad cuius præsentiam Papa excommunicat, corroborantque Laici exemplo, qui tempore Iubilæi Confessarium eligens, non dat illi facultatem absoluendi, & dispensandi, sed Papa ad illius præsentiam, & èlectionem facultatèm istam concedere dicitur. II. Quia Sanct. Thom. iam relatus, asserit quod Potestas Iurisdictionis directè non pertinet ad Claues. III. Quia Fœminæ non prohibentur Iure Diuino, sed Canonico tantum excommunicare, & consequenter suspendere, & interdicere. Ast Romanus Pontifex in Vniuerso Iure Canonico dispensare potest. Tamburin. *de Iur. Abbatiss. d. q. 32. num. 3. vers. Nihilominus standum existimo,* imò licet à Iure Diuino emanaret, posset illud interpretando Fœminis Potestatem Iurisdictionis concedere, ut iam supra diximus, &c.

404 Ast neque instantiam istam obstare censemus; Respondemus enim rejiciendos DD. illos, aut intelligendos esse loqui juxta terminos à Nobis supra explicatos, posse nimirum Summum Pontificem delegare Mulieribus aliquale exercitium, & Ministerialem superintendentiam Rerum Spiritualium, non autem veram, & permanentem Spiritualem Iurisdictionem (cuius incapaces esse iam supra abunde ostendimus) ut rectè respondit. Mat. Alter. *dict. cap. 5. vers. Verùm hic usus, pag. 338. col. 1. post medium,* qui *Versiculis antecèdentibus*, satisfacit rationibus, pro hac opinione ponderatis & alijs, quæ ponderari poterant; Vnde apud eum videnda remittimus. Nobis enim hæc in communi nùnc dixisse sufficiat, alia commodiori loco differe sperantes, annuente, & Vitam Nobis concedente D. O. M. Restat nùnc ad argumenta contraria Nos conuertere, eaque omnia diluere, ut eis comminutis Catholica Veritas clarior appareat.

§. XV.

## §. XV.

## Argumenta Laicozephalorum, tàm Laicos, quàm Fœminas capaces esse Ecclesiasticæ Iurisdictionis, & Potestatis Supremæ defendentium omninò diluuntur.

405 ADDuximus §§. *proximè præcedentibus* argumenta Hæreticorum, qui Nouitates perpetuò adinueniendi non cessantes, ut sese à Sacra Hierarchia omninò subtrahant, & à Sactis Hominibus Ecclesiasticam Iurisdictionem, & Potestatèm Supremam auferant, vel èam omninò pènes ipsos residere affirmant, vel Laicos, & Fœminas illius capaces effingunt, pluribusque suadere conati sunt à Nobis exhibitis, partim §. 1. & partim §. 14. *sect.* 2. *huius Quæstionis*, & licèt aliqua ex eis omninò diluta iam sint mox incontinenti alia tamen, & quidem præcipua omnia *huic* §. disoluenda reseruauimus, ut vnico intuitu conspecta; despecta simul à cordatis Hominibus appareant, utpotè futilibus, & euanidis innixa sophismatibus. Ne autèm vnius opinionis chimeræ, altèrius delirij cauillationibus inter se confundantur, diuèrsis Sectionibus cà disoluere decreuimus.

## Sectio I.

### Soluuntur argumenta adducta §. I. & II. huius Quæstionis.

406 IArgumentum à Nobis adductum §. 1. *istius Quæstionis, num.* 12. *pag.* 309. *col.* 2. *in med.* hucusque dictis non obstare judicamus, singula namque testimonia pro eo stabiliendo subinducta probe, atque in suo Catholico sensu intellecta in eos potius, quam pro eis militarè perspicuum èst.

407 Ad I. namque respondemus cum S. Augustino *lib.* 3. *super Leuit. q.* 3. ibi: *Cum ergò videatur ab Aäron cœpisse Summum Sacèrdotium, quid putatis fuisse Moysem? Si ergò Sacèrdos non fuit, quomodo per illum omnia gerèbantur; si autèm fuit, quomodo Summum Sacerdotium ab eius Fratre cœpisse definimus? Quamquam etiam Psalmus ille, ubi dictum est: Moyses, & Aäron in Sacerdotibus, eius auferat dubitationem quod Sacerdos fuèrit, & Moyses; Vestem tamèn illam Sacèrdotalem, quæ magnum continèt Sacramentum Aäron jubetur accipere,*

*èt Succeſſorès eius Summi Sacerdotes in Exodo antèquam omninò aliquid de ſacrificandis, & quodammodo ordinandis Sacèrdotibus præcipiatur, quando Moyſe aſcendente in Montem, jubentur aſcendere Sacerdotes, quos intelligèrè non poſſumus, niſi filios Aaron, non qui jam èrant; ſed qui futuri erunt, hoc enim eos iam tùnc Scriptura Diuina appellauit per anticipationem, &c.* Moxque ſubdit: *An, & Ipſe* (Aäron) *Summus propter Veſtèm Pontificalèm; Ille verò* (Moyſes) *propter excellentiæ Miniſterium; Nam à principio ei dicitur, Ipſe Tibi, quæ ad Populum. Tu illi, quæ ad Deum ſunt. &c.*

408 Et licèt adhùc inſtari poſsit Grauiſsimos eſſe PP. & DD. negantes Moyſem fuiſſe Sacèrdotem, hoc non obſtare reſpondèmus, conciliandi enim ſunt èx S. Thom. *in 4. diſt. 19. art. 1. ad 1.* Dicendo nimirum: *Quod Moyſes fuit Sacerdos, quaſi Sacra dans; quia à Deo immèdiatè Sacra accèpit, & èa primum dedit Populo, non autèm fuit Sacerdos èx Officio offerendi,* in quibus verbis Grauina *tom. 4. controu. 7. art. 4. pag. 262. col. 2.* adnotauit Dictionem *ex Officio.* Nam èx S. Auguſtino *loc. cit.* Vetus Lex præcipièbat: Vt ſi Sacerdos peccaſſet, tùnc ipſe Sacerdos Vnctus, & conſumatus (ideſt Summus) Sacrificia iſta offerret, quum verò ſanctificatur Aäron, quando pro ipſo, & Filijs eius oblatus eſt Vitulus pro pèccato, Moyſes obtulit, & ipſe accepit Pectuſculum Impoſitionis, quod antèa præ loquutus èſt Sacerdotibus eſſe dandum. Loquitur ergò Angelicus Doctor règulariter, Sanctus verò Auguſtinus in illo ſpeciali caſu peccati Aäronis, quo illi dattum fuit ex Diſpenſatione Diuina; ſicuti etiam ſi non ex officio illi debebatur definire controuerſias Religionis, etiam ſi eſſet Laicus ex Diuina Diſpènſationè, illi conceſſum eſt pro ſpèciali prærogatiua, quæ ad Laicos Principès extendi non potèſt, quum nullum eis fundamèntum ſuffragari poſsit; Ab eo enim, quod ex Diuina Reuelatione, ſeu diſpoſitione fit in aliquo ſpeciali caſu, argumentum ad alios ſummi non poſſe, Nemo eſt qui ignoret. Poterat etiam reſponderi Moyſem verè Sacerdotem Summum fuiſſe. Aſt quia de hoc alibi latius ſumus acturi, quum ad ſolutionem opus non ſit, ſuo commodiori loco probandum relinquimus.

409 Ad illud autem, quod arguitur ex facto Ioſuè *cap. 5. ſuæ Hiſtoriæ,* reſpondetur, quod neque ille Socerdos fuit, ſed purè Laicus, & Dux Populi. *Num. 27.* Nequè factum illud quidquam Eccleſiaſticum ſapit, ut etiam leuiter conſideranti apparebit.

410 Minus obſtant Dauidis exempla, Reſpondetur enim Dauidem Regem fuiſſe, & Prophetam; nihil autem tamquam Rex; ſed tamquam Prophèta, erga Arcam Domini operatus eſt; omnia ſiquidem Deo expreſſe jubente præſtitit, & exequutus eſt; Prophetiſque plura commiſsit Deus, quæ propria, & peculiaria Summorum Sacerdotum fuerant, ea

tamen

tamen Iure illo extraordinario exequebantur, quod in consequentiam ad efformandum Ius commune minimè adduci potest; Arcam autem præire, non Superioritatis, sed humilitatis, & seruitutis est. Præcursores namque Regum illi semper dicti sunt Serui, qui Regem euntem præueniebant, ut apertè probatur *ex* 1. *Règ.* 8. *&* 3. *Reg.* 1. Iosephus *lib.7. Antiq. cap.*11. *vel* 15. Carolus Sigonius *de Rep. Hæbreor. lib.7. cap.*14. Fortunat Schaccus *Arcan. Sacr. Scriptur. Myroth.*3. *cap.*8. *pag.*208. Vndè ex illo irrationabiliter Primatus, & Superioritas arguitur. Neque ex eo quod Dauid Ministeria, & Officia Templi disposuit, argui potest illum exercuisse Ecclesiasticam Iurisdictionem, solum namque Sibi adsumpsit onus inquirendi Digniores, & Habiliores Ministerio, quos Summo Sacerdoti propositit, ut ab ipso consecrarentur, vndè Ministerialem tãtum, & famulatricem manum, nó verò authoritatiuam Præéminentiam aliquam Sacerdotalem Sibi adsumpsisse reperietur; euanide qua propter fundamento huic Laicozephali innituntur.

411 Ad ea, quæ adducuntur ex Salomonis factis; respondetur. I. Omnia quæ Salomon in ædificatione Templi præstitisse constat, Speciali Dei ordinatione exequutus est; Dauid namque Salomonem ad huiusmodi opus excitans vniuèrsa opera exemplari manu Domini dèscripta ad Se peruèniisse fatetur, eidemque Salomoni à Dauide injunctum, ut perficeret omne opus Ministerij Domus Domini 3. *Reg.*28. *&* 29. testimonium perhibuit Salomoni èius filio, dicens eum electum à Domino ad hoc opus grande. Arguant ergò ex præ allegatis locis Potestatem Ecclesiasticam sibi cõpetere, Règes Templa Dei destruentes, aut aliter, quam Iusu Dei ædificantes.

412 II. Ad Sacrificia, & Oblationes, quas Salomon publicè obtulisse legitur, non obstare respondemus; quia intelligendum est de Sacrificatione mediata, ut scilicèt non per Se ipsum Salomon, sed per Sacerdotes obtulèrit, quum istis tantum permissum; Regibus autem omninò prohibitum esset, iniuncta tamen eis èrat, rationè Generis, ac Gentis, juxta ceremonias à Deo illi Populo traditas, cura Diuini cultus. Fortunat. Schac. *Arcanor. Sacr. Script. Myroth.*3. *cap.* 8. *pag.*84. *litt.D.* Grauina *dict. tom.*4. *contr.*7. *art.*4. *pag.*263. *col.*1. clarèque probatur èx Sacra Pagina 1. *Reg.*13.12. *&* *seqq.* vbi Saul propter Sacrificium à Se immediate oblatum, & seuerè rèprehènsum, & Regno priuatum esse constat, ut rectè animaduertit. S. Ignat. Episcop. & Martyr *in Epist. ad Magnesian.* vbi etiam præmonet Samuelèm ex Diuina dispensatione, non autèm Iure proprio, & ordinario obtulisse, quum non esset de Tribu Aaron, Quod ipsum docuerunt Augustin. *Tract.*2. *cap.*55. Cyprian. *Epist.*65. Eucher. & Beda in illud 1. *Règ.*2. *Suscitabo Mihi Sacèrdotem fidelem.* Vnde quamuis liquidò constaret

Salo-

Salomonem per se immediate sacrificasse, quum ab Scriptura reprehensum ob id non fuisset à Diuina dispensatione Ius hoc ei datum affirmandum erit, quod sufficit, ut in argumentum adduci non possit, ut sæpius dictum manet.

413 III. Loco diluendum venit argumentum à Laicocephalis desumptum ab exautorizatione Abiatharis à Salomone facta 3. *Reg.* 2. 27. (cuius loci allegatio sic intelligenda est. Licet ex inaduertentia in Argumento Numerus 3. Libri omissus sit) ab eis tanti habitum, ut ex illo solum Supremam Ecclesiasticam Potestatem Temporalibus Pontificibus, etiam in Summum Ecclesiæ Hierarcham competere efficacissime argui posse non dubitauerint asserere. Quod tamen non obstare absque trepidatione affirmamus pluribus quidē rationibus *Tract.* 3. late à Nobis discutiendis, nùncque obiter tantum indicandis. I. ergò est Salomonem tamquam Prophetam, non tamquam Regem exautorasse Abiatharē, Bellarmin. *de Rom. Pontif. lib.* 2. *cap.* 29. Grauina *dict. art.* 4. *pag.* 263. Quam quidem solutionem multis instantijs ibidem opponendis expositam non dubitamus; Vndè cà relicta, ut valeat quantum valere alij existimauèrint, alteram Nos ex Fortunato Schacco *dict. Myroth.* 3. *cap.* 50. *pag.* 608. adhibere censuimus. Exauthorizationem nimirum Abiatharis, non Regis authoritatè factam, sed Decreto Collegij XXIV. Sacèrdotū pro Religionis, & Cultus controuersijs dirimendis instituti, ut latè probat Fortunat. ipse *dict. Myroth.* 3. *cap.* 2. qui *præ citato cap.* 50. *pag.* 608. concludit: *Huius igitur Senatus autheritate Abiatharum (Rege instante Salomone) à Summo Sacerdotio dejectum fuisse proculdubio crèdere oportet, quum enim Is ad partes Adoniæ cum Ioabo filio Saruiæ contra Salomonem, viuente adhùc Patre, declinasset, & Tyrannis illa non solum à Ioabo Summo Duce substineretur, sed Pontificis etiam Summi authoritate foueretur, cuius Dignitas, ut dicebamus Summa in Populo erat, tùm ratione Ordinis, tùm ratione militiæ; idque totum Summo cum discrimine totius Reipublicæ, vitæque pèriculo, etiam ipsius Dauidis ageretur, ut colligitur ex verbis, quæ Salomon dixit ad Abiathar: Vade in Anathot ad agrum tuum, equidem Vir mortis es, &c. Profectò de his facinoribus, & alijs conuictus Abiathar, non Regia authoritate; sed Sacèrdotum Senatu, loco cecidit, &c.* Pauciscque interjectis subdit: *Regis igitur in Pontificem authoritas ex allato loco Sacri Textus non probatur, quin potius roborata, stabilitaque manet authoritas Pontificum supra Reges; Pontificis enim erat Regni possessionem Principi tradere, quum Rex inauguraretur.* Alias solutiones adducit Grauina *dict. art.* 4. *pag.* 264. *col.* 1. quas libentèr prætermittimus, ut promissis à principio stemus.

414 Pari etiam facilitate dissoluuntur alia argumēta dēsumpta ex factis Iosaphat, Ezechiæ, & aliorum; ex eis namque, vel Præceptum Diuinum ad fuit, vel Ministe-

nisteriale tantum obsequium à Regibus exhibitum reperietur, ut per singula discurrendo late probat Grauina *dict. controu.7. art.4. pag.265. & seqq.* quem videsis. Nobis enim hæc pro istorum argumentorum solutione dixisse sufficiat.

415 Restat nunc dissoluerè à Cocodoxis obiecta, *§.2. huius quæstionis pag.* 312. vt omninò discussa difficultas ista maneat, cœcorumque Hominum nebulis explosis, veritas Catholica clarior eiucèscat.

416 Ad argumèntum desumptum ex Apostol. *ad Rom.13.* Respondetur subjectionem ibi omnibus impositam èsse respectiuam, & distributiue intelligendam, hoc est: Nullam animam viuẽtem exèmptam dijudicari posse à Potestate sibi prædominante, siue Spirituali, siue Temporali; Sed quum Spiritualis Potestas sit Temporali sublimior, ita Temporalis subjicitur Spirituali, ut in ordine ad finem sublimiorem, ei subdita sit, ubi in Spiritualibus aduersatur. Hincque nedum Actiones, sed etiam Personæ Ecclesiasticæ à Tẽporali Potestate èxemtæ reperiuntur, vnde nullis ciuilibus legibus constringi possunt, licet fauorabiles ipsis sint, nisi reperiantur confirmatæ à Concilio, aut à Romano Pontifice, Surd. *cons.2. ex num.15. ad 20. & cons. 301.num.14.* Ricc. *Collect.171.* Botell. *cons.74.* Grass. *de Effect. Cleric. effect.2. ex num.42.* Castillo *de Tertijs, cap.9.num.10.* Bonacina *de Legib. disp.1.q.1. puncto 6. n.27.* Salced. *de Leg. Polit. lib.1. cap.3. num.10.* Bellett. *disquis. Cleric. p.1. tit. de Exempt. Cleric. & eorum Bon. à Muner. Public. §.2. num.2.* Armendar. *ad ll. Nauar. in Proœm. num.94.* Acuña *in Proœm. Decreti, num.2.* Thom. del Ben. *de Immun. tom.1. cap.1. Dub.2. sect.6. num.20. qui dubit.4. sect.4.* Regulam ampliat, & procedere affirmat; licet leges istæ in Bonum Publicum latæ sint. Omnesque præcipue innituntur Textui *in cap. Ecclesia S. Maria, de Constit.* vnde juxta prædictas leges numquam dijudicari posse Ecclesiasticos docent Ciarlin. *Controu. 112. num.1.* Zypæus *de Iurisdict. Ecclesiast. & Ciuil. lib.2. cap.10.* & alij mox referendi, qui omnes Ecclesiasticos exemptos affirmant ab harum legum vi coactiua, & solum ligari affirmant vi directiua. Salgado *de Reg. Protect. p.1. cap.2. prælud.2. à num.57. ad 72.* Salcedo *de Leg. Politica, lib.1. cap.4. à num.15. ad 17.* quibus addo Argel. *de acquiren. Possess. q.3. art.14. num.14.* & plures alij commodius alibi (Deo dante) referendi. Quæ autem sit, & quomodo distinguatur hæc vtraque vis? docent Sotus *de Iust. & Iur. lib.1. q.6. art.7.* Martha *de Iurisdict. part.4. cent 2. casu 195. & voto 174. num.6.* Cabedo *decis.12. num.17. p.1. & decis.78. num.1. par.2.* Salas *de Legibus disp.4. sect.2.* Suar. *eodem tract. lib.3. cap.34. num.4.* Giurba *cons.1. num.34.* Facchin. *lib.1. Controuers. cap.2. & lib.11. cap.2.* Menoch. *cons.102. num.15.* Couar. *in cap. Alma Mater, p.1. §.1. num.4.* Auendañ. *de Censibus, cap.63. nu.6.*

Merla

Morla *in Empor. Iur. tom.1. tit.1. q.1.num.9.*

417 Quem quidem locum sic Chrisostom.ibi exposuit, juxta cuius expositionem intelligendus est Valentinian.Imperat. *Epist.ad Episcopos Asiæ* apud Theodoret. *lib. 4.cap.7.* scribens: *Probos Episcopos, non solum Dei, Sed etiam Regum legibus obtemperare,* & Symach. *in Apolog. ad Anastas.Imperat.* ut habetur, *tom.1. Decret. Epist. par.3.* De eisdèm legibus loquens ait: *Tuas quidem Potestatès Humanas suo loco suscipimus, donec contra Deum suas non erigant voluntates.* Eodemque sensu, & modo intelligendus, & interprætandus est. S.Petrus, atque alia ipsius Apostoli loca, ibidem èx Aduersarijs obiecta.

418 Ex testimonio Math.22. ab illis in Nos objectum potius propugnari, quam expugnari Cleticorum exemptionem, seu Immunitatem à Sæcularium Potestate respondemus: ibi enim Christus Dominus iussit: Reddi Cæsari, quæ sua sunt: Deo etiam sua reddi iussit. Clèrici autem, & personæ Ecclesiasticæ ad Deum speciali pertinent Iure, ex eius namque Militia illos esse dissertissimis dixit verbis. S.Bauo Confessor, & Abbas in Belgica prima; apud Andr. Dusaussay *in Panopl. Cleric.p.1.lib.1.cap.10. vers.Eodem quo Ecclesiæ.* Atquè ad ipsius Domini sortem, Clericos pertinere dixit Hieron.apud eumdem Sausfay *in dict. Panopl.Cleric.p.1.lib.8. cap.5. prope finem,* ibi: *Clericus, qui Christi seruit Ecclèsiæ interpretetur primo vocabulum suum, & Hominis definitionè prolata nitatur esse quod dicitur, si enim latine Sors appellatur, propterea vocantur Clerici, vel quia de Sorte sunt Domini, vel quia ipse Dominus Sors, ideſt pars Clericorum est. Qui autem, vel Pars Domini est, vel Dominum Partem habet; talem se exhibere debet, ut ipse possideat Dominum, & possideatur à Domino, &c.* Ex quibus clarè elicitur Personas Ecclesiasticas Deo, non autem Cæsari reddendas esse. Quod apertè dixit Chrisostom. *in præallegat. loco, Homil.71.* his verbis: *Tu verò, quum audis reddenda esse Cæsari, quæ sua sunt, illa solum dici non dubita, quæ Pietati, ac Religioni nihil officiunt. Nihil autem magis offendere Religionem, ac Pietatèm potest, quam Ministros Dei ipsi dicatos, ac subindè à Sæculari Potestate exèptos Iure Diuino* (ut manet supra probatum) *eos vellè ipsi Potestati Sæculari subjicèrè, quod graue peccatum contra Religionem. Omnès Orthodoxi reputant,* Grauina *dict. controu.7.art.4.pag.273.col.2. in principio.*

419 Sanctorum Patrum testimonia Catholicæ nostræ opinioni non obstare asserimus, intelligenda namque sunt eodèm sensu, quo Apostolum explicauimus in suo nimirum genere, & ordine, ut scilicèt quælibet anima suo lègitimo subjiciatur superiori. Qua quidem solutione, & distinctione retenta omnes aliæ corruunt instantiæ.

420 Ad 4.argumentum adductum *dict. §.2.num.19.* respondemus nullius esse momenti: omnia siquidem ibi adducta exem-

pla,

pla, solum concludunt, Imperatores, si Catholici fuerint, auxiliatricem tantum operam impendisse, tàm ad Concilia congreganda, quam in Antistitum Causarum cognitione. Sin autem Ethnici, aut Hæretici fuerunt, tyrannice, & contra Ius Dominum operati sunt, ut per singulos discurrens probat Grauina *dict. controu.7. art.4. pag.273. & pluribus seqq. tom.4. par.1.* omninò videndus. Ex illis ergò nullum adaptabile argumentum recte Adversarij sumere possunt.

421 Neque attendenda sunt argumenta OKami *dict. §.2. à num.26.* adducta, quia minime obstant. & prę cipue desumptum ex Can. Hadrianus *el 1. 63. dist.* Respondetur enim Textum illum imprudenter à Gratiano suo Decretorum libro insertum esse à Segeberto Sihismatico mutuatum, ut sæpius diximus, nuncque addimus Grauin. *dict. controu.7. art.4. dubit. Appendic. Ostens.1. pag. 115. tom.4. p.1.* ubi aliquibus Mornæi instantijs huc non conducentibus respondet, vnde nullam fidem ei adhibendam sæpius concluſimus, nuncque addimus Paul. Laimann. *in Ius Canon. lib.1. tit.6. cap.1. num.14. vers. Obiter hic moneo, pag.234. col.2. in edit. Diling. 1662.* ibi: *Obiter hic moneo. Gratianum Can. 22. dist. 63. Fabulosum Commentum ex Sigeberto descripsisse, qui in Gratiano Henrici Imperatoris omnium Ecclesiarum Investituras illicite Sibi vsurpantis, nulla antiquioris authoritate nixus suo arbitratu confinxit huiusmodi Potestatem etiam Carolo Magno Imperatori concessam fuisse. Videri potest Anastas. Bibliothecarius in vita Hadriani II. Libri Capitulorum Caroli Magni, cap.94. allegatum à Gratiano in Can. Sacrorum 34. cit. dist.63. & Concil. Lateranen. II. sub Paschali II. Papa celebratum, Anno Christi 1112. ubi dicitur: Quod Electus Canonice à Clero, & Populo à Nemine consecretur: nisi prius à Rege inuestiatur; esse contra Spiritum Sanctum, & Catholicam Institutionem. Severin. Binius in Notis super vita Hadriani I. tom. 3. Concil. p.1. sect.1. fol.421. & quæ scripsi in Iusta Defens. cap.4. Refut. Mem.20. Assert.2. Simili imprudentia attulit Idem Gratianus, dist.63. Can.23. in quo asseritur, in Romana Synodo à Leone VIII. Papa eandem Episcopos Investiendi Potestatem concessam fuisse Ottoni I. Imperatori, quam antea Carolo Regi Hadrianus Papa dederat. Quod itidem figmentum ab Impostore quodam Luitprando ad scriptum esse apertissimis Documentis ostendit Sever. Bin. in Conciliabulo Romano sub Leone VIII. Antipapa, tom.3. Concil. p.2. fol.158. post Cardin. Baron. in Annum Christi 963. videri etiam potest Iacob. Heller in Papatu Catholico, art.12. cap.3. &c.*

422 Hæc licet ad eo vera non essent, & gratis admitteretur illius Textus fides, adhùc non obstare addimus; nunquam enim ratum est Ius aliquod Investiendi, quum *Inuestituræ* nomen nondum sub Caroli tempore auditum, & solum *Nominatio* cognita sit, sicut nec Ius eligendi, aut suffragium ferendi; ullis umquam

Prin-

Principibus concessum sit; Sed Nominandi, Præsentandi, aut assistendi per se, vel per Legatos suos, idque ex Apostolica concessione potuit obtinere Magnus Carolus ob egregia facinora sua, & seruitia Sanctæ Sedi Apostolicæ impense exhibita, quod aperte probatur ex Rescripto Ludouici I. à quo desumptus est. Can. *Ego Ludouicus* 30. *§. Quando Diuina Vocatione* 63. *dist.* ibi: *Quando Diuina Vocatione huius Sacratissimæ Sèdis Pontifex de hoc mundo migrauerit; Nullus ex Regno nostro, aut Francus, aut Longobardus, aut de qualibet Gente Homo sub nostra Potestatè constitutus, licentiam habèat contra Romanos, aut publicè, aut priuatim veniendi, aut Electionem faciendi. Nullusque in Ciuitatibus, aut Territorijs ad Ecclesiæ B. Petri Apostoli Potestatem pertinentibus aliquod malum propter hoc facère præsumat; Sed licèat Romanis cum omni venèratione, & sine qualibèt perturbatione honorificam suo Pontifici exhibère Sepulturam, & eum quèm Diuina Inspiratione, & B. Petri Intercèssione omnès Romani vno Consilio, atque concordia sine qualibet promissione, ad Pontificatus ordinem elegerint sine aliqua ambiguitate, vel contradictione, more Canonico consecrare*; videndique sunt Iuo Carnot. *Epist.* 47. & *Epist.* 116. Petr. Damian. *in Discept. Synodali intèr Règis Aduocatum, & Romanæ Ecclesiæ Defensorem.*

423 Ad Textus autem in Can. *in Synodo*, & Can. *Cum longe eadem* 63. *dist.* Respondetur: Electionem ibi pro Postulatione accipi debere, quas frequenter interse confundi perspicuum est; non enim aliter intelligi posse apparet, quum inuiolabilis semper extiterit. Can. VII. Synodi statuentis, vt omnis Electio Episcopi, vel Presbyteri, vel Diaconi à Principibus facta, irrita maneat. Et Concil. Laodicen. *cap.* 13. & passim in Antiquis Canonibus.

424 Eodemquè sensu, parique intelligentia accipienda sunt verba Canonis *Valentinianus, Eadem* 63. *dist.* ut nimirum referenda sint ad Nominationem, vel Postulationem, quam Patres Imperatoribus deferre volebant, quum ex ipsa Canonis Littera apertè demonstretur Imperatorem agnouisse veram Electionem Antistibus congregatis priuatiuè competere. De quo post mortem laudatus reperitur ab Ambros. Valentinian. Senior *Epist.* 23. *ad Valentin. Iumorem*, cui sic de illo scripsisse legimus: *Nèc quisquā Cōtumacem vocare Me dèbet, quū hoc asseram, quod Augustæ memoriæ Patèr tuus, non solū sermone respondit; sed etiam Legibus sanxit* (Sacris Canonibus consonis, & prius ab Ecclesia approbatis) *in causa Fidei, vel Ecclesiastici alicuius Ordinis Eum judicare debere, qui nec munere impar sit, nec Iure dissimilis, Can. Reatina* 16. *eadem* 63. *dist.* sinistrè ab Aduersarijs pro Se allegari constat; in eo ènim Leonem IV. Roman. Pontificem scripsisse constat Lothario, & Ludouico Imperatoribus, ut nominarent Personas idoneas à se præficiendas Ecclesiæ Reatinæ, & Tusculan. ut at-

ten-

tentè considerantì patebit. Hoc autem nullius esse præjudicij Sanct. Sedi Apostolicæ supposito Apostolico Priuilegio, prout præexistere debere iam supra luculèntèr ostensum manet.

425 Vtque præcipuis istis argutijs finem imponamus, non obstare discursum effotmatum, *num.*28. tutò asserimus, præmittimusque. I.A Iure Diuino, & Naturali Ecclesiam habère facultatem istam eligendi Prælatos, & Ministros Diuini cultus, eodemque Iure Laicos incapaces facultatis istius existere, quod ex ipso loco, à quo desumptum est argumentum clare deducitur; ex quo atque Tertullian. *de Præscrip. cap.* 20. constat Apostolos adlectos fuisse in præcipuos lateri Christi adjunctos, & destinatos Orbis Magistros, etiam Cardinales in Dignitate Senatoria, quantum ad Officium, & Dignitatem (licèt non quoad Potestatem Pontificalem) in Regimine, & Gubernatione Ecclesiæ ijsdem succèdunt Apostolis. Turrecrèm. *in Summa Eccles. lib.* 5. *cap.* 83. Eademquè successio conseruata fuit in Clero Romano, antequam modus Electionis ab Ecclesia ad Cardinales tantum devolueretur.

426 II. præmittimus varium fuisse modum Episcopos eligèndi, quandoque etenim Clero eligente, Populoquè præsente: quãdoque Clèro, & Populo designante, præsentante, vel offerèntè. Concessum quoque est Ius Imperatoribus, & Regibus Nominandi, dèsignandi, offerendi, Præsentandi; numquam tamen eligendi, vel suffragium ferendi, nèc confirmandi; Id namque ad Summum Pontificem, qui Electionis modum præscribere, probare, atque immutarè potèst, priuatiuè spectat. *cap. Messana, de Elect.* & ad se Electionem aduocare, atque Episcopos ad sumere ad Thronos regendos Ecclesiarum etiam ad Romanum Pontificem peculiari spectat Iure. Vnde *in Concil. Tridentino Sess.* 14. *Can.* 8. meritò damnantur asserentes non esse veros Episcopos, qui à Romano Pontifice assumpti sunt. Quibus firmatis.

427 Ad argumentum minime obstare respondemus; quamuis enim Diaconi Cardinales non succedant Apostolis, quatenus Episcopi fuerunt Apostoli, eis ipsis succedunt tamquam ipsius Papæ Collaterales, atque eodem modo ratiocinandum esse de Canonicis multarum Ecclesiarum, qui ex Canonum, & Patrum doctrinis Episcopos eligunt ex concessione Papę, non Potestate aliqua Humana, aut Politica, Sed Pontificali tantum plenissimam Clauium Potestatem habente, ut probatur Leonis I. *Epist.* 87. *&* 90. Hieronym. *Epist.* 85. *ad Euagr.* Chrisostom. *lib.* 3. *de Sacerdot. cap.* 15. Concil Auernense, *cap.* 2. Laodicen. *cap.* 13. Nicæn. II. *cap.* 3. Constantinop. IV. *cap.* 20. Lateranen. sub Innocen. III. *cap.* 3. quibus probatur ab illa plenissima Potestate Diuinum Ius interpretante, concessum fuisse, ut numquam per alios, quam per Clerum Epis-

copalis electio legitime facta dijudicaretur, adhibito Metropolitani consensu. Concil. Nicæn.I. *cap.6.* Chalcedon. *Act.*11. Carthagin.II. *cap.*12. ergò multò magis Romani Pontificis. S.Gregor. *lib.* 2. *Regist. Epist.*19. *ad Episcop. Beneuent. & 6. Indict.*11. *Epist.*20. *ad Ioannem Subdiacon.* Concludendum ergò est, nullam vsquam legitimam habuisse partem in Romani Pontificis Electionibus Imperatores,& si quam habuisse,aut tyrannice vsurpatam, aut Astitricem, seu Auxiliatricem tantum, & quidem ex Indulgentia Apostolica, non autem immediate Operatricem Sceptro Regio, aut Imperiali in hærentem, ut late probat Paulus Laimann. *in Ius Canonic. lib.*1. *tit.6. cap.6. num.*1. *vers. Olim vero, pagin.* 246.

428 Ad instantiam negatur Assumptum: Videlicet Imperatores, eo ipso, quod Christiani sunt talem eligendi habere Potestatem; si Electores priuarentur Iure eligendi,vel si Electio differretur ad longa tempora; Varia etenim sunt remedia à Christo relicta, ut absque Imperatoribus Summus Pontifex eligatur, & præcipue tempore schismatis, ut nimirum electio ad Concilium deuoluatur, ut in electione Martini V. accidit.

429 Atque eodem modo occurrendum esset, si accideret casus potius imaginarios,quam possibilis, daretur, ut scilicet omnes Electores simul interirent. Et hæc de argumentis illis.

## Sectio II.

### Argumenta diluuntur §. XIV. Sectio II. adducta pro Fœminea Laico-cephalia stabilienda.

430 VT facilius, fœliciusque ab his Nos expediamus argutijs, præmittendum est, rejiciendam, vel explicandam esse Glos. in Can.23. *Diaconissam* 27. *q.*1. quatenus docet: Mulieres characterem non reciperè, si ordinèntur, quia impedit Sexus,& Constitutio Ecclesiæ; admissa namque doctrina ista, sequeretur Fœminas irrègulares esse, quum incomperto omnibus sit, Fœminas Iure Diuino incapaces esse eorum omnium, quæ sunt Ordinis, ac per consequens irregulares esse non posse ratione sexus, vel etiam ob quamcumquè aliam causam supernenientem, quæ Viros Irregulares efficere posset; est enim Irregularitas impedimentum Canonicum; ideſt Legis Canonicæ, & dicuntur Irregulares; quia excipiuntur à Regula, juxta quam omnes qui capaces erant, attenta Legè Diuina promoueri poterant. At verò sexus fœmineus ipsa Lege Diuina impeditur,& incapax est suscipiendi

piendi Ordines; Ergò in eum Irrègularitas non cadit. Sot. *in* 4. *dist.* 25. *q.* 1. *art.* 2. *in principio.* Henric. Henriq. *in Summa, lib.* 14. *cap.* 7. plenius omnibus, Suarez *de Censur. tom.* 5. *disp.* 40. *sect.* 7. Vinald. *in Candelabr. aures* 3. *par. cap.* 3. *à principio*, Sebast. Cæsar. *de Eccles. Hierarchia p.* 2. *disp.* 8. *§.* 2. *num.* 22. Tamburin. *de Iur. Abbatiss. disp.* 32. *q.* 2. *num.* 1. Concludendum ergò est nó ex Cóstitutione Ecclèsię. Sed Iure Diuino Fœminas incapaces essè Sacratũ Ordinationũ.

431 Hoc sic prælibato principio patet nullius esse efficaciæ discursum, & argumentationem objectam *mox à principio Sectionis*; Admissa namque Majori, & Conseq. negamus Minorem: rèpugnat siquidè Iuri Divino, & nũquã verificari poterit Mulieres admissas esse ad Sacrã aliquã Ordinationẽ, neq; earũ capacès dijudicatas.

432 Ad fundamenta ergo, quibus Heterodoxi pertinacitèr innituntur, Nos convertèntès: Priora, levi quodam flatu concuti, & èuèrti possunt, Ad I. namque desumptum ex eo quod Mulieres prophetasse legatur, respõdemus nihil èxinde in assertionem nostram inferri posse; Prophetia nãque est donum Dei, & Gratia ab ipso gratis datta, quæ Fœminis, ęque ac Laicis paritèr convenire potest; non ita Potestas Ordinis, aut Iurisdictionis, ut liquet ex dictis atquè ex adductis à Bellarmin. *tom.* 2. *contro. de Sacramentis in genere, lib.* 1. *cap.* 25. *vers. ad loca illa pro Fœmina.* Hujus'q; ratio esse potest, quod infirma interdũ sumit Deus, ut fortia quæque confundat, & ad ostẽdendã immensam Gratiã suã, largius effunditur in ea vasa, quæ magis inepta, & minus idonea ad eam recipiendam sunt, nullus etènim Naturæ ordo in his donis elargiendis servatur, quia præter Naturam est quod recipitur; At vero in Ecclesiastico Règimine instituendo, licèt supernaturalem Sacerdotibus, ac Ministris Christus tradiderit Potestatem; ordinèm tamen Naturalem obseruari voluit; Ordo autem Naturalis èxposcit, ut Fœmineus Sexus, qui ad subjectionem natus, & dattus est non ad Imperium creatus, excludèrètur à Sacerdotio, cui Supremum Magisterium, & Summa Potestas adnèxa est, nedũ enim Romano, sed Episcopo Diocœsano suo in Spiritualibus subiacent Supremi Principes, *cap. Omnes* 4. *de Maior. & Obedien.* S. Ignat. Episcop. & Martyr *in Epist. ad Philadelph.* S. Greg. Nazianz. *Orat.* 17. *ad Ciues*, ibi: *Vos quoque* (Principes, ac Præfecti) *Lex Christi Imperio meo, ac Throno subjecit. Imperium enim Nos quoque gerimus, addo etiam præstantius, ac perfectius, nisi vero æquum est Spiritum carni, faces submittere, & cælestia terrenis cedere, &c.* Paul. Laimann. *in Ius Canon. lib.* 1. *tit.* 33. *cap.* 4. *pag.* 738. *& in summa lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 1. *& seqq.*

433 Solutio hæc, quæ à Nobis excogitata dijudicari poterit authoritati innititur S. Thom. *in* 4. *dist.* 25. *q.* 2. *art.* 1. *ad.* 1. dicentis: *Prophetia non est Sacramentum, Sed Dei Donum, unde ibi non exigitur significatio, sed solum Res, & quia*

*secundum rem in his, quæ sunt Animæ, Mulier non differt à Viro, quum quando Mulier inueniatur, melior quamtũ ad animã, multis viris, ideò donum Prophetiæ, & alia huiusmodi potest recipere, sed non Ordinis Sacramentum.* Quam quidem rationem explicat Hallier *de Sacr. Election. p. 2. sect. 3. cap. 2. §. 5. num. 13. pag.* 502. breuiusque disparitatis rationem præallegatis consentaneam adduxit Richard. *in 4. dist. 25. dicens.* Quod per Prophetiam nulla datur Mulieribus Potestas in Virum; per Ordinem verò Potestas hæc conceditur; quod maximè repugnat Legi Diuinæ, stabilienti Mulieres in omnibus, Viris subditas esse.

434 Ad II. desumptum ex varijs Sacræ Scripturæ testimonijs ibi adductis, Respondetur: Quantum ad Diuinæ Legis Obseruantiam, Iustificationis gratiam, Adoptionis in filios, communia Dei Beneficia æternamque Fœlicitatis Retributionem nullam esse Sexus prærogatiuam, omnibusque patere aditum ad fidèm recipiendã, ad Legem Christi amplectèndam; Ad filiorum Dei Adoptionem obtinendam: Ad Bèatitudinem æternam promerendam, disparem autem ad Sacerdotium obtinèndum esse rationem Virorum, ac Mulièrum; non ènim indiscriminatim Mulieres, ac Viri ad illud assumi possunt. Solutio patet ex ipso Apostoli *ad Galat. 3.* loco objecto; post verba enim supra in Nos rèlata, subdit: *Omnes enim Filij Dei estis per fidem, quæ est in Christo Iesu, &c.* ut optimè aduertit, Hallier. *de Sacr. Election. dict. cap. 2. §. 5. num. 12. pag.* 502.

435 III. Argumentum desumptum ex Officijs, & Ministèrijs Sacris, quæ in Primitiua Ecclèsia, & aliquibus deinde sæculis elapsis exèrcuisse Mulieres legimus, euerti commodè non potèst; nisi aliqua præmittamus de Mulieribus illis, quæ appellatæ sunt Episcopæ, Presbyteræ, Diaconæ, Hypodiaconæ, & Subdiaconæ, quæ licet obscura sint, & fusiorem tractationem expoſcant, concisiori quo possimus calamo nècèssaria ad argumenti solutionem, & harum Mulierum cognitionem exhibebimus.

436 I. Ergo obseruandum est Episcopas, Presbyteras, Diaconas, Hypodiaconas, aliquando dictas legi à Viris suis, qui Ordine illo respectiuo insigniti erant, non autem ab Ordine, seu Ministerio aliquo, quo ipsæ fungerentur, in eoque sensu accipienda sunt, & intelligenda Nomina ista in præallègatis Concilijs, præcipue Turonense II. Antisidorẽ. & Romanum sub Grègorio; Turonica, enim Synodus postquam Episcopo coniugem tamquam sororem habere præcepit *Can. 12.* mox *Canone 13.* subdit: *Episcopum Episcopam non habentem, nulla sequatur turba Mulierum,* Antisidoren. *Can. 20. & 21. Nullicet Presbytèro post acceptam bènedictionem in eodem lecto cum Presbytèra sua dormire, nec in peccato Carnali miscère. Nèc Diacono, aut Subdiacono.* Iuxta eandem intèrpretationẽ intelligendi sunt,

Can.

*Can.* 1. *&* 2. Concil. Romani. Quam quidem intelligentiam, & interpretationem clarissimâ reddit Historia Vrsicim Presbytèri, qui à tempore accèpti Ordinis Presbyteram suam, ut Sororem diligens; Sed quasi hostem cauens ad se proprius accèdère non sinèbat, &c. Cuius Authorem habet Gregor. *lib.*4. *Dialog. cap.*20. relatum *in Can. Presbyter.* 32. *dist.* In ipsoque sènsu intelligenda esse quam plurima alia Testimonia Concilierum, & Patrum à se adducta monet Franc. de Hallièr. *de Sacr. Elect. dict. cap.*2. *§.*6. *num.*14. omninò videndus, cui addendus est. Ioann. Morin. *de Sacr. Ordination. p.*3. *exercit.*10. *cap.*1. *num.*2.3. *& seqq.*

437 II. Autem præmonendum est, quod Mulièribus istis perpetuus cœlibatus impositus erat Concil. Aurelianen. I. *Can.*13. ibi: *Si se cuicumque Mulièr, duplici coniugio, Presbytèri, vel Diaconi Relicta conjunxerit, aut castigati, separèntur, aut certè si in criminum intentione perstitèrint pari excommunicatione plectantur.* Concil. Antisidoren. *Can.*22. *Non licèt Relictæ Presbyteri, nec Rèlictæ Diaconi, nec Subdiaconi post eius mortem Maritum accipere* Concil. Epaunen. *Can.*32. ibi: *Relictæ Præsbyteri, siue Diaconi, si cuicumque nupserint, eatenus ab Ecclesia elongèntur, donèc à conjunctione illicita separentur.* Id quod apèrtissimis verbis confirmant. Concil. Toletan. I. *Can.*18. Bracharèn. *Can.*19. Basil. *ad Parergon. Presbyter. Epist.*198. Debèbant èrgò vxorès Episcoporum, Presbyterorum, Diaconorum, & Subdiaconorum Castitatem vouerè antèquam èarum Mariti Sacris Ordinibus initiarentur, ideoque vel Monachorum cœtui aggregari, vel in Diaconissarum Ordinem adligi solebant, ut cauetur *Can.*48. VI. Synodi. Ioan. Morin. *dict. exercitat.*10. *cap.*1. *num.*40. Dè his Mulieribus in Monastèrium dèttudendis aliqua adducit èxempla Hallier. *dict. §.*6. *num.*15. & alia videnda remittit apud Metaphrastem *in Vita S. Auxibij Archiep. Solens. apud Sur.*19. *Februarij*, & Gregor. Nazianzen. *Epist.*95. *ad Nissen. in Addit.*

438 III. Obseruandum est sæpe sæpius etiam Nomina ista Mulièrum ordinem aliquem, & Ministerium, cui Mulieres illæ additæ erant præseferrè; prout latius demonstrant, Ioan Morinus *dicta exercit.*10 *cap.*3. *toto.* Hallièr. *dict. cap.*2. *§.*6. *pag.*509. Christian. Lup. *in Schol. ad Can.*15. *Concil. Chalcedonen. tom.*1. *pag.*578. Nuncque de Præsbyterarum nomine, & officio, est expressum testimonium apud Athanasium *ad Virgines*, & Concil. Laodicen. *Can.*11. statuente. *Non oportere èas, quæ dicuntur Præsbyteræ, vel Præsidentes in Ecclesia constitui.* Quem Canonem Versio Isidori Mercatoris Paraphrasticos sic exponit: *Mulieres, quæ apud Græcos Præsbyteræ appellantur, apud Nos Viduæ, Seniores, Vniuræ, & Matriculariæ nominantur, in Ecclèsia tamquam ordinatas constitui non debere.* Quibus verbis Canon iste refertur à Gratiano *in Can. Mulières* 32. *dist.* excepto ta-

men, quod pro *Matriculariæ* voce, *Matricurariæ* repósuit, satis ridiculè, & insulsè, quum nomen istud pènes Nullum Classicum Authorem reperiatur. Illud autem frequentissimum est pro illis significandis Personis, quæ in Ecclesiæ Matricula, seu Catalogo descriptæ haberentur, quod Diaconissis haud dubie competere sensit Hallier. *citato §. 6. num. 16.* cui addo Ioann. Dartis *in 1. p. decreti dist. 32. pag. mihi 121. col. 2. vers. Porro Notandus est*, ubi plura dè Matricularijs istis Mulieribus.

439 IV. Præmittendum est ex Epiphan. *Hæres. 19.* Viduas proprie nominatim expressas, quæ Anus essent hoc semper nomine, numquam autem Presbyteras, aut Sacerdotissas appellatas, adèo ut vèlit nomen istud ætatis fuisse, non Dignitatis; quum enim non nisi Seniores ordinarentur, ut mox dicetur, ideo sic vocitabantur, quæ iam senilem ætatem, & authoritatem attigerant. Vnde S. Thom. *in 4. dist. 25. art. 2. q. 1.* Vbi etiam, S. Bonauentura, differentiam istam inter Presbyteras, & Diaconissas agnoscunt, quod Diaconissa Ordinis infra à Nobis describendi extaret. Presbytera autem Vidua, & Senior esse deberet. Scotus vèro *in præallegato Magistri sententiarum loco*, Presbyteram honorabiliorem Matronam cæteris Dignitatè præexcellèntem, qualem inter Moniales Abbatissa est, intellexit, gratis tamen, & absque fundamènto, ut docet Hallier. *dict. §. 6. num. 17.*

440 V. Obseruationè dignum putamus duplicem fuisse viduarum speciem. Aliæ namque Viduæ passim dicebantur, quæ in Viduitatè cœlibem vitam ducebant, etiam absque voto, & ob earum inopiam stipendio Ecclesiæ subsistentabantur, *Can. 33. 82. dist.* ubi additur: *Ne eo prætextu Clericorum Familiaribus subjiciantur.* De his etiam igitur, *Can. 34. eadem dist.* in quo cauetur èas in opere, & mèritis assiduas esse debere, & temporibus Chrisostomi huiusmodi Viduæ cum examine eligerentur, ut pecunia Ecclesiastica alèrèntur, ut constat ex ipso Chrisostomo *Homil. 15. in 1. Epist. ad Timoth. & lib. 3. de Sacerdotio, cap. 16.* ubi subdit èas alendas non essè, quæ inordinatè viuunt, & Theodoret. *1. ad Timoth. 5.* ait Ecclèsiasticam Subuentionem eas consequi oportet, quæ nullum habent solatium aliunde. Quid autem fuerit Ecclesiæ stipendio viuere? Te docebit Ioan. Dartis. *in 1. p. Decrèti dist. 82. pag. 160. col. 2. ver. Agitur denique* ubi subdit Stipendiũ hoc ab Ecclesia desolatas Viduas accepisse ex Apostolica Constitutione, allègans, *lib. 3. Apost. Constit. cap 1. 3. & 4.* & Theodor. Balsam. *in Epist. ad Amphiloc. cap. 18. & 24.* Hasque fuisse *Viduas Matriculatias* quarum nuper meminimus.

441 Erat præterea Viduarum quidam Ordo, seu Grẽmium in quod per castitatis Professionèm illæ admittebantur, quarum ętas, & diligentior probatio Castitatis, omnè incontinentiæ periculum summouebant. Concil. Carthaginens. IV. *Can. 104.* ibi: *Si*

quæ

*quæ Viduæ se deuouerent Domino, et Veste Laicali abjecta sub testimonio Episcopi, & Ecclesiæ in Religioso habitu apparuerint, &c.* Cyprian. *de Disciplina, & Habitu Virgin.* Hieronym. *ad Sabinian. Diacon.* ibi: *Moris est, ut tàm Virgo, quàm Vidua, quæ se Deo deuouerint, & Sæculare renuntiantes, omnes delitias Sæculi conculcarint, crimèn Monasteriorum Matribus offerant desecandum, capite postea ligato, & velato, &c.* Ioan. Cabassutius *in Notitia Concilior. cap. 42. pag. 262. in 2. edit. 1670. qua vtimur.* Hæ tamen nullo aliquo ordinè initiabantur, seu ordinabantur, ab Apostolis namque id prohibitum legitur apud Clement. *lib. 8. Apost. Constit. cap. 25.* vbi sic Thadæum Apostolum decreuisse lègimus: *Vidua non ordinatur, sed si iam diu Virum amisit, & castè, & laudatè vixit, & Domesticorum diligentèm curam habuit, ut honestissimæ illæ, ac grauissimæ Fœminæ Iudith, & Anna cooptetur in gradum Vidualèm; Sin verò paulò ante maritum amisit, ne ei credatur, Sed potius Adolescentiæ tempore explorentur, aliquando enim passiones cum hominibus consenescunt, nisi fortiori fræno.*

442 Hinc iam differentia agnoscitur inter Diaconissas, & Viduas. I nam ex Apostolicis cõstitutionibus, *lib. 8. cap. 19.* forma initiandæ Diaconissæ præscribitur, quam fuisse explicat Hallier. *l. c.* cui addimus Ioan. Morin. *de Sacris Ordinationibus, p. 3. exercitat. 10. cap. 2. toto, & præcipue à num. 3. pag. mihi 186 & seqq.* Vidua autem nulla initiatione indigebat, ut vidimus. Morinus *dict. cap. 2. num. 1. & 2.* II. quia Viduæ parebant Diaconissis, quibus etiam subjiciebantur Clem. *lib. 3. Apostol. Constit. cap. 7.* ibi: *Viduas oportèt honestas esse, graues, Obèdientes Episcopis, Presbyteris, Diaconis, adhùc etiam, & Diaconissis.* III. Quia Viduarum mentionèm faciètes Apostolicæ Constitutiones nullum eis Officium attribuunt. Diaconissis autem varia munèra Ecclesiastica assignant, *lib. 3. cap. 6. 7. & 15.* Morin. *dicta exercitat. 10. cap. 3. toto.* IV. Quia Viduarum Ordo, Gręnium, seu Status illis constabat Mulièribus, quæ semel, aut pluriès Viro nupserant, quum Diaconissæ ex Virginibus, aut Viduis vni Viris adsumi deberent, Clemens *lib. 6. Apostolicar. Constit. cap. 17.* S. Epiphani. *in expos. fidei post omnes Hæreses.* Concil. Carthaginen. IV. *cap. 12.* Iustinian. *Nouell. 6. cap. 6.* Ioan. Morin. *de Sacris Ordinat. p. 3. exercit. 10. cap. 2. num. 4. pag. 186.* Varijsquè exèplis illustribus exornat Franc. Hallier. *dict. § 6. num. 18. in finè,* ex Sozomeno, Palladio, Chrisostomo, Nizephoro, & alijs quamplurimis ab ipso in hùnc sensum, explicatis, *numèris 19. & 20. & alijs seqq.* plura cũmulat de earum veste, Professione, quæ hùc minime conducere censuimus, & præcipue circa Virginum, & Viduarum velationem. De quibus videndi etiam sunt, Can. *Viduas 17. q. 1.* vbi Gloss. *cap. 1. & 3. De secundis nuptijs,* prope innumera Concilia ab ipso laudata, & exposita, à quorum recensione Nos libenter abstinuimus, quia

quia noſtra non intereſt.

443 Ad argumenti ergò ſolutionem deueniendo reſpondetur: Omnes iſtas Mulieres, Laicas omninò fuiſſe, licet enim eas ordinatas eſſe ex plurium Conciliorum Canonibus probet Chriſtian. Lup. *in Schol. ad Can.* 15. Concil. Chalcedonen. *pag.* 573. *tom.* 1. *in Concilia Generalia.* Morinus *dict. exercit.* 10. *cap.* 2. *toto.* Earum tamen Ordinationes Sacramentum non erant, neque characterem aliquem imprimebant, ut contra Matth. Blaſtares optime probat Chriſtian. Lup. *in Schol. & Not. ad Can.* 15. *Concil. Chalcedonenſ. tom.* 1. *in Concilia Generalia, pagin.* 575. *verſ. Altera quæſtio. & ſeqq.* juxta cuius doctrinam intelligendus eſt Ioann. Morin. *dict. exercitat.* 10. *cap.* 2. *toto.* Vnde eis non obſtantibus, adhùc Laicæ Mulieres iſtæ reputabantur, quia erant Ordinationes, Ritus ceremoniales tantum. Tertullian. *de Velan. Virg. cap.* 9. *& de Baptiſmo, cap.* 17. Cócil. Laodicenſ. *Can.* 44. Gelaſ. I. *Epiſt.* 9. *ad Lucan. & Sicil. Epiſcop. cap.* 3. & propè innumera alia Conciliorum, & Patrum teſtimonia id apertè comprobantia congeſta à Chriſtian. Lup. *loc. cit.* cui addo Franciſc. Hallièr. *de Sacr. Elect. dict. cap.* 2. *§.* 6. *num.* 23. *pag.* 507. Si ergò nullum Ordinem recipiebant Mulieres illæ, nullaſque Character illis communicabatur, nullum argumentum ex eis ſummi poſſe perſpicuum eſt.

444 Ad argumentum deſumptum à Monialibus, Aſcetrijs, & Canonicis Mulieribus facilè reſpondetur; Nullam ſcilicèt earum proprie ordinari, aut Clericorum Collegio Sociari, quod hoc breui, ſed irrefragabile argumento probatur. Monialium Benedictio, nequit efficacior eſſe benedictione Monachorum, ſed hæc eſt pure Laica. Dionyſ. *de Eccleſiaſt. Hierarch. cap.* 6. probatq. praxis Eccleſiæ, iuxta quam Monachi quantumcumque Profeſsi, omnibus Ordinibus, ab ipſa Clericali tonſura incipiendo, qualiter Laici, initiantur, quando ad Sacerdotium promouendi ſunt; quia nimirum Benedictione illa non obſtante, Laici adhùc remanent, ergò eiuſdem qualitatis erit Monialium Benedictio. Hallier. *de Sacr. Elect. dict. cap.* 6. *§.* 7. *toto, pag.* 512. *& ſeqq.* Alias ſolutiones adhibens, eamdemq. fere rationem adduxit Tamburin. *de Iur. Abbatiſſar. diſputat.* 32. *quæſt.* 2. *num.* 3.

445 Ad comprobationem autèm, ſeu corroborationem eiuſdem argumenti petitam ex Abbatiſſarum Iuriſdictione, reſpondemus, quod abundè iam ſupra oſtenſum eſt: Abbatiſſas nimirum nullam prætèr Æconomicam Poteſtatèm in Moniales habere, & multo minus in Clericos, alioſque Sibi ſubjectos Viros, nullamque Poteſtatem Eccleſiaſticam in eos exercèrè poſſè, neque illius capaces eſſe umquam poſſe, ut ibi adducti latè probant. Noſque addimus Franc. de Hallièr. *dict. cap.* 2. *§.* 8. *toto, à pag.* 516. *per aliquot ſeqq.*

446 Ad Textum autem *in cap. Dilecta, de Maior. & Obed.* cui maxi-

maximopèrè DD. aliqui innituntur, respondetur ex eo nullam efficacem probationem deducère Authores illos posse quandoquidem Pontifex ibi non definit: Abbatissam illam imponère potuisse Suspensionem, quæ violata Irrègularitatem induceret, quinimo illi Authoritatèm istam denegasse patet. Siquidem Potestatem procèdendi per cènsuras in alium transfert. Vnde èx illo Honorij III. rescripto Æconomicum tantum Impèrium in Clericos Sibi Subditos Papam Abbatissæ concessisse liquet, eam nimirum, quã Mater Naturalis habet in Filios Sacerdotes, ut fusè probat Francisc. Hallier. *dict. §. 8. pag. 518. vers. Neque in contrarium*, qui *pag. 518.* difficultatem istam hac commonitione concludit: *Concèssis autem à Romano Pontifice in gratiam Abbatissarum Priuilegijs nolim, vel authoritatem adimère. Scio multa ex his, quæ proferuntur dubia, multa dolo fraudibus obtènta: multa difficillimis Ecclesiæ temporibus, tantum non violèter extorta. Multa absque matura discussione Gratiæ, aut fauori data. Scio ad ista principia Theologicas Veritatès neminem debere metiri quum tàm generalibus Summorum Pontificum Decretis, sua semper apud vnũquemque stare debeat Authoritas, &c.* Pauciſque interjectis ad probandum Æconomicam tantum Potestatem Pontifices Abbatissis concedere solere. Addit: *Quod si lapsu temporis aliquid amplius sibi Abbatissæ huiusmodi adrogarunt usurpatum fuisse hanc Potestatem non legitimam, quæ quacumque temèritate inoleuèrit, quacumque desidia, vel adulatione fota fuerit nulla poterit rationè defendi, &c.* Et hæc de Incapacitatè ista, imò, & de tota Quæstione nunc dicta sufficiant.

## QVÆSTIO VIII.

### Quomodo hæ differant Potestates acquisitione, & continuatione.

1 PRincipatus, & Regna, Parentes, Electio, aut Arma dederunt: Nascendi sors fœlicior, Electio Optimatum, aut Populi fauor. Armis, quæ parantur, nostro, & alieno sanguine mercamur, ut inquit elegantissimus Carol. Scriban. *in Institut. Polit. Christ. lib. 1. cap. 1. mox à principio.* Victoria *de Potest. Eccles. Relect. 1. q. 2. num. 3.* Gloss. *in cap. Denique verbo Grège. 7. q. 1. cap. Licet de Voto, & Voti Redempt.* ubi communiter Scribentes Iul. Lauor. *Var. Lucubrat. tit. 4. cap. 1. num. 1 & seqq.* ubi ait: *Ad Celsitudinis, & Dignitatis Apicem; Ad Honoris, & Magnitudinis culmen triplici via quisque deuenire potest, nimirum per Successionem, per Electionem, & per Successionem, atque Electionem simul.* Quos quidem modos tantum legitimos reputat ipse, & pluribus comprobat. Sunt tamen passim obuia exem-

exempla assertionis Scribanij; plures enim Armis Regna occupasse exemplis, probat Laur. Beyerlinch. *in Theatr. Vitæ Hum. tom. 5. litt. M. pag.* 124. Imperium Romanum, seu Germanicum Electiuum esse, aliaque etiam electiua Regna idem Beyerlinch. probat *eadem litt. M. pag.* 119. 120. *&* 121. ubi plura cummulat. Sortequè Alios Regnũ adèptos refert idem Auctor. *eadem litt. M. pag.* 122. *col.* 1. Emptione aliquos acquisiuisse Regna, etiam meminit *in ipsa litt. M. pag.* 124. & ne paulatim per modos acquirendi Regna ab hoc relatos Auctore ibidem ire cogamur, addimus ex eo *in dict. litt M.* plures conjugio, hortatu, Aliorum Depositione, Adoptione, Cõsilio, Clamore, & loco, Regna fuisse adepta: alios verò adulterijs illa comparasse probat, *tom.* 4. *litt. L. pag.* 176. Nonnullos Duello, *tom.* 7. *litt. S. pag.* 382. *&* 383. Aliquos certamine, equorum cursu Regnum obtinuisse tradit, *tom.* 1. *litt. G. pag.* 165. *&* *tom.* 2. *litt. G. pag.* 45. Aliquando Regnum assignatum fuisse acutiorem habenti gladiũ, *tom.* 4. *lit. I. pag.* 143. Essetque in infinitum protendi varios Modos acquirendi Regna ab aliquibus excogitatos; inter eos tamen præcipuum esse Successionem utpote experimento, communique omnium Provinciarum Consuetudine iam supra diximus, nuncque addimus Gloss. *in Can. Denique, verbo Reges* 7. *q.* 1. Text. & DD. *in cap. Licèt, de Voto, & Voti Redemtion.* Iul. Lavorium *Var. Lucubrat. dict. tit.* 4. *cap.* 3. *num.* 14. *& seqq.* ubi quatuer præstantiæ rationes adhibet, quibus Acquisitio hæc, alijs succedendi modis præeminet, quas apud ipsum videndas relinquimus, ne ultra modum, & votum divagemur.

2 Ecclesiastica autem Suprema Potestas Sacramentali tantum Gratia legitimè consequitur; hoc est mediante Ordinis Sacramento Characterem conferènte, cui adnexa est Potestas Ecclesiastica, ut passim per opus probatur, & docènt S. Thom. 2. 2. *q.* 33. *art.* 3. Caietan. *de Auctor. Papæ, cap.* 27. Baldel. *in Summ. Theol. Moral. lib.* 5. *disp.* 11. *num.* 3. D. Petr. Salced. *de Lêg. Polit lib.* 1. *cap* 4 *§.* 1. *num.* 11.

3 Sed pro istius differentiæ sufficienti explicatione, restat nunc ulterius inuestigare quèmadmodum vtraque acquiratur Potestas, ut hinc differentiæ istius fundamentalis agnoscatur ratio. Et quoad Sæcularem satis, superque ex verbis Scribanij atque ex nuper adductis agnosci ou nes dãtur modi, quibus Potestas hæc acquiratur, atque ex Salcedo *d. §.* 1. *num.* 1. hanc differentiam assignante ex 2. *Reg.* 10. 12. *&* 18. & Vitoria *de Potest. Eccles.* ab eo allegatis. At solita, ut procèdamus distinctione.

4 Præmittendum adid est èx Communi DD. sententia dupliciter posse vtramque considerari Potestatem. 1. prout immediatè à Deo, eiusque manifestata voluntate procèdit, quando videlicet idèm Dominus aliquem Regem fieri jubet, vel reuelat, & tùnc ei immèdiatè Potèstatem communicare

care dicitur, ut accidit in Electionibus Moysis, & plurium Israel Iudicum, Saulis, Dauidis, & Aliorum. II. quotiès nullo præcedentè Diuino præcepto, aut revelationè ab Hominibus Règnum accipitur. Ioan. Azor. *Instit. Moral. tom.2. lib.10. cap.2. q.1. vers. Secundum*, Machado *in Sum. tom.2. lib 6. part.1. tract.1. docum.1. num.1. & seqq.*

5 In hac secunda consideratum acceptionè Regnum, seu Imperium, dubitant DD. An Temporales Principes immèdiatè rècipiant à Deo Potèstatem? Quæ quidem Quæstio, seu dubitatio, quum abundè discussa, & explicata maneat *hoc ipso fundamènto, q.6. pag.286. & seqq.* otiosum reputaui illic adducta nunc iterum repetere, solumque dixisse sufficiat Tèporalem Iurisdictionem non procèdere immediatè à Deo, prout in Individuis reperitur, ut ibi luculenter ostendimus.

6 Ecclesiasticam verò Potestatem Nemo hucusque: Orthodoxorum dubitauit à Christo D. immediatè procedere, nulla immediatione Suppositi, ut etiam ibi abundè ostensum èst, & nihilominus addimus. S. Clem. *Epist.1. ad Iacob. Fratrem Domini*, Euseb. Cæsarien. *lib.2. Eccles. Histor. cap.14.* Nicol. Sander. *de Visibili Monarchia, lib.7. ex num.1. fol.212.* Zèuall *Commun. opin. q 899. num.10.* Salçed. *de Lege Polit. lib.1. cap.4. §.1. num.9.* qui tamen perperam addit *num.10.* antiquiorem esse Temporalem Potestatem Spirituali, in comprobationem allegans Genes.10. & S. Augustin. *lib.4. de Ciuitate Dei, cap.4.* Ioseph. *lib.1. Antiq. cap.5.* Iustin. *lib.1.* & Petr. de la Escalera *in Didascalia de Vtroque Bracchio, part.2. num.55. & seqq. ad 62.* in quem hucusque incidere non licuit. Licèat tamen (salua pacè tanti Magistratus) dicere Doctissimum D. Petrũ Salcedo (nunc meritissimum Regium Fiscalèm in Supremo Castellæ Senatu) Se Se nimium, aut Petro de la Escalera, aut alicui alij Authori illa Sacrę Paginç, & Augustini testimonia. alléganti confidisse, quum nec verbum quidem de Temporali Iurisdictionè in eis reperiatur. Caput enim 10. *Genes.* solum recènset Genèalogiam filiorum Noe, à quibus diuisæ sunt Gentes post Diluuium, Augustin. *in præcitato cap.4. lib.4. de Ciuitate Dei*, solum probat Regna absque Iustitia similima Latrocinijs esse. Perpendatur quæso; Quomodo ex vtriusque capitis littera, aut argumento comprobari quèat antiquiorem Spirituali esse Temporalem Iurisdictionem? Nullum siquidèm fundamentum Auidiori extollendi antiquitatem Temporalis Potestatis loca ista subministratura Lècturi cognoscent, & nullum aliud solidius assertionem istam probans, Nos inuenisse tutò affirmamus, imò contrarium ex eadèm Sacra Pagina, & Sanctis Patribus luculentissimè, *tract.1. & q.6. huius tract 2.* ostendimus, vnde hæc tantum obiter nunc adnotasse sufficiat.

7 Licèt Sacro-Suprema Potestas immediatè à Christo D. procèdat;

cèdat; Modus tamen eam acquirendi, non fuit immediatè ab ipso D. præscriptus Sed Ecclesiæ arbitrio demandatus Suarez *de fide disp.* 10. *sect.* 4. *num.* 16. Acuña *in Can. Electionem* 11. *num.* 2. *dist.* 79. ex eisque D. Michael Moez *in Bonifac. IIX. Concordi, Siue Commentar. ad lib. Sext. Decretal. part.* 1. *tit.* 6. *cap.* 3. *num.* 10.

8 Ecclesia autèm semper voluit Sacro supremam istam Potestatem Elèctionè continuari, *Can.* 1. 2. & 3. 79. *dist.* Salced. *de Lèg. Polit. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 8. Duaren. *de Sacr. Ecclès. Ministr. lib.* 3. *cap.* 1 quibus addendi sunt, *cap. Licèt* 6. *de Elect.* & *cap. Vbi periculum, eod. in* 6. Bursat *cons.* 126. *vol.* 1 Ita ut hæreditarie succedi in ea semper prohibeatur, *cap.* 1. *de Success. Præben. cum vulgat.* Sed Electione semper succèdendum, ut mox referendi DD. & communis omnium sententia fert.

9 Electionèm tamen, tàm actiuam, quam Passiuam Supremi eius Antistitis hodie ab Ecclesia Amplissimo Eminentissimorum DD. Cardinalium Collegio omninò commissam, & penitus traditam docent Thèatr. Vit. Human. *tom.* 6. *litt. P. pag.* 535. *col.* 2. *in fine,* & *pag.* 536. *tota in postrema edit. qua utimur* Grauina *de Cathol. præscript. tom.* 4. *controu.* 7. *art.* 4. *pag.* 445. *col.* 1. Suntque apertissima Iuris tèstimonia, *cap. Licèt de Vitanda de Elect. cap. Vbi periculum.* 3. *eodem in* 6. Clem. *Nè Romani eodem Tit.* & Apostolicæ Constitutiones Clem VI. Iulij II. Pij IV. Gregor. XV. & Vrbani VIII. relatæ à Fragoso *de Règim. Reip. Christianæ p.* 2 *lib.* 1. *disp.* 1. §. 5. *toto.* Loter. *de Re Benèf. lib.* 2. *q.* 17. *num.* 11. & 12. & *q.* 18. *num.* 11. 35. 42. & *q.* 19. *num.* 69. Barbosa *in dict. cap. Licèt de Vitanda, num.* 2. & *de Iur. Vniuers. lib.* 1. *cap.* 1. *ex num.* 38. Moez. *in dict. cap. Vbi periculum* 3. *num.* 1. *de Elect. in* 6. Roussel. *Histor. Pontific. Iurisdict. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 10. Iul. Lauor *Var. Lucubrat. tom.* 1. *tit.* 4. *cap.* 3. Franc. Carrierè *in Digèsto Fidei Cathol. tom.* 2. *art.* 28. *q.* 8. *pag.* 1114. Iacob Cobell. I. C. Vrbeuètanus *in Notitia Cardinalatus, cap.* 16. *Priuileg.* 1. *pag.* 154. & *seqq.* & Antonin. Diana *par.* 5. *tract.* 2. *Resol.* 40. 63 72. 73. 74. 75. & 76. Videndusque est idem Diana *p.* 12. *tract.* 2. *toto,* ex quibus, alijsque in Discursu referendis Ius hoc, & Priuilegium, atque præcipuæ huius quæstionis partes duobus exponemus §§. Quorum sit.

§. I.

## §. I.

## An Actiua Summi Pontif. Rom. Elèctio ab exordio Ecclesiæ penes amplissimum S. R.E. Cardinalium Collegium priuatiuè resederit? vel, à quo tempore? nuncque residеat?

10 SVMMI Romani Præsulis èlèctio à Primordijs Ecclesiæ initijs, ad hæc usque tempora, tàm actiuè, quam passiuè, hoc est tàm in modis eligendi, quam in Pèrsonis eligentibus, & èlectis variè celebrata repèritur, nulla in primis sæculis determinata, aut seruata forma. Andr. Gambar. *in Bulla Iulij II. quæ incipit: Cum tam. num.* 114. *seu num.* 140. Gundis. *dè Potest. Eccles. num.* 23. ex eisque Manfredo, Panuino, & alijs, præcipuè Abbate *in cap. Licèt, num.* 3. *vers. Et sic. extra de Elect.* Iul. Lauor. *Var. Lucubrat. tom.* 1. *tit.* 4. *cap.* 2. *num.* 1. & pluribus relatis docet Augustt. Barbos. *de Iur. Ecclesiastico Vniuèrso, tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 39. ubi allegat Victor. Bonacina, Turrian. Duuall. Martin. Ledesma, Brixien. Vazquez, & Suarez.

## Sectio I.

## I. eligendi modus fuit per Diuinam Institutionem.

11 PRimus iste modus, tàm Veteris, quam Noui Testamèti, apertissimis Testimonijs comprobatus reperitur, in illo namque Moyses Eleazaro in suo Pontificatu Summo, successori, Supremam Ecclesiasticam Potestatem communicauit, sicuti Iosue in Ducatu Temporali ei successuro, omnem Sæcularem Potestatem Institutione Diuina concessit, ut ex *Numer.* 27. 18. *& seqq.* optime ponderat Eminentiss. D. Card. Bellarmin. *de Offic. Princip. Christian. lib.* 2. *in Vita S. Iosue, vers. Ex hac narratione Scripturæ Diuinæ.*

12 Quem quidem Textum sic intelligendum esse monemus, non autem eo quo voluit sensu eum intelligere, Iul. Lauor. *Var. Lucubrat. dict. cap.* 2. *num.* 1. qui assumptum nostrum probare volens Institutionem Iosue allegat, quæ Temporalis Potestatis tantum fuit, ut exponit Hieron. relatus *in Can. Moyses* 8. *q.* 1. Ei ergò assentimur, quatenus ex prædicto loco Diuinam istam institutionem deducit; ab eius tamen in-

telligentia, seu interpretandi modo discedimus: Vera namque, & genuina illius Sacri Textus interpretatio ad assertionem nostram probandam èst adducta à Bellarm. *loco cit. pag. mihi* 178. *in edit. Rom.* 1619. ubi relatis verbis Sacri Textus, nuper allegati, ibi: *Tùm Dominus ait ad Moysem: Tollè Iosue filium, Num Virum, in quo est Spiritus, & pone manum tuam super eum, qui stabit coram Eleazaro Sacerdote, & omni multitudine, & dabis èi præcepta, cunctis videntibus, & partem gloriæ tuæ, &c.* addit. Eminentiss. D. Cardinal. *Ex hac narratione Scripturæ Diuinæ, non pauca discerè possumus. 1. in hac Electione Iosue diuisam, fuisse in Populo Dei Potestatem Temporalem à Spirituali, siue Politicam ab Ecclesiastica: Moyses enim utramque Potestatèm à Deo ipso acceperat; sed ab hoc tempore Spiritualis data est Eleazaro Pontifici, & Temporalis data est Iosue Duci: atque hæc est causa cur Deus Moysi dixerit, ut daret Iosue Duci partem gloriæ suæ, ideſt unam Potestatem, non utramque, &c.* Quod videlicèt in Moyse utraque residebat Suprema Potestas, Ecclesiastica nimirum, & Sæcularis, hancque Iosue Successori suo in Temporalibus tradère iussit Dominus, Spiritualem verò Eleazaro Successorem suum instituèndo, communicare idèm Dominus præcepit; Quod ex ipsa Sacra Littera clarè inferri D. Cardinalis judicat. Vnde constat, quod prima Pontificatus Successio in Veteri Testamento fuit per Moysis institutionem, qui ab ipso D. fuèrat Summus Pontifex creatus, & electus, ut passim per opus probamus, & præcipuè, *tract. 3. huius opèris*, ubi latissimè.

13 In Nouo Testamento clarissimè id ipsum èlicitur; In eo namque legimus Christum D. sibi Successorem antè Passionem dèlegisse Beatissimum Petrum, quũ illi dixit: *Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificauo Ecclesiam mèam, Tibi dabo Claues Regni Cælorum: Quodcumque ligaueris super terram, &c.* Matth 16. Post Passionem vero suam; Quum ei dixit: *Pasce Oues mèas*, Ioann. 21. 22. Marc. 16. Eum Supremum Ecclesiæ Pastorem instituisse affirmandum sensit, Gratian. *in Can. Consideranda, & Can. Fides* 50. *dist.* & clarius Anaclet. Papa *Epist. 2. ad Episcop. Ital.* relatus *in Can. In Nouo* 21 *dist.* ibi: *In Nouo Testamento post Christum D. à Petro Sacerdotalis cæpit Ordo; quia ipsi primo Pontificatus in Ecclesia Christi datus est, Domino dicente, ad Eum: Tu es Petrus, &c. Hic ergò ligandi, atque soluendi Potestatem Primus accepit à Domino, Primusque ad fidem Populum virtute suæ Prædicationis adduxit, &c.* Idem Anaclet. *in Epist. ad Omnes Episcopos, & reliquos Christi Fideles*, ibi: *Hæc vero Sancta Romana, & Apostolica Ecclesia non ab ipsis Apostolis, Sed ab ipso D. Saluatore nostro Primatum obtinuit, & Eminentiam Potestatis super Ecclesias Vniuersas, & totum Populi Christiani Gregem ad sequuta est, sicut ipse dixit Beato Apostolo: Tu es Petrus, &c.* Omniũque Patrum, communis fert Sententia teste Alberto Pighio Campensi

pensi *de Eccles. Hierarchia, lib. 3. tot.*

14 Rationique consonum esse probat Boeth. Epou. *de Hierarchia, nu. 9. & aliquot seqq.* & pluribus relatis August. Barbos. *de Potest. Episcopi. p. 1. tit. 1. cap. 1. num. 7. & 8. & p. 3. alleg. 50. à num. 1. de Iur. Eccles. Vniuerso, lib. 1. cap. 1. num. 11. & aliquot seqq.* & Nos ex ipso Sacro Textu probamus. Verba enim illa: *Tibi dabo*, Promissionem, non verò Concessionem præseferunt; Verba autem *Pasce Oues* concessionem, & Promissi implementum denotant Can. *Sacrosancta* 22. *dist.* Glos. *in dict. Can. Considerandum, vers. Proposuit, & in Can. in Nouo Verbo: Tu es* 21. *dist. & in cap. Significasti, de Elect.* Iul. Lauor. *dict. cap. 2. num. 7.* Eumque Luc. 22. Confirmauit his verbis: *Ego rogabo pro Te, Petre, ut non deficiat fides tua*; ut scripsit S. Anacletus Papa *in præfatione Concil. Nicæn. ad omnes Episcop. Epist. 3. cap. 3.* Gratian. *in dict. Can. Sacrosancta* 22. *dist.* & innuit Innoc. III. *in cap. Solitæ, de Maior. & Obed.* Iul. Lauor. *dict. cap. 2. num. 8.* qui per aliquot *seqq. usque ad finem* plura de Primatu Petri differit aliaque non iucunda interserit, apud ipsum vidènda; Addenduque est Michael Rousset. *Histor. Pontific. Iurisdiction. lib. 1. cap. 2. num. 1. & lib. 2. cap. 9. num. 1.* ibi: *Vt Sacerdotij Christiani est à Christo, sic illius Primas, Princesque Petrus suam Electionem Christo debet, &c.* moxque: *Ergò Sacerdotium, vel Episcopatus à Christo est institutus, illiusque Munia diuisa in Apostolos; Sed Petro Iure principaliore commissa, &c.* Paucisque intèr jectis infert. *Ergò Petrum Christus instituit, &c.* Estquè adeò pèrspicua vèritas hæc, ut ampliorib⁹ non indigeat comprobationibus; solumque addidisse sufficiat Epistolam. S. Clemèn. I. *ad Iacob. Fratrem Domini*, cuius fragmentum est, apud Gratianum *in Can. 2. Palea 8. q. 1. est tom. 1. Epistolar. Decretal. Summ. Pontific. fol. 1. in Edition. Roman. 1591. & tom. 1. Concilior. fol. 27. col. 1. in edit. Colonien. Seuerin. Binij, Anno* 1618. vbi dissertissimis verbis hanc Diuinam Institutionem probat. Ast quia huius Epistolæ fides in dubium ab Aliquibus vocatur, sit.

## Sectio II.

### II. Eligendi Modus per Subſtitutionem, aut Subrogationem, cuius occaſione propugnatur Authoritas Epiſtolæ S. Clementis. I. ad Iacobum Fratrem Domini: & Quæſtio illa ſatis amplexa diſcutitur: An S. Clemens ſubrogatus ſit in Pontificatu à S. Petro, illique immediate in eo ſucceſſerit? & Remiſsiue: An Rom. Pont. paſsit Sibi Succeſſorem eligere.

15 HVNC Eligendi Modum per Subrogationē, cognitum fuiſſe in primis Eccleſię exordijs patet ex facto Sanctiſsimi Petri, qui Sibi Succeſſorem S. Clementem I. elegit, ut Clemens ipſe atteſtatur *in Epiſt. à Se conſcripta ad Iacobum Fratrem Domini* his verbis: *Hic demique ipſe Petrus, &c. In ipſis autem diebus, quibus vitæ finem Sibi imminere præſenſit in Conventu Fratrum poſitus, aprehenſa manu mea, repente conſurgens in manibus totius Eccleſiæ hæc protulit verba: Audite, Fratres, & Conſerui mei, quoniam, ut edoctus ſum ab eo, qui miſit Me, Domino, & Magiſtro meo Ieſu Chriſto dies mortis meæ inſtat Clementem hunc Epiſcopum vobis ordino, cui ſoli meæ Prædicationis, & Doctrinæ Cathedram trado, &c.* & aliquibus in ipſius Clementis laudem adjectis, Subdit: *Propter quod ipſi trado, à Domino mihi traditam Poteſtatem ligandi, & ſoluendi, ut de omnibus quibuſcumque decreuerit in terris hoc decretum ſit in Cælis, &c.* Additiſque nonnullis concludit: *Libenter ergò ſuſcipe Epiſcopatus Officium, eò maxime, quia Eccleſiaſticas diſpoſitiones à Me probabiliter didiciſti.* Nullum eſt Teſtimonio iſto clarius, nullaque ampliori in digeremus comprobatione, ni Epiſtola hæc ſuſpectę fidei haberetur à Cardinali Turrecrem. in Summa Eccleſiæ, *lib. 2. cap. 101.* qui eam omninò rejicit, nullam authoritatem attribui debere affirmans. I. quia in ea fundamentum attributum fuit Ioanni Patriarchæ Antiocheno, affirmandi Papam extra caſum Fidei ab Eccleſia deponi poſſe, legitur enim in illa Epiſtola: *Si enim Mundanis curis fueris occupatus, &c. & ex eo fit ut Tu tamquam qui non docueris, quæ ad ſalutem hominum pertinent deponaris, &c.* Quod quum alienum ſit à Communi Praxi, & ſenſu Eccleſię, & Catholicorum DD. qui extra cauſam Hæreſis, aut Schiſmatis Papam ab Eccleſia deponi non poſſe conſtanter affirmare conſpirant, Caietan. *de Authorit. Papæ, & Concilij, cap. 17.* Sotus *in 4. diſt. 22. q. 2. art. 2. §.*

Du-

*Dubium autem est.* Bañez 2.2.q.1. *art.*10.*dub.*2. Canus *de Locis Theolog.lib.*6.*cap.vltim.ad* 11.Corduv. *in QQ. lib.*4. *Tract.de Potest.Papæ, q.*12. Azor. *p.*2.*lib.*4.*cap.*7. Amicus *de Fide d sp.*6. *sectione* 7. *num.*239. nouissime Matth. à Corona Leodien. Carmelita Calceatus Doctor Sorbonic. *de Potest. Infallib. S.Petri, & Success. in rebus Fidei, & Morum. tract.*3. *cap.*3. *num.*6. *& seqq.* sequitur proculdubio Assertionem istam sufficere, omnem ab Epistola ista authoritatẽ auferre. II. quia Epistola hæc quę ad Iacobum Fratrem Domini scripta sonat, quũ ipse tẽpore quo ad Eũ dirigi potuit. Petrus vita functus erat, Martyrium autem Petri fuit post XIII. Neronis Imperij annum; Iacobus verò Frater Domini Septimo Neronis ánno Hierosolimis occisus est. Non potuit ergò ad Iacobum scribi. III. Quod in ea scriptũ sit Clementem à S. Petro Successorem suum in Pontificatu electum esse, quum ante Eum Linum, & Cletum sedisse, mox probaturissimus. Hæc, & alia in Epistolam istam ponderant Iul. Lavor. *dicto tit.*4. *cap.*3. *num.*50. Aug. Barbos. *de Iur. Vniuerso, dict. lib.*1.*cap.*1. *num.*41. *& seqq.*

16 Eam tamen Epistolam tanquam legitimam, & authenticam recipiendam esse tuto affirmat Thom. Hurtado *de Resident. tom.*1.*lib.*2. *Resol.*2. *§.*2.*num.*6. *& seqq.* motus I. quia Correctores libri Decretorum iussu Gregor. XIII. Epistolam istam Clementis esse agnoverunt, & plane profecti sunt, exquisitimis namque factis diligentijs ad apariendos fontes, ex quibus Gratianus Canones illos hauserat, si Epistolam istam suppositiciam, aut Commentitiam reperijssent, ad notassent equidem, ut in pluribus alijs Textibus diligenter ad monuerunt. Quare subdit hanc Epistolam propriam esse S. Clementis tuto affirmat Cardin. Baron. *Anno Christi* 69.

17 II. Author ille movetur authoritate S. Ioan. Papæ, & Martyr. qui sedit in Pontificatu, anno 562. *& Epist. vnica ad Episcopos Gall. & Germ. cap.*2.*tom.*1. *Epistolar. Decretal. Summor. Pontif. pag. mihi* 624. Idem, quod in hac Epistola continetur, rescripsit, ut patet ex eius littera, aqua de sumtus est Text. *in Can. Si Petrus* 8.*q.*1. & Leo II. eiusdem fuit opinionis, teste Mariano Scoto apud Baron. *dict. Anno Christi* 69. omninò videndus.

18 III. pro huius Epistolæ authoritate addimus eam confirmatam reperiri à S. Damaso *in Libro Pontificali in Clemente*, Quem quidem librum, licèt non à Damaso, sed ab Anastasio Bibliothecario ex varijs compositum Authoribus editum. Non nullos grauissimos Authores contendere, non ignorem commonitus ab Henrico Spondano *in Epitom. Baronij, tom.*1. *Anno Christi* 69. *num.* 14. *pag.*154. *col.*1. *in Edit. Lugdun.* 1660. *qua utimur*: adhùc tamen tàm postremus Author, quam liber, magni ab Omnibus habetur, & ei multum semper delatum est. Anacletus Papa huius Epistolæ Testimonio utens, Authorem

eius Clementem Successorem suum plane rescripsit. Sixt. Senen. *in Bibliotheca Sacra, lib.2. in Clem.pag.mihi 61.col.1.*

19 Horum Pontificum testimonia tanti à Theologis habentur, ut in dubiam ex eis judicent huius Epistolæ fidem, Vazquez *in 3.p.S.Thom.tom.3.disp.244. cap. 3.num.26.* Vitoria *de Potest.Eccles. Relect.2.q.2.prop.10. num.2. &* 3. adducti à Dian. *p.10.tract.5 resol. 1.* & eis non relatis Thom.Hurtado *dict.resol.2.§.2.num.9.* quibus omnibus addo Albert. Pigh. Cãpensem *de Eccles.Hierarch.lib. 3.cap.3. vers.Interrogemus, fol.104. pag.1.* ibi: *Hic* (S.Clemens) *in Epist.1. ad Iacob. Fratrem Domini, quam ante annos mille, & circiter ducentos è Græco in Latinum vertit Ruffinus ille Toranus tot Insignium Authorum Interpres, &c. Nequis (ut nunc certissima omnia in dubium reuocantur) De eius fide, & antiquitate dubitet, &c.*

20 Neque obstant, quæ contra Epistolæ Authoritatem communiter opponuntur. Ad I. enim respondetur Librariorum Vitio pro *Puniaris* (à Domino nimirum) repositum esse *Deponaris*, ut ad notauit Sixt.Senen. *l.c.* ad II. respondetur eadem causa mendosum circumferri Titulum, & pro *Simone Fratre Domino*, repositum esse *Iacobum*, ut optimè notat Anton.Posevin. *in Apparat.Sacro, verbo Clemens*, & ab eo Severin. Bin. *in Not. ad eandem Epistol. tom.1. Concilior pag.33.col.1. in fine in postrema Edit.Colonien.* III. ob ex deviabitur resolutione secundæ partis tituli: An scilicèt S. Clemens immediate Successerit in Pontificatu Sanctissimo Petro, necne?

21 In qua quidem Difficultate relictis variis sentẽtijs, & Opinionibus tàm affirmantibus, quã negantibus, videndis apud Iul. Lavor. *Var.Lucubrat. tom.1.tit.4. cap.3.num.2. & seqq.* Aug.Barbos. *de Iur.Vniuers.lib.1.cap.1.num.38. & seqq.* Antonin.Diana *p.10 tract. 5.resol.1. &* 2. Thom.Hurtad. *de Residentia, tom.1. lib.2. Resol.2. §.2.num.2.* Michael.Rousset *Hist. Pontif.Iurisdictio. lib.2. cap.9.num. 1. & seqq.* Distinguentes sequidem, & cum eis affirmare Sanctissimum Petrum ante Martyrium suum elegisse Sibi Successorem in Pontificatu Summo S. Clementem I Romanum, ipsum tamen post mortem Petri, Electioni huic renunciasse, atque Linum, & Cletum Sibi præferri in Pontificatu passum esse, & tertio loco Petro successisse. Quæ quidem Assertio dissentientes ad concordiam reducit, & consona, atque omninò consentanea authenticis Testimonijs, & Patrum communi consensui.

22 Probant Assertionem istam Gloss. Flamin. Paris. Turrecremat. Iacobat. Ioann. Driedon. Manfred. Azor, Andr. Gambar. Iul. Lavor. Alphons. de Mendoza Coriolan. Martyrologium Roman. & Canon Missæ adducti ab Aug. Barbosa *de Iur.Vniuers. lib.1.cap.1. num.38.* cui addo Henric. Spondan. *in Epitom. Baron. tom.1. Anno Christi 69.num.1. in fine pag.154. col.2.* Eam tamen Nos

fin-

singillatim per partes Discictere, & corroborare decreuimus.

23 I. Ergò pars stabiliens: Sanctum Petrum elegisse Sibi Successorem in Pōtificatu S.Clementem ante Martyrium suum, probamus ex S.Ioanne Papa III. relato in Can.Si Petrus 1. q.8. ibi: *Et si Petrus Principes Apostolorū Adjutores Sibi ad sciuit Linum, & Cletum; non tamen Potestatem Pontificij, aut soluendi, aut ligandi eis Normam tradidit, sed Successori S.Clementi, qui Sedem Apostolicam post Eum, & Potestatem Pōtificalem tradente Sibi B Petro, tenere pro meruit, &c.* & est communis Patrum Antiquorum. Epiphan. *Hæres.* 27. Ruffin. *in Præfat. Recognit. Clem.* & alij sequuti ab Henrico Spondano *in Epitom.Baronij, tom.*1. *Anno Christi* 69. *num.*15. *in fine, pag.*154. *col.* 2. cui addo Tertullian. de Præscrip.Hieron. *lib.*1. *in Iouinian.* & *in cap.*52. *Isai.* Bellarm. *de Roman.Pontif.lib.*2.*cap.*5. Baron. *Annal.tom.* 1. *Anno Christi* 60. *ànu.*35. Diana *p.*10. *Tract.*5. *resol.*1. *vers. Respondeo.* Iul.Lavor. *dict. tit.*4. *cap.*3.*num.*3. & 4. Mich. Rousel. *Hist. Pontif. Iurisdict. dict. cap.*9. *num.*1. Suarez *contra Reg. Angl. lib.*3.*cap.*3.*num.*13.Azor *Instit.Moral.p.*3. *lib.*4.*cap.*6. *q.*6. Bonacina *de Election. Summ.Pontif.q.*5.*punct.* 4.*propos.*3.

24 II.Autem pars, quà tuto affirmamus Linum, & Cletum priusquam Clementem sedisse in Pontificatu, liquet ex Canone Missæ ab Ordine litteræ; nam post Petrum adhibet immediate Linum, & huic Cletum adnectit, & quarto loco Clementem ad numerat, utque ex Martyrolog. Romano *die* 23. *Septembr.* & *die* 26. *April.* & *die* 23. *Nouembris*, atque ex Breviario Muzaraui compositō à S.Isidoro, teste Hurtado *dict. resol.*2.§.2. *num.*16. addens ex Cardinali Baronio opinionem istam communem esse tàm Græcorum quam Latinorum PP. Videndi sunt S.Ignat. Episcop. & Martyr *in Epist. ad Trallian.* Tertullian. *lib.*3. *Carmin.* S. Irenæ *lib.*3. *cap.*3. Optat. Milevitan. *lib.* 2. S. Aug. *Epist.*161. S. Hieron. *de Scriptor. Eccles. in Clem. cap.*15. Se ipsum corrigens, qui contrarium docuerat *in cap.*52. *Isai. in fine.* Martyrologij autem Authoritas tantum sufficeret, ut planè probaret ex adductis à Fortunato Schacchо *de Cultu, & Venerat. Sanctor. sect.* 11. *cap.*4. & 5. *pag.* 845. & *seqq.* Atque præallegatum Breviarium quum sit à Sanct. Sede Apostolica approbatum etiam præhebet efficacissimum argumentum ex adductis ab eodē Fortunato Schacco *dict. sect.*11. *cap.* 1. *pag.*823. & *seqq.* Barthol. Gavantus *in Rubr. Breuiarij, sect.*2. *per quinque capita, præcipuè cap.* 1. 2. & 3. Canonem Missæ etiam esse authenticum constat ex Bullis Apostolicis ipsi Missali præ insertis, & ex adductis à Bartholomeo Gauanto *in Rubr. Missal.part.*1. *tit.*12. *num.*5. *litt.E. pag.*40. *col.*1. *in edit. Lugdunens.* 1652. qua utimur, & Paulo Maria Quarti *in Rubr. Missal.p.*2. *tit.*8 *pag.*300 ubi allegat Durand. *in Rational. lib.* 4.*cap.*36. & Concil. Trident. *Sess.*22. *cap.*4. Patrum com-

communem sententiam authenticam omninò assertionem reddere *tract.* 3. late probabimus, *vol.* 2. Tot ergò perfectis probationibus concurrentibus ad communiendam, & stabiliendam sententiam istam, nefas erit de eius authoritate dubitare, quum etiam si imperfectæ essent simul junctæ plene probarent Herman. Vultej. *cons. Marpurgens.* 30. *num.* 19. *vol.* 1. Iacob. Menoch *lib.* 1. *de Præsumpt. q.* 41. *tot.* Anton. Gabr. *Com. conclus. tit. de Probat. conclus.* 1. *num.* 60. Andr. Rauchbar. *p.* 2. *q.* 5. *nu.* 2. Honded. *Consult.* 17. *num.* 72. *lib.* 1. Mynsinger. *Resp.* 1. *num.* 31. Scaccia *de Iudic. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 5. Tuschus *Pract. Conclus. tom.* 6. *litt. P. conclus.* 797. quum præcipuè in eis concurrant omnia ad hoc requisita ab Hulric. Hunn. *in Encyclopedia Iur. p.* 2. *tit.* 12. *cap.* 1. *num.* 27. *& seqq.*

25 Quod precipue animadvertendum est attenta hac efficacissima ratione adducta à Iulio Lavorio *dict. tit.* 4. *cap.* 3. *num.* 6. ibi: *Et verisimile est quod Clemens renunciauerit, quod Linus, Cletus, & ipse Clemens ordine prædicto successerit; nam si Clemens exercuisset Pontificatum (in quem ad sumtus fuerat à Petro) statim post ipsius obitum, quum ad tertium vsque Trajani annum, secundum Breuiarium Chronolog. Anno Domini* 99. *Imperium assumsit, perseueraueritque, consequens esset, eum vixisse in Pontificatu plusquam* 30. *Annos; quum tamen nullus Roman. Pontifex attigerit in Pontificatu Annos Petri, ut Idem Azor fatetur, lib.* 5. *cap.* 45. *vers. de Lino. fol.* 396. *& secundum Baron. dictus Clemens electus fuit de Anno* 93. *& sedit Annos* 9. *Menses* 6. *& aliquot dies, obijt verò* 29. *Nouembr. Anni* 102. *ut idem Baron. Anno* 100. *&* 102. *&c.*

26 Deveniendò ad vltimam Quæstionem in titulo positam. An videlicèt Rom. Pontifex adhùc superstes sibi Successorem eligere possit in Pontificatu Eam remissivè tantum examinare, seu potius examinatam apud DD. mox allegandos videndam remittere proposuimus; duplici motiuo ratione. I. quia strenuè id præstiterunt adducendi Authores, quibus nihil addere Opus est. Tum etiam; quia necessaria omninò non est præsenti Quæstioni, & si alicubi Nobis deseruire poterit, *Tract.* 3. pro priorem habebit locum.

27 Triplex ergò sentẽtia in hac Quæstione reperitur. I. affirmat pro qua videndi sunt Victoria *de Potest. Eccles. Relect.* 2. *q.* 2. *num.* 23. Suarez *de Fide, tract.* 1. *sect.* 4. *num.* 16. Vazq. *in* 3 *part. tom.* 3. *disp.* 244. *cap.* 3. *à num.* 2. Brixian. *in suo Dictionar. verbo Papa*, Ledesma 2. *p. q.* 20. *art.* 4. *pag.* 313. *conclus.* 2. 3 *&* 4. Andr. Du-Vallius *de Potest. Papæ, p.* 3. *q* 6. Bonacin. *in Tract. de Elect. Pontificis, q.* 6. *punct.* 4. *propos.* 2. *num.* 3. 5. 8. Francisc. Amic. *tom.* 4. *disp.* 6. *sect.* 6. *à num.* 204. *ad* 213. Arriaga *tom.* 5. *disp* 7. *sect.* 7. *num.* 47. nec contradicit Ioan. à Sanct. Thom. 2. 2. *q.* 7. *art.* 7. *vers. Et quidem libenter.*

28 II. autem opinio negat pro qua videndi sunt B. Augustin. Triumph. *de Potest. Eccles. quæst.* 2. *art.*

*art.* 2. ubi pluribus comprobat *pag.*19.*in Edit.Romana.*1584. Paludan.*de Poteſt. Eccleſi. lib.*5. Cardinal.Turrecrem.*in Can.in Nomine Domini* 23.*diſtinct. & in Summa Eccleſi.lib.*2.*cap.*51. Cardinal.Caietan.*tom.Opuſculor. tract.*2.*de Poteſtat. Pap. & Concil. cap.*2.*& in Apologia, cap.*22. Cardin. Florent. *in cap.Licèt, col.*3.*num.*9.*verſ.Sexto quæro*, Cardinal. Baron.*tom.*11. *fol.*188. Cardinal. *in Clem. Ne Romani, de Elect.* Cardinal.Alban.*de Cardin.q.*32.*&* 33.*inter Tract.DD. tom.*13.*part.*1. Cardinal.Iacobat.*de Concil.lib.*10. *art.*7.*inſolut.XI. Argum.fol.*34. Sylveſt.*in Summ. verbo Excommunicatio* 9. *num.* 3. Scip. Rendina *in ſuo Promptuar. tom.*1. *tit.*84.*num.*6. Azor.*Inſtit. Moral. tom.*2.*lib.*4.*cap.*5.*q.*3. Valent.*tom.* 3.*diſputat.* 10.*q.*3.*de Stat. Epiſcop. punct.*3.*§. Quarto actio* Ludovic. Torres *de Fide, diſp.*15.*dub.*3. B. Ioan. à Capiſtrano *de Poteſt. Papæ, nu.*2.*dict.tom.*13.*par.*1. Habraham Bzou.*de Romano Pontif.cap.*2. Lucas Caſtellinus *de Elect. cap.*10. *num.* 21. & eſt communis Canoniſtarum Gloſſ.*in Can.ſi Tranſitus, verbo non poſsit* 79.*diſt.& in Can. Apoſtolica, §. His omnibus* 8.*quæſt.*1. Abbas *in cap.Licèt,num.*2.*extra de Elect.* ubi Ioann. Andr. *num.* 15. Butr.*col.*1.*num.* 3.*& col.*2.*num* 21. Dec.*col.*2.*num.*4.*verſ.Receptam, & num.* 8.*atque in cap. Significaſti, eod.in cap.Accepimus,de Pactis*, Ioa. de Lignano *in dict. Clem. Ne Romani*, Firman. *de Epiſcopo* 4.*q.* 3. *part.*1. Ludovic.Bolognet.*in Comment. Priuileg. Gymnaſ. Bononienſ.* Felin.*in cap.Canonum, col.*7.*in principio, num.*33.*fallent.*4.*verſ.Hinc eſt, de Conſtit.* Iaſ. *in Rubr. C. Qui teſtam. fac. poſſ.nu,*2. Archidiacon. *in Can. Apoſtolica* 8.*q.*1. Villadieg. *de Origin. & Poteſt.Cardinal.q.*2. *num.*19.*tom.*13.*Tract. DD.part.*2. *fol.* 58. Martin. Laudenſ. *eodem Tract.q.* 39. Hieron. Manfredus *de Cardinal. deciſ.* 15.*&* 295.*eod. tom.*13.*Tract. DD.p.*2. Rodulph. Cuperſ. *in Can. Non oportebat, à num.*3.79.*diſt.* Lud. Gom. *in Reg. Chancellar.de Infirm. Reſign.quæſt.*1. Auguſtin.Barboſ.*de Offi.& Poteſt. Epiſcop.p.*1.*tit.*1.*cap.*3.*num.*43.*& ſeqq.* quos allegat Iul. Lavor. *dict. tit.* 4.*cap.*3.*num.*32. cui addo Iacob. Cohellium *in Notitia Cardinalat.cap.*1.*Priuileg.*1.*pag.*154. ubi nec de conſenſu Cardinalium permiſſum eſſe Summo Pontifici Succeſſorem eligere, neque alteri facultatem iſtam committere; Subdit quia Poteſtas eligendi Papam, ita propria, & peculiaris eſt DD.Cardinalium, ut Papa nequeat illos ea priuare adducitque Manfredo, Iacobat. & alios. Et pro hac Negatiua opinione adduco etiam eundem Auguſtin. Barboſ. *de Iur.Vniuerſo, tom.*1.*lib.*1.*cap.*1. *numer.*40. præter aliquos ex allegatis addentem Cardinal. Baron. *Annal. Eccleſi. tom.*11. *Anno Chriſti* 1073.*verſ.Sed inter hæc.* & Martin. Giron de Palaceda *integro Tractat. de Hac re edito*, cui etiam addendi ſunt Antonin.Diana *p.*10.*tract.*5. *reſolut.*2. ubi Authoribus allegatis addit Candidium, Magiſtr. Sacr. Palatij Apoſtolici, *in peculiari Diſquiſition. de hac Quæſtione impreſſa, in fine, tom.*2.*ſuor. Oper.fol.*342.

Comi-

Comitolum, Michael Terrada, Lel. Mancin. Acuñam, Armacanum, Tiraquell. & Alphonſ. de Mendoça, illique ſuper addimus Thom. Hurtado, ex doctiſsima Clericorum Regular. Minorum Familia, Eruditiſsimum Alumnum *de Reſidentia, tom. 1. lib. 2. reſolut. 2. §. 1. toto*, apud quos latiſsimè exornata Fundamenta videnda remittimus.

29 III. Denique ſententia media inter Vtramque ſubſtinet: Poſſe quidem Romanum Pontificem adhùc ſuperſtitem de rigore Iuris ſibi Succeſſorem eligere, non tamen expedire Eccleſiæ Catholicæ Eum hoc Iure uti, quia in ipſius Eccleſiæ damnum grauiſsimum vergeret, nam contra Diuinum Inſtitutum, & antiquiſsimam eius Praxim fieret hæreditaria Romana Sedes Apoſtolica. Hanc latiſsimè propugnat Diana *dict. p. 10. tract. 15. reſolut. 3. & 4.* Thom. Hurtado *dict. lib. 2. reſolut. 3.* quibus addimus Sebaſtian. Cæſar *de Eccleſioſt. Hierarchia p. 1. Relect. Diſp. 1. §. 5. à num. 2.* & nouiſsime Matth. à Coron. *de Infallibili Poteſt. Rom. Pontif. Tract. 2. cap 2. num. 3.* omninò videndi. Nobis enim hæc dixiſſe ſufficiat.

## Sectio III.

### III. Adducitur Eligendi Summum Pontificem Modus per Clerum ſcilicèt, & Senatum, ſeu Populum, & Imperatorem Romanum diuerſi modè obſervatus.

30 LAtiſsimus ſeſe Nobis offerebat diuagandi campus, quando quidem plura diſſeruerunt de hac eligendi forma, ſeu modo, tàm Antiqui, quàm Moderniores Hetedoroxi, plurimiquè Orthodoxi, imò, & Sancti PP. Concilia Vniverſalia, & Sacri Canones: Aſt quum hodie inter Catholicos conſtet Modum iſtum omninò ſublatum eſſe, & quidem legitimè, otioſe tempus abſumeretur, ſi nimium in eo explicãdo immoraremur vnde ea tãtum modo, quæ neceſſaria fuerint ad rem hanc plenè intelligẽdã adhibere contentierimus, tàm hàc, quàm ſequenti Sectione.

31 Diuerſimodè modum iſtum vſum fuiſſe in titulo diximus edocti à Cæremoniali Romano Leon. X. *lib. 1 cap. 3.* Azor. *Inſtit. Moral. p. 2. lib. 4. cap. 3.* Manfredo *de Cardinal. cap. 27.* Hieronym. Campanil. *in Diuerſor. Iur. Canon. Rubr. 7. cap. 6. num. 53.* Auguſtin. Triumph *de Poteſt. Eccleſi. art. 2. q. 7. & ſeqq.* Mandoſ. *in Reg. XIII. Chancell.* Gambar. *in Repetit. Bull. Iul. II.* Franciſc. Carriere *in Digeſto fidei Catholic. art. 28. q. 6. tom. 2. pag. 1107.* cui addo Platin. Panvin. Villadieg. & Petr. Gregor. relati à Iulio Lavor. *Var. Lucubrat. tit. 4. cap. 4.*

*cap.4. num.1. qui num.2.* id ipsum Romæ adhùc Idolo-latræ accidisse probat ex Livio, Cicerone, Dione, Ascon. Pedian. Carolo Sigonio, & Petro Gregorio.

32 Sanctissimo Apostolorum Coriphæo Martyrio Coronato, & ad augustissimum æternæ gloriæ arcem adsumto, Electio Romani Pontificis primo loco spectauit ad Senatum XXIV. Presbyterorum, & Diaconorum Romanæ Vrbis, quem Petrus ipse diuisis per Mundum Apostolis ad instar XXIV. Seniorum Apocalypsis Diuino instituerat afflatu, ut cum ipsis, tanquam cum Consiliarijs Romanæ Ecclesiæ Omnia grauia negotia expedirentur, qui quidem Senatores, seu Seniores temporibus Syluestri I. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales appellati sunt. Iul. Lauor. *dict. cap. 4. num.3.* cui addo Ioann. Dartis *in Commentar. ad Decretam Gratiani p.1. dist.23. Can.1 pag.112. col.2.* quibus addo Cardinal. Baron. Cardin. Bellarm. & Vvolf. Laz. adductos à Iacob. Cohell. *in Noticia Cardinal. cap.2. vers. Tertio loco, ubi, & cap. Antecedenti.* Luculentissimè probat antiquitatem Nominis, & Dignitatis Cardinalatus.

33 Quum à tempore Apostolorum pauci essent Presbyteri, & Diaconi, totus Clerus, & Populus congregabatur, & tàm ad Romani Pontificis Electionem, quam ad Concilia celebranda in vnum conueniebant, nulla facta distinctione Cardinalium à non Cardinalibus, sed omnes in distincte Clerici ad munia ista ob eunda admittebãtur, donec crescente Clericorum multitudine, ad Electionem tantum Romani Pontificis, non tamen ad Concilia admissi sunt omnes, sed illi tantum Principales qui Romæ, & in quibusdam alijs Ciuitatibus Cardinales dicebantur, ut ex Synodo Gregorij, quæ habetur, *lib.4. Sui Regist. cap.38.* Postremo denique, omnes alij Clerici ab Electione, & Concilijs rejecti sunt solumque admissi S.R.E. Cardinales, ut infra videbimus.

34 Ius autem hoc, quod Populo, & Clero competijsse supra diximus, licèt æqualiter in Populo, ac in Clero resediisse appareat ex vetustissimis aliquibus testimonijs à mox referendis adductis, diuerso tamen modo vtrique competebat; Electio namque semper fuit Cleri; Populi autem solus Consensus, Assensus, Præsentia, Approbatio, seu Testimoniũ fuit, ut patet ex Apostol. 1. *ad Timoth. 3.* ubi Testimonium Eligendorum ab his, qui foris sunt, idest Laicis, Apostolum præ requisisse legitur, & est communis Conciliorum, Pontificum, & SS. Patrum intelligentia, teste Iul. Lavor. *dict. tit.4. cap.4. à num.5.* plura testimonia cummulante, cui addimus nonnulla adducta à Mich. Rousel. *Histor. Pontif. Iurisdictionis lib.2. cap.1. num.10.* Christian Lup. *in Schol. ad Canon.4. Concil. Nicæn. tom.1. in Concil. General. pag.17. & seqq.* Paul. Laymann. *in l.5 Canonic. lib.1. tit.6. num.12. vers. Quæstio secunda, pag.234. col.1. & cap.6. num.1. vers. Olim, pag.246. col.1.*

penes

penes quos plures rationes, & grauissimà testimonia reperientur, quæ hùc ex scribere otiosum reputaui, quum Iure isto ita omninò abilitum, ac extinctum sit, ut neque eius Simulachrum appareat, vnde neque ad argumentum valere cõperimus, de illo qua propter differere inutile reputamus.

35 Procedente deinde tempore, exorientibusque, & passim pullulantibus super Electionibus Romani Pontificis scissuris, rixis, & discordijs, Imperatores, & Reges proprià, vel vsurpata, quandoque etiam (necessitate temporum suadent) concessa à Summis Pontificibus, Licentia, Electioni, & Confirmationi Romani Pontificis sese ingesserunt, vel potius intruserunt, ut latè probat Iul. Lavor. *Var. Lucubrat. tit. 4. cap. 4. num. 14. & seqq.* ubi vsurpationem istam luculentissimè demonstrat; licèt ex concessione Apostolica Ius hoc Imperatoribus competijsse ex Historia Ecclesiastica Gratian. adnotasse dicat in Can. *Hadrianus Papa, 63. dist.* ubi alia adducit testimonia concessionem istam comprobantia, & quamvis suspectæ fidei testimonia [illegible] sint nullamque authenticam probabilitatem meteantur, ut pote conficta à Sigeberto scribente pro Henrico Imperatore Schismatico contra Roman. Pontif Gregor. VII. Sanctorum Fastis ad scriptum, ut pluries Me commonuisse memini, nuncque addo Leonard. Coquæum *in Anti-Mornæo. oppos. 28. §. Sed his adde, pag. 392.* Andr. Victorell *in Add. ad Ciacon. in Vita Hadriani I. tom. 1. Vit. Pontif. col. 269.* Iacob. Cohell. *in Notitia Cardinalat. cap. 16. priuileg. 1. pag. 155. in med.* & præ omnibus videndus Cardin. Baroni. *tom. 11. anno 774. num. 13. pag. 237.* qui grauissime in Sigebertum invehitur ob confictas Donationes istas in gratiam Henrici Imperatoris Schismatici contra Sanctissimum Gregor. VII. quum tamen Canones illos, ut authenticos plures Authores recipere compererimus, eisque innixi plures modos, quibus Imperatores assensu, vel authoritate sua Pontifices elegerunt, ad numerant, plura in comprobationem adducentes, præcipue Franciscus Florens *in IX. Priores titulos, lib. 1. Decretalium, tit. 6. pag. 146. vers. Quin Carolo*, cui addo Mandos. *in Reg. XIII. Chancellar. q. 8. à num. 23. ad 39.* Iul. Lavor. *dict. tit. 4. cap. 4. à num. 14. per plures seqq.* Iacob. Cohell. *cap. 16. priuileg. 1.* Michael. Rousel. *Histor. Pontif. Iurisdict. lib. 2. cap. 9. à num. 4.* ex quibus Romani Mandos. scilicèt, Lavor. & Cohell. aliorum referunt opinionem quam postremo reiiciunt, Rousel vero, & Florens eam mordicus defendunt, & Canones istos legitimos de prædicant; alias proinde solutiones adhibere opus fuit, & ostendere quod præ allegatis concessionibus non obstantibus ad Cardinalium amplissimum Senatum multis ab hinc retro annis Electio ista priuatiue attinuit secluisis Clero, & Populo, atque Imperatoribus. Quin obstent Defendentes Imperatorium Ius; nam.

36 I. Respondemus vsurpata Potestate Imperatores tyranicè Romanorum Pontificum Electionibus se ingessisse, Iul. Lauor. *dict.cap.* 4. *num.* 45. Vndè nullum argumentum sumi posse, iam supra monuimus. II Autem nùnc addimus, quod neque ex Concessione Apostolica Ius hoc, & Potestas Eligendi Summum Pontificem, Imperatoribus, & Regibus legitimè competere dici poterit, gratis enim concesso, & sine veri præjudicio admisso talem ad fuisse concessionem, nullius esse roboris tuto affirmamus, utpotè factam tempore, quo Ecclesia Hæreticorum, & Schismaticorum insolentia opprimebatur, alijsque grauissimis necessitatibus agitabatur, quibus ut occurreret, illosque, ut reprimeret Imperatorum authoritate, & Potestate coadjuuari coacta fuit, quam, ut haberet auxiliatricem, participem electionum facere Pontifices Summi non dubitarunt, ut scribunt Stephan. Papa, relatus *in Can. Quia Sancta, 63. dist.* Ioan. IX. in Revennatensi Synodo, asserentibus Cardinal. Baron. *Annal. tom.* 10. *Anno Christi* 904. Sigon. *de Regno Ital. lib.* 6. *Anno* 898. *fol.* 235. Iacob. Cohell. *dict. cap.* 16. *Priuileg.* 1. *pag.* 155. *vers. Et licèt olim Imperatores.*

37 III. Denique respondendum est: Iuri huic (si quod habuere) expressè Imperatores renuntiasse; Renuntiationeque ista iam multis ab hinc Annis illud à se abdicarunt. Vt de Constantino IV Imperatore, cognomènto Pogonato, Petrus Mèssia attèstatur *in eius Vita*, Platina *in Vita Benedicti II.* Onufr. Panuin. *in Add. ad Platin. in Vita Pelagij II.* Iul. Lauor. *Variar. Lucubrat. dict. tit.* 4. *cap.* 4. *num.* 22. & comprobatur ex Epistola ab ipso Imperatore ad Benedictum II. Roman. Pontific. his verbis scripta, relata à Iacobo Cohello *dict. cap.* 15. *Priuileg.* 1. *pag.* 155. *in medio.*

*Constantinus Imperator*
*Bènedicto*
*II. Romano Pontifici.*

*Quum vsu rèceptum fuisset, ut Nullus Romanus Pontifex ritè electus diceretur, nisi id Nobis, vèl Exarcho nostro ratum, firmumque haberetur: Nos animaduèrtentes id minus piè, ac commodè fieri consueuisse, nihilque exinde Religioni, Sacrisque Rebus emolumenti nasci, placuit Nobis, ut deincèps, quem Sacerdotès, Exercitusque Romanus in Pontificèm delègerint, eumdem statim verùm Christi Vicarium, nulla expectata Nominis nostri authoritate, iudicari. Tu verò Beatissimè Patèr, quæ ad amplitudinem Christianæ Reipublicæ pertinent, ità geras, ut euèrsis Hominum moribus, cura, diligentiaque tua succurratur. Vale. Constantinopoli, &c.* Similem Concessionèm, seu potius confessionem à Ludouico Impèratore factam Anno 817. tèstatur Baron. *hoc eodem Anno*, & refertur *in Can. Ego Ludouicus, §. Quando, 63. dist.* Lauor. *dict. cap.* 4. *num.* 24.

38 Restat pro huius Sectionis complèmento commonère Nicolai II. Sanctionem super electione Romani Pontificis emanatam in Concilio Romano, relatum

tùm à Gratian. *in Can.* 1. 23. *dist.* & *tom.* 3. *Concil. p.* 1. *sect.* 1. *pag.* 226. *in Edit. Seuerini Binnij*, esse depraua-tam, & ab Hæreticis corruptam in ea præsertim parte, qua salvum, & illesum manere cauètur honorem, & reuèrentiam Imperatoris, quasi Romanus Pontifex ab Imperatore institui, & deponi possit. Quod Diuino, & Humano rèpugnat Iuri, ut satis comprobatum manèt, & ex dicèndis *Tract.* 3. apparebit. Ex his ergò Cardinal. Baron. *Annal. tom.* 2. *Anno Christi* 1059. *pag.* 257. *litter. B.* & *seqq.* pluribus comprobat Decretum illud haud esse integrum, & purum, prout ab ipso Pontificè in Synodo Romana constitutum èst, sed ab Schismaticis labefactatum, atque additione corruptũ. Quod ipsum planè sentiunt Baronij authoritate ducti. Seuèrin. Binn. *dict. sect.* 1. *pag.* 225. *col.* 2. Iacob. Cohell. *dict. cap.* 16. *Priuileg.* 1. *pag.* 155. *vers. Videndus quoque.*

39 Et licèt Decreti tenorèm hùnc defendere velit Franc. Florens. Antecessor Aurelianensis *in* 9. *priores tit. lib.* 1. *Decrètal. tit.* 6. *pag.* 146. ubi non rèctè illud inspexisse Cardinal. Baron. subdit, adhùc tamen Cardinalis, & Aliorum, quos retulimus, placet opinio, nullum enim fundamentum, quod Nos mouère possit adducit Gallus ille Author pro sua opinione solidanda, neque adductis à Cardinali Baronio aliquam adhibet solutionem. Vndè à prima opinione recèdèndum non est, nèque in his, quæ ad Temporalium Principum Potestatem in Sacra attinent, nimis attendendus est, ut Eum, etiam leuiter pèrlustranti, innotescet.

40 Cèssante ergò Imperatorum vsurpatione, seu reuocata, aut renunciata Concèssione Apostolica, quam eos habuisse, ad èligendum Summum Pontificem, Non nulli contendunt: Electio hæc Clero, & Populo restituta est, cui priuatiuè ex tùnc competijt; Populo quidem, ut postularet, seu approbaret, Clero autem, ut eligeret, ut iam diximus, nùncque addimus Can. *Nosse*, 63. *dist.* & pluribus relatis Iul. Lauor. *dict. tit.* 4. *cap.* 4. *num.* & *seqq.* ubi luculenter rem exponit.

41 Et licèt alicui magnum occurrere possit Dubium; ecquur scilicèt solo Clero Romano Facultas ista tùnc concessa fuerit, quum Naturalis ratio dictet ab Vniverso Clero Papam eligendum esse; quia primo, & per se eligitur Caput totius Ecclesiæ, & Romanus Episcopatus est annexus Summo Pontificatui, tanquã minus principale, ut docet Suarez *de Fide, disp.* 10. *sect.* 4. & ab eo Sebastian. Cæsar. *de Eccles. Hierarch. p.* 1. *R. dect. disp.* 1. *§.* 2. *num.* 4. impugnans Caietan. Bellarmin. & Turrianum contrarium sentientes, addensque pro sua opinione confirmanda. *Can. Si duo*, 79. *dist.* ubi decernitur pro verò Pontifice habendum esse quem Vniuersitatis (Cleri scilicèt) consensu relegerit, quando Duo ita de Papatu contendunt, ut res in dubio versetur, & ita factum esse in Concilio Constantiensi, notissimum esse affirmat.

Hæc

42 Hæc tamen Inſtantia nullum movere debet, ut judicet injuriam factam eſſe reliquo Clero Catholico rejiciendo Romani Pontificis Electionem ſoli Clero Romano ; nam licèt verùm ſit Dubium legitimè procedere attenta natura rei; quia tamen non ita faciles, & expediens eſſet hic eligendi modus in omni occaſione difficillimum enim erat in ſingulis Romani Pontificis Electionibus Vniverſum Clerum ( ſeu Concilium Generale illud præ ſe ferens ) congregaret ideò convenientior, & facilior electus fuit à Romanis Pontificibus, & Vniverſa Eccleſia legitimè congregata, cui à Domino commiſſa eſt Facultas deſignandi Electores, Modum, & Formam obſeruandam in Romani Pontificis Electionibus, juxta temporum, & circunſtantiarum varietatem, ut infra latè demonſtrabimus, interimque producimus Sebaſt. Cæſar. *dict.§.2.num.5.*

43 Aliquibus deinde annis elapſis, experimento comprobatum eſt, formam iſtam electionis pluribus inconuenientibus expoſitam eſſe, vndè aliam excogitarè opus fuit, de qua ſequènti.

## Sectio IV.

### An, & qualis forma Eligendi Summum Pontificem ab Eccleſia præſcripta fuit priori abrogata? & an legitimè fuerit Populus ab hac Electione excluſus, omninòque rejectus?

44 VT inconuenientibus, quę ex concurſu Populi ad Electionem Romani Pontificis oriebantur; adinuèntus eſt à Nicolao II. Summo Pontifice in Concilio Lateranenſi, Anno 1059. nouus eligendi modus contentus, *in Can.1.in Nomine Domini* 23.*diſt.* ut ſcilicèt Romanus Pontifex à Cardinalibus tantum eligeretur, Platina *de Vitis Pontifi. in Nicolao II. pag. mihi* 131. ibi: *Inde verò Romam proficiſcens II. apud Lateranum Concilio habito Lègem tulit ( ut in Decretis lègitur ) Romæ Eccleſiæ admodum ſalubrem, quæ talis eſt: ſi quis pecuniâ, vel gratia Humana, aut populari, militariuè tumultu ſine concordi, & Canonica Electione Cardinalium fuèrit in Throno Petri collocatus, is non Apoſtolicus, ſed Apoſtaticus, ideſt à ratione deficiens meritò vocetur, &c.* & refertur *in Can.1.Can.Si quis pecuniâ,* 79.*diſt.* videndi ſunt Petr.Gregor. *de Elect.cap.6.num.3.verbo reſtit.* Iul.Lavor. *dict.tit.4.cap.5.num.5.* Franc.Florenſ. *eodem tit.pag.147. verſ. Denique Alexander III.* Vbi addit tùnc primum ad Cardinales remiſſam èſſe Facultatem iſtam.

45 Exclusionem tamen istam absolutam non fuisse usque ad Innocent. II. suspicor, & non leui conjectura motus; hoc namque Nicolai II. Decreto Populus absolotè excluſus non fuit, sed salua ei mansit facultas præstandi consensum Electioni, ibi: *Decèrnimus, atque statuimus, ut obeunte huius Romanæ Vniuersalis Ecclesiæ Pontifice, in primis Cardinales Episcopi diligentissimè simul de Electione tractantes, mox Christi Clericos Cardinales adhibeant, sicque rèliquus Clerus, & Populus ad consensum nouæ Electionis accedat, &c.* Ex prædicto ergò Decreto Electio priuatiuè penes DD. Cardinales fuit Clero autem, & Populo solum consentiendi facultas, quam conseruasse apparèt usque ad Innocent. II. qui Populum, & Clerum primus ab Electione Pontificis excluſit, & ad solos Cardinales rejècit, teste Onuphr. Panuin. *in Adnotat. ad Platin. in Vita Innocen. II. pag. mihi* 151. *in Edition. Louan.* 1572. *qua utimur.*

46 Plurimæ autem sunt rationes suadentes Populi excluſionem. I. est summa difficultas congregandi, tàm ingentem multitudinem: argum. Text. *in l.* 2. *§. Deinde* 10. *ff. de Origin. Iur. §. Senatus Consultum* 5. *Instit. de Iur. Natur. Gent. & Ciuil.* ubi Senatui attributa est Legumlatiua Potestas penes Populum anteà residens, ob difficultatem in unum conuocandi Populum, ibi: *Senatus Consultum est, quod Senatus jubet, atque constituit. Nam quum auctus esset Populus Romanus in eum modum, ut difficile èsset in unum eum conuocari Lègis sanciendæ causa; æquum visum est vice Populi Consuli.* Si ergò Ius hoc proprium, & peculiare fuit Populi Romani, *§. Lex est*, & ibi communiter Interpretes *Instit. eodem tit. de Iur. Natur. Gent. & Ciuil.* propter difficultatem illum congregandi æquum fuit ab eo in Senatum transferre, potiori Iure ab Electione Pontificia arceri debet propter eamdem difficultatem, quia fortius urget necessitas eligendi Pontificem, quam Nouæ Legis ferendæ utilitas, ut patet.

47 II. Autem Ratio propter quam meritò ab Elèctione Populus excluſus est; Incapacitas recensebitur, qua Laici perpetuò laborant se se immiscendi Iuribus Spiritualibus, quam luculenter expoſuimus *præcedenti Quæstione*; nùncque ideò solum obiter addère contenti erimus Text. *in Can. Imperium, distinct.* 10. ibi: *Imperium vestrum suis publicæ rei quotidianis administrationibus debet esse contentum, non usurpare, quæ Sacerdotibus Domini solum conueniunt.* Plura nouissimè cummulat Franciſc. Bonæ Spèi *in Motiuo Iuris pro èxcusat. Legitima Prouincialium Ordin. Mèndicantium, &c. ac contributionibus, Impositionibus, & Gabèllis litter. C. pag.* 4. *& seqq.* in quem post hæc scripta incidimus.

48 III. Rationem repellendi Populum ab Elèctionibus istis non inefficacem esse cènsemus ipsius Populi Leuitatem, & facilitatem, nihil enim manifestius est Eum facilè præmio, prece, spe, aut gratia,

tia, leuitate, & acclamationibus ad Electionem moueri, & corrũpi, *cap. Osius*, ubi Gloss. verbo *Populi, de Elect. Can. Si ergo* 8. *quæst.* 10. Iudicium enim Vulgi inconstans, & varium semper reputatum est, imò, & omninò distortum, ut cordate satis respondit Roman. Pontific. Ioan. XXII. aliàs XXIII. apud Solorçan. *Emblemat. Polit.* 97. *num.* 8. his verbis: *Vulgi sententia, quidquid laudat, vituperatione dignum est, quidquid cogitat Vanum, quicquid loquitur Falsum; quod improbat Bonum est; quodque approbat Malum; & quicquid denique extollit Infame, &c.* Vndè àcutè dolendus Author Ioan. Ovvenus. Martialis Brittanicus canere solebat sub Populi Prosopopœia:

*Bellua multorum capitum cur nominor? Atqui*
*Cordatis nullum credor habere caput.*

Clariusque Clemens Alexandrin. *lib.* 5. *Stromat.* ex Cleanthe sententiam nostram confirmat, his Versibus:

*Et spectes famam dum vis sophos esse repente;*
*Terreat amentis, nec Te sententia Vulgi.*
*Iudicium sapiens, & Iustum non habet ullum*
*Vulgus.*

Conciliusquè Comicus hoc emistichio omnia comprehensit:

*Pulchra in Tumultu judicare non decet.*

Plura cummulat Solorçan. *Emblem. Polit.* 97. *num.* 3. *& seqq.* Vbi voces Populi ex audiẽdas nõ ẽsse Ius Cæsareũ præcauire docet ex *l. Decurionũ filij, C. de Pœnis, l. Ad Bestias, ff. Eodem, l. Constat, ff. de Appellat. Can. Vnusquisque* 22. *q.* 4. & comprobat Diuinum; nã *Matth.* 21. *& Luc.* 19. legimus in Dominica Palmarum acclamatum esse Christum D. à Populo: *Benedictus, qui venit in Nomine Domini*, & quatuor tantum diebus interjectis Populus ipse clamabat: *Tolle, Tolle, Crucifige eum: Marc.* 15. Paulòque idem ferè accidisse lègimus *Act.* 14. & sunt passim obuia Populi inconstantiæ, & leuitatis huius exempla, quorum plurima congerit Solorçan. *dict. Emblem.* 97. *a num.* 7.

49 IV. Nam Populus docendus, non autem sequendus est. *Can. Miramur*, 61. *dist. Can. Docendus*, 62. *dist. Gloss. in cap. Osius, verbo Populi, de Elect.* Iul. Lavor. *dict. tit.* 4. *cap.* 4. *num.* 39. cui addo Solorçan. *dict. Emblem.* 97. *num.* 7. 8. & 9. probans ex Tacito, Demosthene, Pythagora, Diogene, Cœl. Rhodigin, & alijs apud ipsum videndis.

50 Nèc obex sit, quod *sect.* 3. *mox à princip.* ex aliorum sententia diximus; Populum nimirum ad Mathiæ, & Diaconorum Electionem admissum esse à Sanctissimo Petro, ex quo, & alijs exemplis à Iure Diuino facultatèm istam Populo competere affirmari posse subdunt quam plures. Vndè rectè arguent Ecclesiam à Populo auferre Ius hoc non potuisse: neque èfficaces reputari posse rationes, quæ Ius Diuinum è mèdio tollunt. Quam quidem instantiam non obstare

repetimus; nam iuxta Barthol. doctrinam *in l. Centesimas, §. vltim. ff. de Verbor. obligat.* sequutam à Rota Romana *decis. 206. num. 29. post Tractat. Posth. de Manuten.* Quicquid vigore licentiæ fit in voluntate concedèntis positum esse dicitur. In præallegatis autem Electionibus Populus non proprio Iure, sed èx Petri licentia permissus est Electioni interèsse Apostoli, & Diaconorum; tèstimonium enim petitum *ex Actor. 1.* non Legem Diuinam; sed èxemplum præ se fert, quod voluntatèm, non autem necessitatem arguit, ut rectè Bèllarmin. & ab eo Iul. Lauor. *dict. tit. 4. cap. 4. num. 42.* cui addimus Sebast. Cæsar. *de Eccles. Hierarch. p. 1. Relect. disp. 1. §. 2. num. 3.* in comprobationem allegantem Concil. Laodicens. I. *Can. 13.* Concil. Martini *apud Martin. Bracharens. cap. 1.* Concil. Generale Constantinopolit. IV. aliàs VIII. Generale, *Canon. 20.* pluraque Canonica testimonia petita ex Decretorum Libro, *62. 63. & 89. dist.*

51 Et quamvis ex necessitate Populum admissum esse comprobarètur, adhùc tamen non obstarèt, tùnc enim non ad eligendum; sed ad postulandum, seu Præsentiam exhibendam Populus admittebatur, largèque sumpto vocabulo *Eligere* dicebatur. *Can. Cleri, & Can. Vota, §. Electiones quoquè, 63. dist.* quum in stricta significatione aliud sit præstare testimonium, & aliud eligerè, ut iam supra monuimus, nùncque addimus Paul. Laim. *in Jus Canon. lib. 1. tit. 5. in Proœm. Corollar. 1. pag. 208.* ubi latè probat per Postulationem nullũ acquiri Ius ad rem. Quod latè probauerat ipse Author *in Summa, lib. 5. tractat. 10. part. 2. cap. 7. num. 4.* Dadin. Alteserra *in Decretalium Innocentij III. Commentar. ad cap. 3. de Postulat. Prælator. pag. 55. in fine,* ibi: *Très diuersi sunt modi Prouisionis Canonicæ, Electio, Postulatio, & Nominatio; Hoc interest inter Electionem, & Postulationem, & Nominationem, quod Nominatio est Designatio plurium, ut vnus à Pontifice adsumatur, Electio, & Postulatio vnius certæ Personæ, ut docet Hostiens. hoc loco. Per Electionem acquiritur Ius ad rem, ideſt Ius petendi confirmationem, cap. 3. cap. Nihil est, infra de Elect. cap. Super his, de Acusat. Postulatione nullum Ius acquiritur, quia est de gratia, cap. Pen. hoc tit. Neque Nominatione; quia est nuda designatio, cap. Quod sicut, infra de Election. &c.* Quum ergò Populus ad Postulandum, seu Nominandum tantam admissus sit, Nullum Ius habuisse dicendum est in huiusmodi Electionibus, & voluntate potius. quam necessitate Eum ad Electionem Patres Ecclesiæ Primitiuæ admisisse, & in ipsius Ecclesiæ voluntate positum esse Populum ab Electionibus èxcludere quando, & quomodo Ecclesiæ ipsi benè visum fuit; Quando quidem ex his, quę facerè Populo permissum est ab Ecclesia, nullum Ius ei acquisitum fuit, nec allegabilis possessio, juxta tradita à Rippa *in cap. Cum Ecclesia Sutrina, num. 43. & seqq. de Caus. Possessor. & Proprict.*

Tusch.

Tusch. *verbo Quasi Possessio, concluſ.32.num.7.* Pont. Pacific. Rota diuèrſ. Recèntt. & apud Manticam, ſequuti à Lud. Poſth. *de Manuten. obſeruat.53.num.2.* addens: Actus facultatiuos, & dèpendentes ab alicuius voluntate potius deſtruere, quam adſtruère quaſi poſſeſsionem, Rota apud Poſth. *deciſ.541.num.9. poſt Tractat.* quũ ergò Populus nullum acquiſierit ius ex illa permiſsionè, ſeu licentia ei ab Eccleſiæ Patribus præſtita intèrèſſendi Romani Pontificis aliorumquè Prelatorum Electionibus, potuit procul dubio Eccleſia ipſa abſquè injuria permiſsionèm hanc, & licentiam denègare, ut Nèmo negabit.

52. Hæ ſunt, quæ militant quoad rejèctum Populum efficaciſsimæ rationès, quas corroborari non dubitamus, inſpecta qualitate cœtus, in quem Electio tranſlata primo fuit à Nicolao II. in Concilio Romano, ut ſupra tetigimus, Cardinalium nimirum Collegium, Presbyterorum Romanæ Vrbis, Senatu approbantè. I. Quia in Collègio hoc ex Diuina Inſtitutionè reſidet Ordinaria Vniuerſalis Eccleſiæ Rèpræſentatio, ut ex Iacobat. & Manfredo, docet Iul. Lavor. *dict. tit.4. cap.5. num.8.* cui addo SS. Cyprian. & Hieronym. & Concil. Chalcèdonènſe, ſequutos à Paulo Laiman. *in Ius Canonic. lib.1. tit.6. cap.6. mox à princip.* II. quia ad ſublimè iſtam Cardinalatus Dignitatem non niſi Probatiſsimi Viri admitti debent, quique omni ratione Eccleſiæ vtilitati proſpicere, & conſulère poſsint. Gambar. *in Bullam Iul. II. num.142. & 195.* Alban. *de Cardinal. q.11.* Iul. Lavor. *dict. tit.4. cap.5. num.9.* cui addimus Concil. Tridentin. *Seſſ.24. de Reformat. cap.1. verſ. Ea omnia*, Palèoth. *de Sacr. Conſiſtor. conſultat. part.3. q.1. pag.149.* & præ omnibus Sixtum V. *Conſtit.50. §.14.* ibi: *Cæterùm, ut non ſolum honore; ſed etiam re ipſa Cardines ſint, ſtatuimus, ut Lectiſsimi, & Præcellentes Viri in ipſum Collegium adſcribantur, & quorum Vitæ Probitas, morum Candor, præſtans Doctrina, & Eruditio: èximia Pietas, & erga Salutem Animarum ardèns ſtudium, & zèlus; in dandis conſilijs ſincera Fides, & Integritas; in rebus gerendis ſingularis Prudentia, Conſtantia, & Authoritas, & aliæ qualitates à Iure requiſitæ, tàm ipſi Pontifici, quàm Vniuerſo Collegio cognitæ, & probatæ ſint, &c.* Hæc ipſa in Purpuratis iſtis Patribus iam diu rèquiſierat S. Petr. Damian. relatus à Baron. *Annal. tom. 11. ſub Anno 1057. pag.237. litt.G.* Plura cummulat ſatis eruditè Iacob Cohell. *in Notitia Cardinalat. cap.9. toto, à pag.19. ad 23.* quem videſis, eique adjunge Franciſc. Carriere *in Digeſto Fidei Catholicæ, art.28. quæſt.7. tom.2.* Sebaſt. Cæſar. *de Eccleſi. Hierarch. p.1. Relect. diſputat.2. §.4. num.3. & ſeqq.*

53. Durauit per aliquot Annos iſta Electionis forma donec ab Alexandro III. Pontifice Maximo in Concilio Lateranenſe immutata eſt, ut mox videbimus; licèt enim alij Romani Pontifices plures edidiſſent Conſtitutiones, &

& Decreta, tàm in Concilijs, quã èxtra èa, ut patet ex hucusque dictis, & relatis à Barbos. *in Collect. ad cap. Licet 6. de Elect. num. 2.* Qui *num. 3.* miserè lapsus èst; tutò affirmans ab ipso Ecclesiæ exordio hoc Ius proprium, & peculiare Cardinalium fuisse, itaut semper resederit penes cœtũ illum Presbyterorum, qui posteà Cardinales appèllati sunt. Quem quidem errorem solemni non indigere confutatione censemus; quia ex dictis *toto isto §* facilè demonstrari posse non dubitamus. Vndè eo detecto, & dèrelicto, ad Electionis cursum Nos conuertentes, sit.

## Sectio V.

### Postremus eligendi Summum Pontificem Modus præscriptus in Cap. *Licèt 6. de Elect. Cap. Vbi periculum, eodem in 6.* Clem. *Ne Romani, eod. tit.* luculenter exponitur.

54 QVVM Adrianus IV. Pontifex Max. *Anno* 1159. *Kalènais Septembris* mortem obijsset, post grauissimas cum Friderico I. Æneo Barbo, vulgo Barbaroja Imperatore discordias, & contẽtiones pro conseruanda Episcopatuum, & Dignitatum Ecclèsiasticarum Imperij, habitas, mox, ut sepultus est, Episcopi, & Cardinales (ad quos tùnc Romani Pontificis Èlectio, approbantè Clero, & admittèntè Populo, attinebat, ex præallegato Decreto Nicolai II. *relato in Can. 1. 23. dist. pridie Nonas Septembris*, in B. Petri Ecclesia conuenerunt, & per triduum de Electione (ut moris erat) pertractantes, tandèm omnes suffragium Electiuum habentes (prætèr Octauianum tit. Sanctæ Cæciliæ, Ioannem tit. S Martini, & Guidonem Cremensem tit. S. Calixti Presbytèros Cardinales) concordarunt in Personam Rolandi Presbyteri Cardinalis tit. Sanct. Marci, èt Apostolicæ Sedis Chancellarij, nationè Tusci, Patria Senonensis ex Patre Raynutio, Eumque unanimiter elègerunt, atque Alexandrum Papam III. nominarunt, consentientè Vniuerso Clero, & Populo, Platina *de Vit. Pontific. in Alexandro III. pag. mihi* 156. Hènric. Spondan. *in Epit. Baro. tom. 2. Ann. Christ.* 1159. *num.* 4. Seuerin. Binn. *in Præfation. ad Concil. Generale Lateranens. sub Alexandro III. celebratum, tom. 3. Concilior. part. 2. pag.* 554.

55 Quamuis Electio hæc esset nèdum Canonica, utpotè facta ab Vniuerso Collègio Apostolico, tribus tantum memoratis discrepantibus, ut vidimus; sed etiam Deo, & Hominibus accèpta; erat enim Alexander III. Vir utique prudentissimus, omnibusquè Virtutibus ornatissimus, in

om-

omnès Bèneficentiſsimus, Diuinis, Humaniſque Litteris inſtructiſsimus, pariterque Eloquentiſsimus, & quem S. Bernard. ègregiè laudaſſe legitur, quum ab Eugenio Papa III. electus èſſet Chancellarius, eidèmque Pontificatum ſub obſcurè prænunciaſſe; his non obſtantibus ex eius electione perniciosiſsimum Schiſma aduerſus Alexandrum exortum èſt, quod XIIX. duravit Annos; nam duo iam prænominati Cardinales Ioannes, & Guido, quum in Octauianum intèndèrent, ipſum poſt electionèm Alexandri, Friderici Imperatoris auxilio freti (ut declarauit euentus) procaciter elègerunt, qui ad Apoſtolicam iam diu Cathedram aſpirauerat, Victoris nomine aſſumpto, qui in talem veſaniam prorupit, ut quum neglècta Duorum Nominatione, Reliqui Alexandrum fugientèm, & omninò reluctantem Papali Manto induerent; Mantum ipſum tamquam arrèptitius è collo eius violenter abſtulerit, & ſecum aſportare tentauerit; ſed quum ab alijs Cardinalibus ei èreptum eſſet; ipſe aliud, quod per Cappellanum ſuum paratum haberi iam antea prouiderat, ſumpſit; reſeratiſque portis Eccleſiæ conductos Milites introduxit opera quorundam Senatorum, quos pecunia corruperat, & fauore illorum, qui Friderico Imperatori adhærerēt, cui, & ipſe Antipapa contra Pontifices, ipſamque Romanam Eccleſiam, & Collegium Cardinalium additiſsimum ſemper ſe exhibuiſſet. Horum autem metu Epiſcopi, & Cardinales in munitionem Eccleſiæ cum Alexandro electo ſe ſe recipientes ibi nouem diebus exire prohibiti, ab Octauiani Satellitio obſeſsi ſunt, donec inſurgente pro ipſis Vniverſo Populo, & in Octauianum conclamante, eumdemque Inuaſorem, & Hæreticum proclamante, inde educti, rùrſumque per eoſdem impios Senatores in arctiorem cuſtodiam triduo incluſi, & ex ea pariter à Nobilibus, & Populo èreptum magna Hominum frequentia in Vigilia Sancti Matthæi, Nymphas, nō longè ab Vrbè, peruenèrunt, ubi in vnū cōgrègatis Sabinenſi, Albanenſi, alijſque Epiſcopis, necnon Cardinalibus Presbyteris, & Diaconis, ſimulque Abbatibus, Iudicibus Scriniarijs, & Primicerio cum ſchola Cantorum, Nobilibus quoque, & plurima Populi Romani partè, Alexander ab Epiſcopo Hoſtienſi (ad quem Romani Pontificis Conſecratio pertinet) conſecratus eſt in Summum Pontificem, & ſecundum morem, Regno coronatus. Eaſdem ferè cæremonias in Eccleſia Sancti Petri, quam violenter occupauerat ſecum fieri curauit Victor, licèt à diuerſis Miniſtris; à tribus namque fugitiuis, & diſcolis Epiſcopis cōſecratus, vel potius execratus eſt, ut ex Codice Vaticano, Radeuico, & quadam ipſius Alexandri Epiſtola refert Spondan. *dict. Anno 1159. num. 5.*

56 Tùm verò Alexander, ne diutius ſeditio illa cum totius Eccleſiæ pernitie protrahèretur; Friderī-

dericum Imperatorem, Cremonam tunc obsidentem, per Legatos rogat, ut interposita authoritate Imperatoria, seditionem tollat. Respondit ille: *Vtrumque Pontificem Papiam ire oportere, quo, & ipse proficisceretur, cognoscendæ disceptationis causa.* Quumque Alexander tali accepto responso Anagniam se contulisset; Octauianus Siginam occupat. Indignatus Imperator, quòd Decreto suo Pontifex non obtemperasset litteris circularibus Synodum Papiæ celebrandam in Octaua Epiphaniæ indixit, & ad Eam Omnes Imperij, aliorumque Regnorum Antistites inuitauit, atque etiam ipsos Alexandrum, & Octauianū per Episcopos Pragensem, & Verdensem citauit, ut refert Radevicus, *lib.2.cap.54.* à quo cauendū est dum affirmat; ad Imperatorem pertinere in dicere Concilium: hoc enim hæreticum est, ut infra ostendemus *Tom.2.* interimque adducimus Cardinal. Petronium *in Resp. ad Regem Magn. Britan. lib.1. cap.42.* & Spondan. *dict. tom.2. Anno 1159. num.7.* Hi Episcopi à Friderico missi ab Alexandro confutati, & rejecti ad Octauianum statim se conferunt, Eumque Papiam perducunt, ut haberent quem Alexandro obijcerent. Habito deinde Concilio, Fridericus Octauianum Pontificem confirmat, Spondan. *dict. tom.2. Anno 1160. num.2.* Eumque equo albo insidentem per Vrbem Ticinensem duxisse, & de more adorasse, addit Platina *in Vita Alexandri III.*

57 Qua injuria ad Alexandrum delata grauiter ille permotus, præmissa admonitione die octauo à Consecratione sua (quem terminum ei ad vnitatem Ecclesiæ redeundi præfixerat) Octauianum tamquam inobedientem, & contumacem simulque illos, qui ei manus præsumerent imponere de communi Episcoporum, & Cardinalium consensu, solemniter in Ecclesia, anathematis vinculo colligat, Litterasque mittit ad Christianæ Reipublicæ Principes, & Populos quibus intelligant id à Se iure, ac merito fieri.

58 Quod ipsum aduersus Alexādrum, & qui ei adhærerent præsumpsisse Octauianum refert Radevicus *lib.2.cap.54.* à quo etiam recitantur *cap.52.* aliæ litteræ circulares ab eodem Octauiano; tùrsumque aliæ à Quinque Cardinalibus ei inhærentibus scriptæ de Eius Promotione, sed tot patentibus mendacijs refertæ, ut planè appareat dictatas esse à Patre mendacij, ut adnotauit Spondanus *in Epitom. Baronij, tom.2. Anno 1159. num.7.* addens veritatem eruta esse à XXII. Cardinalibus, qui Alexandrum elegerunt. Eumque semper in sequuti sunt, & in eius obedientia perseuerauerunt.

59 Rediens deinde Romam Alexander Pontificatus sui, Anno II. multos Aduersarios in Vrbe inuenit in Se cornua palam erigentes; quod Friderici Exercitus, præter Vrbem Veterem, & Anagniam, omnem Ecclesiæ Ditionem iam occupauerat. Quare

Ale-

Alexander, adhortante etiam Philippo Francorum Rege, Tarracinam profectus, cõscenso nauigio, ad eam rem mandato Guillelmi Siciliæ Regis parato, in Franciam contendit Spondan. *dict. tom.2. Anno* 1161. *num.*4. conuentuque in Claro Monte habito, Anathema in Imperatorem, & Octauianum factum, statim enunciat, ut voluit Platina *in Vita Alexandr. III.* Ast Spondanus *dict. tom.*2. *Anno* 1160. *num.*6. refert apud Anagniam, *Feria* 5. *in Cœna Domini huius Anni*, Imperatorem tamquam Principalem Ecclesiæ Persecutorem, excõmunicationis vinculo solemniter inodasse, & Vassallos suos à Iuramento fidelitatis ei præstito absoluisse. Franciæ Regem monet Imperator, ut tollendi Schismatis causa, ad Concilium à Se in dictum venire dignaretur, Secumque Alexandrum adduceret, quo, & Se una cum Victore profecturum pollicètur. Apud Diuonèm locus est, ubi Sauo Fluuius Gallos à Germanis diuidit; is locus Concilij est habitus, quo Fridericus rebus Italiæ pro tempore compositis, profectus cum Octauiano est, Scotiæ ac Bohemiæ Regibus, magnisque Armatorum copijs stipatus. Verum quum Alexander ad id Se profecturum Concilium recusaret, quod Ipse non indixisset, Turonique quod inchoasset, aliud solemniter perfecit Baron. *tom.*12. *Annal. Anno* 1163. vbi etiam Spondan. *num.*1. *&* 2. *in illius Epitome, tom.*2. omnino videndi; Fridericus iræ, ac minarum plenus in Germaniam rediens, Octauianum, quem paulò post sequuturus erat, in Italiam misit, qui quidem Lucæ mortuus est, vt Platin. Baron. Severin. Binn. & alij referunt, & præ omnibus Spondanus. *dicto tom.*2. *Anno* 1164. *num.*11. vbi de indubitata eiusdem Natione, & de incredibili Alexandri III. pietate, & commiseratione erga Eum plura refert.

60 Nec Octauiani morte extinctum fuit Schisma; Fridericus enim Imperator videns res Catholici Pontificis magis, ac magis inualescere, inuidia percitus Conuenticulum Principum, ac Præsulum suorum indixit VVirburgi (quæ alio nomine dicta Herbipolis) ad Pentecosten, in quo subrogare fecit in Antipapatu Guidonem Cremensem, Paschalem nominatum, cui Imperator ipse, abiurato Alexandro, obedientiam Iuramento præstitit, & ab omnibus Iure jurando exhiberi, compulit. Spondan. *dict. tom.*2. *Anno* 1166. *num.*1. At vero Romani, creatis Consulibus Alexandro Pontifici amicis, Eum statim ex Francia reuocant, qui primò in Siciliam, mox Romam nauigio delatus, congratulantibus omnibus per benignè suscipitur. Tum verò Fridericus ulciscendi injurias (ut ipse dicebat) ab Alexandro acceptas, occasionem nactus, Ancona discedens Romam mouet. Positis autem in Pratis Neronianis Castris, irrumpere Suburbium Vaticani conatus, à Familiaribus Alexandri constantissimè repellitur. Sequenti verò die Basilicam Petri incen-

incendiſſet ſi Æditui furentem, accenſam facem adhibere, intectã-tem, admiſiſſent. Pontifex autem haud ſatis tuto in Laterano conſiſtens noctu abiens, nauigationè, ſaluté Sibi fuga quæſiuit, interimque Fridericus inſtabat cum Populo Romano, cui pacem promittebat, ut de duobus Pontificibus Dignioremeligeret, altero rejecto, & eliminato, à qua quidem inſtantia eum ceſſare fecit quædam Peſtis, quę eum ab Vrbe expulit, ut refert Platina *in vita Alexandri III.*

61 Dum hæc tam Pontifici, quam Imperatori accidunt, moritur Guido Cremenſis Antipapa in Baſilica S. Petri, quam magno Friderici pręſidio adhuc obtinebat, cuius in locum à ſe ſufficitur Ioannes Strumenſis Abbas ex Pannonia, Vir pridem furto infamis, cuique Rayno Comes ſibi ob cladem antea Romanis illatam Tuſculum tradidit, Montem Flaſconem ex pacto recepturus; Verum quum Rayno à Flaſconenſibus non reciperetur, reculaſſentque Tuſculani Antipapam reciperè, Tuſculum rediens, omninò excluditur. Inde uerò ad Alexandrũ, qui tunc Verulis erat, abiens, Ius omne ſuum, quod in Tuſculo habebat ei condenauit. Vnde Tuſculani publico etiam decreto, ac Conſilio adhibito, Pontificem recipiunt.

62 Non ita diu poſt, Friderico in Italiam cum magnis exercitibus deſcendenti, omnia ſtatim infeſta reddita ſunt; omnes ſiquidem eius copiæ ita attrita ſunt frequentibus prælijs, ut paulum abfuerit quin ipſe quoque Imperator, ſuffoſſo eius equo interficeretur. Vnde occaſionem arripuere ipſius Friderici Proceres arbitrari, id ei accidiſſe, quod Eccleſiam Dei perſequeretur, palamque minari Sè in Patriam reddituros, omiſſa iam iniqua militia, ni properè in gratiam cum Pontifice rediret.

63 Conuèneratiam Vènètias Alexander componendæ Pacis Italiæ cauſa eo, & Fridericus accedens in Veſtibulo S. Marci Pontificis pedes exoſculatur, ſimul deinde ad Altare Maius profecti, accèpta, dataque ſalute de fœderibus pacis intèr Se, multum diuquè collocuti ſunt, quæ poſteà ſequenti die ex ſententia confecta eſt. Abjit deinde Imperator cum bona Pontificis venia, ipſeque Pontifex multis priuilegijs Reipublicæ illi conceſsis, indè profectus eſt, & Romam veniens magno omnium gaudio ſuſceptus eſt, ut latè referunt Radèuic. *de Geſtis Friderici, lib. 2. cap. 50. 51. 54. 55. 56. & ſeqq.* Qui tamen Hiſtoricus Friderici, & Antipapæ Victoris partès tuèbatur; Addendaquè adducta à Baron. Spondano. Binn. & alijs relatis, èiſque adiungendi Guillelm. Neubrigenſ. *lib. 2. cap. 9.* Petr. Bleſenſ. *Epiſt. 48. ad Guillelm. Papien. Cardinal.* cuius potiſsimum operà pax inter Pontificem, & Fridericum tandem facta eſt Venetijs Anno 1177. Neubrigenſis *lib. 3. c. 2.* Auctarium Aquicinctinum Miręi ad Euſebium. Edita etiam eſt Lutètiæ Pariſiorum

Anno

*Anno* 1632. *Historia Concordiæ inter Alexã. III. & Fridericũ I.* Authore Felice Conteloro Bibliothecæ Vaticanæ Custode ex optimis quibusque Authoribus, & Manuscriptis Codicibus, diligenter collecta. Ex quibus locis illustrantur, & explicantur mox allegandi Canonici Textus, atque hucusque aliqualiter prolixe narrata.

64 Alexandro cum Friderico reconciliato, Venetijs in Concilio ab Alexandro habito Ioannem Antipapam degradatum esse, & ab ipso Imperatore, atque omnibus Principibus Ecclesiasticis, & Sæcularibus dejectum, ac reprobatum, pariterque omnes Archiepiscopos, & Episcopos, & Abbates Regni Theutonici ab eo, & Prædecessoribus suis Antipapis ordinatos, degradatos esse, & Altaria, quæ ab eis, siue ab Ordinatis ab eis, dedicata erant, omninò diruta fuisse, refert Rogerius *in Annalibus*, & ab eo Henric. Spõdan *dict. tom.* 2. *Anno* 1177. *num.* 9. addens Ioannem istum post redditum Pontificis Anagniam, multam Schismaticorum Turbam, audientes, quæ gesta essent, ad Alexandri obedientiam spõte reuersos esse, ac multos intrusos Ecclesias Catholicis Episcopis restituisse. Ridiculum verò Ioannem Antipapã, qui Viterbij morabatur tanto timore correptum esse, ut occultè Viterbio exiens tamquam profugus in Montem Albanum confugerit ad Ioannem Dominum illius Castri, eo verò audito, Imperatorem, tàm eum, quàm eius defensores, nisi ad obedientiam Alexandri properarent, Imperiali banno subjecisse.

65 Quum ergò undique fatigatus existeret Ioan. Strumensis Antipapa reatum suum agnoscens Montem Albanum deseruit, & apud Tusculanum IV. Kalendas Septembris ad pedes Alexandri cum quibusdam suis Clericis se projecit, & in conspectu Cardinalium, aliorumque, peccatum publicè confessus est, & veniam petijt. Alexander autem pro solita, & innata sibi mansuetudine, non solum non objurgauit, sed benignis verbis eum suscepit; atque inde eum in Curia, & Mensa sua honorificè habuit, ut ex Romualdo Archiepiscopo Salernitano, refert Henric. Spondan. *dict. tom.* 2. *Anno Christi* 1179. *num.* 1. *pag.* 558. *col.* 2. *post med.*

66 Ex quo quidem facto manifestè conuincitur alienam esse ab Humillimo, & Mansuetissimo Pontifice superbam Imperatoris conculcationem, quam Hæretici ei affingunt, adhibitis verbis: *Psalmi super Aspidẽ, & Basiliscũ ambulabis, & conculcabis Leonem, & Draconem*, in reconciliatione Friderici Imperatoris. Quam, ut planè fabulosam rejiciendam esse monent Seuerin Binn. *tom.* 3. *Conciliorum part.* 2. *pag. mihi* 514. *col.* 2. *post med.* Henric. Spondan. *dict. tom.* 2. *Anno* 1177. *num.* 8. *pag.* 584. *col.* 1. *in medio*, omninò videndi.

67 Anno Christi 1179 Indictione XII. Vniuersa Ecclesia Catholica pace, & tranquillitate

gaudente Alexander Papa III ad expurganda mala, quæ siue per Schismaticos, siue per alios irrepsissen Generalem Synodũ Romæ in Ecclesia Lateranẽsi celebrauit, ad quã præter omnes ubique Occidentales, vocauit etiam Orientales ex Syria, & Palestina Latinos, ut attestatur VVillelm. Tyri Archiep. *de Bello Sacro, lib. 21. cap. 29. in fine*; cuius assertioni omninò standum esse Baron. & Spondan. *in prædicto Anno* judicant, ex eo quod Prælatus iste Synodo huic interfuit, & (ut ipse ait) rogatu Patrũ, statuta Synodi, & Episcoporũ Nomina, numerũ, & Titulos descripsit, ex eoq; subdunt grauissimi isti Scriptores, eos omnes erroris arguendos, qui non *Anno* 1179 sed subsequenti celebratã esse Synodum istam, ac 280 tantum Episcopos interfuisse scribunt; siquidem oculatus ille Testis scribit eam celebratã esse *Anno Christi* 1179. *Pontificatus Alexandri XX. Indiction. XII. die 5. Mensis Martij*, eique interfuisse 300. Episcopos, ad eosque cõuocandos, & undique colligendos missos fuisse ab Alexandro Subdiaconos ad Orientem, Occidentem, Meridiem, & Septentrionem scribũt Robertus, Rogerius, & alij illius ætui relati à Baron. Spondano, & Binnio *locis citatis.*

68 Relictis ergò alijs ad Concilium hoc pertinẽntibus, & hùc minimè spectantibus, & ad rem nostram deueniendo. In hoc Æcumenico, & Generali Concilio Schismatum, & Discordiarum causas radicitus euellere cogitatum est, & maturo consilio definitio ab omnibus Concilij Patribus, Præsidente in èo Sanctissimo Alexandro III. Decreta est. *Can.* 1. apud Binn. *tom. 3. Concilior. part. 2. pag. 553.* à quo desumptum est, *cap. Licèt 6. extra de Elect.* sub his verbis concepta.

69 *Licèt de euitanda Discordia in Electione Summi Pontificis, manifesta satis à Nostris Prædecessoribus constituta manauerint; tamẽ, quia sæpè post illa per improbæ ambitionis audaciam grauem passa est Ecclesia scisuram: Nos etiam ad malum hoc euitandum de Consilio Fratrum Nostrorum, & Sacri Approbatione Concilij aliquid decreuimus adjungẽdum. Statuimus igitur, ut si fortè inimico Homine superseminante zizaniã inter Cardinales de substituẽdo Põtifice nõ potuerit cõcordia plena esse, & duabus partibus cõcordatibus, tertia pars noluerit cõcordare, aut sibi aliũ præsumpserit ordinare: Ille Romanus Pontifex habeatur, qui à duabus partibus fuerit electus, & receptus. Si quis autẽ de tertiæ partis nominatione confisus; quia rem non potest, sibi nomen Episcopi usurpauerit, tàm ipse, quam qui eum receperint, excommunicationi subjaceant, & totius Sacri Ordinis priuatione mulctentur, ità ut Viatici vis etiam, nisi tantum in ultimis communio denegetur; & nisi resipuerint, cum Datham, & Abiron, quos terra viuos absorbuit, accipiant portionem. Præterea si à Paucioribus, quam à duabus partibus fuerit electus ad Apostolatus Officium, nisi maior concordia intercesserit, nullatenus adsumatur, & prædictæ pœnæ subjaceat; si humiliter noluerit abstinere, &c.* Ex quo quidem Decreto.

I. Colli-

70 1. Colligunt DD. ad solos Cardinales priuatiuè attinere Romani Pontificis Electionem, eamque facere illos debere, & effectum fortiri, absque Cleri, Populi, aut alicuius Temporalis Principis inspecto, aut spectato consensu, eumque legitimum Summum Pontificem habendum, & absque exceptione aliqua recipiendum, & adorandum, quem duæ Partes Cardinalium congregatorum elegerint, etiam quod tertia pars concordare noluerit, & electum à paucioribus, illi aliorum concordia superueniente admitti non posse. Quod ipsum deinde confirmatum est à Gregorio X. in Concilio Lugdunensi relato *in cap. Vbi periculum 3. de Elect. in 6.* Clemente V. in Concilio Vienensi relato, *in Clem. Ne Romani, eodem tit.* docent Turrecrem. *in Summa Eccles. lib. 2. cap. 43.* Bellarmin. *de Cleric. lib. 1. cap. 9.* Campanil. *in Diuers. Iur. Canonic. Rubr. 7. cap. 6. num. 35.* Paleoth. *de Sacr. Consistor. consultat. p. 1. q. 4. §. Et eo magis,* Camil. Borel *in Summa decis. tom. 1. tit. 4.* & plures referens Zenedo *in Collect. ad Decretal. Collect. 115. num. 5.* adducti à Barbos. *in dict. cap. Licèt, num. 2.* cui addo Augustin. Triumph. *de Potest. Eccles. q. 2. art. 4.* Alvar. Pelag. *de Planctu Eccles. lib. 1. cap. 1.* Armill. *in Summa, verbo Papa,* Iul. Lavor. *dict. tit. 4. cap. 6. num. 2.* cui etiam addi potest Boeth. Epoii. *de Regalibus, vel Iure Principum in Benefic. Ecclesiastica, lib. 1. num. 183.* Bonacin. *de Elect. Roman. Pontificis, q. 1. punct. 11. prop. vnic. num. 1.* Bursat. *tom. 2. consil. 103. à princip. & præcipuè à num. 18. & cons. 126. toto, & præcipuè num. 6. & seqq.* & alij adducti à Barbos. *de Iure Vniuers. lib. 1. cap. 1. num. 56. & seqq. vsque ad 60.* Qui ideò in Romani Pontificis electione specialiter requiri duarum eligentium partium concors suffragium docent, ut Diuinum auxilium facilius impetretur, quia ad illud obtinendum Duorum consensum Deus approbat. Et quia Electio hæc à nullo Superiori emendari valet, & ideò præcaueri debet, ut taliter fiat, quod nulla desiderari queat emendatio, ut præallegatus Textus *in cap. Licet,* innuit.

71 Il autem inferunt DD. ità priuatiuè ad DD. Cardinales facultatem istam attinere, ut etiam si negligentes sint in opere tanti ponderis perficiendo, nequeat ob negligentiã istam Electio ad alios deuolui, ut notat Iacob. Cohell. *in Notitia Cardinalat. cap. 16. Priuileg. 1. litt. H.* Neque depositio Papa à Concilio propter Hæresim, inuitis Cardinalibus Concilium Generale legitimè congregatum alium eligere valet, Abb. & Canon. *in cap. ad Petitionem, num. 4. de Accusat. & in dict. cap. Licèt, Notab. vltim. de Elect.* Hieron. Alban. *de Cardinal. quæst. 35.* Hieron. Manfred. *eodem Tractat. decis. 296. & 302. tom. 13. Tract. DD. part. 2. pag. 102. col. 1. in edit. Veneta 1584. qua utimur,* nisi Cardinales ipsi expresse consentiant, ut ab ipsis, & Cõcilio Electio celebretur, ne odia, & simultates oriantur, ut ex Cardinali Iacobatio, Manfredo, & alijs, docet Iul. Lavor. *d. tit. 4. cap. 6. nu. 28. & 29.* ubi in nullo casu posse Concilium Ius istud à Cardinalibus auferre

ipsis inuitis. Adde Iacob. Cohell. *in Notitia Cardinalatus, cap. 16. priuil. 1. litt. H.* Diana *p. 5. tract. 2. resol. 73.* & pluribus relatis Barbosa *dicto cap. 1. num. 76.* vbi retractat contrariam opinionem, quam alibi sequutum se fatetur, atque etiam adiungendus est Fragoso *de Regimine Reip. Christianæ, p. 2. lib. 1. disp. 1. §. 5. num. 52. versic. Nam quamuis*, qui tamen, *num. 53.* addit quod si contingat Papam ab ipso Concilio deponi, vel nullam, aut irritam declaratam esse Electionem, tùnc non ad Cardinales, sed ad Concilium spectare Electionem istam subdit ex Abbate Felino, Lancelloto Conrado, & Marc. Anton. Cuccho; cui tamen non adsentimur.

72 Horumque omnium rationem esse præ allegati DD. asserunt Quod Cardinales in locum Vniuersalis Ecclesiæ in hac Elèctione succèdunt. Quare autem succedant? Duplici quidem ratione I. ex consensu totius Ordinis, & Clèri Romani, qui à tempore S. Petri quoad Ius hoc Ecclesiam Vniuersalem rèpresentabat. Iacobat. *de Concil. lib. 1. fol. 44. col. 1.* Hieronym. Manfred. *dè Cardinal. decis. 283.* Iul. Lauor. *dict. tit. 4. cap. 3. num. 36. & cap. 5. num. 8. & cap. 6. num. 24.* II. Quia ex sui institutione ampliss imum Collegiũ istud ad omnia, quæ attinent ad Romani Pontificis Electionem, & consultationem destinatum est Iacobat. & Manfred sequuti à Lauor. *dict. tit. 4. cap. 5. num. 8.* Posse tamen aliquando ad Schismata, & seditiones vitandas conueniri, ut à Concilio electio fiat admissis Cardinalibus omnibus, vèl aliquibus ex tribus gradibus, docènt Lauor. *dict. tit. 4. cap. 6. num. 30.* Diana *dict. par. 5. Tract. 2. resol. 73.* pl out in Constantiensi Concilio factum esse attestatur Azor *Institut. Moral. p. 2. lib. 4. cap. 2. q. 13. in princip.* & ab eo Barbosa *dict. cap. 1. num. 76. in principio.*

73 III. inferunt. DD. ita priuatiuè competère facultatem istam DD. Cardinalibus, ut ex hac tantum ratione non posset Romanus Pontifex etiam de ipsorum Cardinalium consènsu Succèssorem eligerè, licet aliæ cessarent rationès, quibus suadetur opinio nègans Pontificem eligere posse Succèssorem, quas luculentissime adducunt D. D. supra allegati, quibus addimus mordicus hanc opinionem defendentem Fragoso *dict. p. 1. lib. 1. disp. 1. §. 5. num. 51. vers. Nihilominus*, Barbosa *de Iure Vniuerso dict. cap. 1. num 40.* Et neque Cardinales ipsos Simul posse altèri facultatem istam delègare, quia nequè Pontifex potest èos hoc iurè priuare, nèque ipsi se illo spoliari valènt. Manfrèd. *de Cardinalibus decis. 295. & 396.* Iacobat. *de Concil. lib. 5. art. vltim. toto, tom. 13. tract. DD. par. 1.* & est Cõmunis Canonistarum *in Can. Si transitus 79. dict. dict. cap. Licèt, de Elèct. & dict. Clem. Ne Romani eod. tit.* Quod intelligendum est, ut alijs, quam Cardinalibus delegare nequeat facultas eligendi Summum Pontificem; quia inter ipsos Cardinales possunt Omnes iam in Conclaui clausi alicui, vel aliqui-

aliquibus ex Patribus Potestatem eligendi concedere, ut vice omnium de Pastore prouideant, & hæc vocatur Electio per compromissum quæ Nemine dissentiente celebranda est juxta Ceremoniale Gregor. XV. Iuli. Lauor. *dict.tit.4.cap.10 num.19.*

75 IV. Inferunt ex præallegato Texto Ius hoc eligendi Præsentibus Cardinalibus, ita concessum èsse, ut Absentès, nèquè citari debeant Gloss. *in cap.Vbi periculum verbo decem dierum*, ubi etiã Archidiaconus *verbo expectare*, Mandos. *in Reg.13. Chancell. q.8. num.8.* Boer. *decis.31.num.7.* & ab eis, & Lauor. mox referendo Augustl. Barbosa *dict. cap.40.num.62.* addens id esse speciale in Electione Romani Pontificis. Neque de contemptu dicèrè Archidiacon. *in Can. Si transitus per Text.ibi 79.dist.* Neque etiam si iuste impediti sint expectari debeant, ultra x dierum terminum præfixum, *in cap.Vbi periculum 3.de Elect.in 6 & in Bulla Pij IV.* relatis à Barbosa *dict. cap. 1.nu.60.* Iul. Lauor. *dict.tit.4.cap. 8.num.3.* Alban. *de Cardinal.quæst. 13.* Azor. *Instit.Moral.tom.2.lib.4. cap.2.q.5.* Iul. Lauor. *dict.tit.4.cap. 7.num.11.* Diana *p.5.Tract.2.resol. 76. vers.Sed contraria*, ubi sententiam istam defendit contra Manfred. & alios, quos à principio pro opposita sententia allègauerat. Neque alteri etiam Cardinali vocem suam ad Electionem committère Absentes valent, ut ex Ancharano, & Philippo Franco docet Azor *dict.cap.2.quæst.9.* Mègal. *in Promptuar. verbo Cardinalis, num.19.* & ex eis Diana *dict.Tract 2.resol.40. vers.Verum negatiuam sententiam*, qui hanc substinet, relatis pro contraria opinione Manfredo Paleotho, & Mandagotio, qui tamen duo postremi loquuntur in alijs Electionibus, & ad Põtificiam adaptari nequeunt, ut obseruat Iul. Lauor. *dict.tit.4. cap.6. num.4.*

76 V. Inferunt DD. quod licèt Cardinales præsentes spectare debeant Absentes decem dies, ex Iuris dispositione, ut nuper diximus; si tamen ante eos ab omnibus, vel à duabus Præsentium Cardinalium Partibus Pontifex eligatur, validam afforè Electionem docent Azor *dict.lib.4.cap.2. q.5.* Diana *par.5.tract.2. Resol.75. vers.Sed talem Electionem*, malè pro hac opinione allegans Iul. Lauor. *dict.tit.4.cap.7 nu.4* quum ibi nec verbum de opinione ista loquutus fuerit, neque *cap.8.num.4.* vbi eam exagitat, aliquam ex duabus opinionibus, quæ ab ipso referuntur sequitur; sed ipsis relatis, judicium suum minimè adducit. Ego equidem arbitror longiori discussione indigerè difficultatem, ea, quam Tractatus angustia permittit, & ideò eam examinandam relinquimus de hac electione ex professo Tractantibus. Ex his ergò illationibus, aliquarum difficultatum hùc pertinentium facilè resolutio percipietur.

77 I. que est: Si duo, aut vnus Cardinalis tantum tempore vacantis Pontificatus supersites sit; An adhùc ad Collegium Cardina-

lium electionem attinèat? Et nègatiuè resoluendum apparet, ex Marcelli I. C. recèpta sententia, in l. *Neratius* 85. *ff. de Verbor. significat.* Vbi tres facere Collegium resolvitur. Ergò vnus, aut duo Collegium facère nequeunt. At nihilominus de rigore Iuris contrarium omninò affirmandum est; quia licèt nullum Collegium Ecclesiasticum possit in vno constitui, quia Duo saltem requiruntur, *cap. 1. verbo Vbi duo, vel Tres faciunt Congregationem, extra de Elect.* & ibi communiter Canonistæ, semel tamen constitutum in multis potest totum Ius Collegij ad vnũ deuenire, & in illo conseruari alijs de mortuis, ipseque solus electionèm facerè poterit ad Vniuèrsum pertinentem Collègium, Mascard. *de Probat. concluj.* 984. *num.* 9. Nauarr. *cons.* 6. *num.* 2. *de Elect. in Nouiss.* Eman. Rodrig. *QQ. Regular. tom.* 2. *q.* 53. *art.* 11. *in princip.* Anton. Raguc. *de Voce Canonic. in Capitulo, q.* 1. *num.* 3. Tamburin. *de Iur. Abbat. tom.* 1. *disp.* 5 *q.* 8 *num.* 23. *& seqq.* Miranda *in Manual. Prælator. tom.* 2. *q.* 23. *art.* 5. *q.* 2. Seraph. *decis.* 860. *num.* 7. *& decis.* 1050. *num.* 5. Rota *in vne Cremonen. Præposituræ*, relata à Barbosa *in dict. cap.* 1. *num.* 3. *& 4. de Electionè.* Vndè communiter docent DD. quod Duobus superstitibus, Vnus ex ipsis alterum eligerè poterit. Iul. Lavor. *dict. tit.* 4. *cap.* 6. *num.* 25. allègans Can. *Hadrianus.* 63. *dist. Can. Non licèt, §. His* 19. *q.* 7. *Can. Vltim. Can. Abbatem, cum duobus seqq.* 18. *q.* 2. Sylvest. *in Summa, verbo Excommunicatio* 9. *num.* 2. & Ioann. de Anania *in cap. fin. de Appell.* cui addo Andr. de Falconibus *in Add. ad Abbat. in cap. Gratum, verb. Eligere, de Postulat. Prælator.* ipseque Abbas eandem defendit sententiam *in cap. Licèt de vitanda, num. fin. de Elect.* Si verò vnus tantum superst, hic solus etiam Pontificem eligere poterit, ut autumat Martin. Laudens. *Tract. de Cardinal. p.* 1 *concluj.* 24. *Gloss. in Clement. Ne Romani, de Elect.* Panuin. *de Offic. Capit. Sede Vacantè, prælud.* 5. *num.* 8. Lavor. *dict. cap.* 6. *nu.* 26. addens Manfred. *de Cardinal. decis.* 269. eique adjungendus est Iacob. Cohell. *in Notitia Cardinal. cap.* 16. *Priuileg.* 1. Vbi disputat: An tùnc Ille se ipsum eligere possit? Et resoluunt immediatè non posse; mediatè verò, hoc est alteri demandando facultatem eligendi, quæ penes ipsum conseruatur. Ast vtrumque hoc repugnat omni humanæ rationi, & ideò salua pace horum DD & eorum, quos ipsi allegant, & omni alio meliori judicio, censerem satius hùnc vnum facturum si secum assumeret, & conuocaret, eos ad quos Electio pertineret, si Nullus superstes remãsisset tempore mortis Papę. Quod licèt absque Doctore primi asserere ausi sumus; Sacris tamen Canonibus Iudiciũ nostrum consentanèum reputamus; ipsi namque rem tanti Momenti, omnibus Cardinalibus superstibus, Maioti Parti legitimam Summi Pontificis Electionem fidère noluerunt. Quomodo ergò ab vnius tantum arbitrio pendere

Ecclesiam voluisse affirmabitur? Fateor equidem valdè ab sonum mihi vidèri, vnico judicio committi ob quam cumque causam, quod alias Saniori Collegij parti commissum non est. Sed duæ integræ partes desiderate. His sic à Nobis, & ex Nobis ratiocinatis incidimus in Doctissimum Ferdinand. de Castro Palao *in Opere Morali, tom. 1. tract. 3. disp. 1. punct. 23. num. 20.* qui Dubium istud resoluit, satisfaciendo Opinioni nostræ, ait enim: *Aduertit Bonacina, si omnes Cardinales vno excepto è Conclaui decedant, posse ab Eo, qui remansit Pontificem elegi, quia omnes alij reputari debent, ac si è vita discessissent. Probabilius credo non posse; sed reputandum esse, ac si in Conclaui numquam fuissent Cardinales congregati. Fauetq. cap. Vbi periculum, & Clem: Ne Romani, quæ semper loquuntur de numero plurali, imò de Collègio, & Cœtu, qui non videtur esse vnus neque duo, sed ad minus tres, l. Neratius, ff. de Verbor. signific. &c.* & quamuis Dian. *dict. p. 5. tract. 2. resolut. 72.* plures allegans, nominatim contra Eum validissimè insurgat, non tamen expugnatum ab Isto Illum censemus; neque rationèm nostram fundamentis suis conuelli arbitramur. Ab eaque, donèc conuincamur, non discedimus. Ad quos autem Electio pertineret si omnes Cardinales è viuis discederent ante Electionem? Triplex reperitur opinio, videnda apud Iul. Lavor. *dict. tit. 4. cap. 6. num. 27.* Iacobat. Cohell. *dict. cap. 16. Priuileg. 1. vers. Si verò Nullus, pag. 155.* Ioan. Baptist. Fragos. *de Regimin. Reip. Christianæ, part. 2. lib. 1. disp. 1. §. 5. num. 55.* Augustinus Barbos. *de Iure Vniuers. tom. 1. lib. 1. cap. 1. num. 75. & seqq.*

78 II. Quod licèt olim Romani Pontificis Electio ad Cardinales delata esset ex Decreto Nicolai II. relati in Can. *in Nomine Domine, 23. dist.* & tùnc non omnes Cardinales eligerent; sed triplèx ex eis Cœtus constitueretur. I. Namque èligebant Episcopi Cardinales. II. Presbyteri Cardinales. III. Diaconi Cardinales, quorum omnium Voces non singulariter, sed per corpora numerabantur, ut docent Iul. Lavor. *dict. tit. 4. cap. 5. num. 9.* cui addo Sebast. Cæsar. *de Eccles. Hierarch. par. 1. disp. 2. §. 4. num. 4. & 5.* Hodie tamen ad Cardinales omnes per capita numerandos, electio ista pertinet, itaut illi etiam computari debeant, qui tantum Cardinales pronunciati sunt, nullaque insignia Cardinalatus adhùc receperunt, ut inspecto Iure communi tantum, docent Philip. Decius *in dict. cap. Licèt, de Elect.* & in facto sic consuluisse Aretin. docet Alban. *de Cardinal. q. 17.* & ab eis Sebast. Cæsar *dict. §. 4. num. 7.* pluribus comprobans exemplis, cui addo Iul. Lavor. *Variar. Lucubrat. tit. 3. cap. 3. num. 15. & 16.* qui hodie cessare addit quæstionem istam èx Constitutionè Sanctissimi Pij Papæ V. *edita die Iunij 1571.* qua decreuit Cardinales pronunciatos, Vocem habere in Electione Romani Pontificis, licèt Galerus Cardinalitius eis tradi-

traditus non sit, neque os clausum, aut si clausum apertum non fuerit. Quam quidem Constitutionem ad litteram retulit. Idem Lavor. *tit. 4. cap. 6. num. 21. qui num. 20.* anteriora Iura isti contraria præmiserat. Idemque statutum esse à Gregor. XV. *in Bulla Cæremoniali* (cuius mox solemnem mentionem faciemus) *§. 7.* docent Diana *dict. part. 5. tract. 2. resolut. 74. vers. Sed hodie*, Lavor. *dict. num. 22. in fine*, Barbos. *dict. cap. 1. num. 71 & 73.*

79 III. Resoluendum est Cardinales omnès, licèt excommunicati sint, vel quàrumcumquè censurarum vinculo inodati existant, ab electione ista non excludi. Clem. *Ne Romani, §. Cæterùm, de Elect.* Concil. Basilien. *Sess. 37.* Sylvest. *in Summa, verbo Excommunicatio 9. num. 6.* Pius IV. *in Constit. Ineligendis 63. §. Et nè dissensiones 29. Datt. Romæ 9. Octob. 1562. Pontific. sui Anno 3. in Bullar. Nouissimo, tom. 2.* Gregor. XV. *in Constitut. Decet. Romanum Pontificem, § Volumus 22. quæ Cæremoniale appellatur, & datta fuit Romæ iv. Idus Maij 1622. Pontificatus sui Anno 2.* Iul. Lavor. *dict. tit. 3. cap. 3. num. 18. & tit. 4. cap. 6. num. 23.* Barbosa *dict. cap. 1. num. 71.*

80 Omnia autem hæc, & alia à DD. iam relatis adducta, intelligenda sunt procedere de Cardinalibus, qui saltem Diaconatus Ordinem habuerint, alias namque Actiua, & Passiua Voce carere ex Constitutionibus Pij IV. Sixti V. & Gregor XV. docet Iul. Lavor. *citato cap. 6. num. 22.* Barbos. *citato cap. 1. num. 73. vers. de Cardinalibus.*

81 Hucusque dicta, & nonnulla alia ab Auctoribus excogitata specialia sunt in electione Summi Pontificis, quæ singulari Iure recepta sunt; Electio namque Romani Pontificis in multis differt ab aliorum Prælatorum electione. I. Namque illa duas ex tribus Eligentium partibus requirit *dict. cap. Licet, verbo Maiores, & verbo Speciale.* At in inferioribus Prælatis sufficit maior pars Capituli *Can. 10. 79. dist.* II. Electioni Sūmi Pontificis nulla olim præscripta fuit forma, sed quoquomodo duæ partes consentirent, erat legitima electio, ut sæpius diximus; sæcus in alijs Electionibus, *cap. Sicut, de Elect. in 6.* Abb. *in dict. cap. Licèt. num. 8. & 12.* in quo quidem Textu omnès affirmant Canonistæ, posse Romanum Pontificèm Electioni formam præscriberè Iul. Lavor. *dict. tit. 4. cap. 6. num. 60.* & mox latius dicemus. III. Electioni Romani Pontificis nulla potest èxceptio opponi, prætet notoriam Hæresim, ut ex Textu *in Can. Si Papa, distinct. 40.* docent Castald. *de Potestat. Papæ, num. 44.* Iacobat. *de Concil. lib. 8. art. 1. fol. 514.* latè Tyber. Decianus *Tract. Crim. lib. 5. cap. 52. num. 10.* Azor. *Instit. Moral. p. 2. lib. 4. cap. 5. q. 7. vers. Ergò quæstionis est, & vers. At Innocentius*, Fragos. *dict. §. 5. num. 57.* ubi luculentissimè quæstionem examinat, & Nos supra diximus. In alijs autèm Electionibus passim plures exceptiones opponuntur, ut latè probat

Iul

Iul.Lavor. *dict. tit.4. cap.21. toto.* III. Nam ad Electionèm Romani Pontificis admittuntur Cardinales excommunicati, Interdicti, & Suspensi, ut diximus, nuncque addimus Franc. Florent. *in 9. priores titulos, lib.1. Decretal. tit.6. pag.* 148. *vers. Vt autèm.* Quæ omnia procedunt tùm propter periculum diutinæ Vacationis Sedis: Tùm propter Summam Elèctorum authoritatem, qua de re sic prædicabat Innocen. III. *Serm.3. in Consecratione Pontificis: Solet dici Carnale coniugium, quod est intèr Virum, & fœminam, initiatum, ratum, & consumatum, initiatum in desponsatione, ratum in consensu, consumatum in copula; Sic & Spirituale Conjugium, quod est inter Episcopum, & Ecclesiam, Initiatum dicitur in Electione, Ratum in confirmatione, consumatam in consecratione. Illud autem Conjugium, quod ego Sponsus cum hac mea Sponsa contraxi simul fuit initiatum, & ratum, quia Romanus Pontifex quum eligitur, confirmatur, & quum confirmatur eligitur: Nonnè recolitis, quod de ipso legitur in Canone. Quoniam Elèctus, sicut Papa verus auctoritatem obtinet regendi Romanam Ecclesiam, & disponendi omnes facultates illius.* Alluſit Innoc. III. *ad Can.1. 23. dist.* cuius supra meminimus.

82 Innocèn. III. præ allegata sententia, non solum prędicto Canone confirmatur, sed etiam alia ipsius Innocen III. Decretali relata *in cap. Nouit 13. de Iudic.* vbi Romanus Pontifex attèstatur: *Potestatem suam non ex homine, Sed èx Deo*, priori sententiæ innitens, quod nimirum facta elèctione Canonica Romani Pontificis, mox omnis Potestas in Vniuersam Ecclesiam ei confertur, ac proinde nulla indigèat confirmatione, ut ex præ allegatis Iuribus docent Paul. Laiman. *in Summa Moral. tom.1. lib.1. tract.4. cap.6. num.6. & in Ius Canonic. lib.1. tit.6. cap.6. nu.7. pag.248. col.2.* cui addo Lancelot. Conrad. *in Templo Iudic. & Aduoc. lib.2. cap.1. de Pontif. Max. §.2. quæst.1. Speciali XI.* Campanil. *in Diuers. Iur. Canon. Rubr.7. num.* 56. Iul. Lauor. *dict. tit.4. cap.12. num.19.* Aug. Barb. *de Iur. Vniuerso dict. lib.1. cap.1. num.112.* Cuius genuina ratio est; quia confirmatio Electionis non nisi à Superiori fieri potest; legitimè autem Electus in Romanum Pontificem nullum habet in terris Superiorem, *dict. cap. Licèt, de Elect.* Flami. Patis. *de Resignat. Benef. lib.7. quæst.5. num.1. & 2.* ergò nedum confirmatione non indigere affirmandum est. Sed quod neque confirmari posse inferimus. Vnde statim ac Electus est, verus Papa est, & Ius habet administrandi, ut ex Gloss. Archidiacono, Bellamer. Geminiano, Turrecrem. & Card. Alexandr. docet Augustt. Barbosa *dict. cap.1. num.112. & 113.* nullãque ideo ab Electoribus Potestatem accipere, quia illis personæ designatio tantũ attinet. Dignitatis autem collatio ipsi Deo priuatiue competit, Caietan. *de Authorit. Papæ; Opusc.1. cap.13. & 2.p. Apolog. cap.22.* Barbosa *dict. cap.1. num.57.* Fragoso *dict. §.5. num.52. vers. Quæri etiam potest,* Turrecremat.

mat. *in Summa, lib.2. cap.44.* Turrian. *lib. 1. contra Centuriator. cap.* 18. Suar. *de Fide, disput.10. sect.4.* Torres *eodem Tractat. disput. 15. dub.3.* Sebast. Cæsar. *de Ecclesiast. Hierarch. part.1. disp. 1. §.2. num.2.* plures rationes adducens, eique adnecto Francisc. Hallier. *de Sacris Elect. part.2. sect.7. cap.2. art.3. §.6. num. 14. & seqq. & de Ecclesiast. Hierarch. lib.4. cap.3. mox à princip.* cōtra Cellotium impropriè in hac re loquentem inuehens, Thom. Boz. *de Ecclesiast. Libert. & Potest. lib. 3. cap.6. vers. Sexto, pag. mihi* 287. Cardinal Bellarmin. *de Romano Pontifice, lib.2 cap.17.* Valençuela Velazquez *contra Venetos, part.7. num.14.* Bordon *in Sacr. Tribunal. cap.5. q.5. num.13.* Machad *in Summa, tom.2. lib.6. part.1. tract.1. docum.1. num.1.* Verricell. *de Apostol. Mission. tit.11. quæst.168. sect.1. num.9.* Consuetudine tamen obtentum est, ut Romanus Pontifex post electionem consecretur, & coronetur, non tamen rigorose consecrari dicitur quum iam Episcopus consecratus est, sed propriè intronizari, improprièque consecrari dicitur à Cardinalium Decano, idest primo inter Episcopos si autem consecratus Episcopus non est debet consecrari, ut obseruat August. Barbos. *dict. cap.1. nu.116. & 117. qui num.118.* ex Nauarr. Henriq. & Sossa, addit in vtroque casu ante Consecrationem esse legitimum Pontificem, habereque Plenitudinem Potestatis, Iurisdictionis scilicèt, non autem Ordinis, & pro hac limitatione adducit Modit. Duard. Acuñam, Tusch. & Butr. Quomodo autem olim Anno 1191. ad consecrationem istam procederetur, latè refert Baron. *Annal. tom.12. Anno 1191. pag.825. in fine.* Ante Coronationem, & Consecrationem istam. Pontifex electus in Bullis non absolutè se Episcopum appellat, sed electum Episcopum, neque id tempus, quod ante Coronationem intercedit Apostolatus sui vocat; sed suscepti Apostolatus Officij, singularis Gloss. *in Regul. Iur. super Datta, verbo Pontificatus,* & ab ea Laimann. *loc. cit.* quia nimirum de stylo, qui seruandus est, non incipit Pontificatus, nisi à die Coronationis, Barbos. *dict. cap.1. nu.118. & 119.*

Sectio

## Sectio VI.

### An à Romano Pontifice forma præscribi possit futuris Electionibus, & An, & qualis præscripta, & determinata sit?

83 PRobauimus supra, ubi latè de Conclauis institutione, nullã à Iure Diuino præscriptam esse formam, aut modum obseruandum in Romani Pontificis Electione; sed id totum Ecclesiæ arbitrio relictum esse; nùncque addimus Ioan. Baptist. Fragos. *de Regimin. Reip. Christianæ, part. 2. lib. 1. disp. 1. §. 5. num. 52. vers. Quæri etiam potest*, ubi allegat Suar. *de Fide, disput. 10. sect. 4. num. 4. & 6.* Azor. *Instit. Moral. p. 2. lib. 4. cap. 2.* Barbos. *dict. cap. 1. num. 47.* ex Text. *in Can. Electionem, 79. dist.* ubi Anacletus Papa scripsisse dicitur, quod licèt Sacerdotum Electio verè sit Deo reseruata; hanc tamen bonis Sacerdotibus, & Spiritualibus Populis concesisse, innuimus etiam atque ab effectu ostendimus *præcedentibus Sectionibus*, Romanum Pontificem præscribere posse formam futuris Successorum suorum Electionibus, quod tam quam irrefragabile principium firmat Fragos. *dict. §. 5. num. 52. mox à princip.* & Nos luculentius nùnc demonstrare aggredimur, cõminiscentes Apostolicas Constitutiones, quæ electionibus formam præscripsere; quæ quidem plurimæ sunt, quas validè eas promulgasse Romanos Pontifices, licèt in comperto Nobis sit, adhùc tamen sic instari posse comperimus.

84 Si Romanus Pontifex potest statuere Ius eligendi Pontificem Successorem suum, posset etiam ab Ecclesia Ius istud omninò auferre, proindeque statuere, ut Ecclesia perpetuò maneret Pastore viduata. Ast hoc repugnat Iuri Diuino, ergò, & illud. Conseq. ex præmissis sequitur. Maior est nota, quia eius est auferre, cuius est conferre, vel ferre, ut communis fert I. C. Parœmia. Si ergò Pontifex superstes potest legem ferre super electione, poterit, & electionem auferre; Minor. probamus: Principatus totius Ecclesiæ Catholicæ in Petro, Iure Diuino fundatus. *Matthæ. 16. & Ioan. 21. cap. Fundamenta, de Election. in 6.* non eidem personaliter fuit concessus; sed permansurus usque ad finem sæculi in omnibus Successoribus suis. *Matthæ. 28. Ecce vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi. Cap. Solitæ, de Maioritat. & Obedient. in fin. Extrauag. vnam Sanctam; eod. tit. inter Communes, cap. Per Venerabilem, qui filij sint legitimi*, Fragos. *dict. disp. 1. §. 1. num. 2.* cui addimus Can. *de loc. Theolog. lib. 6. cap. 3.* Bellarmin. *de Roman. Pontifice, lib. 1. cap. 1.* Suar.

*contra*

*contra Regem Angliæ, lib. 3. à cap. 10.* Boeth. Epoü. *Antiq. Eccles. syntagm. 7. de Hierarch.* Franc. Leo. *in Thesauro Fori Eccles. tit. de Potest. Papæ, cap. 1.* Aretin. *de Præexcellentia, & Iuribus Papatus Roman. animaduers. 1.* Alphons. Aluarez Guerrero *in speculo Iur. Pontific. & Cæsar. de Roman. Pontif. cap. 1.* & præ omnibus Sebast. Cæsar. *de Eccles. Hierarch. part. 1. disp. 1. §. 1. num. 9. & seqq.*

85 At instantia nihil obstat, admisso namque principio; negamus sequelam; quia non est proprium Pontificis Papatum conferre simpliciter Ecclesiæ, quum Pontificatus, sit ab ipso Christo Domino Ecclesiæ in perpetuum collatus, ut præallegati DD. affirmare conspirant; subsumpto ergo Aduersariorum medio, a contrario sensu consequentia hæc irrefragabiliter sequitur. Ergò Papa superstes nõ poterit auferre Pontificatum ab Ecclesia, quia ad ipsum conferre non pertinet, solum ergo poterit determinare personas, a quibus electio fieri debeat, ut hucusque vidimus, & formam præscribere, ab electoribus obseruandam, ut mox videbimus. Per hoc autem non rèctè dicetur, Ecclesiam esse supra Pontificem, quia eligendi Ius non est ad conferendam Potèstatem electo; sed ad designandam Personam, cui a Domino Potestas ista conferatur, ut iam supra diximus, nuncque ad do nouissime scribẽtem Mathiam a Corona Leodiens. Carmelitam Calceatum Doctor. Sorbonicum *de Potest. infallibili Sedis Apostolicæ tract. 2. cap. 2. num. 2.* Potest ergo Romanus Pontifex formam futuris electionibus præscribere; Pontificatum autem auferre non potest.

86 Ad secundam ergo difficultatem in titulo propositam deueniendo, præmittendum duximus, dupliciter electionis Pontificum formam, quæ ab Ecclesia præscribi potest, Nos contemplati. I scilicèt ratione loci, vbi Electores congregari debeant ad electionem istam perficiendam, & ordinem ab ipsis obseruandum, tam in victu, vita, & moribus, quã in alijs communiter occurrentibus II. autẽ formam istam considerauimus obseruandam in ipso electionis actu: An videlicèt fieri debeat per scrutinium, compromissum, aut inspirationem, prout cõtinetur in cap. *Quia propter de election.* sumptum ex Concilio Generali Lateranensi sub Inocenc. III. *Anno 1215. celebrato.* De qua quidem forma nihil disquirere decreuimus: tum quia huc non conducit: tum etiam; quia nihil, de Romani Pontificis Electione disponit, quum ad alios Prælatos præcipuè attineat, Iul. Lanor. *d. tit. 4. cap. 7. toto.*

87 Relicto ergo secundo isto modo concipiendi formam electionis Romani Pontificis ad secundumquè Nos conferentes; sciendum est: Quod electio Romani Pontificis, ante Cõstantis institutionem, si Romæ fiebat, in Ecclesia Lateranensi, vel in Basilica Vaticana, aut alibi, vt offerebat occasio, celebrabatur; sin verò

ex-

extra Vrbem in Cathedrali eius Ciuitatis Templo, in quà tùnc commorabantur singulis diebus summo manè conueniebant Alphons. Chacon *in vita Gregor. X.* & ab eo Iacob. Cohell. *in Notitia Cardinalatus, cap. 16. privileg. 1. in fine.* Quum autem ex hac libera conueniendi facultate plurima exorirentur inconuenientia, commodius visum fuit accuratiorem Electioni Pontificum formã præscribere, & Cardinales Electores arctiùs cõstringere propter magna pericula, quæ ex diutina vacatione Sedis, & Cardinalium discordia oriebantur, sæpius enim Ecclesiam turbaverat. Itaque in Concilio Lugdunensi sub Greg. X. *Anno 1274. celebrato Can. 1.* confirmatum est cap. *Licèt, de Elect.* & introducta Conclavis forma, atque Electionis solemnia subtilissimè definita sunt. Prout omnia hæc continentur *in cap. Vbi periculum 3. de Elect. in 6.* desumptum à præallegato *Can. 1.* Quem quidẽ Canonem Hadrianus V. Genuẽsis de familia Flisca, Innocentij Nepos, Electus Summus Pontifex, anno 1276. revocavit, & usque ad Cœlestinum V. Electum anno 1294. observatus fuit modus præscriptus à Nicolao II. *In Can. in Nomine Domini 23. dist* cujus supra solemniter meminimus. Hic autẽ Cœlestinus creatus est Perusij iuxta prædictam formam cõtra præfatam Gregorij Constitutionem, ut refert Glos. *in d. cap. Vbi periculum. Verbo Concilium.* Sed Idẽ postea Cœlestinus, & Bonifatius VIII. qui fuit anno 1294. post annũ circiter 30. præfatam Lateranen. & Lugdunensis Cõciliorum formam revocauerunt, & confirmaverunt eãdem Constitutionem Gregorij, illamq; *lib. 6. Decretaliũ, tit. de Electione* collocarunt, *cap. 3.* Hincq; prædictã Constitutionem potius Cœlestini, & Bonifatij, quã Gregor. appellat Glos. *loc. cit.* Post eos que juxta prædictã Constitutionẽ fuerunt electi eorũ Successores Azor *Inst. Mor. par. 2. lib. 4. c. 2 q. 1. §. Duodecimũ.* Iul Lau. *d. ti. 4. c. 8. nu. 2.* At quia in pluribus Electionibus aliqua derogata sunt, iterũ confirmãdus fuit, & declarandus à Clemẽte V. in Concilio Vẽnensi. Vndè sumpta est Clementina, *Ne Romani de Elect.* Successores enim Gregorij X sensim recesserant ab observatione, & forma ab illo definita, ut cõstat ex notis doctissimi Onuphr. Panuinij *ad vitas Gregorij X. Ioan. XXI. & Clem. V.* quibus in locis formã creationis hodiernæ exponit, cui adjungẽdus est Ioan. Andr. *in d. c. Vbi periculum*, doctè illud interpretantẽ. Vndè necessariũ fuisse explicare, & limitare Gregorianã Constitutionem *in d.* Clem. *Ne Romani* rectè adnotãt Iul. Lau. *ti. 3. c. 1.* Iacob. Cohell. *in Notitia Cardinalatus, cap. 16. privil. 1. pag. 157.*

88 Et licèt antiquiorem esse Cõclavis vsum, plures Authores contendant apud Iul. Lav. *var. lucubr. t. 3. c. 1. n. 4.* Illud autẽ cũ clausura, & in strictiori forma, quæ hodie observatur à Gregorio institutũ esse omnes cõveniũt, Azor *Inst. Mor. p. 2. l. 4. c. 2. ver. Porro*, Lavor. *d. c. 3. num. 8.* causam Institutionis

assignantes, magnam Dilationem, quam Gregor. ipse expertus est in sui creatione; Nam mortuo Clemente IV. eius Prædecessore, & si Cardinales in Conclavi Viterbij congregarentur; nihilominus Electionis rationem adeò discorditer tractarunt, ut propè ad triennium Gregorij Electionem prorogaverint, addendus Lavor. ipse *tit.4.cap.7.num.29.*

89 Istius Conclavis usus post prædictos Canones, & Constitutiones semper observatus est, & varijs Summorum Pontificum Diplomatibus explicatus, & auctus, præcipuè à Clemen. VI. *Constit.5. tom.1. Bullar. Nouissim.* ubi plura statuit circa locum, Conclave, Conclavistas, eorum cibum, potum famulos, &c. Clemens VII. *in Bulla: Cum Charissimus 29. §. Ac per fælic. recordat. tom.1. Bullarij*, statuta circa Electionem Romanorum Pontificum ab Alexandro III. Gregor. X. & Clemẽte V. omninò servari jubet, & aliter factam, nullam, & irritam esse ex tùnc declarat. Iulius II. nullam declaravit Electionem per simoniam celebratam, ut constat ex eius *Bulla 3. tom.1. in Bullar. noviss.* Paulus IV. *Bulla 16. tom.1. Bullar. in principio dictæ Bullæ, §. Nonne illud*, Pictatia prohibet, id est, chartas præferentes petitiones obligatorias. Ioann. Bap. Scortia *in Bulla Pontif. epitom. 70. Theorem. 180.* á petendo, seu porrigendo nomen illud derivari, addens ex Glos. *in cap.2. 75. aist.* Pius IV. amplissimam edidit etiam Constitutionem, in qua plura ad Electionem istam attinentia disponit, quæ observari jubet sub pœna excõmunicationis latæ sententiæ, ut ex ipsa constat, quæ est, 63. *tom.2. Bullar. Nouissimi.* Quas omnes extensè ad litteram relatas adducit Iul. Lavor. *ad calcem Lucubration. post tit.4. de Election.*

90 Quamuis autẽ tot, tantæque Constitutiones à Sũmis Pontificibus memoratis emanassent circa Romani Põtificis Electionẽ, & Conclavis usum, adhùc tamen plura reformatione indigebant, quæ obviare desiderarunt Iulius III. Clemẽs VIII. Leo XI. & Paulus V. sed varijs rationibus, & causis, id nõ perfecerunt referẽte Iul. Lavor. *d. tit.4. cap.10. n.1.* subdens id omne reservatum fuisse Sanctissimis Gregor. XV. & Vrbano VIII. qui summa providentia rem perfectissimam reliquerunt.

91 Sanctissimus ergò, & vigilantissimus Pastor Vniversalis Gregor. XV. *in sua Constitutione incip. Æterni Patris Filius 13. Datta Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1621. die 15. Novembris Pontificatus sui anno 1.* quæ est in Bullario novissimo, *tom.3. pag.396. in edit. Lugdunen. 1655. qua utimur*, Electionem Romani Pontificis imposterum fieri prohibet aliter, quam in Conclavi, & eo clauso post celebratum in eo prima die Sacrosanctum Missæ solitum Sacrificium, & per vnam ex tribus ab eo designatis formis; Scrutiniũ scilicèt, Cõpromissum, & quasi inspiratione, quibus ad tanti negotij expedi-

tio-

tionem deveniri potest, aliquibus conditionibus adiectis, à quibus nullo pacto recedi potest. Sed omnia ad unguem servanda sunt. Pro quorum declaratione, & interpretatione aliam edidit Constitutionem Papa ipse *incipientem Decet Roman. Pontificem XIX. Datam Romæ apud S. Petrum, anno* 1622. (sic corrigendus *in præfato Bullario* 1621. reponente, quum notorius error, sit ex præcedentibus, & sequentib.) *Pontificatus sui, anno* 2. *in prædicto Bullar. tom.* 3. *pag.* 405. *quæ Cæremoniale* appellatur, & vtraque Constitutio confirmata est ab Vrbano VIII. *in sua Constitut. incipiente. Ad Romanum Pontificē, sub Data Romæ* 5. *Kalend. Februarij Pontificatus sui anno* 11. *& est tom.* 4. *Bullarij nouissimi, Const.* 45. *inter Bullas Vrbani.* Iuxta quas quidem Constitutiones omnes Summos Pontifices, qui post eas creati sunt (nempe Vrban. VIII. Inocen. X. Alexander. VII. Clemens IX. & Clemens X nunc fœliciter gubernans) electos esse, & Scriptores referunt, & oculati testes, & quidem exceptione majores nobis attestati sunt, quibus fides adhibenda est, tùm propter eorum magnam authoritatem, tùm, & quia hucusque non audiuimus aliud scriptum Ius isti contrarium ab aliquo ex Prædecessoribus Gregorij editum esse, vndè juxta latum ab eo Electiones celebrari legitimè præsumendum est.

92 Quam plurima circa praxim, & intelligentiam harū Constitutionem discutienda sese nobis offerebant. Ast quia ultra modum excresceret quæstio, Pensum istū alijs relinquimus, & aliqua videnda relinquimus apud Iul. Lauor. *Var. Lucubrat. tit.* 3. *toto, & tit.* 4. *c.* 10. Vbi luculentissimè Bullas Gregorij exponit, & Franc. Carriere *d. art.* 28. *q.* 8. *pag.* 1114. Vbi praxim hodiernam eligendi Summum Pontificem juxta prædictas Constitutiones exponit. Apud eos ergò illa videnda remittimus, huc usque dicta circa Activam Romani Pontificis Electionem addidisse contenti, concludentes temeratium esse, & censura dignum asserere alijs, quam S. R. E. Cardinalibus nùnc competere posse Activam Summi Pontificis Electionem de jure, & de facto, prout perperam affirmat Sotus *de Iust. & jur. libr.* 3. *q.* 6. *art.* 1. *ad* 4. *argument.* Vbi non de jure, sed de facto Actiuam istam Electionem DD. Cardinalibus translatam affirmat. In quem ex ipsa Prædicatorum graui, & docta Familia, insurgit Salon. 2. 2. *q.* 63. *art.* 2. *controu.* 2. Et ex eo Diana *part.* 5. *tract.* 2. *res.* 63. *vers. Sed meritò.* Addens opinionem istam correctione indigere.

## §. II.

### An Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus priuatiuè competat Passiua Summi Pontificis Electio: An verò omnibus Christi fidelibus communis esse possit?

93 DIfficultatem istã, licèt magni ponderis esse nõ dubitemus, facilius præcedenti resolui posse perspicuum est. Vnde licèt diuagandi occasionem haberemus, quum tamen in rebus ex professo ab alijs per tractatis circumcingi cupiamus, breuiter Nos ab ea expediemus, aliquibus Conclusionibus illam perspicuam reddere curantes, quarum sit.

94 I. ex decentia, & congruentiæ ratione Passiua Romani Põtificis Electio amplissimo Eminentissimorum DD. Cardinalium Cœtui, & venerando Collegio priuatiuè competit, etiam si alibi Digniores Viri reperiantur. I. Cõclusionis partem probamus. I. ex Can. *Oportebat, cum seqq.* 79. *dist.* Quamvis enim cautum in eo legamus, ut Nullus umquam Laicorum præsumat, nisi per distinctos gradus ascendens, Diaconus, aut Presbyter Cardinalis factus fuerit, ad Sacrũ Pontificatus Ordinẽ promoueri; adhùc tamen Textum istũ Conclusionem nostram probare asserimus; in eo namque non præceptũ, sed congruentiæ rationẽ, aut consiliũ contineri expressè monet Præpositus *in præallegato Textu*, ubi etiã D. Rod. ab Acuña *ibid. nu.* 1. *circa finem.* Fragoso *de Regimine Reip. Christianæ, p. 2. lib.* 1. *disp.* 1. *§.* 5. *vers. Pars affirmans.* II. autem eamdem Conclusionem probamus ipsa congruẽtiæ ratione perpensa. I. nam Cardinales aptiores sunt Põtificatui Summo ob majorem cognitionem, quam habent de rebus Ecclesiæ, majorẽ informationem, magis cõsuetam jurisdictionem, & pleniorem de fidelibus recordationem, ut docet Augustin. Triumph *de Potest. Ecclesiæ, tit. de Electione Papæ, q.* 3. *art.* 6. II. Quia ad Sacrum hùnc Pileum non nisi Viri, morum, & vitæ integritate, atque Doctrinæ splendore clarissimi ex summa Ecclesiæ Dei Pastorum Prouidentia, & Cura, euehuntur, coöptantur, & adscisciuntur, ut nuper *præcedenti*, *§.* diximus, nuncque addimus Iul. Lanor. *var. Lucubrat. tom.* 1. *tit.* 4. *cap* 12. *num.* 9.

95 II. autem pars suadens primam Conclusionis partem procedere, licèt extra Collegium dignior aliquis sit, probant Gondisalvus *de Potestat.*

*Ec-*

*Ecclesiæ, numer.* 31. Manfredo *de Cardinal. decis.* 299. adducti à Lauor. *dict. cap.* 12. *num.* 9. cui addimus Suarez *de fide, disp.* 10. *sect.* 5. *num.* 19. Villalou. Bursatt. Isidor. Moscon. & Barbosa adductos a Diana *part.* 5. *tract.* 2. *resol.* 63. *vers. Sed merito*; vbi neruosè contra Sotum *l. c.* opinionem istam defendit propter congruentiæ rationes à nobis adductas, Fragoso *dict. §.* 5. *numer.* 51. *vers. Pars affirmans*, ex quibus.

95 Aliam à nobis excogitatam addimus rationem, efficacissimè nisi fallimur partem istam suadentem. Major idoneitas dupliciter considerari potest. I. secundum se, & simpliciter, quia nimirum aliquis sanctior, vel doctior alio est. II. in ordine ad Bonum commune, cui minus Sanctus, & minus doctus aptior doctiore, & sanctiore erit, ex eo videlicèt, quod industrior Dignitati erit, aut potentior ad defendenda Iura Ecclesiæ, aut quia notissimis aliquibus animi dotibus præditus est; ob quas probabiliter sperare Electores possint, gratiorem subditis affore, tumque in vtroque foro æque dignum considerandum eũ qui dignus est secũdum se, & simpliciter, ac Dignum in ordine ad bonum, vt rectè docet Ioan. Val. *in differen. vtriusq. Fori verb. Electio, num.* 1. *vers. Sed aduerte*, allegans S. Thom. S. Antonin. & Nicolaum de Lyra, cui Nonnullos addit Manrique Ferro *in quæst. & obseruat. ad eumdem, q.* 48. *nu.* 3. *& seqq.* vbi plura Dianæ loca allegat, *& se ipsum de Præcedentijs, q.* 25. Concluditque Valer. ipsę Dignioremillum existimandum esse, qui excusis omnibus conditionibus melior est ad tale officium ad honorem Dei, & Ecclesiæ vtilitatẽ juxta Eligẽtis judicium, quod optimam esse regulam pro securitate conscientiæ subdit. Quamque electoribus injunxisse Greg. XV. in juramento ab eis præstãdo pro Digniore Summo Pontifice eligendo, comperimus ex præallegata Bulla *Æterni, §.* 5. ibi: *Testor Christum D. qui Me judicaturus est; Me eligere quem secundum Deum judico eligi debere, &c.* Hanc ipsam tuentur Doctrinam S. Thom. Couar. Azor. Less. Sylvest. Guttier. Arago. & alij laudati ab Elig. Bassæo *in Summa verbo Electio, nu.* 9. *vers. Quis autem Dignior. tom.* 1. *pag* 317. *col.* 2. *in edit. Antuer.* 1647. *qua utimur.* Quibus omnibus addo Rot. Roman. *apud Burat. dec.* 635. *n.* 6. ibi: *Ita ut dignior simpliciter non dicatur, nec veniat præferendus is, qui esset doctior, vel sanctior, sed qui juxta munus, cui præficiendus est aptior illius ministerio appareat, ut ex pluribus tenuit Rota in d. Rauennatens. coram Arigonio, & in dicta Nullius Parrochialis coram Sanctissimo, cum alijs in eadem Barcinonens. coram Me, & Pampilonens. Beneficij de los Arcos, 9. Decembris* 1619. *coram R. P. D. meo Vbaldo, &c.*

96 Ex quibus sic solidè firmatis hoc efformamus argumentum: Major idoneitas attenditur respectu qualitatum Dignitatis, ad quam Electio fieri debet, quam ab Electorum

judicio pẽdere præ allegatæ Cõstitutiones disponunt, & communis opinio suadet teste Ioan. Francisco Ferentillo *in Add. ad Burat. dict. decis. 635. litt. A. nu.* 10. *&* 11. Ad Summum autem Pontificatũ Digniores reputari possunt DD. Cardinales in Conclaui residentes ob præ allegatas rationes, & quia nulla mora interposita Clavum Gubernationis suscipere potest, ergò, & præferri alijs poterunt.

97 II. Conclusio: Electio cuiuslibèt in Sacris Ordinibus constituti in Summum Pontificem valida est de rigore Iuris, & in facto pluries substituit. I. Conclusionis partem probant mox referendi DD. tùm ex Can. *in Nomine Domini, 23. dist.* in quo si in Romana Ecclesia non inueniatur Persona idonea (quum enim optimus ad Summam Sedem evehi debeat) non videtur conueniens, ut talis passiua electio ad paucorum cœtum omninò coërceatur. Sot. *de Iust. & Iur. lib. 3. quæst. 6. art. 2. ad 5.* quem sequitur Azor. *Instit. Moral. part. 2. l. 4. cap. 2. quæst. 1. §. Porro, vers. Quarto, & cap. 5. q. 7. vers. Cæterum, in fin.* Sylvest. *in Summa, verbo Electio 2. & 3. num. 3.* Mandos. *Regul. 13. q. 8. num. 23.* Turrecrema. *in dict. Canon. In Nomine Domini, q. 3. &* 13. Augustt. Triumph. *de Elect. Papæ, q. 3. art. 6.* Iul. Lavor. *dict. tit. 4. cap. 12. num.* 8. cui addo Suarez, & alios apud Dianam *dict. q. 63. vers. Sed si aliquis,* Augustt. Barbos. *de Iur. Eccles. Vniuers. lib. 1. cap. 1. num. 58. & 77.* II. Autem probant eamdem partem jidem Autores, *ex cap. Licèt, 6. de Elect.* vbi statuitur nullam exceptionem opponi posse contra Eum, qui fuerit à duobus Cardinalium Partibus cõcordibus, electus, præter Hæresim, aut aliam exceptionem, quæ in Iure Diuino consisteret, vt docent communiter Glos. & Canonistæ *in dict. cap. Licèt, de Elect.* Iul. Lauor. *dict. tit. 4. cap. 6. à num. 34. & cap. 12. num.* 8.

98 Secunda autem Conclusionis pars notissima est, ex Historijs; passim namque in eis legimus Eugenium III. ex simplici Abbate Summum Pontificem electum, Plato *de Bono stat. Relig. lib. 2. cap.* 28. Gregor. X. ex Archidiacono Leodicens. in Eremo in Christi obsequio trans Mare in Syria ad Ptolemaydem commorantẽ, Illescas *Hist. Pontific. lib. 5. cap.* 40. Fragos. *dict. §. 5. num.* 51. Cœlestinum verò V. quum nec esset in Sacris, ad Summum Pontificatum evectos esse, Platina, & Panuin. in eorum Vitis Iul. Lauor. & Barb. *locis citat.* referunt.

99 III. Quilibèt Homo Christianus nulla Hæresi labe infectus capax est, vt eligatur in Summum Pontificem. Prima Conclusionis pars supponens Hæresim excludere capacitatem satis liquet exadductis *Conclusione præcedenti*, vbi probauimus; solam Hæresis exceptionem admitti ad infirmãdam Summi Pontificis electionem. II. autem pars probatur, tàm exemplo Cœlestini V. nuper adducto, quàm ex Cæremoniali Romanæ Ecclesiæ, vbi forma præscribitur ordinandi eum, qui ex

Lai-

Laico ad Summum Pontificatum assumptus fuerit, quam etiam *ex cap.Licèt*, vbi prohibetur quælibet exceptio contra electum duarum partium Cardinalium suffragijs Iul.Lauor *dict.cap.12.num.10* Cui addo Boeth.Epou.*de Regal.libr.1. num.208.pag.137.* Glos.*in Can.siquis pecunia,79.dist.verbo non Apostolicus*, Decius *in cap.Licèt, num.9. de Elect.* Augus.Barbos.*dict.cap. 1.num.78.* vbi docet, quod Laicus electus Pontifex, interim dum ordinatur, Mithra nihilominus ornatus ad omnes Ecclesiasticos Ordines promouetur. Et quod licèt Summus Pontificatus sit Beneficium Ecclesiasticum, *cap.1.de Maledicis cum alijs ab eo ibidem ad notatis in collect.numer.3. & de iure vniuerso, l.3.cap.3.1 vers. Secularia Beneficia*; non tamen inconuenit dari Laico intra congruum tempus promouendo; quem tunc ea tantum habiturum, quæ sunt iurisdictionis, non autem, quæ sunt Ordinis, probat Ant.de Ros.*de Potest. Imper. & Papæ*, addendus est Fragoso *de Regimine Christianæ Reip.part.2.lib.1.disp.1 §.5. nu.54.* optimè Cõclusionem istam exornans.

100 Ampliatur communiter Conclusio hæc, ut procedat etiam si Laicus in Pontificem Electus Vxoratus sit, Barbos. *de Iur.Vniuerso, dict.lib.1.cap.1.num.58. & num.79.* quod præcipuè intelligẽdũ monet, si Vxore sciente electio fiat; tunc enim cogi poterit, ut conuertatur, prout argum. Text. *in Can. Qui Vxorem 35. q.5.* resolvunt Archidiacon. *in dict. Can. Siquis pecunia, 79. dist.* Machado *in in Summa, tom.2.lib.4. part.7.tract. 4.docum.2.num.3.* Bonacin. *in tract. de Elect.Pontific. disp.1.q.2. in principio, num.4.* Barbos.*dict.cap.1. num. 79.* Si autem absque Vxoris licentia Vir ad Summum Pontificatum eueheretur, poterit ab ipsa reuocari, ut ei debitum reddat, quod quum Iustitiæ sit, non potuit per Summum Põtificatum lædi, quãtumuis bona fide ad sumptus fuerit, eo quod Vxor mortua credetur. Abb.Sylvest.Albert.Trotius, Simon Majol. Didac. Perez, Flamin.Parisius, Ioan Azor, & Thomas Sanchez, adducti à Barbosa *dict. cap. 1. num.80.* cui addendus est Fragos *citato §.5.num. 54.* Iul. Lavor. *dict. tit.4. cap 12.n.11.* addentes adhùc in Papatu persistere posse, & Debitum reddere, quia non repugnat substantiæ Papatus, aut Clericatus conjugalis copula. Quod aliquibus comprobat exemplis, & doctrina Abbatis *in cap.Licèt, de Elect. nu.5.* Fragos. *dict.§.5.num.54. vers. Nihilominus non est.*

101 IV. Conclusio: Fœmina nequit eligi Summus Pontifex, & si de facto eligatur electio est omninò nulla, & irrita, Barbosa *dict.cap.1.num.81.* Iul. Lavor. *dict. cap. 12. num.14.* duabus concisis, efficacibus tamen comprobans rationibus. I. numquam à Domino commissas esse Fœminis Claues Regni Cœlorum, *cap.in Nouo, de Pœnit. & Remiss.* & pro hac ratione corroboranda hùc reducenda sunt copiosè à Nobis tradita *hoc eodem Fundamento, q.7.§.14. toto.*

*toto.* II. Quia scandalum inferri posset Ecclesiæ ob sexus fragilitatem.

102 Hinc jam excludenda, atque à Catholicis auribus eliminanda fabula illa ab Heterodoxis conficta de Ioanne Papissa, cuius figmentum ostendere hic susciperemus, ni pro priorem Sedem haberet, *tom.2. tract. 3. q.22. §.8.* dum tamen ille prælo mandatur videndam, huius Fabellæ impugnationem remittimus apud Iul. Lavor. *c ap.12. num.15.* Barbosam *dict.cap.1.num.82.* & ptæ omnibus nouissimè Mathiam à Corona, Carmelitam Calceatum, Leodicens. Doctorem Sorbonicum *de Sanctitate Ecclesiæ Romanæ, tom.2. cap.23.* vbi latissimè demonstrat non Historiam, sed fabulosam Narrationem Ecclesiæ injuriosam hanc esse, ac proinde omninò ablegandam, & obliuioni tradendam à Catholicis.

## §. III.

## Principale Quæstionis Assumptum concludens.

103 Licèt à principio resolutam mansisse, atque omninò ostensam propositam in titulo vtriusque Potestatis differentiam; quia tamen claritatem amamus, breuiter eã hic assignare decreuimus ex hucusque dictis.

104 Differunt ergò ambæ istę Potestates in eo quod Ecclesia, neque acquiri, neque continuari potest, nisi legitima, & Canonica Electione, qua mediante conseruata est in S.R.E. usque ad præsentem Diem Suprema Ecclesiastica Potestas à Christo D. Petro, & Successoribus eius communicata. Hancque Successionem validius, & efficacius esse argumentum ad probandam, & demonstrandam nostræ Fidei, & Ecclesiæ infallibilitatem, & veritatem, atque Romanum Pontificem esse legitimum Petri Successorem, penes quem residet Suprema Potestas à Christo D. Ecclesiæ suo Sanguine prètioso fundatæ, & institutæ in Petro, quem Ecclesiæ illius Supremum constituit Caput Pastorem, Doctorem, & Monarcham, docent SS. PP. tàm Græci, quàm Latini, Concilia, & Historiæ latissimè congesta à Mathia Corona *de Potestate Infallibili Sedis Apostolicæ, tract.1. cap.9. toto.* Et licèt in hanc differentiam in surgant Heterodoxi eam omninò negantes, friuolumque, ludicrum, & euanidum esse Successionis signum blaterãtes, Luther. Philip. Melanthon. Henric. Bullinger. Georg. Dauid. Ioan. Kaluin. Bernardin. Ochin. & Theodosi. Schimberg. relati à Iodoco Coccio *in Thesaur. Catholic. tom.1. lib.8. art.1. pag. mihi* 893.

105 Ast eorum nugæ, seu deliria potius dolenda, quam æstimanda veniunt, utpotè machinata contra firmiora Ecclesię fundamen-

menta ; Sacram nimirum Paginam, & tàm Græcę, quàm Latinæ Ecclesiæ Patres plena congestos manu à Iodoc. Cocc. *dict. lib.* 8. *art.* 1. *à pag.* 884. *ad pag.* 995. & à Mathia Corona *dict. cap.* 9. *per* 26. §§. apud quos omnes asserere conspirant à continuatione hac irrefragabile sumi argumentum. Nosq; latius alio differemus fundamento, interimque videndum omninò remittimus Domin. Grauina *de Cathol. Præscript. tom.* 3. *part.* 2. *controu.* 4. *art.* 5. *per tot. pag. mihi* 202. *per plures seqq.* nouissimèque Isidor. Daluz. *in Concert. Vniuers. de Eccles. cap.* 8. *Veritate* 4. *tota pag. mihi* 161. *& plures sequent.*

106 Potestas verò Sæcularis in perfectiori conseruata gradu (qualis est Monarchicha) regulariter successione continuatur. Aristot. *lib.* 2. *Polit. cap.* 9. *& lib.* 3. *cap* 11. Salçedo. *dict. num.* 8. *circa finem*, cui addo Iul. Lavor. *Variar. Lucubrat. tit.* 4. *de Elect. Canonic. cap.* 1. *num.* 2. *& cap.* 3. *nu.* 14. Idque iure Gentium; apud omnes namque Gentes, Vniuersasquè ferè Nationes Primogenitus Regis Patri in Regno succedit, Couarr. *Pract. Q. Q. cap.* 1. *num.* 4. Molin. *de Primogen. lib.* 1. *cap.* 2. *nu.* 3. Nauarr. *cons.* 1. *num.* 7. *de Sponsal. lib.* 1. Anton Gabr. *Commun. Opin. tom.* 3. vbi alios allegat Henric. *de Sacrific. Missæ, cap.* 1. §. 1. *litter. T. & de Roman. Pontif. Claue, lib.* 4. *cap.* 1. §. 2. *litter. K.* Christophor. Besold. *in Synopsi Polit. par.* 1. *lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 26. fusissimè Hening. Arnisæ. *de Doctrina Ciuil. lib.* 1. *cap.* 9. *pag.* 279. *cum aliquot seqq. & de Repub. lib.* 2. *cap.* 2. *sect.* 12. *num.* 57. *& seqq. l.* 2. *vers. E per ende, tit.* 15. *part.* 2. quibus ad stipulatur *l. fin ff. de fid. instr. l.* 1. *ff. de Senator. cap.* 1. *de eo, qui sibi, vel Hæredibus suis, tit.* 17. *lib.* 2. *Feudor.* ex quibus latè probant Ribera *de Succes. Portugall num.* 638. *& sequentib.* ubi Tapia *in eius Aad.* Castillo *lib.* 3. *controu. cap.* 19. *num.* 551. *& lib.* 6. *cap.* 130. *num.* 7. Aguirre *de Succes. Portugal. part.* 2. *numer.* 277. Mar. Giurb. *de Succes. feudal.* §. 2. *Glos.* 10. *num.* 50. *vers. Quartus.* Vel deficiente Iure hoc Primogenituræ, licèt electivum sit Regnũ, adhuc hæreditarie succeditur multoties; Plerumque etenim in omni fere electiuo Regno filij, proximorumque defuncti Agnatorũ non exigua solet haberi ratio, ut ratiocinatur Besold. *d. cap.* 5. *num.* 11. aliquibus latè comprobans exemplis, ipsique Reges, & Imperatores sæpius etiam sibi successores elegerũt, sic Carol. Mag. Ludouicũ Pium coronauit. Quod institutum posteros etiam obseruasse Reges, refert Carol. Sigon. *de Regno Italiæ, libr.* 4. *Histor. Carol. Magni.* Nosterque inuictissimus Imperator Carolus V. Imperio, & Regnis Hispaniæ successores elegit, & quidem legitimo jure, ut probat Anton. de Padilla *in l. Vnũ ex familia, in princip. numer.* 10. *ff. de legat.* 2.

107 Ex quibus luculenter demonstratam arbitramur differentiam hanc inter vtramque Potestatem ratione Continuationis, & Successionis.

Quæs-

## QVÆSTIO IX.

### An, & quomodo, tàm Ecclesiastica, quàm Sæcularis Potestas Vnctione differat Sacra? Ecquid hæc in utraque sit?

1 HAs Potestates Vnctione Sacra differre mox in quæstionis vestibulo, probamus ex elegãtissimo Textu *in cap. vnic. §. Vnde in veteri de Sacr. Vnct.* ibi: *Refert autem inter Pontificis, & Principis Vnctionem, quia caput Pontificis Chrismate consecretur, brachium verò Principis, oleo delinitur, ut ostendatur quanta sit differentia inter Authoritatem Pontificis, & Principis Potestatem, &c.* Ast quum in animo Nobis, sit quæstionem radicitus examinare, quia eius discussionem magni momenti Tractatui nostro affore censemus, ut ex mox dicendis liquido constabit, ideò hac generali differentia contenti esse noluimus, sed minutatim eam pro modulo nostro expendere decreuimus.

## §. I.

### Quodnam Spirituale Ius Sæculares Principes ab Vnctione Sacra sibi competere affectent, & quam præiudicialis Ecclesiasticæ Potestati eorum præsumptio sit?

2 QVum Abyssus semper Abyssum inuocèt, noviſsimusque error peior priori, ut in plurimum sit: Omnes Sæculares Principes, qui à debita Sanctæ Sedi reuerentia, & obedientia defecere, ut absonantiam hanc vitent, in aliam incidunt diformiorem, sibi scilicèt ex Sacra Vnctione competere in Regnis suis, vniuersam Potestatem, nedum Sæcularem, & Politicam, sed Ecclesiasticã quoque illamque Supremam in omnes Personas, & res Ecclesiasticas, imò, & Pontificatum Summum sibi adrogant, ut Hæresis febri delirans Iacobus Anglorum Rex, probare nequicquam nititur, Virus hoc euomens alieno libro, proprio subscriptum nomine, in quem pie insurrexit P. Francis. Suar. *in illo eximio Defensorio Fidei aduersus Regis errores conscripto*, & Petr. Hurtad. de Mendoça *in 2. 2. S. Thom. vol. 2. disp. 34. tota, à pag.* 321. Martin. Becan. *tom. 3. Opuscul. in libello de Primatu Regis Angliæ, opusculo 6.* Multisque retrò annis idem defendere alij tenta-

uerant Heterodoxi, in quos scripsit Cardin. Bertrand. *in tract. de Orig. Iurisdiction. q. 4. tom. 4. Bibliotech.*

3 Nec solum tangit pernitiosissimos Ecclesiæ hostes vana ist hæc opinatio; sed alios etiam sub vexillo Crucis militantes ea fefellit, quam amore Patriæ victi, & ab aliquibus ducti, seu potius seducti Scriptoribus quam plures Recentiores Galli, & mordicus defendunt, & satis lubrici ex hac Vnctione redduntur; affirmant siquidem Regẽ suum ex hac Vnctione, Sacrum, Spiritualemque reddi, ejusque Regiam Potestatem Supremæ Pontifitiæ coæquari in Spiritualibus, nã ei Vnctione simillimum esse prædicant, ut ex eorum testimonijs apertè constabit.

4 Hubertus Morus Theolog. Parisiens. & Remensis Ecclesiastes *in Opere de Sacra Vnctione Clem. VIII. dicato, excuso Parisijs, Anno 1593. cum privilegio, lib. 2. cap. 7.* sic Regiam Vnctionem Francicam ex tollit: *Omnes in primis vtriusque Iuris Interpretes, qui de Iuribus, & privilegijs Regum Francorum scripserunt, eos omnibus nedum Christianos Regibus; Verum etiam Ecclesiasticis Antistibus, ut Episcopis, Archiepiscopis, Primatibus, & Cardinalibus præferunt, potissimum ob istam causam, quod Cœlesti Chrismate soli inter Mortales ungantur, &c.* Ex quà quidem causà, etiam Romano Pontifici Eum præferri posse constat, quia Papa non Cœlesti, sed terreno ungitur Chrismate, & Ei illum non prætulisse miratur Ioan. Iacob. Chiflet. *in Præfat. ad novam disquisit. de Ampulla Remensi.*

5 Propter eamdem Vnctionem fœminas esse Franciæ Regni incapaces, quia Chrismate illo cœlitus emisso, quo Sacri, Spiritualesque Inuncti efficiũtur, vngi non possint, docet Michael Maucler. Doctor Sorbonicus *de Eccles. Monarch. tom. 2. p. 3. lib. 7. cap. 7. col. 1549. litt. B. & col. 1553.* subdens: *Hic observatione dignissimum silentio præterire non oportet, nempè non sine Providentia Divinã Francorum Reges in capite, & manibus ungi, ut inde super omnes Mundi Reges, Eorum Dignitas, & Excellentia dignoscatur; Capitis quippè Vnctio solis Põtificibus, & Episcopis; Manuum verò solis Presbyteris congruit, &c.*

6 Daniel Priezacus Author Vinditiarum Gallicarum, teste Ioan. Iacob. Chiflet *in Pareg. de Vnctione Regum contra Iacob. Alexandr. Tenneur. pag. 108. post novam Disquisition. de Ampulla Rhemensi, tit. 2. pag. mihi 39. in edit. 1638.* hac animositate loquitur: *Ita Reges Christianissimi, vi, ac Potestate suæ Vnctionis, præcelsius aliquid, Divinæque Mentis proprius præ se ferentes, in Sacros Homines euadunt: & quandam Sacerdotalem Dignitatem cum Regia Maiestate conjungunt; nam, & ad otiosas, & vacantes Ecclesiæ Præfecturas, eximio Nominandi jure nituntur; & Sacerdotia elargiuntur, &c.* Infetiusque: *Idque profecto pellucens quædam commissura est, alteque adhùc impressum Divisi à Regno Sacerdotij vestigium: quum nimirum olim Litui Sceptris, Thiaræ, Diademati, Hyeraticæ, Stolæ, Trabeis comis-*

ce-

cerentur, essetque.

*Rex Anius, Rex Idem Hominum, Phœbique Sacerdos.*

Nec Humanis, quantūvis Sacratio ribus, cōtenti, Divina quoq; Attributa, ex hac Vnctione Francorum Regi cōpetere, pari audacia Vindiciarius iste affirmat, dicens: Verba *Psalmi 44. vers. 8. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem; propterea vnxit te Deus, oleo lætitiæ præconsortibus tuis*, in sensu Profetico intelligenda esse de Francorum Rege, cui Primatum istum inter Omnes Catholicos Reges deberi ratione Sacræ istæ Vnctionis enixe contendit, ante Eum Matthæus Paris. & ab Eo Anton. Dadinus Alteserra *in Decretal. Innocenc. III. lib. 1. tit. 15. cap. Vnic. §. Vndè in veteri, pag.* 141. ibi: *Singulare est, quod Rex Frãcorum inungitur Cœlesti Oleo. Ob Cœlestem Vnctionem Regem Regũ nuncupat Matth. Paris. in Henrico III. ad annum* 1254. *Dominus Rex Frãcorum, qui terrestrium Rex Regum est, tum propter eius Cœlestem Inunctionem cum propter sui Potestatem, & Militiæ Eminentiam.* Moventur Authores Galli ad Interpretationem istam, Psalmi 44. titulo, quo in S. Hieronymi versione superscriptus Psalmus ille reperitur; ait enim: *Pro lilijs*; lilia enim pro Frãciæ Rege accipi, latè probant Authores Omnes Gallici, & præcipuè Author ille vindiciarum.

8 Attamen minus caute in hac interpretatione se se exhibuisse DD. Gallos ostendit Arbiter inter Martem Francic. & Vindicias Gallicas, *cap. 8. num. 159.* ibi: *Casi estuve por venir en esta interpretacion, quando lei el titulo de el Psalmo, que sin duda quadra mucho à los Franceses; porque dize assi: Pro ijs, qui commutabuntur. Por los que se mudan. Y en lugar destas palabras de nuestro vulgato, lee S. Geronimo pro lilijs; de suerte, que siguiendo el sentido de S. Basilio (in Psalm. 44. ad tit.) lo mismo serà dezir: Por los lilios, que por los que se mudan, ò por los mudables: porque esta flor es simbolo de la mudança. Nos enim præter omnes creaturas rationis participes (dize S. Basilio) maximè alterationibus, ac mutationibus, singulis fere horis obnoxij sumus. Y luego: Quare vnus aliquis interpretum pulchrè, & aptissimè mihi videtur sententiam Scripturæ eandem, sive sensum alijs verbis expressisse; nam pro eo, quod est: Pro his, qui immutabuntur dixit: Pro lilijs, florem videlicèt, præter omnes alios, cito prætereuntem. Y en sentido de las vindicias, lo mismo serà dezir: Pro lilijs; esto es: Por los Franceses; que dezir: Pro his qui commutantur: Por los que se mudan. Que Franceses, y Mudanças, si no son sinomos, son convertibles. Pero dexo esta interpretacion para Polibio (lib. 2. Histor.) y para los demàs, que observan este vicio en esta Nacion. Y o apũto el vicio de las vindicias, que por sus propias manos dà lugar de la Escriptura, que cõfirme este descredito: y lo peor es, que dize, que es Profecia literal. Singular honor para la Nacion Francesa, el que le conquistaron las vindicias!* Statius *lib. 6.*

*Hunc prius Alcides, Pelopi certauit honorem.*

*Pero yo no vengo en esta interpretation, ni puedo; porque la verdad cera,*

*y comun de la Igleſia, y que tambien la reconoce el Vindiciario, es, que eſte lugar habla à la letra de la Encarnacion de el Hijo de Dios, y es un Epitalamio de aquellas Bodas Celeſtiales, &c.* Relataque opinione Nicolai de Lyra, Arias Montani, & Aliorum Hebraizantium, qui exiſtimant Pſalmum iſtum in ſecundo, & minus præcipuo ſenſu, Dauidis, & Regum Salomonis Nuptijs accomodari poſſe; Omnes tamen fatentur cuncta Pſalmi verba in eorum primo, & rigoroſo ſenſu Chriſto tantùm Domino adaptari poſſe; Nullus enim ſenſus litteralis propriè dicetur, cui omnia textus verba non conueniunt, licèt aliqua facillimè adaptentur.

10 Hinc plura rectè infert Author ille, *loc. cit. num.* 162. I. Quod licèt Papa aliquando uſus fuerit aliquibus præallegati Pſalmi verbis Regibus Galliæ, & præcipuè Carolo Calvo ſcribens; hoc non fuit aſſerere Pſalmum iſtum intelligendum eſſe de Francica Vnctione, ſed verba aliqua Textus illius accomodaſſe Epiſtolæ, quàm Regi ſcribebat, non autem omnia, neque Ordini ipſo litteræ obſeruato, quod frequentiſsimum Sanctis Patribus eſt, quin ex hoc arguere hucuſque præſumpſerit aliquis, nouam aliquam authoritatem rei, cui accomodantur conferri.

11 II. autem idem Author infert: Quod gratis admiſſo Textum iſtum de Regum Francorum Vnctione intelligi poſſe, adhùc tamen ex illo Nullum Primatum Regibus iſtis competere poſſe; aliud enim eſt Gratiam, & Virtutem ad gubernandum accipere; aliud autem Dominium, & Poteſtatem. I. additur Chriſtianiſsimis Regibus propter Vnctionem. II. autem vndè infertur? quum ex ipſa littera Textus de illa; non autem de iſto loqui perſpicuum ſit, ut ex Paraphraſtica Lorini explicatione deſumpta à S. Auguſtino, Baſilio, & alijs Patribus probat Author ipſe, *loc. cit. numer.* 163. *fol.* 40. *pag.* 2.

12 Deuiatiſque aliquibus, quæ in explicationem iſtam Authores Galli obijcere poſſunt, & luculentiſsimè probato: Textum iſtum de Chriſto Domino hypoſtaticè vnito Humanitati, ad litteram intelligendum eſſe, ſubdit: *Aora pues ſe conocerà el error de las Vindicias, en penſar, que aquel lugar prueba, que les dà la Vncion à los Reyes, Poteſtad, y Excelentia ſobre otros Reyes; porque no ſe la dà, ni aun ſobre los Subditos: y quien ſe la dà, es la Succeſsion, que precede à la Vncion. Y ſi toma la Vncion por lo que es Succeſsion, entonces le dà el poder ſobre ſus Vaſallos ſolamente: en conſideracion, de que auerle Dios hecho Rey à Luis XIII. no fue derecho perſonal eſſencial, mirandole ſegun la deſnuda Naturaleza Humana*

*que tenia ſino Gracia , y Predeſtinacion Diuina , que le hizo Hijo de Reyes , por cuya herencia pudieſſe èl ſerlo , entreſacando aquella Naturaleza de Luis , y diferenciandola de tantas otras , que pudiera auer preordinado para la miſma Corona.* Hucuſque Author ille, cujus verba non grauatus ſum exſcribere ; quia ſatis lepide, nec minus ingenioſe Vindiciarum Petulantiam retundit. Addenduſque eſt Iane-Gefius , *Aduerſus Vindicias Gallic. Velitat. 2. pagin.* 12. Hiſque obiter animaduerſis adiuerticulo redeuntes.

13 Ex præallegatis Gallorum Aſſertionibus aliquæ inferuntur Conſequentiæ Sacro-Supremæ Poteſtati omninò exitiales. Duas tantùm indicabo , alijs parui penſis , quæ tractatui Noſtro non conducunt : quæque ex illis facilimè deduci , atque etiam confundi poſſunt , ut judicamus.

14 I. Ergò Conſequentia eſt : Ergò Chriſtianiſſimi, & Sereniſſimi Francorum Reges, Vnctione ſua, Supremam recipiunt Eccleſiaſticam Poteſtatem, atque Pontifices efficiuntur. Quæ quidem clarè elicitur ex Authoribus nuper relatis affirmantibus : Regem ſuum Chriſmate inungi , & quidem in capite. Sed Vnctio hæc ratione Materiæ, & partis corporis propria , & priuatiua eſt Pontificum , per Eamque Eccleſiaſtica Poteſtas à Sæculari diſcernitur , ut ex Innocent. III. *in dict. capit. vnic. §. Vndè in Veteri de Sacra Vnction.* mox à principio quæſtionis didicimus , ergò,&c.

15 Hæc eadem conſequentia comprobatur vlterius: Potentiſſimi iſti Reges Francorum , juxta præcitatos DD. Iure proprio , ratione Sacræ Vnctionis , Domini ſunt Præbendarum, & Dignitatum Eccleſiaſticarum Vacantium in Regno ſuo. Sed hoc Supremam redolet Eccleſiaſticam Poteſtatem; ſoli enim Papæ hæc maxima competit Prærogatiua , & non quidem abſolutè juxta Nonnullorum ſententiam. Diana *part. 2. tract. 3. Miſcell. reſolut.* 14. Thomas del Bene *de Immunit. tom. 1. cap. 1. dubit. 2. ſect. 3. numer.* 4 Ergò ſi ratione Sacræ Vnctionis Francorum Regi hæc ipſa competit authoritas , eſt in Regno ſuo Summus Pontifex.

16 Vlteriuſque corroboratur eadem conſequentia , attentis Huberti Mori verbis, qui cunctis Antiſtibus , & S. R. E. Cardinalibus Regem ſuum præfert , quod niſi Suprema pollens Poteſtate verificari nequit ; Prælati namque illi omnibus debent Mundi præferri Dynaſtis , nulluſque Mortalium , præter Vnum

Ro-

Romanum Pontificem eis antefertur Clemens *lib. 2. Apoſtolic. Conſtit. cap. 11.* Vbi de Epiſcopis loquens ait : *Tanquam Diuinum exemplar repræſentans, præſidendo omnibus Hominibus, Sacerdotibus, Regibus, Magiſtratibus, Parentibus, Filijs, & pariter cunctis ſubiectis, &c.* Ergò ſi Rex Franciæ eis prefertur, eſt Poteſtate Eccleſiaſtica Romano Pontifici ſimillimus.

17 II. Conſequentia ex prima etiam inferebatur, aſt clariùs deducitur ex Vinditiarum verbis, ibi : *Et ad otioſas, & vacantes Eccleſiæ Præfecturas eximio Nominandi Iure nituntur, & Sacerdotia elargiuntur, &c.* Vndè hanc irrefragabilem deducimus conſequentiam. Ergò ad Francorum Regem Iure proprio, & ratione iſtius Vnctionis pertinet Epiſcopatuum, Præbendarum, & Beneficiorum Collatio, & Inſtitutio.

18 Has conſequentias Sacro Supremam Poteſtatem omnino eneruantes diluendas ſequentibus ſuſcipimus §§. Alijs, quæ ex præcitatis principijs deduci poterant relictis, ut cachinnis potius recipi, quàm ſeriò æſtimari videantur, ut ſcripſit Tertulian. *aduerſus Valentinian. cap. 7.* illic : *Oſtendam, ſed non imprimam vulnera, & ridebitur alicubi, materijs ipſis ſatisfiet, multa ſunt ſic digna reuinci, ne grauitate adorentur.*

19 Quàm longè à veritate Galli errent, exiſtimantes Regiam Vnctionem Inunctis aliquam tribuere Poteſtatem Eccleſiaſticam, diſſertiſsimis profeſſus eſt verbis Petr. de Marca (ſeu Stephan. Baluzius) *in Prologomen ad Concord. Sacerdot. & Imperij, Præfat. 2. §. 3. pagin. 48.* ibi : *Timendum aiunt, ne videatur ſuſpitioſis Hominibus ſequi ex eo quod Regibus Iudæorum cæremonias, Sacraque conſtituendi authoritatem ratione Vnctionis, Vindico Me lus aliquod eximium ea in parte Regibus noſtris tribuere velle ex priuilegio Regiæ Vnctionis, ſed meo quidem iudicio, nullus ſupereſt coniecturæ locus, ubi conceptis, & apertis verbis Reges omnes Chriſtianos ab eorum Iurium Communione ſub mouco. Et enim, cap. 4. & 5. lib. 2. Comparationem Regum Chriſtianæ Reipublicæ cum Regibus Iudaicis à Pragmaticis noſtris inſtitutam, quo veterum illorum Regum Iura in noſtros tranſcribant, accuratè expendo, ut conſtet unicuique aliam eſſe Chriſtianorum Regum cauſam, quibus integrum non eſt res Eccleſiaſticas tractare, &c.* Traditaque Iudaicæ Poteſtatis Regiæ notitia addit : *Itaque Iuriſdictio apud Iudæos miſta erat, quæ ex præcepto Domini apud Chriſtianos eſt omninò diſtincta. Quare permiſcere iterum vices, & à mandatis Chriſti reſilire Regibus noſtris non licèt Vnctionis illius prætextu, qua tempore Inaugurationis, delibuti fuerunt, &c.* Relataque Græcorum adulatione, quà Imperatoribus ſuis ratione Vnctionis,

Ecclesiasticum attribuebant Magisterium, subdit : *Quod alienum est ab instituto Domini, & ab Ecclesiæ sensu, quæ Vnctionem adhibuit ad procurandam Regibus reuerentiam, ut dixi, & subsidia Diuinæ Gratiæ impetranda.* Et licèt testimonio isto, quod verè Illustrissimi Petri de Marca illi existimant, non obstante Sacr. Congregationis Decreto à Nobis supra ad litteram relato satis aliorum suæ Gentis nugas confundi, & euerti posse non dubitauerim, quia tamen funditus, & ab intrinseco veritatem nostram, eorumque errorem detegere inhiamus, ab ouo quæstionem euiscerare curabimus, ab origine exordium ideò suscipimus, vndè sit.

## §. II.

## Ec quæ Pontificalis, & Regiæ Vnctionis Origo sit.

20 VVtriusque Vnctionis origo, neque eadem, neque eisdem dimetienda est Regulis, Regiæ enim Vnctionis origo prætermissa est ab omnibus, qui eam indagare tenebantur, in quos hucusque incidi; uno exceptò Dauid Blondello, qui *in volumine illo inscripto: Præfatio Apologetica contra Ioann. Iacob. Chiflet. titul.* 14. *de Ampull. Remens. quæst.* 4. eam inquirere proponit; Proposito tamen non satisfecit; relictis namque proprijs, solidissimisque fundamentis, quibus eam eruere clarè poterat, aliquibus alijs eam ostendere curauit, quæ non nisi violenter adscita ei suffragantur; relataque molestiam pariter, & inanem molem inferrent. Eisque ideò resecatis.

21 Originem Pontificiæ Vnctionis à Iure Diuino emanasse liquet Exod. 29. 7. *Et Oleum Vnctionis fundes super caput eius* ( Aäronis scilicèt ) *atque hoc Ritu consecrabitur, &c.* & *cap.* 30. *Aäron. & filios eius unges, sacrificabisque eos, ut Sacerdotio fungantur mihi, atque cap.* 40. 12. *Applicabisque Aaron, & filios eius ad fores Tabernaculi testimonij, & lotos aqua in dues Sanctis vestibus, vt ministrent Mihi, & Vnctio eorum in Sacerdotium sempiternum proficiat, &c. Fecitque Moyses omnia, quæ præceperat Dominus, &c.* Ex quibus rectè infertur in Populo Hebræo originem duxisse à Iure Diuino Pontificalem istam Vnctionem, quod dissertissimis verbis August. docuit *in Psalm.* 44. dicens : *Hoc nomen, quod appellatur Christus Vnctionis est, nec in aliqua alibi*

un-

*ungebantur Reges, & Sacerdotes, niſi in illo Regno, ubi Chriſtus prophetabatur, & ungebatur, & undè venturum erat Chriſti nomen, nuſquam eſt alibi in nulla Gente, in nullo Regno, &c.* Quod ipſum repetijt, *libr. 12. contra Fauſtum, cap. 44. & lib. 13. cap. 12.* Mendoça *tom. 3. in libr. 1. Reg. cap. 10. verſ. 1. in expoſ. litteræ, q. 10.* Videndus eſt præ omnibus Fortunat. Schacc. *Elæochriſmaton. Myrot. 2. cap. 32* ubi oſtendit quando, & quo tempore vſus Sacri Vnguenti, & Olei Conſecrationis apud Iſraelitas cœperit, *& cap. 79.* Pontificum Conſecrationem effuſsione Vnguenti celebrari latè oſtendit.

22 Ex his ergò Sacris Oraculis, Auguſtiniquè teſtimonijs perſpicua origo Diuina redditur Vnctionis Pontificalis, Legi Veteri enata in noſtramque Gratiæ Legem ab ea deriuata, & translata, ut innuit Text. *in cap. vnic. §. 1. de Sacr. Vnction.* Alteſerra *in dict. §. Vndè in veteri, pag. 141.* Reſque adeò perſpicua eſt, ut ampliori non indigeat comprobatione.

23 Regiæ Vnctionis originem à Gentibus, Regem extra Iſraeliticum Populum habentibus, deſumendam eſſe iudicat Dauid Blondel. *dict. tit. 14. quæſt. 4. verſ. Vngendorum tamen Regum*, probans ex illo Iud. *quæſt. 8. Ierunt ligna, ut ungerent ſuper ſe Regem*, quando enim Parabola illa de Regem conſtituendo ab arboribus inſtituta eſt, nondum Reges erant in Iſrael, quumque ipſa à moribus apud aliquas Nationes inualeſcentibus ſummenda ſit, iuxta communem omnium vſum, propoſitam fuiſſe Parabolam conijcit, eique adnecto Serar. *in dict. cap. 9. Iud. quæſt. 10. col. 281. & in 1. Reg. quæſt. 10. pagin. 41.* vbi etiam Gaſp. Sanchez *cap. 10. num. 2.* Fortunat. Schacc. *Elæochriſmaton. Myroth. 3. capit. 45. pagin. 536. & 537.*

24 Hincque infert Dauid Blondell. *Loco nuper allegato.* Vnctionis Regiæ originem, neque à Lege Diuina, neque ab Hebræo Populo deriuari poſſe; eiuſdemque opinionis eſt Fortunat. Schacc. *dict. cap. 45.* Vbi eumdem Iudic. *cap. 9. verſ. 8.* locum explicans, ait: *Neque enim Gedeonis filius ex conſuetudine Iſraelitarum hanc methaphoram haurire poterat, quum Iſraelitæ nondum Regia gubernarentur authoritate. Quam ob rem non aliunde, quam à communi Ritu Gentium, in auguratione eam ungendi Reges methaphoram haurire Authori Sacro licuit. Apologi enim, allegoricæque loquutiones à communibus tantum, notiſque conſuetudinibus deſumi queant, &c.*

25 Efficacius proſequitur Nicol. Serar. *in dict. capit. 9. Iudic. quæſt. 10. col. 282.* ibi: *Neque verò reſponderi poteſt Samue-*

*lem huius libri Authorem phrasi uti, quæ ob Saulis Dauidisque Vnctionem suis usitari cæperat temporibus. Nam I. Refert illud, quod non quidem suo tempore factum, aut dictum sit, sed quid isto Iudicum tempore à Ioatham dictum, & quid iam usitatum fuerit. Nam alioquin accomodata instituto non esset Oliuæ, aliorumque illic introductorum lignorum, vel ratio, vel oratio. II. Quis præstare posit hùnc à Samuele scriptum librum post Saulem, Dauidemque unctum, non ante? III. Cur non similiter alio alius cuiuscumque ceremoniæ verbo similiter hac in re describenda usus fuisset, Samuel, si non isto ungendi verbo usus fuisset, qui loquitur Ioatham, cur non dixisset Ierunt ligna, ut coronarent super Se Regem? & si verè Vos Mihi Sceptrũ datis aut alia quædam similia? Fatetur denique Abulens. q. 24. inunctum fuisse Abimelech. Maneat igitur Vnctionis ceremoniam iam illis temporibus in Oriente apud Nonnullos viguisse, atque ad Abimelech huic Regiũ impertiendum honorem adhibitam fuisse, idque illustrare fortassis potest illam Domini de Habrahã, & Isaac primis Populi Dei Principibus, ac Patriarchis Orationem Psalm. 104. vers. Nolite tangere Christos meos, idest Vnctos meos, &c.*

26 Saul ergò, & Dauid in uncti non semel leguntur, ut adnotauit Abulens. *in libr. 2. Reg. cap. 5. q. 4.* Fortunat. Schacc. *dicto Myroth. 3. cap. 50. pag. 611.* ab eisque in posteros omnes Israel Reges Vnctio deriuata est, perpetuòque conseruata. Dauid Blondel. *d. tit. 14. q. 4. vers. Vngendorum tamen Regum*, vbi monet, quod licèt in Sacra pagina Pauci tantummodo inuncti legantur; non tamen inde inferendum esse reliquos unctos non esse, quum mox, ut ad Solium euehebantur Regium, inungerẽtur, sed de illis tantum mẽtionem fieri, in quorũ Electione, Successione, aut Inauguratione singulare aliquid contigit. Quod fusè cõprobat ipse, cui addo eruditissimũ Francis. de Mendoça *in libr. 1. Reg. cap. 10. num. 1. in exposit. litter. §. 4. pag. 84. col. 1.* omninò videndum.

27 Hinc que Abulens. *in lib. 1. Regum, cap. 10. q. 1.* Gasp. Sanch. *eodem, cap. 10. numer. 6.* Mich. Rousel. *Histor. Pontific. Iuris, lib. 7. cap. 2. num. 4.* rejiciendi sunt existimantes: Reges Israel nullam habuisse Vnctionis rationem, aut existimationem; interdum enim Sacro, aliquando Profano, & sæpius nullo, unctos esse oleo. Quorum opinionem falsam reddi ex nuper adductis optimè demonstratur, & Nos infra latius impugnabimus, ubi de utriusque Vnctionis materia disseremus.

28 Quamuis à Gentibus ad Populum Israel Vnctio effluxerit; in legem tamen Gratiæ à lege Veteri deriuatam esse, docet Innocen. III. *in d. cap. vnico, §. Vnde in Veteri, de Sacra Vnctione*, sub illa tamen distinctione, quod Pontificalis introducta primo est in Lege Veteri, Diuino præcepto. Regia autem Iure, vel limitatione Gentium; licèt sententiæ huic grauiter obstet triplex Augustini locus supra relatus, quo à Populo Israel deriuatam Regum, & Sacerdotũ Vnctionem Augustinus affirmat;

ad-

adhùc tamen nuper ad ſignatam originem retinendam cenſemus, quia Auguſtinus loquitur de Vnctionibus Sacris Sacerdotium, & Regnum Chriſti præſeferentibus, & in figura repreſentantibus, quas nullibi extra Iſraeliticum Populũ fuiſſe perſpicuum eſt; non autem de alijs materialibus Vnctionibus, quibus Electiui deſignabãtur Reges, quas iam apud Gentiles uſitatas, & Apologus, 9. *Iudic.* 8. & Plutarch. *in Artaxerxe* clarè demonſtrant.

## §. III.

## Ec quæ Pontificalis, & Regia Vnctio ſit?

29 DVpliciter Vnctionem conſideramus, tàm Põtificiam, quàm Regiam, formaliter ſcilicèt, & prout eſt cauſa ſpiritualium effectuum, & materialiter, prout nimirũ modum præſcribit, quo ipſa materialiter perfici queat. Vtramque *in hoc §* dilucidandam ſuſcipimus, à Pontificali incipientes; De ipſa namque ſacri loquuntur Canones *cap. 7. & cap. 15. 28. § 1. & 44. in fine, de Election. cap. 4. eodem in 1. Collectione, cap. 7. de tempor. ordin. cap. vnic. de Sac. Vnct.* Quibus adnectendi ſunt *Can. 1. 64. Can. 1. & 2. 75. diſt. Can. 1. diſt. 100.*

30 Formaliter accepta *Pontificalis Vnctio eſt Sacri Chriſmatis Delibutio ſub præſcripta verborum forma, à tribus facienda Epiſcopis, qua Inuncto ex Chriſti inſtitutione primo, & per ſe Gratiæ augmentum, per accidens autem, etiam prima gratia confertur.*

31 Deſcriptio, ſeu definitio hæc, genere, differentia, alijſque bonæ definitionis qualitatibus conſtat, eaſque ſingillatim exponerem, ni ex dicendis *ſeqq. §§.* facillimè percipiendæ eſſent, quum nimirum propriam eius materiã, formã, & Miniſtros adſignemus, & ideò ne crambrem recoctam apponere videamur, ab eis nùnc ſupерſedemus.

32 Materialis autem Põtificalis Vnctionis deſcriptionem habemus in Pontificali Romano *p. 1. tit. de Conſecr. Electi in Epiſcopum, pag. mihi 71. & ſeqq.* quorum verba ad amuſsim *alio* dabimus, *§* Vbi eius factos exponemus Ritus, ſeu Ceremonias.

33 Vnum tantummodo adnotare libuit pro tetius quæſtionis intelligentia, Pontificalem Vnctionem eamdem omninò, ac Epiſcopalem eſſe, ſub iſtiuſque appellatione contineri, non ſolum Archiepiſcopales, Primatiales, & Cardinalitias Vnctiones, ſedeam quoque, quæ Summo Pontifici competit, qui ſi priuſquam ad ſupremum euehatur apicem Epiſcopus conſecratus ſit, amplius ungi non debet, *ut præcedenti, quæſt. diximus*; quià hinõ ſunt Ordines diſtincti ab Epiſcopatu: Archiepiſcopus enim (& idem eſt de reliquis) eſt meriè Epiſcopus, nihil Ordinis habens ſu-

ſupra Epiſcopum; ſed aliquid ſuperioritatis in ordine ad Regimẽ, & Gubernationem Eccleſiæ, ut optimè docet noſtras eruditiſsimus Ioan. de Dicaſtillo *tom. 1. de Sacrament. tractat. 6. diſputat. 6. dubit. 2. num. 4.* cui addo Sanct. Iſidor. Hiſpalenſ. *lib. 7. Ety. cap. 12.* Marchant. *in Trib. Sacram. tom. 3. tractat. 7. tit. 1. q. 4.* Villalou. *in Summa, tom. 1. tractat. 11. difficult. 2. num. 9.* Raphael Auerſa *de Sacrament. Ordinis, p. 1. ſect. 9.* Antonin. Diana *p. 12. tract. 1. de Conſecrat. Epiſcop. reſol. 4.* cui etiam addi poſſunt S. Dionyſ. *de Eccleſ. Hierarch. cap. 5.* S. Anaclet. *Epiſt. 3.* relatũ *in Can. Legimus 93. diſt* & ex eis, Hieron. & Concilio Trident. Ludouic. Cellotius *de Hierarchia, & Hierarchis, lib. 6. cap. 6. verſ. Atque illud etiam.* Noſtras Leand. à Sanctiſſim. Sacram. *tom. 2. de Sacram. tractat. 6. q. 14. & 17.*

34 Duplicem etiam recipit conſiderationem Regia Vnctio, formalem ſcilicèt, quæ reſpicit effectus Spirituales, & materialem, quæ formã præſcribit Vnctionis viſibilis perficiendæ modũ. Hanc plures deſcribunt; illam autem nullus, in quem inciderim; Aſt ex principijs à Doctoribus firmatis, ſic etiam deſcribimus: *Regia Vnctio eſt Delibutio Olei Catechumenorum in modum Crucis ab Epiſcopo facienda in brachio dextero, & alijs corporis partibus ab Eccleſia aſſignatis ſub præſcripta verborum forma.* Anton. Dadin. Alteſerra *in Decretal. lib. 1. tit. 15. cap. vnic. §. Vndè in veteri, pag. 141.* ibi: *Vnctio verò Principum fit in Brachio dextero, & humero, nõ in capite, &c.* Moxque: *In Nouo Teſtamento, hoc eſt à Chriſto nato: Reges unguntur in brachio dextero, & humero, per quẽ Principatus deſignatur, iuxta illud Iſai. Factus eſt Principatus ſuper humerum eius, & hoc eſt quod ait Innocen. in hoc §. Principis Vnctio à capite ad brachium eſt translata, ut Princeps ex tùnc non ungatur in capite, ſed in brachio, ſiue humero, vel in armo, &c.*

35 In hac autem Vnctione adnotandum eſt partes corporis, in quibus Regia Vnctio fieri debet non eſſe de ſubſtantia ipſius Vnctionis, ſicut in Pontificali Vnctione; Sicque Carolus Calvus, Richardus I. Richardus II. & Carolus Magnus, Regiam Vnctionem, non ſolum in brachijs & ſcapulis, ſed in pectore, & capite receperunt, teſte Franc. Hallier. *de Sacr. Elect. p. 2. ſect. 8 cap. 10. art. 5. §. 3. num 15.* Reges Anglorum inunctos eſſe etiã in capite Nobis Authores ſunt Roger. Houeden. *in Henrico II. ex Epiſt. Thomæ Cantuarienſ. Archiep. Inunguntur* (ait) *enim Reges in tribus locis, in capite, pectore, & brachijs, quod ſignificat, Gloriam, ſcientiam, & fortitudinem*, Ioann. Froſſardus Scriptor Vernaculus, *vol. 4. cap. 114. de Inauguratione Henric. IV.* cuius verba adducit Alteſerra *d. pag. 141. in fine.* Quorum ſententiæ de jure communi non procedunt. Nam cum deciſæ ſint ab Innoc. III. *in dicto cap. vnic. §. Vndè in veteri, de Sacr. Vnction.* Partes corporis, in quibus Vnctio hæc fieri debeat, abſque præcepti trãſgreſsione alibi fieri non poterit. Aſt ubi conſuetudo inueterata ſta-

bi-

bilita sit, tolerari utique poterit, quum nullum sit adeò urgēs præceptum, ut possessionem inueteratam excludat, ut ex ipsa littera Textus apertè colligitur.

36 Materialem autem Regiæ Vnctionis descriptionem adducit Pontificale Romanum, *p. 1. tit. de Benedict. & Coronat. Reg. pag. mihi* 162. *col.* 2. *& in cap. vnic. §. Vnde in Veteri, de Sacr. Vnction.* Nosque latius eam adhibebimus, quum eius Ritus exponamus.

## §. IV.

## Ec quæ Pontificalis, & Regiæ Vnctionis mysticæ significationes?

37 AGnita Vnctionis utriusque origine, & essentia, methodicam Serie amantes mysticas eius significationes disquirendas suscipimus, ut undique Chimericæ illæ opinationes in quæstionis vestibulo adductæ omninò euaneant.

38 Quam plures sunt Pontificalis Vnctionis significationes, sparsim apud DD. repetiendas, ex quibus eas se legimus, quæ hùc magis conducere perspeximus.

39 I. Adducit Gerunda *de Episcopo tom. 2. lib. 8. disp. 13. cap. 6. num.* 3. Vbi ideò in capite Pontificem inungi ait, quia est suę Ecclesiæ Caput, quem illa loco Sponsi, & Capitis venerari debet. II. Ab ipso etiã adducta *l. c.* Quod scilicèt Consecratio Episcopi in capite facta denotat per eum, tãquam per Caput, omnis gratia in Corpus Ecclesiæ à Christo Domino communicanda est. III. Vt intelligatur Inunctum fieri Caput visibile Ligãdi, atque Soluẽdi Potestate præditum, Stepha. Eduen. *de Sac. Altar. cap. 9.*

40 Duas istius Sacræ Vnctionis mysticas adhibet significationes. Amalar. Fortunat. *de Ecclesiastic. Offic. lib. 2. cap.* 14. licèt sub obscurè illas proponat, asserens se ab Augustin. & Gregor. mutuatas exponere. At Vetustati, & dicendi acumini Augustini earum stylum contrarium sensit, Hallier. *d. p. 2. sect. 8. cap. 10. art. 5. §. 4. num.* 8. addens significationes istas (Quisquis earum sit Author) præ se ferre Episcopum in capite unctum esse debere. I. quia Caput Ecclesiæ cõstituitur, sicque Christo adsimilari, qui secundum etymologiam Vnctus est, & ideò ad significandam in eo Capitis gratiam, quæ per Christi similitudinem Inuncto confertur, Pontifex in Capite ungitur. II. Ideò Caput ungitur Episcopi, quia præ cæteris Se ad præstantissimum Charitatis actũ obstringit; dandam nimirum Animam pro Ouibus suis. Alias adducit Honor. Augustodonens. *in Gemma Animæ, lib. 1. c. 181. 188. & 189.*

41 Præ omnibus autem Innoc. III. *in sæpius relato, cap. vnic. §. 1. de Sac. Vnction.* Mysticas Vnctio-

tionis Pontificalis significationes exponit *in Vulgata Decretalium editione*, in qua nihil de est, ex his, quæ apud Anton. Augustin. *in 3. Collect. tit. 1. cap. vnic. Aut in gestis Innocent.* reperiuntur. In eoque Textu illud tantummodo corrigēdum monemus, quod pro Bracharens. Episcopo; Brādiribarens. reponendum est; scribit enim Pōtifex de Episcopo Græco; Bracharensis autem Episcopatus in Lusitania est, ut notum est. *Citato ergò §. 1.* luculentissimè Summus ille Pontifex Vnctionis huius significationes exponit, cuius verba nō damus: Tùm quia longissima, tùm quia omnibus obvia.

42 Propè innumeras adhibent Regiæ Vnctionis significationes Nicol. Serar. *in lib. 1. Reg. c. 10 pag. mihi 41. vers. Cur verò sic ungerentur Reges?* Franc. Mendoça *in dict. cap. 10. in expos. litter. num. 1. §. 8. pag. 85. col. 1.* ubi eruditissimè, ut adsolet; eisque addo Restaur. Castald. *de Imperator. quæst. 27.* Augustin. triumph. de Ancona *de Potestat. Papæ, quæst. 38. art. 2.* & ab eis Iacob. de Valdès *de Dignitat. Reg. Hispan. cap. 14. numer. 2. & 3.* Aluar. Pelag. *de Planctu Eccles. lib. 1. cap. 56 fol. 53. pag. 2.* Habraham Bzou. *de Roman. Pontif. cap. 44.* Camil. Borell *de Præstant. Reg. Cathol. cap. 49 numer. 27.* Marchin. *de Sacrament. Ordin. tract. 1. cap. 8. §. 7. numer. 7.* Gerunda *de Episcopo, tom. 2. lib. 8. disp. 13. cap. 6. numer. 3.* Augustin. Barbosa *de Potestat. Episcop. p. 2. alleg. 31.* Anton. Diana *part. 12. tract. 1. resol. 88.* Franciscus Hallier. *de Sacr. Election. p. 2. sect. 8. cap. 10. art. 5. §. 3. & 4. à nu. 15. per aliquot seqq.* Ioan. Stephan. Menoch. *de Rep. Hebræor. lib. 1. cap. 9. quæst. 6.* Claud. Rangol. *Commen. in libros Reg. tom. 1. lib. 1. cap. 10. vers. 1. col. 1206.* Ioan. de Pineda *de Relus Salomon. lib. 2. cap. 6. §. 2. num. 6. & seqq.* à quibus aliquas breuiter adducemus.

43 S. Cyprian *lib. de Cardinal. Oper. Christi, titulo de Chrismate*, sic Regiæ Vnctiones mysticas exponit significationes: *Sicut Oleū fluitat, & humidis quibuslibet superfertur, ita Excellentia Sacerdotalis, & Regia Dignitatis, secundum formam Dei, & Christi sub Se omnia cōtinens regimen, & munimen, tàm actiuæ, quàm contemplatiuæ vitæ obtinet, &c.* Quorum verborum sensum sub sumēs Habraham Bzou. *l. c.* inquit: *Huius Sacræ Vnctionis mysterium Nemo Christianorum Regum contempsit, vel propterea, ut Christus Domini esset, & diceretur, ut Christianorum apud Sanctos audiret, ut infra se omnes Sæculares vitæ actiuæ deditos esse testaretur, utque Sacrorum Chrismatum à Sanctificato clemento per Diuinam virtutem potentissimè operantem ad regimen, & munimen temporalium particeps fieret. De quo etiam Deus pronuntiaret: Inueni Dauid Seruum meum, Oleo Sancto meo unxi eum; manus enim mea auxiliabitur ei, & brachiū meum confortabit eum; Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non apponet nocere ei, & concidam à facie ipsius inimicos eius, & odientes eum ad fugam conuertam, & ad extremum, ut se de manu Domini, cuius est Orbis Terrarum, & Vniuersi,*

qui

*qui habitant in eo, Regnum, Idque ad Iuſtitiam exercendam ad planctationem Domini, Eccleſiam ſcilicèt glorificandam, & ad Populorum curæ commiſſorum ſalutem curandam accipere, & ſigno viſibili, & voce, quæ audiretur à cunctis, & in auguratione exteriori profiteretur, &c.*

44 At verò S. Gregor. relatus à Mendoça *d.col.1.mox à principio*, ait: *Oleum liquoribus alijs ſuperfertur: Oleum ignem fouet: Oleum vulnera curare conſueuit. Vngatur ergò caput Regis, quia Spirituali Gratia mens eſt replenda Doctoris. Habeat in Vnctione ſua Oleum, habeat miſericordiam abundantem, quæ virtutibus alijs præferatur. Habeat Oleū, ut dùm ardorem S. Spiritus in ſe nutrit, lucere vehementer alijs per Verbum poſsit. Habeat Oleum medicinæ, ut ſapienter diſponat, qualiter peccatorum fœtores tergat, & ægras mentes ſaluti reſtituat, &c.* Moxque Mendoça: *Addiderim* (inquit) *gubernandi lenitatem Regibus neceſſariam in Oleo adumbrari: Quàm ſententiam*, ſequutus Ioann. Stephan. Menoch. *dict. quæſt.6.col.61.mox à principio: Porrò* (inquit) *quod attinet ad myſticam Vnctionis ſignificationem, & cauſam, exiſtimo inſtitutam fuiſſe, ut quemadmodum per Vnctionem Pontificum, Summa illius Dignitas, & Excellentia inter Deo ſepoſitos Miniſtros ſignificabatur, ita etiam per Regis Vnctionem Summa eiuſdem Poteſtas, & Dignitas inter omnes Reipublicæ Ciuiles Magiſtratus oſtenderetur; Quod aptè Oleo ſignificari videtur quod eius eſt naturâ, ut omnibus alijs liquoribus infuſum ſupernatet, & Supremum in illis locum occupet. Deinde, ut per hanc cæremoniam inſinuaretur dari Regibus Diuino munere fortitudinem, quâ Bella Domini pro Religione, ac Republica depugnent, grauia negotia ſubſtineant, & ad exitum conſtanter perducant, & incurrentibus malis, ſi quibus præmi fortè contingat, non facile cedant. Tertio, ut intelligant Reges, Benignitatem ſibi, Manſuetudinemque præcipuè commendari, quæ Regem maximè decent. Tandem, ut ſciant Principes, ſe in Republica Medicorum inſtar habere, Sibique hoc munus incumbere, ut publicis malis faciant medicinam, dolores leniendo, ulcera ſanando, & quod Sanctus Paulus monet eos, qui præſunt, Subditos inſtruendo in lenitate, &c.*

45 A quibus non multum diſtant Auguſtin. Triumphus de Ancona, & alij laudati à Iacob. de Valdès *dict. cap.14. num.2.* Vnctionem hanc ſignificare aſſerentes Promptitudinem in Rege Inuncto ad debellandos Eccleſiæ hoſtes, nitorem conſcientiæ, quo Rex debet eſſe præditus, & ut agnoſcant à Deo Regnum, & Poteſtatem accipere. Quæ omnia luculenter comprobat Sacris Teſtimonijs, & ex Textu *in cap. vnic. §. Vndè in veteri, de Sacr. Vnction.* à quo Valdeſio omnia mutuatus eſt Aug. Barboſ. *dict. alleg.31. num.8.* Authorem occultans; Videndusque etiam eſt Claud. Rangol. *dict. cap.10. verſ.1. col.1206.* Pontificale Rom. *part.1. tit. de Benedictione, & Coronation. Reg. Orat.2. recitandâ dùm Rex illinitur, pag. n. ibi 128. col.1.* Franciſc. Hallier. *dict. art.5. §.4. num.17.*

Sed

46 Sed mox animum scrupulus pulsat. Ecquur Hispaniæ Reges, qui tot titulis, totque experimentis ad Ecclesiæ defensionem nati videntur, Vnctione tamen hac uti desierunt; totque gratijs priuantur? Ast fatendo equidem laudabile non esse à Regia Dignitate Hispanà Sacram istam cæremoniam ab alienatam esse, ut mox referendi DD. fatentur; aliqua tamen causa Eam de relictam esse à Nostris Potentissimis Regibus addimus; Ex eo nimirum quod Regum Vnctio ad id præcipuè posterioribus Sæculis à Francorum Regibus introducta, & anxiè conseruata est, ut Populos doceret Inauguratum, atque Inunctum Regem esse Defuncti Regis legitimum Successorem, vt docet Gallus Author Franc. Belleforestus, *lib. 5. cap.* 84. quum autem Reges Nostri, cunctaque Regna, & Vastissimæ Prouinciæ illis subjecta de successione ista, nedùm instructi, & ad sua si, sed etiam securi sint, otiosam reputarunt, tàm Reges, quàm Populi Vnctionis istius cæremoniam. Ioann Iacob. Chiflet. *in Noua Disquisit. de Ampulla Remensi, cap. 16 pag.* 82. Valdès, *l. c.* Gregor. Lopez Madera *Excellent. Hispan. cap.* 12. Mars Gallic. *lib. 1. cap.* 10. *toto.*

## §. V.

## An, & quali Præcepto, tàm Pontificalis, quàm Regia Vnctio in Ecclesia Catholica stabilita sit?

47 ANte resolutionem propositæ Difficultatis præmittimus: Sermonem nostrum instituendum nó esse de Orientali, seu Græca Ecclesia; pœnes Eam namque: An Vnctio hæc antiquitus obseruata fuerit? vel satis controuersum est, teste Franc. Hallier. *de Sacris Election. p. 2. sect. 8. cap.* 10 *art.* 1. *§.* 1. *toto*, vel citra controuersiam, admissa non fuit Vnctio Episcopalis in Ecclesia Græca, latè comprobante Ioan. Morin. *de Sacr. Ordination. p. 3. exercit 6. cap.* 1. *toto.* cui Nos nem addimus, *dict. cap. vnic. in principio de Sacr. Vnction. mox à principio*, ubi de Græco Brandirtuarensi, (non autem Bracharens. ut corruptè legitur in vulgatis) loquens Innocentius III. ait: *Cum veniſſet ad Apoſtolicam Sedem Bracharenſ. Epiſcopus* (aliàs Brandiribarens. ut obseruat Nota Marginalis ibidē, & colligitur ex ipsius Textus Epigraphè) *qui in Conſecratione ſua Sanctam non acceperat Vnctionem; quoniam apud Vos non conſueuerunt Pontifices cum conſecrantur inungi, &c.* Ex quibus communem fuisse Græcis morem non inungendi Chrismate Sacro Ordinatos in Episcopum, clarissimè liquet. Vndè Græcis derelictis ad

La-

Latinam Ecclesiam Nos conuertentes.

48 Quo ad Pontificalē Vnctionem, Eam in Lege Gratiæ Diuino Præcepto injunctam esse decidit Innocent. III. *in toties repetita Decretali relata in dict. cap. vnic. §. 1. de Sacr. Vnctione in Pandectis integros Textus habentibus*, & apud Anton. Augustin. *in III. Decretalium collectione, lib. 1. tit. 11. cap. vnico, & in Gestis Innocent. III. editis* à Francisco Bosqueto Narbonensi, *Anno 1635. fol. 61.* ubi sic legitur.

49 *Cum venisset ad Apost. Sed. Vener. Frat. noster Brandiciuarens. Episcopus, clara Nobis insinuatione monstrauit, quod in Consecratione sua Sacram non acceperat Vnctionem; quoniam apud nos non consueuere Pontifices, quum Consecrantur inungi, Nos ergò quod illi defuerat mandauimus in illo suppleri, facientes Caput eius, & manus per Ven. Frat. Nostr. Sebast. Episcopum Albanens. adsistentibus ei duobus Episcopis, secundum morem Ecclesiasticum, Sacro Chrismatè deliniri: Hoc enim Catholica tenet Ecclesia non solum ex Præcepto Diuino; verùm etiam Apostolorum exemplo. In Exodo quippè legitur præcepisse Moysi Dominus, ut Aaron, & filios eius ungeret; quatenus Sacerdotio fungeretur: & Anacletus Papa Origine Græcus, quia B. Petro fuit in Presbyterum Ordinatus, & postea in Apostolatus Officio Clementi Successit, tradidit in Ordinatione sua ungendos esse Episcopos more Apostolorum, & Moysi; quia Omnis Santificatio in Spiritu Sancto consistit, cujus inuisibilis virtus, Sancto Chrismati est per mista, &c.* cuius præallegati Textus litteralis, & genuinus sensus est: Quod quem admodum Prophetæ Vncti antiquitùs referuntur, *3. Reg. 19.* Atque etiam Reges, *1. Reg. 10. & 2. Reg. 1. 3. Reg. 19.* Ita secundum Anacletum ungi in Noua Lege Sacerdotes oporteat, & quemadmodum Moyses unxit Aäronem, & filios eius, & Apostoli Episcopos, quos consecrabant, ita Episcopi Consecrandos à se Episcopos, ungere debent. Sic eum exponit Francisc. Hallier. *dict. §. 1. n. 1. in fine, pag. 1012.*

50 Testimonium Anacleti, cui Pontifex innititur in præallegato Textu Legitur *Epist. 2. ejusdem Anacleti, directa Omnibus Episcopis in Italia constitutis, mox à principio, quæ est tom. 1. Epistol. Summor. Pontif. pag. 41. circa fin.* ibi: *Ordinationes Episcoporum authoritate Apostolica ab Omnibus, quibus in eadem fuerint Prouincia Episcopis sunt celebrādæ, qui simul conuenientes scrutinium diligenter agant, Ieiuniumque cum omnibus celebrent precibus, & manus cum Sanctis Euangelijs, quæ prædicaturi sunt imponētes. Dominica die, hora tertia orantes, Sacraque Vnctione, exemplo Prophetarum, & Regum, Capita eorum (more Apostolorum, & Moysis) ungentes; quia omnis sanctificatio constat in Spiritu Sancto, cujus virtus inuisibilis Sancto Chrismati est per mista, & hoc ritu solemnem celebrent Consecrationem, &c.* A qua quidem Epistola desumptum reperitur Can. *Ordinationes 75. dist.* & refertur à Burchardo *l. 1. c.*

2. Ivo. *part. 5. Decreti, cap. 69.* Anſel *lib. 6. cap. 53.* Panormia *lib. 2. tit. 6.* quorum Omnium authoritate munita quum ſit Epiſtola hęc nefas erit de eius authoritate dubitare; quamuis enim cõcedamus Epiſtolam iſtam nõ eſſe Anacleti, negari tamen haud poterit eam iã authenticam (ſaltem quoad Præceptum iſtud) eſſe, quia approbata ſolemniter reperitur, tàm ab Innocent. III. *in prè allegata Epiſtola Decretali*, quàm à Nicolao I. qui eius authoritatem, ne dùm approbauit, ſed enixe defendit contra Hincmarum teſte Ioann. Morino *de Sacris Ordinationibus, p. 3. exercit. 6. cap. 2. num. 7.* Omnes ſiquidem Epiſtolæ quæ aliàs ſuſpectæ habẽtur Fidei, Apoſtolica approbatione, ſeu confirmatione, authenticæ omninò efficiuntur, ſaltem in eo articulo, ſeu Capite, à S. Sede approbato, ac ſi ab ipſa S. Sede à principio emanaſſent, ut docent communiter Canoniſtæ *in cap. Eccleſia S. Mariæ de Conſtit. junctо*, *§. Sanè Proœm. lib. 6. Decretalium.* Approbare enim eſt quaſi Probũ facere, ut ſic nullum ex ſe præſuponant, ut communiter DD. monent *in cap. 1. verbo confirmationem, & c. examinata verbo confirmatione, de confirmatio. vtil. vel inutili*, & latius dicemus, *tom. 2. tract. 3. quæſ. 2. §. 6. n. 8.* & alibi paſſim.

51 Ex illa autem Innocentij Decretali Epiſtola infertur. Materialem Põtificum Vnctionem Sacram à Iure Diuino procedere, ut potè deriuatã à Lege Veteri, aqua in Euãgelicam Apoſtoli Eã tranſtulerunt, ut clarè innuunt verba ſuprà relata, in Lege autem Veteri Vnctio hæc Pontificia ſub præcepto erat *Exod. 28. & 30.* Ioann. Stephan. Menoch. *de Rep. Hebræor. lib. 1. cap. 9. quæſt. 3.* Fortun. Schacc. *Elæochriſmaton. Myroth. 3. cap. 48. verſ. Et quidem tanta ſeueritate, pagin. 517.* Ergò Vnctio hæc in Lege Gratiæ prouenit à Iure Diuino.

52 Sed obijcies fortè. I. Præcepta Veteris Legis omninò ceſſaſſe, ſuamq; obligandi vim penitus amiſiſſe, ex eiſque nullũ argumentum efficaciter conuincẽs ſumi poſſe; Hæreticorũ namque albore cenſeri jubentur ab Eccleſia eos, qui adhùc obligare præcepta illa affirmauerint, ut iam ſuprà diximus, nùncque addimus quàm plures relatos à Noſtrate Leandro à Santiſs. Sacram. *in V. Præcepta, tract. 6. Diſp. 2. q. 6. verſ. Secundò quia ſi Decima.* Roderic. Arriaga *in* 1.2. S. Thom. *tom. 2. aliàs 4. Oper. Diſp. 10 ſec. 1.* Guillel. Herincx *in Summa Theolog. Scholaſt. tom. 4. Diſp. 2 quæſt. 4. num. 23.* Ergò non rectè dicitur Vnctionem à Præcepto Diuino emanare; quia prouenit à Lege Veteri.

53 Aſt objectio nullius eſt momenti: admiſſo enim Antecedenti, negatur conſequentia: aliud enim eſt affirmare Vnctionem Pontificalem Iuri Diuino adſcribendam eſſe, quia exẽplo Veteris Legis eam in Lege Gratiæ Apoſtoli ſtabilierunt: aliud autem affirmare adhùc perſeuerare Veteris Legis præcepta: illud in Decretali illius

la expreſsè dicitur : poſtremum autem ab omnibus negatur; ſufficit autem primum, ut Diuinum appellari valeat Præceptum iſtud Vnctionis Pontificalis; largè ſaltem. In his etenim, quæ Diuinis Sacramentis, Diuinoque Cultui ſplendorem afferunt, ac conuenientem Chriſtianis Miniſterijs ſignificationem habent Præcepta illa, ab Eccleſia renouari poterunt, & quamuis illa propriè, non ligent, Originem tamen Præcepti, quod Veteris Legis teſtimonio, aut Præcepto innititur, Iuri Diuino adſcribendam affirmamus authoritate Cypriani, *Epiſtol.* 88. à quo ſic docet Franc. Hallier. *de Sacris Election. part.* 2. *ſect.* 8. *cap.* 10. *articul.* 2. §. 1. *numer.* 1. Nec obex ſit quod ſuprà diximus: Præcepta nimirum Veteris Legis mortua, & mortifera reddita eſſe, undè argui poterit ſuſcitari ab Eccleſia non poſſe: reſpondetur enim, negando ſequelam: Mortua namque, & mortifera ex ſe poſt Chriſti Domini mortem manſiſſe Omnes Hortodoxi fatemur, ut ſcilicèt Nullus propria authoritate eis gubernari poſsit; non tamen ablata eſt ab Eccleſia Poteſtas ſtatuendi quidquid communi utilitati ipſius Eccleſiæ conuenire perſpexerit Præceptis Veteris Legis (præcipuè cæremonialibus) innixa, dummodo ipſa Præceptorum forma omninò ſeruari non præcipiatur. Arriaga, *dict. Diſput.* 10. *ſect.* 3. *ſubject.* 1. *numer.* 15. Guillelm. Herincx, *dict. Diſp.* 2. *quæſt.* 4. *numer.* 30. allegans in comprobationem. *Cap. vnic. de Puriſ. poſt Partum, & Act.* 15. ubi Apoſtoli, & Seniores Præceptum tulerunt abſtinendi ab Immolatis Simulachrorum. Sanguine, & ſuffocato ob congruentias Morales ab Eccleſia tùnc excogitatas, & licèt Præceptum illud limitatum eſſet pro Fidelibus Syriæ, & Ciliciæ, latum tamen eſt Anno Chriſti 51 quando iam omninò obligabat Lex Euangelica, ut notat Baron. *Annal. tom.* 1. *Anno* 51. quod euidens præſtat argumentum Poteſtatis Eccleſiæ ad præcepta illa reſuſcitanda, quoties opus eſſe arbitrata ſit, ad publicam vtilitatem.

54 II. Grauius, & efficacius adhùc in Textum, & Aſſertionem noſtram ſic inſtari poteſt: ſi Vnctio hæc ex Diuino Præcepto in Lege Gratiæ vigeret, ab ipſo naſcentis Eccleſiæ primordijs obſeruata ſemper, & vbique fuiſſet. Aſt in pluribus Catholicæ Eccleſiæ Prouincijs numquam agnita fuit; in alijs autem ſero introducta. Ergò ſignum eſt euidens Vnctionis Ritum, neque à Præcepto Diuino, neque ab Apoſtolica Traditione prouenire; aliàs nãque ab omnibus inconcuſſe admitteretur Maior, & conſequentia ſunt nota. Min. quo ad primam partem ſatis probata manet mox à principio, & ex littera noſtri Textus, quo plenè conuincitur Vnctionis Ritum à Græcis numquam admiſſum eſſe: in

Africa tempore Concilij Carthaginenſis IV. incognitum atteſtatur Ioann. Morin. *dict. exercitat. 6. cap. 2. numer. 1.* In noſtra Hiſpania turde admiſſam argui poterit ex Iſidoro *lib. 2. Officior.* & licèt antiquior ſit vſus iſte in Gallia, non tamen cœpit ab Apoſtolis, ſed aliquot Sæculis iam elapſis Ioann. Morin. *loc. cit. numer. 6. in fine.* Hoc autem ſubſiſtere non poſſet, ſi à Diuino Præcepto Vnctio iſta emanaret, Præceptum enim, præcipuè Diuinum, mox ut latum eſt obligare incipit, & numquam obligare deſinit, neque aliquem ab eius obligationem eximit, ut docent Theologicum communi Magiſtro 1. 2. *quæſt. 99. articul. 1. & quæſt. 100. articul. 9. & 2. 2. quæſt. 44. articul. 1.* Sylueſt. *verbo Præceptum.* Syluius 1. 2. *quæſt. 99. articul. 5.* & eſt omnium communis opinio, imò irrefragabile principium. Ergò quum in comperto ſit à principio admiſſam non eſſe, neque agnitam Materialem iſtam Vnctionem: eam à Diuino Præcepto non emanare irrefragabiliter ſequitur, ut conijcit Morin. *dict. exercitat. 6. cap. 2. à num. 3. & ſeqq.*

64 Non obſtare tamen has, & alias Inſtantias ab aliquibus excogitandas reſpondemus. I. Nam omnes DD. contrarium ſentientes nulli alij ſolidiori innituntur fundamento, quàm alto ſilentio, quo Vnctionem iſtam Sancti Patres antiqui præterierunt, ex quo tamen argumentum ſummi non poſſe libere pronuntiamus; docent enim Philoſophi *in Topicis*, male inferri: Quippiam non fuiſſe ex eo quod ſilentio ob volutum fuerit, quum præcipuè res prætermiſſa neceſſario explicari non debuit. II. autem reſpondemus. Omnia teſtimonia illa, & alia quam plurima objecta eſſe à Franciſc. Hallier. *dict. articul. 2. §. 2.* Omnibuſque eis ſingillatim, & luculenter ſatis feciſſe, vndè apud Eum videndis remiſsis objectionibus iſtis ad Textum Nos conuertentes.

65 Commonendum eſt rejiciendam eſſe Hæreticorum ſiniſtram Interpretationem, quà ſuadere volunt ex hoc Textu apertè colligi Moyſem, & Apoſtolos inunctos eſſe, quum contrarium omninò omnes affirmare conſpirent. De Moyſe namque non viſibili, ſed interna Vnctione ordinatos à Domino, expreſsè probat Iacob. Bonfrer. *in Exod. 29. numer. 7. pagin. mihi 529. colu. 1.* Apoſtolos numquam Ordinatos eſſe viſibili Vnctione Anacletus ipſe *in præallegata ſcribit Epiſtola*, & eſt communis Theologorum Sententia: Apoſtolos nullam materialem Vnctionem recepiſſe, ſed omnia Nouæ Legis Sacramenta, Chariſmata, & Dona, Spiritus Sancti Deſcenſu recepiſſe. Non ergò potuit Innocent. III errorem iſtum admittere in Decretali illa, quum eſſet

om

omnium ſui temporis præſtantiſsimus Theologus, & Iure Conſultus, ut probatur *ex eius Actis, ſeu geſtis editis* à Franciſ. Boſqueto, Narbonenſi Toloſæ 1635. ſenſus ergò Decretalis eſt à Nobis ſuprà adductus. Quod nimirum ad imitationem, & exemplum Moyſis, qui Aãronem unxit, & filios eius, ut Sacerdotio fungerẽtur in Lege Veteri, & quemadmodum in Lege Gratiæ Apoſtoli ungebant, quos Epiſcopos ordinabãt: ſic ſimiliter Omnes alij ungendi ſunt Epiſcopi cõſecrandi materiali Vnctione.

57 Vlteriùſque Origo Pontificalis Vnctionis à Præcepto Diuino corroboratur Clementis Romani authoritate *Epiſt. 3. quæ tota habetur, lib. 5. Recognit.* ipſius Clementis, Cyprian. *in tract. de Oper. Chriſti, Serm. de Vnctione Chriſmat.* Pacian. *Epiſt. 3. ad Sempronian.* Leo. Magn. *Serm. 8. de Paſſ. Domini, & Ser. 3. Aſſumpt. ſuæ.* S. Greg. *in lib. 1. Reg. c. 10. lib. 4. cap. 5.* qui una nimiter ad firmare conſpirant Ritum Pontificalis Vnctionis in Lege Gratiæ Diuino Præcepto inſtitutum eſſe ad inſtar Veteris Legis.

58 III. Denique Diuinitùs Præceptam eſſe Sacram Pontificum Vnctionem ab incõcuſſa Eccleſiæ Praxi ſuademur. A primis etenim Eccleſiæ exordijs omnes Antiſtites Chriſmaticâ Vnctione perpetuò uſi ſunt; ut cõſtat ex Veter. Ord. Roman. (Gelaſio vulgo attributo) *titulo Qualiter Epiſcopus in Romana Eccleſia ordinetur.* Sacramentale à Gregor. Magno editum *poſt med.* Fortun. Presbyt. *lib. unic. Vitæ S. Medardi, cap. 19. in Bibliothec. Floriacenſ. Xiſti Dextr.* Laur. Sur. *VIII. Iuni.* Chronolog. cum Veterum, tùm Recen. Author. *Vitæ S. Seueri Rauen. Epiſcopi, cap. 2.* apud Sur. 2. *Februar.* Petr. Damian. *tom. 2. Serm. 5. aliàs 2. S. Seueri,* Vita S. Anon. *lib. 1. cap. 5.* apud Sur. *IV. Decẽbr.* & ex eis luculenter Hallier. *de Sacr. Elect. dict. §. 1. num. 4. & 5.* Vbi propè innumeros addit, & præcipuè Bedam, Amalar. Fortunat. Stephan. Eduen. Honor. Auguſtodonenſ. Hugon à S. Victore, Petr. Celenſem; Fuluertum Carnotenſ. Theodulph. Aurelianenſ. Quibus addo *Vitam Sancti Seueri Anonimi Authoris, cap. 2.* apud Ioann. Bollandum *Acta Sanctor. Februar. tom. 1. die 1. Februar. pagin. mihi 83. col. 2. numer. 7.* Vbi de Sacro hoc Pontifice Scribit; Quod à columba Electus, ordinatus, Vnctuſque eſt Oleo exultationis, & Vnguento Sacri Chriſmatis juxta morem Pontificis. Hæc autem inueterata, & inconcuſſa obſeruantia perſpicuam reddit Præcepti exiſtentiam; quamuis aliàs de eo dubitari poſſet. *Cap. cum dilectus, de conſuetud. cap. cum veniſſent, de Inſtit. l. Minimè, l. ſi, de Interpretatione, & l. de quibus, ff. de legibus,* Bar. *conſ. 59. numer. 3.* Corn. *conſ. 288. numer. 10.* Surd. *conſ. 140. numer. 43. & ſequentibus,* Honded. *conſ. 92. numer. 27. volum. 1.* Fontanel. *de Pact. Nuptial. clauſul. 6. gloſſ. 3. part. 2. numer. 26.* Caſtillo *lib. 4. Controu. cap. 9. §. 7. numer. 2.* D. D. Chriſtophor. Creſpi de Valdaura,

*Obseruat.* 82. *quæst.* 1 *num.* 13. Hacque interpretatione mediãte adeò efficaciter præcepti existẽtia suadetur; ut de ea dubitare nõ liceat, neque ab ea recedi usquam possit, *dict. cap. cum Dilectus, de consuet.* Felin. *in cap. cum M. de constit. numer.* 8. Decius *in l. certi conditio, §.* 1. *num.* 8. *ff. si cert. petat.*

59 Et quamuis de Diuino Præcepto legitimis conjecturis dubitaretur: de Ecclesiastico tamen nullam esse dubitandi rationem apparet tàm ex præ allegatis Anacleti, & Innocentij Epistolis quàm ex S. S. Concilio Trident. *sess.* 23. *de Sacram. Ordin. Can.* 5. ibi: *Siquis dixerit Sacram Vnctionem, quâ Ecclesia in Sancta Ordinatione utitur, non tantum non requiri, sed contemnẽdam, & pernitiosam esse, similiter, & aliàs Ordinationis cæremonias, anathema sit, &c.* Cuius Conciliaris decisionis veritas satis comprobata manet pluribus miraculis, quibus gratam sibi esse Vnctionem hanc Deus ostendit, plena congestis manu ab Hallier. *d. §.* 1. *num.* 1. *& seqq.*

60 De Regiæ Vnctionis Præcepto Quæstionem discutiẽdam proposuit Dauid Blondell. *in præfat. Apologetica contra Ioann. Iacob. Chiflet. tit.* 14. *de Ampull. Remens. quæst.* 4. à quo nullam potui extorquere resolutionem, totus enim diffunditur Chiffletium vellicando. Vndè eo relicto.

61 Præsupponimus non secus ac Pontificalis, Regiæ quoque Vnctionis Ritum à Lege Veteri inquirendum esse difficulterque resolui posse: An Hebræorum Reges uncti ex Diuino Præcepto fuerint? negant enim Ioann. Stephan. *Menoch. de Repub. Hebræor. lib.* 1. *cap.* 9. *quæst.* 7. Mich. Roussel. *Hist. Pontif. Iurisd. lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 4. Abulens. *in* 1. *Reg.* 10. *quæst.* 1. Gasp. Sanch. *in eumdem librum eodem, cap.* 10. *num.* 6. ubi etiam Franciscꝰ de Mendoça, *num.* 1. *in Exposs. litter. pag.* 84. *colum.* 1. *in fin.* ubi ait: *Quæ res utrum hæc effuso Olei super Caput Regis fundendi, ulla Lege præcepta fuerit? Respondeo non extare expressam Legem de hac re, fuisse tamen inter Hebræos usu, & consuetudine introductam, ut Pineda citatus confirmat, &c.* quem tamen non benè allegat, ut mox videbimus, Affirmãt Pineda *de Reb. Salom. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 4. Fortunat. Schacc. *Elæo-chrismat. Myroth.* 3. *cap.* 45. *pag.* 537. & inclinare videtur Dauid Blondell. *dict. tit.* 14. *quæst.* 4.

62 Nos tamen veriorem reputamus negatiuam sententiam, nullibi enim constat à Deo præceptam esse Regiam Vnctionem generaliter, imò nec præcipi opus erat. Quum enim ante 400. annos inter Gentes stabilita iam esset, priùs quàm Populo Israelitico Rex fuisset concessus, seu permissus à Deo, non erat, ecquur præciperetur, aliquando tamen præcepta fuit pro aliquo tantùm Indiuiduo Rege designando, ut consuetudine retenta efficacius demonstraretur Diuina Electio. Neque aliud concludunt Testimonia in contrarium perpensa, quæ solum probant consuetudinem istam usurpatam fuisse ab aliquibus Regibus illis, non tamen argui

in-

inde poterit ad fuisse Præceptum.

63 Hæc cum vera sint, quo ad legem veterem, ut efficacissimè probant DD. pro hac opinione nuper adducti, fortiùs in Lege Gratia procedunt, in quâ nec universale, nec particulare reperitur de Vnctione Regia præceptum, & licèt Vnctio communis omnibus fuerit Hortodoxis Regibus; non tamen perpetuò, neque sub aliqua obligatione, sed ab eorum pependit arbitrio; & quamuis uncti non fuerint, Reges, tamen habiti sunt, eorumque Regia Maiestas in dubium nusquam reuocata, quia non ab ea, sed à Successione, vel Electione Ius prouenit Regium, ut docet Franc. Belleforest. *lib. 5. cap. 84.* & licèt Aluar. Pelag. *de Planctu Eccles. lib. 1. cap. 56. fol. 53. pag. 2.* docuerit Regiam Vnctionem ex parte Inungentis Præsulis approbationem, & formationem Regiæ Dignitatis præ se ferre, eamque Dignitatis Regiæ formam esse, eo modo, quo lux est forma coloris; eius tamen doctrina limitanda est ad Imperatoriam Maiestatem, de quâ Sermonem instituerat, hæc enim quũ à Sancta Sede essentiam suam acceperit, qui priùs quàm ab ea instituerentur in Occidente non existebat Carol. Sigon. *de Regn. Ital. lib. 4.* Baron. *anno 800. numer. 8.* Ciaconius *de Vitis Pontif. in Leone III. col. mihi 273.* Ioann Cuspinian. *de Imperator. Roman. in Carolo Magno, pag. mihi 176.* & præ omnibus Habraham Bzou. *de Roman. Pontif. cap. 43.* & rescripsit Hadrian. Papa IV. *Hillino Treuirorum, Arnulpho Moguntino, & Friderico Agripinens. Archiepiscopis in Ep. adducta* à Ioanne Auentino *Annal. Bojor. lib. 4. pag. mihi 345 & lib. 6 pagin. 637.* Christian Matth. *in Theatr. Histor. Monarch. IV. Period. V. Dynastia I. Imper. I. cap. 2. Titulo Acta Politica, §. 2.* Valençuela Velazq. *contra Venetos, p. 5. nu. 107. pag. 269.* Ideò antequam à Summo Pontifice in Vnctione approbetur Imperator, non recipit Imperatoriam Maiestatem, ut Adrian. IV. *in nuper allegata Epistola scribit.* Clem. Vnic. *de Iur. Iur. cap. Venerabilem de Electione.* Bellarm. *lib. 1. de Translat. Imperij, cap. 4. & lib. 2. cap. 2.* Thom. Boz. *de Sign. Eccles. lib. 17. sign. 76.* Albert. Krantcius *lib. 1. Metrop.* *Olim* (inquit) *Imperatores non passi sunt viuere Pontifices, nùnc non habetur Imperator, nisi quem Romanus Pontifex confirmarit, consecrarit. Domini est Terra, transfert Regnum, dignissimè que ad suum in Terris Vicarium, hoc Sacrum mysterium adlegauit,* Castald. *de Imperat. quæst. 21. & sequentibus.* Irenic. *lib. 3. Germa. cap. 30.* Nicolaus Serar. *in lib. 1. Reg. cap. 10. vers. de Imperatoribus, pag. mihi 42.*

§. VI.

## §. VI.

### An Pontificalis, & Regia Vnctio sint Nouæ Legis Sacramenta? An verò Sacramentalia tantùm?

64 PEruenimus iã ad utriusque Vnctionis solidiores differentia, ex quibus hanc præcipuam, aptioremque ad exuflanda Aduersariorum Sophismata, reputamus; præsentientes namque ipsi characterem esse Basim Ecclesiasticæ Potestatis, ipsumque non nisi Sacramento acquiri, ut latè manet probatũ Regiam Vnctionem Sacramentum esse non dubitarunt asserere. Sed vano fundamento, ut mox videbimus.

65 Quæstionem hanc quo ad Pontificalem Vnctionem inextricabilem ferè reddunt variæ DD. sententiæ, tàm Canonistarum *in Can. Cleros* 21. *dist. Can. Per lectis* 25. *dist.* Quàm Theologorum *in* 4. *dist.* 24. ubi præcipuè S. Thom. mox referendus, & plures à Diana congesti *part.* 12. *tract.* 1. *de Consecr. Episc. resol.* 1. *& seqq. vsque ad* 12. & alij mox referendi, quorum nonnullorum vix quæstionis titulum percepisse absque temeritatis nota affirmare possumus. Quum una ex præcipuis tractatus nostri difficultatibus hæc sit, Eam ab Quo (ut ajunt) examinare decreuimus, quod ut clarius ad sequamur sit.

## Sectio I.

### Nonnulla pro istius Quæstionis Clariori intelligentia præmittuntur.

66 PRæsupponendum I. est: Irrefragabile principiũ cunctis esse Doctoribus Orthodoxis (quamuis Cacodoxi negent Ordinem Sacerdotalem esse verum, & proprium Nouæ Legis Sacramentum, ut ex Concilio Florentino, *in Instit. Armenor. Trident. Sess.* 23. *Canone* 1. *& Canone* 3. Bellarm. Valentia, Vazq. Capreolo, Estio, Coninc. Scribonio, Fillucio, Ochagauia, Baronio, Petr. Gregor. Anast. Germon. & alijs probat Sebast. Cæsar *de Eccles. Hierarch. quæs.* 4. *Proœmiali, §.* 3. *numer.* 1. Quo etiam supponũr, quod Episcopatus, ac Presbyteratus, quatenus sunt duo Officia Ordinata ad Ecclesiæ vtilitatem, ac bonum Reip. Christianæ regimen, in administratione Sacramentorum, duo sint diuersi, ac se-

separati Ordines, realiter ab inuicem distincti, etiam de Iure Diuino, & juxta distinctionem hanc admittunt Omnes, Episcopatum esse Ordinem) discrepant tamen Theologi Nonnulli, volentes solum Presbyteratum esse Ordinem, quatenus Ordo est Sacramentum, Characterē imprimens, Episcopatum autem non esse sic Sacramentum, asserentes Doctrinam esse S. Thom. *in 4. dist. 24. q. 3. art. 2. quæstiuncula 2.* Quos tamē ex verbis S. Thom. malè intellectis, grauiter lapsos monemus affirmantes Episcopatum non esse Ordinem, quatenus Ordo est Sacramentum, ut rectè docuit Hieron. Columbi, *de Angelica, & Humana Hierarch. lib. 5. cap. 1. numer. 2.* addens *numer. 3. Hinc factum est, ut aliqui Scriptores Recentiores, qui Patrum dicta non intelligentes, eorum verbis parum consideratis referre cōsueſcunt hanc falsam Doctrinæ notam D. Thomæ alijsque sanis Theologis attribuerint, quod ipsi asserant Episcopatum nullo modo esse Sacramentum. Quodque deterius est omnes Theologos, quorum ipsi, nec membranas quidem aspexerunt ejusdem erroris accusant. Sic itaque negantes Episcopalem consecrationem esse Sacramentum, consequenter etiam negauere tunc Cōsecrato gratiam dari ex opere operato, atque hanc hæresim imbiberunt; illam manus impositionem ac verba: Accipe Spiritum Sanctum, quæ ibi contingunt frustra fieri, ac dici, seu hæc solum typice exhiberi; attamen re vera ex vi operis illius non dari Consecrato gratiam Spiritus Sancti propter quod in talia asserentes iam Tridentina Synodus Anathema protulit, Sess. 23. Can. 4. &c.*

67 II. præmittendum est hodie iam absque ulla controuersia affirmandum esse Ordinis Sacramento Characterē imprimi, prout definitum reperitur à S. S. Concilio Tridentino, *Sess. 7. Can. 9.* ibi: *Siquis dixerit in Tribus Sacramentis, Baptismo scilicèt, Confirmatione, & Ordine, non imprimi Characterem in Anima, hoc est signum quoddam Spirituale, & indelebile undè ea iterari non possunt, anathema sit.* Quod ipsum definitum erat in Concilio Florentino *Sess. 23. Can. 4.*

68 Vndè licèt olim quum primum de Charactere in Scholijs disputari cœptum est, variè admodum sensissent DD. melioris Notæ, ut videre est apud Albert. Magn. *in 4. dist. 6. art. 3.* S. Bonauent. *eadem. dist. quæst. 1.* Alexandr. de Hales, *in Summa, 4. part. q. 8. Membr. 8. art. 1.* Durand. *in 4. Dist. 4. quæst. 1.* ubi Scotus *quæst. 9.* Gabr. Biel. *quæst. 2.* Caietan. *in 3. part. q. 63. art. 1.* Petr. Pictauiens. Magistri Sententiarum Discipulus, & in Cathedra Successor. *in distin. 24. litt. K. fol. 109.* Guillelm. Parisiens. *de Baptismo, cap. 3.* Hugo de S. Victore *lib. 2. de Sacrament. Fidei, & in Summa Sententiarum,* quorum verba, & Sententias adducit Ioann. Morin. *de Sacr. Ordinationibus, part. 3. exercitat. 3. cap. 1. num. 1. 2. 3. & 4.* Hodie tamen dimissis istis, ut huic loco ineptis, atque etiam, ut post clarissimam Concilij Tridentini Definitionem Viro Catholico non committendis dubiæ, & ancipiti Sententiæ, sit Nobis

bis velut irrefragabile Principium primum, & per se notum Characterem esse signum Spiritale, & indebelile virtute Sacramẽti animæ impressum eam ad Cultum Diuinum, & Gratiam Iustificationis præparans, & necessario cum ea, & fructibus eius, nisi ponatur ob ex,connexum, ut expresse docent DD. Canonistæ, per Textum, ibi: *In cap. Maiores de Baptismo*, & Theologi *in* 4. *Dist.* 6. ubi præcipuè Gabr. Biel. *quæst.* 2. *art.* 1. Scotus *quæst.* 9. Cardinal. Cameracens. *quæst.* 3. Alexand. de Ales *dict. part.* 4. *quæst.* 19. *Membr.* 2. Gabr. Biel. *in Expositi. Canon. Missæ, lect.* 2. Ioann. Morin. *dict. exercit.* 3. *cap.* 1. *num.* 5. ubi addit Characterem esse Qualitatem Spiritalem, & indelebilem: hancque esse maximæ Doctorum Ecclesiæ partis sentẽtiam, subdit.

69 III. præsupponendum est duplex esse Sacerdotium, Francisc. Hallier. *de Sacr. Elect. part.* 2. *sect.* 1. *cap.* 1. *articul.* 1. *§.* 4. *numer.* 21. *& sequentibus, & art.* 2. *§.* 5. *n.* 13. *&* 14. Vnum quod Summum appellatur, & est Episcopatus Tertullian. *lib. de Baptism. cap.* 17. S. Ambros. *Epist.* 34. S. Hier. *Epist.* 99. *ad Assell.* Author. *QQ. Veter. & Nou. Testamenti, quæst.* 101. Gaudent. Brixian. *in Tract. Ordin. suæ.* Sydon. Apollin. *Epist.* 11. *&* 25. *lib.* 4. *&* 5. *&* 6. *lib.* 7. Faust. Regiens. *in Præfat. lib.* 1. *de lib. Arbitr. Homil. de Vidua, & Epist.* 9. *Ruritio.* S. Damas. *Epis.* 5. Prospero Zozimus *Epist.* 1. *cap.* 3. Leo *Epist.* 84. *ad Anastas. cap.* 5. *& ad Episc. Gall. & German. Epist.* 88. Idque passim Concilia probant, & præcipuè Agathens. *cap.* 6. Taurinens. *cap.* 1. Hispalens. II. *cap.* 7. Capitulare Carol. *lib.* 7. *cap.* 323. Alterum Sacerdotium, quod secundi Ordinis dicitur, & Presbyteratus communiter appellatur sub Episcopatu essentialiter includitur; ideoque sine Presbyteratu Episcopatus concipi non potest, irritaque est Episcopalis Ordinatio, quàm Presbyteralis non præcesserit, ut declaratum est in Concil. Sardicens. apud Theodoret. *lib.* 2. *Histor. cap.* 8. & professi sunt Ægyptij Episcopi, & Clerici Alexandrini *in litteris, quas post Concil. Chalcedonens. pro eius defensione ad Leonem August. scripsere, quæ extant, part.* 3. *eiusdem Concilij*, & in Concil. Hierosolymitano eius Patres Arianis obijciunt, quod temere tentassent non Presbyterum eligere, & nominare Episcopum contra antiquissimam Ecclesiæ consuetudinem, teste Athanas. *Apolog.* 2.

70 IV. Præmittendũ est nomina Episcopatus, ac Presbyteratus quadrupliciter accipi. I. Pro signo externo sensibili, quod diuersimodè in utrorumque Ordinatione, & Consecratione respectiuè contingit, hoc est actione illa trãseunte porrectionis panis, & vini, aut manuum impositionis sub præscripta verborum forma. II. pro inuisibili effectu, qui virtute actionis illius producitur, perpetuò in Ordinato manens, qui *Character* appellatur, ac *Potestas Ordinis, & Clauium*. III. Pro Officio, & Ecclesiæ externo ministerio, quod in Ordinatis, & Consecratis ex illius

lius Characteris impressione resultat. IV. Summi potest pro *Diœcesi*, ac *Parochia*, quæ Episcopis, ac Presbyteris committuntur. Hieron. Columb. *dict. cap. 1. num. 6.*

71 In prima acceptione propriè, & verè Sacramentum est Pontificalis Ordinatio, juxta propriam Sacramenti rationem, quà scilicèt *Sacramentum est Sacræ rei signum, & inuisibilis Gratiæ, visibilis forma.* Quando verò in II. consideratione pro *Charactere* accipitur, dicitur à Theologis *Res*, & *Sacramentum* simul, eo quod sit exterioris Sacramenti effectus, indelebiliter Animæ impressus, ac perpetuo in Ordinato permanens, & *consequenter signum, & causa inuisibilis Gratiæ, ac supernaturalium Operum*, quæ per ipsum tamquam per instrumentum Dei ab ipso ad sumptum Deo, ac eleuatum, producuntur in administratione omnium Sacramentorum, & præsertim in Consecratione Eucharistiæ II. denique Officium Episcopatus, aut Presbyteratus non est Sacramentum, sed consequens Sacramenti, & effluens ab illo, & effectus illius, & fundatur in *Charactere*, per quem quilibèt Officialis Christi, aut Pontifex, aut Sacerdos, aut etiam Leuita, & inferiores Ministri deputantur à Deo, & ab Ecclesia ad agenda sui Ordinis ministeria. De tribus nùnc breuiter agendum, de quarto alibi, Deo dante, differemus.

72 Magna tamen statuenda est differentia inter *Characterem*, & *Officium*; *Character* namque est indelebilis, S. Thom. S. Bonauentura, & Gabr. Biel. *in 4. Dist. 6. quæst. 2. art. 1.* ubi communiter alij DD. *Officium* autem amitti potest; tùm spontè per liberam resignationem, tùm coactè per Degradationem, aut Depositionem. Vndè cum aliquis degradatur, ab eo *Officium*, nõ tamen *Character* interior tollitur. S. Thom. *3. part. quæst 83. art. 3.* & cum Auila, Bonacina, Sayro, Paludano, Soto, Henriq. Toleto, Viuald. & Villalou. Leand. à SS. Sacramento *tom. 5. Sacr. Oper. tract. 4. de Degradatione, & Depositione, disp. unica, quæst. 8.* & priùs dixerat *tom. 2 tract. 3. disp. 2. quæst. 2.* ubi ex hac infert ratione; validè Ordinibus uti Degradatum, quamuis illicitè, ut potè maiorem Excommunicationem incurrens, tanquam Iurium Ecclesiæ violator. Pribatur ergò Degradatus Ministerio, Officio, & Dignitate, nulloque ideò amplius fruetur Clericali Priuilegio; hæc enim est realis, seu actualis Degradationis vis, & efficacia. Suar. Mar. Alter. Sayr. Henriq. Avila, Bonacina, Koninch, Filluc, Palaus, Villalou. & Pellizar. laudati à Leandro, *dict. Disp. vnica, quæst. 2.* cui addo S. Thom. *in 4. Dist. 25. quæst. 1. art. 2. ad 2.* Quod tamen non procedit in Episcopo, sponte renũtiante Episcopatum, ut decidit Alex. III. Archiep. Toletan. rescribens, ut habetur *in c. 1. de Ordinat. ab Episcopo, qui renunt. Episcopatum.*

73 Ex dictis igitur iam planè ostenditur Episcopatum, & Presbyteratum esse duo Officia distincta, ita ut remoto uno, alter subsistere possit; atque etiam colli-

gi-

gitur quo pacto Character ab Officio distinguatur; ex eo nimirum quod Character (juxta communē DD. Sententiam) est aliquod Ens absolutum, quod nullo potest modo ab Ecclesia impediri; Officium verò est Ens relatiuum, cuius tota essentia ad alterum Ordinatur, à quo impediri potest. Vndè ab Ecclesia Officium multipliciter impediri posse rectè sequitur, & optimè præmonuit Hieronym. Columbi, *dict. cap.* 1. *num.* 8.

74 V. præmonendum, seu præsupponendum est Sacramentum Ordinis esse unum, non specie atoma, sed sub alterna, & generica: hoc est unum totale esse constitutum ex multis partialibus coördinatis; diuiditur enim in plures species, quæ unum totale Sacramentum Ordinis, coördinatione quadam constituunt, quatenus pertinent ad instituēdum perfectum Ecclesiæ Ministrum; quemadmodum multi Partiales Habitus, propter quandam cohordinationem, & habitudinem ad unum objectum totale, unam totalem scientiam constituunt, Iacob. de Almayn. *in* 4. *dist. quæst. vnica, art.* 3. ubi Ioan. Maior. *quæst.* 1. *§.* 3. Soto *in* 4. *dist.* 24. *quæst.* 1. *art.* 3. Vazquez *in* 3. *part. tom.* 3. *disp.* 238. *cap.* 3. *num.* 26. Bellarm. *de Ordin. cap.* 8. *in fine.* Ægid. de Coninc. *de Sacram. disp.* 20. *dub.* 6. *num.* 51. Martinon. *eodem tract. tom.* 2. *disp.* 66. *sect.* 3. *n.* 31. Antonin. Diana, *p.* 12. *tract.* 1. *resolut.* 11. *vers. Concludo itaque.*

75 VI. denique præmonendum est: Nomen Ordo rigoroſſe sumptum non accipi pro externa illa actione, qua quis Ordinatur; sed pro Charactere, & Officio Episcopali, Presbyterali, Diaconali, &c. & sic ferè semper à PP. & DD. accipitur Hieronym. Columb. teste, *dict. cap.* 1. *num.* 9. qui *num.* 10. explicat Magistrum Sententiarum, quem aliter sensisse ait, *in* 4. *dist.* 24. in merito tamen: *Hoc namque loco* Ordinem definiens, seu describens ait: *Ordo est signaculum quoddam Sacrum, quo Spiritualis Potestas traditur Ordinato, & Officium; Hoc Sacramentum est Sacræ rei signum; quia Characteris, & Gratiæ à Deo infussæ.* Ex qua quidē Descriptione significationē præcipuam Ordinis esse Charactere, & Officium, quod Ordinatione confertur; non autem externam actionem manifestè conuincitur. Vndè potius confirmari, quàm impugnari Columbi doctrinam liquidò demonstratur.

76 Quàm quidem Doctrinam confirmamus, & corroboramus doctrinà Guillelmi Herincx ex Serafica Familia Alumni, atque Definitoris Generalis Habitualis *in Summa Theolog. tom.* 4. *Disp.* 10. *n.* 1. dupliciter nomen Ordinis considerans, in stricta scilicèt, & in lata significatione: in illaque pro Gradu permanente, siue Spirituali Potestate, quæ Ministris Ecclesiæ traditur accipiendum esse monet: in laxiori autem accipiendum esse nomen illud pro Ritu Externo, & transeunte subdit. Ante ipsumque clarius explicauerat, Richard. *in* 4. *Dist.* 24. *quæst.* 2. *artic.* 3. ubi satis ad rem docet dupliciter accipi posse Ordinis nomen: vel

pro

pro Ritu, seu signo, quod traditur Potestas Ordinato, vel pro ipsa Potestate tradita, & quod I. modo Ordo est Sacramentum tantum. II. est Sacramentum, & Res, scilicèt respectu signi prædicti, & Sacramentum rei, id est, Gratiæ gratum facientis, seu augmenti eiusdem, quæ digne Ordinem suscipienti, confertur. His ergò prælibatis sit.

## Sectio II.

### An Pontificalis Vnctio sit Ordo, & Sacramentum speciale à Sacerdotio, seu Presbyteratu realiter distinctum?

77 REspõdeo quatuor esse Catholicorum de istius Quæstionis solutione sententias, duas extremas, duas medias. I. Antiquis Scholasticis, Eorumque Principibus communissima est. Episcopatum scilicèt Characterem nõ imprimere, neque esse Ordinem, seu Sacramentum à Sacerdotio distinctum, ei que nihil addere Episcopatum, sed tantum per Vnctionem, seu Consecrationem istã aliquid Sacramentale superaddi. & quidquid Ordinis propriè dicti, quà ratione Ordines septem dicuntur; & quidquid Sacramẽti, & Characteris habet, illud à Sacerdotio, quo necessario ante Episcopatum, Consecrandus ad illũ imbutus esse debet, omninò haurire. Atque Episcopatum per se nihil aliud dicere, quàm Officium, Dignitatem, Potestatem, Authoritatem Sacerdoti dattam multo ampliorem, & augustiorem per Cõsecrationem Episcopalem, ea, quã per Sacerdotij Characterem nactus fuerat. Quæ Dignitas, & Potestas antiquitus, ut & nùnc in quatuor gradus diuiditestatur, Patriarcas, Archiepiscopos, seu Primates, Metropolitas, & Episcopos. Hugo à S. Vict. *l. 1. de Sacr. Fidei, p. 3. c. 12.* Magist. Sent. *in 4. Dist. 24. lit. L.* Alex. de Alès *in Sum. p. 4. q. 20. Membr. 8. art. 1. in fine. Resol.* S. Bonau. *in 4. Dist. 24. p. 2. art. 2. q. 3.* multis diluci de explicans; difficultatibus, quæ moueri possunt occurrens, & communem esse attestans. S. Thom. *ibid. q. 3. artic. 2. quæstiunc. 2. & Dist. 24. q. 1. ar. 2. ad 2. & in supplemento, q. 40. artic. 5. in corpore, & ad 2.* Albert. Magn. *in 4. Dist. 24. art. 39.* Nec displicet Scoto *ibid. q. 1. §. de secundò, art.* Rich. *eadem, Dist. art. 5. q. 2.* Sed aliorum sententiam referens non improbat. Thom. de Argentina, *Quæst. vnica, artic. 2.* Capreolus *in 4. Dist. 25. quæst. 1. art. 122.* Aureol. *ibidem.* Paul. Soncinas, *in 4. Dist. 25. q. 1. conc. 2.* Sed Capreolus, & Sócinas

Aureoli modum explicandi refutant. Abulens. *in cap.* 16. *Matth. quæst.* 74. Ioann. de Turrecrem. *in Can. Cleros, §. Ad quintum, num.* 16. *Dist.* 21. Sylvest. *in Summa verbo Episcopus, q.* 1. Couar. *tom.* 2. *var. resolut. lib.* 1. *cap.* 1. *numer.* 15. qui de communi Theologorum sententia attestatur. Dominic. Soto *de Iust. & Iure, lib.* 10. *quæst.* 1. *artic.* 2. relati à Ioanne Morino *de Sacris Ordinat. part.* 3. *exercitatione,* 3. *cap.* 1. *numer.* 6. quibus alij addi possunt adducti à Sebast. Cæsar. *de Eccles. Hierarch. quæst.* 4. *proœm. §.* 3. *numer.* 5. & à Mathia Corona *de Dignitate, & Potestate Spirituali Episcoporum, tract.* 1. *cap.* 3. *numer.* 1. Nonnullos paucos Moderniores addimus ex Diana *part.* 12. *tract.* 1. *de Consecr. Episcopor. resolut.* 1. *mox à principio*, qui *vers. Probatur hæc opinio.* Fundamenta istius opinionis suprà à Nobis proposita adducit ad probandum non esse Ordinem. & resolut. 5. adhibet plures docentes non esse Sacramentum. Addique pro hac sententia possunt DD. septem Ordines tantũ adnumerãtes. S. Thom. Sotus, Bellarminus, Nauarr. Petr. Gregor. & alij adducti à Torreblanca *de Iure Spirituali, tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 12. *numer.* 13. 14. *&* 15. quos quidem Authores cui addo Sebastian. Cęsar. *dict. §.* 3. *numer.* 7. communem esse opinionem affirmãtem, pro hac opinione militare, aut saltem multum fauere liquet; quando quidem septimum Ordinem Presbyteratum adsignant.

78 II. sententia huic opposita docet Episcopatum esse peculiarem Ordinem à Presbyteratum specie, & numero distinctum, imprimentem diuersum Characterem, ita tamen affectum, ut Presbyteratum ad sui impressionem, natura sua, requirant. Quàm docent Isambertus, Petrus Sotus, Beccanus, Tanerus, Vazquez, Hurtado, Gerunda, Medina, Cajetano, Martin. Fornar. Bellarmin. Valentia, Sà, Coninch, Tolet, Domicius Chamerota, Layman, Marchin, Durand. Scot. Ioann. Major, Iacob. de Almain. & Altisiodorens. Atque ex Canonistis Glos. Abb. Nauarr. Bartol. & Tusch. adducti à Diana, *dict. part.* 12. *tractat.* 1. *resolut.* 2. ex quibus probat Pontificalem Consecrationem esse verè Ordinem, & resolut. 6. esse Sacramentum latè demonstrat, cui addendi sunt Guillelm. Altisiodorens. *in Summa, lib.* 4. *tractat.* 8. *quæst.* 1. Ioann. Major. *in* 4. *Dist.* 24. *quæst.* 1. *§. sequenti.* Iacobus de Almain. *ibidem, quæst. vnica, articul.* 2. Nicolaus de Orbellis *in* 4. *Dist.* 24. Nicolaus de Nize *tractat.* 6. *part.* 3. Petr. Sotus, *de Institut. Sacerdot. lect.* 4. *de Sacramento Ordinis.* Mich. Medina *de Sacror. Homin. continent. cap.* 16. *&* 18. Ioann. EKius *lib.* 3. *de Primatu Petri, cap.* 22. *& homil.* 67. *&* 68. *de Sacramentis.* Ioannes Putean. *in Summa S. Thom. Quæst. vnica de Sacrament.*

Or-

*Ordin.dub.3.& 6.conclus.3.* Bellarmin. *de Sacram. Ordin. lib.1. cap.* 5. Estius *in* 4. *Dist.* 24. §. 28. ubi hoc multis demonstrare nititur, Francis. Syluius *in* 3. *part. quæst.* 40. *artic.* 5. *conclus.* 2. Gregor. de Valentia *de Sacram. Ordinis, quæst.* 1. *puncto* 4. §. *Secundò controuersum.* ubi cum Petro Soto æstimat sententiam istam esse de fide. Et in hanc sententiã inclinare videtur, Meratius *in S. Th. tom.* 3. *tr. de Ordi. Disp.* 5. *sect.* 2. licèt rationẽ explicãdæ differẽtiæ Characteris Episcopalis à Sacerdotali peculiarẽ, & à Nemine hac tenus traditã in fine sectionis doceat. Quã ipsam sẽtentiam rigide defendit Nicolaus Isambertus Doctor Sorbonicus *in* 3. *p. S. Thom. tom.* 3. *Disp.* 2. *de Ordin. art.* 3. *& Disp.* 4. *ar.* 3. relati à Ioan. Morino *d exercit* 3. *c.* 1. *nu.* 7. Et defendere hanc ipsam sententiã tenebuntur affirmantes Ordines nõ esse septem tantum. Sed nouem, ut *ex cap. Cum contingat de ætate, & qualitat. Ordin.* Can. *Cleros* 21. *dist.* S. Dionys. Areopag. Augus. Barbos. Couar. & ex propè innumeris alijs Iuribus, & DD. docet Torreblanca *de Iure Spirit. tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 12. *n.* 16. *& seqq. usque ad n.* 21. cui addo quàm plures relatos à Diana *d. p.* 12. *tr.* 1. *resol.* 11. *tota.* Et pro principali sententia addimus Durand Bellar. Medinam, Mayronium Rubium, Cajet. Valent. Becanũ, Vazquez, Coninch, Adamum, Gaspar. Hurtado, & Sebastian. Cæsar laudatos, & sequutos à Mathia Corona, *d. tract.* 1. *c.* 3. *nu.* 1. *post med.* qui *n.* 3. occurrit instantiæ faciendæ ex pluritate Ordinum, quæ ex nuper adductis soluta manet. Videndus que etiam est Diana *loc. cit.* quibus etiam addi potest Torreblanca *d. c.* 12. *nu.* 27. plures refens.

79 Tertia sentẽtia, inter has extremas, media est; non profitetur enim Episcopatum nouum esse Ordinem à Presbyteratu planè distinctum; peculiarem Characterem imprimere; nouem esse Ordines, ut secunda substinet opinio. Nec etiam profitetur eumdem esse planè Ordinem cum Presbyteratu; solumque Officio, Dignitate, & Potestate distingui, ut prima fert opinio, sed ita priorem sententiam cum Posteriore temperat, ut non unum absolutè utriusque Characterem, nec duos, sed unius Characteris extensionem, & diffusionem asserat; non unum omninò, & undè quaque eundem Ordinem, nec duos, sed unum imperfectè, & incohatè in Presbyteratu, perfectè, & completè in Episcopatu tradat, ad eo ut Episcopus eis sit Presbyter perfectus, & completus, cui post Episcopatus collationem nihil habeat Ordinatio, quod superaddere possit. Et temperamento isto videntur sibi Episcopatum præclare à Presbyteratu distinguere, nec tamen duos Ordines, aut duplicem Characterem constituere, quum res incohata, & imperfecta, à confirmata, & perfecta numero non differat, ut Puer generare impotens, crescente ætate Vir factus, & generationi idoneus, alter à Se ipso Iuuene, non euasit.

juxta Philosophorum namq; doctrinã habitus inchoatus, ne dũ in Subjecto firmiter in hęres pro eadẽ specie qualitatis, ac Dispositio accipitur, undè inferũt. Quod sicut potest homo idem ex puero virũ euadere, nõ mutata specie; ita eadẽ numero Qualitas potest ex dispositione fieri Habitus. Sic nec Presbyter factus Episcopus, eo quod Episcopali Cõsecratione ad Presbyteros generandos, aliosque Ecclesiæ Ministros factus est idoneus, alter à se ipso Presbytero dijudicandus est. Durand. *in* 4. *Dist.* 24. *q.* 6. Paludan. *ibi.* 7. Supplemẽtum Gabr. *q.* 1. *ar.* 3. *dub.* 6. Kellisonius, Vazq. Conink Becan. Bellarm. Cajetan. Bahun. Castro Palao, Leandr. à SS. Sacram. Granados, Gesuald. Trullench. Dicast. Hurtad. Henriq. & alij adducti à Diana, *d. p.* 12. *tract.* 1. *resol.* 7. *tota.* Huncq; explicandi modũ usurpãt quã plures pro secunda sententia adducti, teste Ioan. Morin. *d. exerc.* 3. *c.* 1. *n.* 8. qui *n.* 9. addit Extensionẽ illam Characteris à DD. præallegatis nõ cõcipi per modũ Quãtitatis, sed Qualitatis, quæ vires amplio res, & perfectiores acquirit, easque in plura objecta diffundit. Rectius tamen (Iudice Morino *l. c.*) extensionẽ istam Paludan. explicuit *in* 4. *Dist.* 24. *q.* 7. *artic.* 4. *ad* 1. dicens: *Sicut Habitus Scientiæ aliquãdo augetur, non intensiue respectu alterius, ut puta quia de eodem objecto, sub eadem ratione formali per exercitium nouum acquirit homo notitiam nouæ Cõclusionis; tunc intenditur habitus scientiæ, non sic quod possit limpidius speculari istud quod prius, obscurius, vel promtius, quia ponitur quod non plus frequentauit Conclusionẽ prius notam, sed quia per illũ habitum, per quẽ prius non poterat considerare promte, nisi unam Conclusionem, quam solum frequentauerat; nunc potest æqualiter cõsiderare secundam, quam prius non sic poterat. Ita Character Sacerdotalis, qui prius non poterat ordinare, vel cõfirmare, sed tantum inungere, conficere, & absoluere; adhibita Episcopali Consecratione, potest, non plus conficere, ungere, vel absoluere, quã prius, sed Ordinare, & Cõfirmare, quod nõ prius, &c.* Et addit Ioan. Mart. *loc. cit. n.* 10. Quod accessione Episcopatus non perficitur Character Presbyteralis, aut extenditur ratione Fũctionum Sacerdotaliũ; noua tamen illi aduenit Perfectio, & Intensio, quà fit ad aliàs Functiones, quibus antea ineptus erat: itaq; perficitur Character Presbyteralis, & reapse augetur accessione Episcopatus: ut Habitus scientiæ pluriũ Cõclusionũ cognitione realiter crescit. Hoc tẽperamentum Primus adinuenit Durand. *in* 4. *Dist.* 24. *q.* 2. *ar.* 3. *toto, & præsertim in resp.* 2. *ad* 2. & 4. ubi sic concludit: *Gratia, quæ ad Potestatẽ Characteris Ordinis attinet complete per Sacramentũ Ordinis Sacerdotalis confertur ad omnia administranda Sacramenta, quæ quocũque tempore Sacerdos administrare debuerit; & ideò licèt, dum Consecratur in Episcopum, extendatur eius Potestas ad alia tradenda Sacramenta, scilicèt Confirmationem, & Ordinem; non tamen indiget noua Gratia Sacramentali; tamet si per Morum, Meritorumque augmentum debeat conniti, ut cumulatiori proueha-*

*batur*, Henriq. *lib.*10. *de Sacram. Ordin. cap.*7. §.1. Hallier. *de Sac. Elect. part.*2. *c.*1. *artic.*1. §.4 *nu.*21. *&* 22. Ægid. de Coninch. *de Sacram. tom.* 2. *Disp.*20. *dub.*2.6. *&* 8. *in fine*. Morin. *d. exercit.* 3. *cap.*1. *num.*10.

80 IV. Sententia quum solũ distinguatur à Postrema ista, modo explicandi Characteris extensionem cum ea in substantialibus hanc coincidere non dubitamus, undè non diuersam substantia, sed unam, eandemque diuersimodè explicatam censemus. Ea enim fert: Per Consecrationem Episcopalem alium Characterem non imprimi diuersum à Sacerdotali; nec Sacerdotalem iam susceptum propriè extendi. Sed eo permanẽte, nouam, & distinctam à Præcedente, Potestatem conferri. Sic Vazq. *in* 3. *p. S. Thom. Disp.*240. *cap.* 5. *n.* 54. qui *Disp.*239. *c.*6. *num.* 57. explicatum reliquerat. Quæ sit illa Potestas Characteri Sacerdotali per Episcopatum superaddita? dixerat enim: *Nihil aliud esse nisi Relationem Destinationis Diuinæ ad hoc, aut illud Ministerium, quæ est extrinseca Denominatio.* Ex eius ergò sententia eodem modo philosophandum est de Charactere Sacerdotali quatenus spectat Episcopalem Potestatem, ac de eo, quatenus spectat Sacerdotalem absoluendi facultatem. phylosophatur. Vazquez, latè explicant Philipp. Gamachæ. *in Summa Theolog. de Sacram. tom.* 3. *Comment. de Sacr. Ord. c.*9. *in explicat.* 3. *Assertionis*. Ioan. Morinus *d. exercit.* 3. *c.*1. *n.* 12. *& seqq.* apud quos subtilissimã istam ratiocinationẽ videndam relinquimus, Nobis enim eam persequi non placuit. Alijs ergò relictis opinionibus tertia à Nobis sequenda est, & pro modulo nostro communienda, eamque.

81 I. Probamus ex communi Theologorũ Sententia, affirmãtium ad Episcopum priuatiuè attinere quorumdam Hierarchicorum actuum facultatem, & usum, hoc est perficere Ecclesiã, Fideles confirmando, & Presbyteros ordinando. Vndè S. Thom. *in* 4. *Dist.* 24. *q.*3. ait: Quod Episcopatus est Ordo, quatenus illi quidam attribuũtur Hierarchici actus in administratione quorumdam Sacramẽtorum, quos præter Episcopũ nemo agere potest, sed Potestas agẽdi Hierarchicos actus, hoc est Diuinos, facultas, scilicèt conficiendorum confirmationis, & Ordinis Sacramentorũ, juxta Catholicam doctrinam, est Potestas Sacramẽtalis, ac supernaturalis, nulla etenim alia ratione homini cõmunicatur, nisi per sacrũ illud manuum impositionis signũ, ac verba Christi ibi recitata, ut infrà videbimus. Ergò Episcopatus est Ordo, quatenus est Potestas Sacramentalis, quæ per Sacræ rei signũ recipitur juxta illud, Dionys. *de Cælest. Hier. c.*7. *Impossibile est nobis Lucere Diuinũ radium, nisi varietate suorũ velaminũ Anagogicè circumuelatũ.* Potestas ergò hæc pertinet ad ipsũ Ordinis Sacramentũ, & sic patet Episcopatũ Ordinem esse, in quantum Ordo est Sacramẽtum, seu quatenus est Sacraméti complementũ.

82 II. Autem probatur, sumpto à minori ad maius argu-

mento: In Diaconibus, cæterisque Ministris inferioribus, qui minimum omnium Diuinorum actuũ peragunt, requiritur Potestas Sacramentalis, & per consequens Diaconatus, ac cæteri inferiores Ordines sunt Sacramenta, ut decissum est in Concil. Florentino *in Instruct. Armenior.* Trident. *Sess.* 23. *cap.* 2. *&* Can. 2. Can. *Cleros* 21. *dist.* Can. 1. *& seqq.* 23. *dist.* Can. *Perlectis* 25. *dist.* Cap. *Cum contingat, de ætate, & qualit. Ordinand.* S. Isidor. Rabbann. Hugo de S. Victore, Couar. Lancellotus, Conrad. Ojeda, Bursat, Barbosa, Bonacina, Sayrus, & Valētia, sequuti à Torreblanca *de Iure Spirituali, lib.* 2. *c.* 12. *num.* 17. qui *num.* 18. addit omnes istos Ordines Characterem imprimere, allegans Concil. Trident. *dict. Sess.* 23. *cap.* 4. Bellarm. Vazquez, Bonacinam, Fillucium, & Barbosam, *& nu.* 19. subdit omnes istos Ordines conferre gratiam simpliciter, & absolutè, tùm respectu Relationis, quã Omnes habent ad Celebrationē Eucharistiæ, pro cujus assertionis comprobatione adducit, Vivald. Victoriam, Valētiam, Coninch, & Gaeta, ut de quatuor minoribus docet. S. Thom. *in* 4. *dist.* 24. *quæst.* 2. *art.* 1. *quæst.* 3. *&* 3. *part. quæst.* 37. *art.* 3. S. Bonauent. Scot. Richard. Nuñus, Victoria, Barthol. de Ledesma, Petrus de Ledesma, Ioann. à Cruce, Lumblinus, Biescas, Bellarm. Henriq. Valent. & alij propè innumeri adducti à Leandro *de Sacram. tom.* 2. *tract.* 6. *quæs.* 6. *vers. Sed longè probabilius*, qui etiam, *q.* 7. *&* 8. latè exhibet DD. hanc, & cõtrariam sententiam defendentes. Sed affirmatiua Thomistarum esse apparet, & probat Ioan. Biescas *in Apologia pro doctrina D. Thom. quæst.* 11. *art.* 4. *dub.* 5. *pag.* 798. *per plures seqq.* quibus addo Concil. Nicen. *in Epist. ad Fælician. Episcop.* Concil. Roman. *sub Sylueſtro, Can.* 3. Concil. Carthaginens. IV. *Can.* 4. *& seqq.* Euseb. Cæsarien. *lib.* 6. *Eccles. Histor. cap.* 35. Subdiaconatum etiam Ordinem esse, & licèt à principio Sacrorum Ordinum numero non accenseretur; hodiè iam Maiorum Ordinum Cathalogo ab Ecclesia adscriptus est Can. *Nullus* 60. *dist.* Concil. Tridentin. *dict. Sess.* 23. *cap.* 2. Diaconatũ quoque esse Maiorem Ordinem, docet Magister *in* 4. *dist.* 24. & illius Apostolum meminisse cõstat, 1. *ad Timoth.* 3. *Act.* 21. Torreblanca *d. cap.* 12. *num.* 9. *& seqq.* Ergò fortiori est ratione, & fundamento concedenda Sacramenti ratio Episcopatui, cui soli competit Ecclesiam perficere, ordinãdo illi Ministros, per quos Eucharistia conficiatur.

83 Confirmaturque ratiocinatio hæc, Sacris attentis Oraculis iuxta enim ea clarius apparet Episcopatum, per quem supernaturales conficiuntur actus, esse institutum à Christo, quàm Diaconatum, ut latè probat Hier. Columbi *de Angelic. & Human. Hierarch. lib.* 5. *cap.* 4. *& cap.* 9. Vbi plures refert, & probat distinctum à Diaconatu, & Presbyteratu esse, quia nullum ab istis supernaturale peragi potest unde S. Thom. *dict. q.* 3. *art.* 2. *quæstiunc.* 2. Quorundam

Hic

Hierarchicorum actuum in Episcopo Potestatem agnoscit singularem, propter quàm Episcopatũ Ordinem appellat. Et quamuis neget ipsum Episcopatum esse Ordinem, ut Ordo est Sacramentum imprimẽs Characterem, quia per hùnc Characterem Sacerdos ipsi Christo configuratus, ad Eucharistiam iam ordinatus fuerat, numquam tamen negat eumdem Ordinem esse Sacramentum, non ut nouum imprimens Characterem, sed ut veterem extendens, ac perficiẽs, ut expressè docuit Guillelm. Parisiens. *de Sacram. Ordinis, cap.* 13. à quo Ludouic. Cellot. *de Hierarchia, & Hierarchis, lib.* 8. *cap.* 13. *pagin.* 700. *vers. Sed omnium dissertimus*; cui addo S. Isidor. Raban. Scot. Ioann. Basiolum. Durand. Ioann. EKium. Ioann. Mayor. Paludan. Palac. Guillelmum Esthi. Iacob. Almayn. Altisidor. Cardinales Caietan. & Tolet. Valentia, Suar. Gabr. Biel. & Gabr. Vazq. Petrum de Ochagauia, Coninch. Franc. Sylu. & omnes S. Thom. Interpretes, Filluc. Fornar. Lorin. Petr. Sot. Michael Medina Hannib. Resell. Nauar. & Canonistas, Card. Lugo, & Martinon. adductos à Hieron. Columbi *dict. lib.* 5. *cap.* 15. *numer.* 14. cui etiam plures alij adjici possunt ex Leandro à Sanctis. Sacram. *dict. tract.* 6. *quæst.* 10. *&* 11. & Diana *part.* 12. *tract.* 1. *resol.* 2. qui à contraria sententia, quàm defenderat, *part.* 5 *tract.* 10. *resol.* 41. omninò resiluit, & præ omnibus videndus, Franc. Hallier. *de Sacr. Elect. p.* 2. *sect.* 7. *c.* 1. *art.* 2. *toto, & de Eccles. Hierarch. lib.* 1. *sect.* 2. *cap.* 3. ubi quàm plurimas addunt comprobationes.

84 Sed objiciet aliquis in Episcopatu hanc vocari extensionem Characteris, non realiter, sed secundum rationem, ergò nequit esse Sacramentum. Facillimè tamen instantia diluitur ex Cardin. Bellarm. *de Sacram. Ordin. lib.* 1. *ca.* 5. ibi: *Quod si dicunt Characterem extendi significatione, quod scilicèt in Episcopo sit signum plurium Potestatum, & in Presbytero pauciorum, reuinciuntur; quia licet Character reapse non agat, sed solum sit signum pacti Dei cum hominibus se concursu Diuino in illis actionibus Sacramentalibus, exhibentis tamẽ hoc est signũ reale, & ideò sicuti ubi est Spiritualis Potestas colligitur in Anima, esse realem Characterem, ita ubi est additio Nouæ Potestatis, oportet colligere realem additionem Characteris. Quumque eadem efficacia requiratur ad Characterem re ipsa extendendum, quæ ad nouum imprimendum: tùnc certè illud Ecclesiæ externum Symbolum; illaque manuum impositio, quæ hùnc habet Spiritualem effectum, ac supernaturalem ad realem extensionem, erit Sacramentum.*

85 Ex quibus conciliari, & ad nostram reduci Sententiam Thomistas posse, non dubitamus; Omnes siquidem in hanc conspirant Sententiam, quod verè physicè, ac realiter ex vi illius consecrationis extendatur Episcopo Character Presbyteralis per Diuinam Potentiam nouo quodam, ac reali modo, quem antea non habebat, ut assumatur à Deo, tamquam instrumentum ad producẽ-

dum

dam nouum effectum, & hanc vocant Perfectionem eiusdem Characteris, & consequenter indelebilem, ac irretractabilem. Quod idem est ac dicere: *Quod actio illa sit propriè Sacramentum, à quo datur noua Potestas causandi gratiam, & transfundendi Sacerdotalem Characterem in Presbyteros ab illo postmodum ordinandos.* Eadem quoquè ratione asserũt refertissimam dari Gratiam Episcopo in sua Consecratione, propter quod dicunt Episcopatum esse complementũ perfectissimum Sacramenti. Didac. Nuñus *Disput. ultim. super Addit. ad 3 part. S. Thom. quæst. 38. art. 5.* quasi dicant hanc nouam Consecrationem, ex qua efficitur in Anima Episcopi Supernaturalis, ac vera Characteris extensio, esse Sacramentum; Quicquid enim alicuius rei est complementũ certè ad illius integritatem pertinet, & ad essentialem perfectionem eius necessaria est. Ergò si actio Consecrationis Episcopalis est cõplementum Sacramenti Ordinis ad eius pertinebit integritatem, tamquam pars, ex quà totus componitur Ordo, ergò est perfecti, ac completi Ordinis Sacramentum indelebilis, ac irreiterabilis, qualis ipse Character; hoc est Sacrum aliquod externum signum, per quod Sacerdotalis Character, atque Ordo completur, & perficitur, ut optimè arguit Hieronym. Columbi *dict. lib. 5. cap. 15. num. 6.* addens legitimè exinde inferri Episcopalẽ Cõsecrationem, etiam juxta Thomistarum sententiam esse Sacramentum, ut perficiens ipsum Characterem Sacerdotalẽ eumque extendens, ac sufficiẽtem constituens, aliquo nouo verò, ac reali modo, ita ut Deo cooperetur ad alia Diuina, ac supernaturalia opera instrumentaliter efficienda ille, qui sic Episcopus ordinatur, & consecratur. Et hanc positionem maximè consentaneam esse S. Thomæ doctrinæ, nec per eam quicquam detrahi Presbyterali Characteri, ac Ordini, per quem immediatè in suo proprio subjecto Sacerdos ordinabatur ad Eucharistiæ Sacramentum.

86 In eamdem ferè coincidit Sententiam, & explicationem Nuñus *in Comment. Addit. ad 3. p. S. Thom. quæst. 38. art. 5.* dum ait: *Quum Christus instituerit manuum impositionem, tamquam signum completiuum signi præcedentis, Episcopatus non est per se signum, atque adeò Sacramentum (scilicèt realiter distinctum à Charactere Sacerdotij) sed est aliquid pertinens ad substantiam, & integritatem istius Sacramenti, licèt non ad essentiam; sicuti satisfactio, quæ est tertia pars Pœnitentiæ, neque est pars essentialis, neque omninò accidentalis, sed integralis, & quodammodo substantialis, sicut in homine manus, & pedes non sunt de essentia humanæ naturæ, sed de eius substantia, &c.* Ex cuius verbis apertè colligitur Episcopatum esse aliquid pertinens ad Substantiam Sacramenti Ordinis, & manuum impositionem, quæ Episcopus constituitur, à Christo institutam esse, tamquam signum completiuum signi præcedentis Ordinis Presbyteralis. Quod indè ait,

Epis-

Episcopatum non esse per se Signum, non potèst aliter intelligi, quam quod non sit pèr se nouus Characèr discretus à priori Presbyterali, ex quo non excluditur, ut in noua consecrationè Episcopali prior Characèr extendatur verè, ac realiter ad complendum, & perficiendum Sacèrdotium ad nouos actus Gratiæ, ac Potèstatis Supernaturalis elicièndos, ut apertè alibi Nuñus ipse asseruèrat, hocque sufficit ad rationem Sacramentalem, ut sit illa actio, ac Signum impositionis manuum cum verbis ibi concurrentibus, ex quibus ex opère operato Episcopus Sanctificatur, ac nouam Supernaturalem assequitur Potestatèm, & fit completum, ac perfectum Ordinis Sacramentum.

87 Hinc iam facillimè apparet conciliari etiam posse in hac quæstione dissentientès DD. Nègantes siquidem adducti à Leandro à SS. Sacram. *dict. tract. 6. q. 10. mox à principio.* Diana *dict. tract. 1. resol. 5. & seqq.* intèlligendi sunt loqui de Ordine, in quantum nouum imprimit Characèrem, quibus, & Nos libentèr assentimur, non verò quatènus vètèrem extèndit Characterem. Esset nãque exploratissimus error mãdatum Christi perturbans, Vetèrem Patrem, ac Thèologorum, totiusque Catholicæ Ecclesiæ Dogmati contradicens, quæ ab Apostolorum tempore usque modo Episcopalis consecrationis ritum ac formam, aliosque Sacramentalis Gratiæ effectus tradidit. Hallier. *dict. sect. 2. cap. 1. art. 2. §. 2. num. 2.* Diana *dict. tract. 1. resol. 6. & 7.* Columbi *dict. cap. 15. num. 9.* & Nos alibi latiùs forsan.

88 Neque obstat quod Presbyteralis Character per solam concessionem Ecclesiæ extendi possit, ut nimirum simplex Sacerdos auctoritate Papæ alium queat Sacerdotem Ordinare; Glos. *in c. Manus quoque impositionis de Consecrat. Dist. 5.* & ibi Adnotatio litteralis. Eadem Glos. *in Can. Peruenit 95. dist.* Innocent *in cap. Quanto de Consuetud.* & quam plures antiqui grauissimi Canonistæ relati à Ioann. Morino *de Sacr. Ordinat. p. 3. exercitat. 4. cap. 3. & cap. 4.* ubi validissimè eam corroborat. Hoc tamen nullius esse momenti respondemus: licèt enim præsuppositum admittamus (quod in nostra voluntate positum est, non enim desunt quàm plures Authores magnæ notæ, id negãtes, ut videre est penes nuper allegatos) adhùc tamen Episcopatus remanet nouus Ordo a Presbyteratu realiter distinctus, veluti, qui per nouam Consecrationem recipit ex opere operato nouam gratiam, & nouã Potestatem agendi ex Officio, ac Iure Diuino Episcopos constituẽte, id quod simplex Sacerdos solum ageret ex commissione. Vndè hoc modo Character Episcopi est velut signum pacti absoluti, qui à nulla Superiori Potestate in terris de facto impediri potest, ut Theologis innotescit. Character autem Presbyteri, qui non per se, & virtute sua, sed velut extensus, & applicatus per concessionem Pontificis, potest interdum ad talc mi-

ministeriũ eleuari, atque ad eiusdem placitum hæc ab eo Potestas auferri. Et sic non est Ens reale, *sed Ens rationis*, aut Entitas moralis tantùm, extensio hæc Characteris, quæ sine Consecratione Episcopali fit, hoc est relatio rationis, siue Moralitas quædam ortà ex vi Destinationis Humanæ adhoc, vel illud ministerium, etiam si fiat secundum ritum, & formam benedictionis Abbatialis, quæ nullũ est Sacramẽtum, quia in manuum impositione non dicitur ei: *Accipè Spiritum Sanctum, &c.* & per consequens non datur ei Gratia ex opere operato hominum ministerio, neque dicuntur Abbati verba: *Quodcumque ligaueris, &c.* nec plus cœteris habet Iure Diuino. Ita Columbi *dict. cap.* 15. *num. fin.*

89 Hæc nimis subtilia, seu obscuriora ab aliquibus fortè retanda, facillimè percipientur ex Text. *in Can. Diaconos* 13. 93. *Dist.* ubi Gelas. Papa scribit: *Absque Episcopo, vel Presbytero Baptizare non audeant, nisi prædictis fortasis Ordinibus longiùs constitutis necessitas extrema compellat, &c.* Ex quibus apparet Episcopatum, & Presbyteratum, tamquam distinctos Ordines recensitos esse à Romano Pontifice, cui accinit Anaclet. Papa *Epist.* 3. *cap.* 1. qui in enumeratione Ordinum, Episcopatum separatim recipit; esseque duos Ordines Sacerdotum in Ecclesia, Episcoporum scilicèt, & Presbyterorum, ultra quàm, quod iam suprà adnotaui, probant Epiphan. *hæres.* 75. Dionys. *de Eccles. Hierarch. cap.* 5. Leo *Epist.* 84. *cap.* 4. S. Grego. *lib.* 4. *in* 1. *Reg. cap.* 5. Clem. Roman. *lib.* 8. *constit. Apostol. cap.* 45. ibi: *Episcopis quidem assignauimus, quæ ad Principatum Sacerdotum pertinet. Presbyteri verò, quæ ad Sacerdotum. Diaconis verò, quæ ad ministerium Vtriusque, &c.*

90 Nec Sacra desunt oracula; nam 1. *ad Thimoth.* 4. Apostolus scribit: *Noli negligere gratiam, quæ data est tibi Prophetam cum impositione manuum Presbyterij, &* 2. *ad Thimoth.* 5. *Admoneo Te, ut resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum, &c.* Ex quibus hoc efformamus argumẽtum cum Diana *dict. tract.* 1. *resol.* 2. *vers. Probatur hæc opinio:* Quod Apostolus ait dedisse Thimotheo per manus impositionem est quidam Ecclesiasticus Ordo propriè, & rigorosè dictus, sed utrobique Apostolus de Episcopatu à se Timotheo collato loquitur. Ergò juxta Apostolum Episcopatus est verus Ordo. Conseq. ex præmissis sequitur Maior. probo ex Concil. Trid. *Sess.* 23. *cap.* 3. ex utroque loco decidens Ordinem esse Sacramẽtum, ac proinde id cui Tridentinum ait conuenire ex Apostolo rationem Sacramenti, debet esse Ordo Ecclesiasticus propriè dictus, aliàs enim nulla, & vana esset locorum allegatio, & fundamentum ex ipsis à Concilio desumptum. Min. probo ex Chrisost. *in* 1. *Epistol. ad Timoth. homil.* 13. ubi etiam Theophylac. S. Anselm. & S. Thom. Isambert. *in* 3. *p. S. Thom. tom.* 3. *de Sacr. Ordin. disp.* 2. *art.* 3. igitur Episcopatus est Ecclesiasticus Ordo, propriè, & rigorosè dictus.

Con

91 Consequentiam hanc nostramque corroboramus Conclusionem ex Concil. Trident. *Sess.* 23.*cap.*4. Vbi Episcoporum Consecrationem appellat Ordinationem,*&* *Can.* 6.*ejusdem Sess.* definit esse in Ecclesia Hierarchiam constantem Episcopis, Presbyteris, & Ministris; omnis autem, & quilibet gradus, seu status essentialiter consideratus, veluti pars integralis, & constitutiua Ecclesiasticæ Hierarchiæ, est Ordo Ecclesiasticus propriè dictus,& è cóuerso, qui hoc caret constitutiuo, ab illo excluditur gradu Hallier. *dict.sect.*2.*cap.*2.*pag.*26.*vers.Quod autem.* Sed Episcopatus est declaratus à Concilio Tridentino pars essentialis, & constitutiua Ecclesiasticæ Hierarchiæ, ut nuper vidimus,& latè probant Hallier. *de Eccles.iast.Hierarch.lib.*1.*sect.*1.*cap.*2.*pag.*6. & aliquot sequentibus. Ergò Episcopatus est Ordo, & consequenter Sacramentum.

## Sectio III.

### An Regia Vnctio sit Ordo, & Nouæ Legis Sacramentum?

92 LIcèt aliqui ex Gallis Authoribus, præsentientes se omni prorsus fundamento destitui ad inducendam imaginariam Sacro Supremam Potestatem, quàm Regibus suis competere affirmant, (ut à principio vidimus) suadere conantur Vnctionem Regum Francorum Sacramentum esse, Characterem imprimens, ut videre est penes Armacan.*in Marte Gallico,lib.*1.*cap.*4.*pag. mihi* 13.*&* 14. ubi optimè infert. Quod Authores Galli fateri necessario tenentur Vnctionem Regiam octauum esse Sacramentum, ni in alia velint intolerabilia incidere absurda, quod pluribus Author ille demonstrat,*&* *pag.*15. docet assertionem hanc, inauditam hactenus in Ecclesia esse; omnisque Ecclesiasticæ, Diuinæque Authoritatis expertem, & quæ sine magna temeritate defendi non potest quia grauissimam irrogat Sacramentis iniuriam, patem attribuēs Sacramentalibus virtutem, ac Sacramentis, aut superiorem illis, quàm istis deferendo, cuius inanis opinationis Error, ne serpat, & quotidie excrescat, ultra adducta ab Armacano, aliqua non penitus aspernenda ad hanc opinionem omnino à Catholicorum mentibus auellendam, adducemus, eius præjactis, & dilutis fundamentis; Tàm quæ ab Asseclis exhibita sunt, quàm aliâ denuò à Nobis excogitata, & ad inuencta.

93 I. ergò fundamentum est. Vnctio Regia ad Sacramentum Ordinis pertinet, & quidem ratione Sacramenti; sed Ordo est verè Sacramentum Characterem imprimens, ergò, & Regia Vnctio.

tio. Conseq. ex præmissis sequitur Min. ex dictis patet. Maj. probo. I. ex Text. *in Can. Valentinianus 63. distinct.* Vbi Valentinianus Imperator Ambrosio suadens, ne Archiepiscopatũ recusaret ei scripsit. Et *Ego Adiutor, & Defensor tuus, ut meum Ordinem decet, semper existam*: clariusque S. Petr. Damian. *Serm. 69. de Dedicatione*, ubi quintum Sacramentum Inunctionem Regiam appellat, cui suffragatur S. Augustin. *lib. 2. contra Petilian. cap. 48.* Quorum fortè authoritate fretus Sacramentum etiam eã appellauit D. Roderic. Archiep. Toletan. *lib. 3. Hist. cap. 1.* ubi de Vvamba loquens ait: *Decreuit Se à Regis nomine temperare, donec in Maiori Ecclesia Vrbis Regiæ reciperet Sacramentum, &c.* apertiusque omnibus S. Gregorius *in lib. 1. Reg. cap. 10. lib. 4. cap. 5.* ubi relata Saulis Vnctione addit: *Hoc profectò hac Vnctione exprimitur, quod in Sancta Ecclesia nùnc etiam materialiter exhibetur, quia qui in culmine ponitur Sacramenta suscipit Vnctionis, quia verò Vnctio ipsa Sacramentum est, Is qui promouetur benè foris ungitur, si intus virtute Sacramenti roboretur.* & Theodor. Balsamon. *ad Can. 12. Concil. Ancyrani in supplemento, pag. mihi 1125.* Vnctionem inter Sacramenta Ecclesiæ adnumerat.

94 II. Inunctis Regibus Ius solemniter canendi Epistolam, & Euangelium competit, celebrante Papa, ipsisque Missarum solemnijs assistentibus, imò Imperatori à Summo Pontifice inuncto conceditur, ut sacris induatur vestibus, eaque solemniter munia exequatur, quæ Subdiaconis committi solent. Vet. Pontifical. Roman. *tit. de Coronat. Imperat.* cui consentit lib. Sacr. Cerem. Marcell. Concyr. *sect. 5. cap. 3.* referens Imperatorem inunctum committari Pontificem petentem altare, in eo que Calicem, & Patenam cum Hostijs offerre, Aquãque Vino infundendam subministrare, adde Carol. Sigon. *de Regn. Ital. lib. 7. Restaur.* Castald. *de Imperat. quæst. 29. numer. 4.* Hallier. *dict. art. 5. §. 4. numer. 19.* Cuncta autem hæc Diaconatum, & Subdiaconatum sapiunt Henriq. *lib. 10. de Sacram. Ordin. cap. 8. §. 1. litt. C. & cap. 13. §. 2. per tot.* Sed Diaconatus, & Subdiaconatus verè sunt Sacramenta, quibus Character imprimitur, ut S. Thom. & pluribus antiquis Authoribus adductis probat Henriq. *dict. cap. 1. §. 1. litt. A.* & cum Recentioribus Leandr. à SS. Sacram. *tom. 2. de Sacrament. tract. 6. de Ordine, disp. 19. quæst. 7. & 8.* Ergò Regia Vnctio est Ordinis Sacramentum Characterem proprium, & peculiarem imprimens. Conseq. probo ex Textu *in Can. Quemadmodum 4. §. Sed hoc 23. q. 7.* ubi ex Augustino refertur. *Respondeo, quia non facio iniuriam Characteri Imperatoris, quum errorem corrigo Desertoris.*

95 III. Denique Probabunt Regiam Vnctionem Sacramentum esse, quia in Synodo Constantinopolitana celebrata sub Polyeucho Patriarcha, anno 970. Definitum est talem vim, & efficaciam Vnctioni competere Imperatoriæ, ut peccata deleat

aquæ

aquæ attinctioni Baptiſmi. Vndè Ioannē Zimiſcen. Imperatorem Eccleſiæ aditu expulſum ob cædem Nizefori Phocæ Deceſſoris ſui, Polieuchum iterum communioni teſtituiſſe, nulla pœnitentia in dicta, & prætextu quod Vnctione Imperatoria crimen abolitum eſſe, Balſamon refert *in dict. ſupplemento, pagin.* 1125. Petr. de Marc. *in Prologomen concord. Sacerd. & Imper. pag.* 48.

96 Aſt his minimè refragantibus, affirmandum eſt Regiam Vnctionem Sacramentale tantùm eſſe, ut mox probabimus, dilutis priùs in contrarium objectis, quæ parui pendenda eſſe liberè affirmamus. Ad Text. namque *in Can. Valentinianus*, Reſpondet Hallier. *dict. §.* 4. *numer.* 18. intelligendum eſſe loqui de militari Ordine. Ad Patrum teſtimonia reſpondemus, accipiendum ibi eſſe verbum: *Sacramenta*, pro *Sacramentalibus*, quæ in latiſsima ſignificatione pro Sacramentis accipiuntur, Bellarm. *de Sacrament. lib.* 1. *cap.* 8. Ioan. EKius *Homil.* 1. *de Sacram.* & cum Varron, Feſto, & alijs Henriq. *dict. lib.* 1. *de Sacram. in gen. cap.* 2. *§.* 1. *litt. A. & B.* & in hoc ſenſu Patres illos accipiendos eſſe probat Hallier. *dict. §.* 4. *numer.* 18.

97 Ad II. autem reſpondemus non legitimè ex eo argui in Regia Vnctione Characteris impreſsionem, aut Sacramentum Ordinis, ut docet Gloſ. *in dict. Can. Valentinianus, §. Quum autem, verbo Ordinem* 63. *diſtinct.* & DD. *in cap. Venerabilem, de Elect.* Speculat. *tit.* 1. *§. Nunc oſtendendum, verſ.* 39. Bald. approbans Gloſ. *in proœm. Codic.* Reſtaur. Caſtald. *de Imperat. q.* 21. *in fine*, & ex eis Iacob. de Valdès *de Dign. Reg. Hiſpan. cap.* 14. *numer.* 14. Et meritò, licèt enim Summi Pontifices aliquandò Imperatoribus, & Regibus munera iſta peragere indulſerit, non tamen inde ſequitur, Regiam Vnctionē Sacramentorum numero adſcribendam, quia quum Ordines, ſeu gradus omnes ab Eccleſia ſint inſtituti, *Can.* 10. *& Can. omnes, de Conſecrat. diſt.* 5. Henriq. *lib.* 9. *de Sacrific. Miſſ. cap.* 22. *§.* 4. in eis diſpenſare poteſt Summus Pontifex. Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. par.* 1. *titul.* 1. *cap.* 5. *numer.* 5. *verſ. fieri autem*, Thom. del Bene *de Immun. tom.* 1. *cap.* 1. *dubit.* 2. *ſect.* 3. *numer.* 6. & permittendo Papa coram Se aliquid fieri, diſpenſare cenſetur, Salgad. *de Reg. Protect. part.* 1. *prælud.* 3. *num.* 148. Ex his autem quæ Princeps cum aliquo diſpenſatiuè operatur, argui generaliter nequit, *§. Sed, & quod Principi* 6. *Inſt. de Iur. Nat. Gent. & Ciuil.* Ergò, &c.

98 Ad Textum autem *in cap. Quemadmodum, §. Sed hoc* 23. *quæſt.* 7. Reſpondetur, in eo Auguſtin. de Baptiſmali loqui Charactere, ut ex ipſo appareat contextu, & licèt non appareret ad externam deberet nominis ſignificationem reduci. Quæ hoc vocabulo generaliter exprimitur Ioan. Kaluin. *in Lex Iuridic. litt. C. pag.* 172. *col.* 2. & conducit Gloſ. *in Can. Valentinianus verbo, Ordinem*, 63. *diſt. & in cap. quod quidē* 67.

*Verbo amittit* 11. *quæst.* 1. *& in l. Stimata* 11. *Cod. de Fabricens. lib.* 11. *& l. penult. ff. ex quibus caus. Major, l. ad tertium, ff. de Testament.* ex ipsoque Augustino comprobatur, *lib.* 2. *contr. Epistol. Parmen. cap.* 13. relato *in Can. quod quidam,* 1. *quæst.* 1. Vbi Characterem militiæ militarem statum appellat, ex quo personarum sortem Characteris nomine primi colligitur. Vndè *in præcitato Textu* Dignitatem Imperatoriam Characteris Imperatoris intellexisse Augustinum etiam responderi poterit.

99 Ad III. denique respondet ipse Petr. de Marca *ibidem*, §. 3. *pag.* 48. Quod facinus illud pertinere potuit ad excusationem Subeundæ Pœnitentiæ Canonicæ, sed ad criminis veniam porrigi nō debuit absque fœdę Adulationis blasphemia, ex eodem namque adulationis fonte hauserunt Græci docendi, munus æquè Imperatori competere, ac Patriarchæ, ob vim Vnctionis. Quod alienum esse ab Instituto Domini, & ab Ecclesiæ sensu iam suprà ostendimus, & Marca ipse fatetur, seu Quisquis est Author illius operis. His ergò sic omninò dilutis.

100 Regiam Vnctionem Sacramentum non esse. I. irrefragabili argumēto probamus. Character Spiritualis Tribus tantum confertur Sacramentis, ut definitum est in Conc. Tridentino *Sess.* 7. *Can.* 9. *& Sess.* 23. *cap.* 4. S. Tho. 3. *part. quæst.* 63. *art.* 7. Estque communis Patrum Sententia teste Bellarm. *lib.* 2. *de Sacramen. cap.* 22. *propos.* 6. Sed nullum ex eis est Regia Vnctio totaliter, aut partialiter, ergò nequit Characterem imprimere, ergò nequit esse Sacramentum. Prima patet conseq. Secundam autem probo. Præcipuum Aduersariorum fundamentum, quo suam opinionem stabilire conantur, est quod Regia Vnctio Characterem imprimit. Hæc autem deficit, ergò, & ratio constitutiua Sacramenti. II. assertionem nostram probamus, & discursus corroboratur. Vnctio Regia in Aduersariorum Sententia est Sacramentum Characterem imprimens, ut vidimus, ergò iterari non potest. Prob. conseq. ex Concil. Trident. *Sess.* 7. *de Sacram. in genere, Can.* 9. expressè decidente Sacramenta Characterem imprimentia, iterari non posse, priùsquè iam decisum fuerat in Conc. Florent. *Sess.* 23. *cap.* 4. *in decreto vnionis,* & in Concil. *Toletan. VIII. Can.* 7. rationem reddente, & copiosissimè docent DD. allati ab Augustin. Barbos. *dict. Sess.* 7. *Can.* 9. *num.* 11. cui addo Franc. Hallier. *de Sacr. Elect. part.* 2. *sect.* 3. *cap.* 2. *toto.* Ludouic. Cellotium *de Hierarch. & Hierarch. lib.* 6. *cap.* 8. *pagin. mihi* 423. Ast Vnctio Regia sæpiùs iterari potest, imò aliquando debet, quoties Regni consuetudo, aut lex id suadeat; sicque legimus Pipinum Francorum Regem primo à Bonifacio Archiepiscopo Moguntino inunctus, & Coronatus est, Adelhelm. *in continuat. Aymoini Anno* 750. Annales Francofordienſ. & Regin. adducti ab Armacano *in Marte Gallic. lib.* 1. *cap.* 5. *pag. mihi* 18. Vbi ex

eis.

eisdem Scriptoribus subdit quod triennio circiter post, à Stephano Papa idem Pipinus fuit in Regem inunctus, idemque accidisse Carolo Magno, probat idem Armacan; cui addo Mich. Roussell. *Hist. Pontific. Iurisdict. lib. 7 cap. 4 §. 1.* & patet. Nã Carolus Magnus semel una cum Patre ab Archiepiscopo Moguntino, iterum à Stephano Papa III & à Leone denique III. inunctum esse probat Hall. *d. ar. 5. §. 2. nu. 5.* Ludouicus Pius ter quoque inunctus legitur I. ab Hadr. I. Romæ vix dũ ex Ephæbis egressus est II. post decessum Caroli Magni à B. Arnulpho III. Rhemis à Stephano V. in Imperatorem unctus Carolus Calvus ter etiam inunctus fuit, ut latè probat Hallier. *dict. §. 2. num. 6.* Millena que alia possemus producere exẽpla, ast cum Gallis acturi hac abũdare censemus, & in aggerendis exemplis non immoramur.

101 Discursum tamen ex Armacano ipso corroboramus, *pag.* 18. docente, Imperatorem Romanũ vsu perantiquo Tribus Coronis coronatũ fuisse, tribusque diuersis Vnctionibus inunctũ Aquisgrani scilicèt ab Archiepiscopo Moguntino, Mediolani ab illius Ciuitatis Præsule, & Romæ ab Ecclesiæ Vniuersalis Supremo Pastore, quod idẽ in Sacris litteris usitatissimum fuisse demonstrat; moxque differentiam sub infert inter Ecclesiasticam, & Sæcularẽ Vnctionem, quod illa Semel, & ad vnum Episcopatum facta iterari nequeat, licèt ad plures postea promoueãtur Episcopatus, nõ sic in Regibus, qui toties sunt ungendi, quoties Regnũ obtentum id exegerit; ex quo optimè infertur, E Sacramentũ non esse Characterẽ imprimens; Quæ quidẽ illatio cõprobatur, ex quo Clementia Vxor Lud. Vthini, Cõstantia filia Alphõsi Regis Hispaniæ Vxor secũda Ludouici Iunioris Margarita Vxor S. Ludouici, & aliæ Fracorũ Reginæ inunctæ sunt Armacan *d. c. 5 pag. 19. vers. Mitto Reginas.* Mulieres autẽ incapaces sunt Characteris Ordinis Iure Diuino, ut latè probaui *q. 3. §. 4.* Ergò quũ passim inũctę Regũ Vnctione Reginæ legãtur; rectè infertur Vnctionẽ hanc non esse Sacramentũ.

102 Hinc communiter docẽt Cordatiores, Regiam Vnctionem Cæremoniam tantummodo Ecclesiasticam esse, nullam attribuẽtem Potestatem, nullumque Characterem imprimentem, aut Sacrum conferentem Ordinem, ut ex sententia, Text. *in cap. vnic. §. Vnde in Veteris, vers. Refert, de Sacr. Vnction. iuncto cap. tua 25. de Decimis*, post Glos. *in cap. Valentinianus 3. Verbo Ordinem 63. dist.* Abb. Panorm. *in cap. Venerabilem 34. nu. 6. de Elect.* Castald. *de Imper. quæst. 21. & quæst. 29. tom. 16. tract. Doctor.* Azor. *Instit. Moral. tom. 2. lib. 10. cap. 5. quæst. 2. & 3.* Boethius Epoü *lib. 1. Heroican. QQ. tit. 1. de Regal. numer. 43. & sequentibus.* Suar. *contr. Reg. Anel. lib. 3. cap. 24. numer. 5.* Camill. Borrell. *de Præstant. Reg. Carhol. cap. 49. numer. 9. & 11.* Augustin Barbos. *in d. Can. Valentinianus, numer. 2. & in dict. cap. vnic. de Sacra Vnction. num. 10.*

& de Potest. Episc. part. 2. alleg. 31. numer. 6. & 11. Armacan. in Marte Gall. dict. lib. 1. cap. 4. 8. & 15. Author Arbitri inter Mart. Francic. & Vindic. Gallic. cap. 8. Mich. Roulell. Histor. Pontif. Iurisdict. lib. 7 cap. 2. num. 4. & cap. 4. num. 5. Fortunat. Schacc. Elæo Chrismat. Myrothec. 2. cap. 1. Ioann. Filesac. de Idololatr. Polit. cap. 9. Genebrar. in Psalm. 88. Abulens. in 1. Reg. 10. quæst. 1. & sequentibus ad 1. Paralipomenon 9. quæst. 2. 3. & 4. Serar. ad 1. Reg. 10. & post alios Pineda de Reb. Salom. lib. 2. cap. 6. Salianus Annal. Veter. Testam. tom. 3. Anno Mundi 2962. numer. 80. & sequentibus. Illustriss. D. D. D. Francisc. Ramos de el Mançano, nunquam satis laudatus in supplici illo Libello ad Sanctiss. Alexandrum VII. pro Episcopatib. Lusitan. propos. 3. §. 1. numer. 60. dilucidè nostram explicat assertionem videndusque pro ea etiam est Franc. Hallier. de Sacr. Elect. part. 2. sect. 8. cap. 9. artic. 5. §. 4. num. 18.

## §. VII.

## Ec qui Sacri Ritus Pontificalis Consecrationis, & Regiæ Vnctionis sint, tàm materialiter, quàm mysticè considerati?

103 PLura de Pontificalis Vnctionis Ritibus Scripsere grauissimi Authores, & præcipuè Staniss. Socoloui Cracouiensis Canonicus in Epithalamio de Consecr. Episc. siue Orat. 4. suis præfixa operibus Cracouiæ excussis Anno 1591. fol. 411. & sequentibus usque ad fol. 484. à quo cuncta, quæ de illis scripsit Augustin. Barbos. de Potest. Episcop. part. 1. titul. 1. cap. 5. à numer. 8. surripuit plagij crimen incurrens teste Diana part. 12. tract. 1. de Consecr. Episc. resol. 13. qui ab hac usque ad resol. 125. dilucidè eos exponit cui addo Ioan. Bapt. Fragos. de Regim. Reipub. Christian. tom. 2. lib 8. disp. 18. §. 1. Andream Saussay in Panoplia Episcop. lib. 7. cap. 6. & seqq. Paz Iordan. de Re Sacra, tom. 1. lib. 5. tit. 2. Hieron. Columbi de Hierarc. Angelic. & Humana, lib. 5. controu. 1. cap. 9. & seqq. & alij per discursum referendi.

104 I. Ergò istius Sacræ Cõsecrationis Ritus est imponere Euangeliorum Librum apertum super Consecrandi Caput, tenentibus eum, tàm principali Consecratore, quàm assistentibus Episcopis, ut patet ex Clement. lib. 8. Apostolic. Constit. cap. 4. Dionys. de Eccles. Hierarch. cap. 5. in mysterio, & in Theoria non longè à principio, & post med. Concil. Carthaginens. IV. cap. 2. relato in Can. Episcopus 23. dist. Chrisostom. Homil. de diuersis Vtriusque Testament. locis de Vno Legislatore, tom. 6. Fitque de eo mentio in Veter. Ordin. Rom. tit. Qualiter Episcopi

*in Rom. Ecclesiæ ordinetur.* Amalar. Fortunat. *de Offic. Eccles. lib.* 2. *cap.* 14. & apud alios Rituum Sacrorum Scriptores, conspirantes affirmare à tribus saltem Episcopis Euangeliorum Codicem apertum teneri super Caput Consecrandi, interim dùm super eum preces effunduntur Paz Iordan. *dict. tit.* 2. *numer.* 8. ibi: *Vt non tantum impositio præfata censenda sit de substantia Ordinationis, verùm etiam ipsa Libri traditio, quæ fit ad finem Ordinationis, dùm Consecrator adiuuantibus Episcopis assistentibus Librum ipsum capit de Scapulis Consecrati*, latè Socolou. *loc. citat.* Cujus verba adducit Diana, *dict. tractat.* 1. *resolut.* 115. *mox a principio*, cui addo Hieronym. Columbi, *dict. controu.* 1. *cap.* 14. *toto*, Hallier. *de Sacr. Elect. part.* 2. *sect.* 8. *cap.* 9. *artic.* 3. *pag. mihi* 998. explicans Clementis verba *loco citat.* qui innuere videtur, non ab Assistentibus Episcopis, sed à Diaconis imponendum esse Euangeliorum Librum Consecrandi ceruicibus. Ioan. à Dicastillo *tom.* 1. *de Sacram. tract.* 6. *disp. vnic. dub.* 9. *numer.* 130. ubi Vazquezij argumento ex Clementis verbis desumpto satisfacit. Idem Hallier. *loco nuper allegato, pagin.* 999. *vers. Sed, & unum*, quàm plurium adducit exempla, quibus Euangelica lectio fortè oblata futurorum oraculum fuit, & aliorum, qui oracula illa Euangelica consuluerunt, & obseruarunt, addens tamen id tutum non esse, quia est veluti sortibus uti, quod Sacris Canonibus aduersatur. Can. *Aliquãti*, & Can. *Clericus* 26. *quæst.* 1. moxquè progreditur mysticas cæremoniæ istius significationes exponere; de quibus videndus etiam Paz Iordan. *dict. tit.* 2. *num.* 8. *vers. Quamuis*, & præ omnibus Chrisostom. *in tractat. Quod Veter. & Noui Testament. vnus sit Legislator Homil.* 1. & Socolouius à Diana relatus, *dict. tractat.* 1. *resolut.* 117.

105 II. Autem Ritus Pontificalis Consecrationis luxta Põtificale Roman. *pagin.* 77. est Chrismatis delibutio sub his verbis, ab eo explicatus: *Consecrator pollicem suum dextrum intingit in Sanctum Chrisma, & Caput Electi inungit, formans primo signum Crucis per totam Coronam, deinde, reliquum Coronæ liniendo interim*, dicens: *Vngatur, & Consecretur Caput tuum Cæleſti benedictione in Ordine Pontificali, & mox producere manu dextera tertio signum Crucis super Caput Electi dicit: In nomine Patris, &c.* Quæ licèt breui sit concepta sermone, plura tamen sub se inuoluit explicanda, & seriò perpendenda cæremonia ista.

106 Et I. Cæremoniam hanc non esse de necessitate Sacramenti, esse tamen de necessitate Præcepti à Lege Veteri in Euangelicam deriuati, probat Alphons. Salmeron. *tom.* 12. *tractat.* 42. & ab eo Hieronym. Columbi *d. lib.* 5. *cap.* 14. *num.* 1. dicens Christũ Apostolis præcepisse, ut hac Chrismaticà Vnctione omnes

deinde in Episcopos Ordinandos, consecrarent. Id ex Veteri traditione haberi subdens: Ast quàm plures alij grauissimi Authores de necessitate Sacramenti Chrismaticam reputarunt Vnctionem, ut videre est apud Dian. *dict. part. 12. tract. 1. resol. 60. 69. & passim in illo tractatu*, & a certè colligi censemus ex Conc. Trident. *Sess. 23. Can. 5.* ubi cabetur: *Si quis dixerit Sacram Vnctionem, quà Ecclesia utitur in Sacra Ordinatione non requiri anathema sit.* Nam verbum *Requiro* ad essentiam Sacramenti referendum est, ibi enim necessitatem Chrismatis ad validitatem Consecrationis præsefert juxta illud Cicer. *pro Lege Manilia*, dicentis: *In hoc Bello Asiatico, non solum militaris illa virtus, quæ Gneo Pompejo singularis, sed aliæ quoque virtutes animi multæ, & magnæ requiruntur*; ideſt, simpliciter necessariæ sunt ad victoriam. Videndus est Paz Iordan *dict. titul. 2. numer. 2. & sequentibus*.

107 II. An si Episcopus Consecrator priùs adhiberet Vnctionem Chrismaticam, quàm traderet Euangeliorum librum Consecratio esset valida, vel saltem illicita; validamque esse, atque seclusoscandalo, venialiter tãtum peccare Episcopum hos Ritus inuertentem docet Diana *dict. tract. 1. resol. 69. per tot.* qui priùs, *resol. 60.* idem procedere firmauerat, si Episcopus non cum Pollice, sed cũ Indice, aut altero digito Vnctionem adhiberet, & *resolut. 82. vers. Verum ego*, satis probabile judicat, nedum quocumque digito, sed medio aliquo instrumẽto Vnctionem hanc perfici posse, pro quà sententia aliquos allegat, sed præ omnibus videndus Ioan. à Dicastill. *de Sacrament. tom. 1. tract. 3. disp. unic. dubit. 12. num. 57. & 149. 150. & 151.*

108 III. Denique inquiri etiã potest: An Chrisma in Consecratione Episcopi adhibendum, sit ab Episcopo benedicendum? Quàm difficultatem Diana proponit, *d. tract. 1. resol. 83.* Eamque contra Cajetan. Paludanum, & Heterodoxos affirmatiuè resoluit, & ideò videndus, eique addendi Canonistæ *in Can. Presbyter 26. quæst. 6.* Quæ, & alia penes præcitatos Authores videnda maximoperè conducunt ad intelligentiam Textus *in cap. vnic. §. Vndè in Veteri de Sacra Vnctione.*

109 De istius Ritus significationibus eleganter disserit Socolouius, relatus à Diana *dict. tract. 1. resol. 116.* Barbosa *dict. cap. 5. nu. 10.* & præ omnibus Francis. Hallier. *de Sacr. Election. dict. cap. 10. ar. 4. § 1. à num. 3. per aliquot sequentibus.* omninò videndus,

110 III. Consecrationis Pontificalis Ritus est manuum Inunctio Sub his verbis facienda: *Vngantur manus istæ de Oleo Sanctificato, & Chrismate Sanctificationis; sicut unxit Samuel, Dauid Regem, & Prophetam, ita ungantur, & Consecrentur in nomine Patris, &c.* ita Pontificale *loc. cit.* & Diana *dict. tract. 1. resol. 12.* Dicastillo *dict. tom. 1. tract. 6. disput. vnica, dubit. 9. num. 115.* cuius Ritus mysticas expositiones adducunt Socolou; Diana,

Bar-

Barbos.& Hallier.*locis citatis.*

111 Ex duabus istis ceremonijs infertur Pontificum manus, & caput Chrismate Sacrari, in quo Vnctio hæc à Presbyterali realiter distingui, liquidò demonstratur, quia Oleo simplici, & in manibus tantum Sacerdotes unguntur *dict.cap. vnic. de Sacr. Vnction.* cuius differentiæ rationem adducit Hallier.*dict.cap.*10. *art.*4. *§.*4.*num.*6.dicens:*Obid ab Ecclesia constitutum esse, ut plenitudinem Sacerdotalium Donorum,& Gratiarum in solo Episcopo residere demonstraretur, non autem in Presbytero, & ut agnoscatur expressiorem Episcopos præseferre Christi imaginem, quàm inferioris Ordinis Sacerdotes.* Quàm luculenter pluribus Sanctorum Patrum comprobat testimonijs, pluraque congerit, quæ Episcopalem prærogatiuam suprà Presbyteros euidenter demonstrãt, addendusque est Hieron. Columbi *l.cont.*1. *cap.*22.

112 Baculum Pastoralem benedictum Consecrato, tradit, dicens:*Accipe Baculum Pastoralis Officij, ut sis in corrigendis vitijs piè sæuiens, Iudicium sine ira tenens, in fouendis virtutibus Auditorum animos demulcens, in tranquillitate seueritatis censuram non deserens,&c.* Pontific Roman.*dict.part.*1.*pag.*18. & ab eo Diana *dict. resol.* 12. cui addo Innoc. III. *de Sacrific. Missæ, lib.* 1.*cap.* 62. & Guillelm. Durant. *in Rational. Diuinor. Offic. lib.* 3. *cap.* 15.*num.*1.*&* 2 hanc amplectentes formulam, à quâ paru n distat adducta à Veter. Ordin. Roman.*tit. de Consecr. Episc. tom.* 1. *Bibliothec. Sanctor. Patrum.* & allata in Sacrament. Gregor. *post med.* In quibus benedici priùs à Cõsecratore, Baculum debere statuitur.

113 Baculi Pastoralis antiquitatem, vix à quoquam in dubium reuocari posse, liquido demõstratur ex Concil. Toletan. IV. *celebrato sub Honor. I. anno* 633. *in cuius cap.*27. inter insignia Episcopi signatim Baculus adnumeratur. Venerabilis Beda, qui anno 731. floruit, *in Collectan. quæ ad calcem* 3. *tom. eius operum extant sub epigraphe de septem Ordinibus* Baculum Episcopalis honoris insigne speciatim consignat, alia grauissima testimonia, Baculi antiquitatem comprobantia, adducit Andr. Dusaussay *in Panoplia Episcopali, lib.* 2.*in dissertantiuncula de Virga Episcopali, vel Pastorali Baculo, pag. mihi* 88.*&* seqq.

114 Moralem, & litteralem Baculi istius significationem adducunt Socolou, *dict. Orat.*4. cuius refert verba Diana *dict. tit.* 1. *Resol* 119 Iul Cæsar. Bullenguer.*in system. Opuscul. tom.* 1.*lib.* 1.*cap.* 16. *mox à principio*; cui addo Francis. Hallier.*de Sacr. Elect. dict. cap.* 9. *art.§.*2 *num.*7 Mich. Rousell.*Histor. Pontific. Iurisdict. lib.*2.*cap.*5.*nu.* 21.*&* 22.*&lib.*8.*cap.*3.*numer.*14. Guillelm. Durant.*de Ritib. lib.*3.*c.* 15. & concinit Summa 87. *dist.§. Necesse Can. disciplina,& Canon, omnis* 88 *dist.& dict cap. vnic. §. final. in fine, de Sacr. Vnction.* ubi Baculi necessitas in omnibus Prælatis adducitur, & difficultas Quare Romano Pontifici Baculus non sit, attingitur, & pro eius verbis

in-

intelligentia videndi sunt Guillelm. Durant. *dict. cap.* 15. *num.* 5. Hallier. *dict.* §. 2. *num.* 8. A quibus quàm plurima iam in lucem emittenda, deducta resecauimus, ne ultra votum diffundar. Videndus præ omnibus Dusaussay *in d. dissert. à pagin.* 84. *per aliquot sequentibus.*

115 V. Ritus est Annuli benedicti traditio sub his verbis: *Accipè Annulum Fidei, scilicèt signaculum, quatenus Sponsam Dei Sanctam, videlicèt Ecclesiam, intemerata Fide Ordinatus illibate custodias, &c.* Pontifical. Roman. *dict. part.* 1. *pag.* 78. *col.* 2. Diana *dict. resol.* 12. Duas ampliores formas tradendi Annulum exhibet à Sacramental. Gregor. & ex Veter. Ordin. Roman. Hallier. *dict. cap.* 9. *art.* 4 §. 1. *num.* 1.

116 Mysticas, & litteralis eius cæremoniæ significationes adducunt Bullenger. *dict. lib.* 1. *cap.* 32. Hallier. *dict. cap.* 9. *artic.* 4. §. 1. Socolou, *dict. Orat.* 4. apud Dian. *dict. tract.* 1. *citata, resol.* 119. Barbos. *de Potest. Episcop. p.* 1. *tit.* 2. *cap.* 15. *num.* 13. *&* 15. Lotter. *de re Benef. tom.* 1 *lib.* 1. *quæst.* 9. *num.* 97. De istius Annuli antiquitate videndus Dusaussay *in dict. Panoplia Episcopal. lib.* 3. *cap.* 2. *qui cap.* 3. materiam Annuli designat, *&* *cap.* 4. formã, & ornatum latè exponit, *cap.* 5. Vsum Annuli, tàm Sacrum, quàm prophanum demonstrat 6. autem *cap* de Annuli abusu, seu usu non pio, vel non honesto, aut superfluo, siue antiquæ Canonicæ disciplinæ minus congruenti, aut serò tandem probato disserit, *cap.* 7. de situ Annuli Sacri in manu Antistitis, Instituit *in cap.* 8. denique Mysticas Annuli Episcopalis significationes exhibet.

117 VI. Ritus est, quod Consecrator accipit Librum Euangeliorum de Scapulis Consecrati & adiuuantibus Episcopis assistentibus, tradit eum clausum Episcopo Consecrato, cui Codicem illum utraque simul manu juncta tenẽti, inquit: *Accipe Euangelium, & vade prædica Populo tibi commisso, potens est enim Deus, ut augeat gratiam tuam, qui viuit, & regnat cum Deo Patre, &c.*

118 Hùnc autem Ritum nouiter inuentum à Pontificali Romano, quia nec in Sacramentali Gregorij, nec in Veter. Ordi. Roman. nec apud Vllum antiquum reperitur, asserit Hallier *dict. cap.* 9. *art.* 3 *num.* 5. addens tamen præcipuum Episcopi munus verbis istis exprimi, officium, scilicèt Prædicandi, quod ibi ei traditur, & de quo admonetur. De quo Ritu optimè Socolou, *dict. Orat.* 4. teste Diana *dict. tract.* 1. *resolut.* 117. cui addo Hier. Columb. *dict. lib.* 5. *controu.* 1. *cap.* 13 *nu.* 2. *& seqq.* dicens: *Mandatum illud eundi, & prædicandi respondere Præcepto Domini Marc.* 16. *Euntes in Mundum Vniuersum prædicate Euangelium omni Creaturæ.*

119 Esse autem præcipuum Episcoporum munus Euãgelicam prædicationem definitum est à Conc. Trident. *Sess.* 24. *de Reform. cap.* 4. probatque Andreas Dusaussay *in Panoplia Sacerdotali, part.* 2. *lib.* 4. *cap.* 2. *art.* 1. Vbi latè discutit

quo

quo iure, & quibus rationum momentis Episcopus ad id muneris obligetur, & *art.* 2. fusè differit casus, causasque legitimas, quibus Episcopus fiat actualis hujus obligationis expers, videlis eruditè namque, & copiosè congerit.

120 VII. Dato pacis osculo Mitram benedictam, & aqua lustrali aspersam, adiuuantibus Episcopis assistentibus imponit capiti Consecrati, dicens: *Imponimus Domine capiti hujus Antistitis, & Agonistæ tui Galeã munitionis, & salutis, quatenus decorata facie, & armato capite cornibus Vtriusq; Testamenti, terribilis appareat Aduersarijs Veritatis, & Te ei largiente gratiam, Impugnator eorũ robustus existat, qui Moysi famuli tui faciem ex tui sermonis consortio decoratam, lucidissimis tuæ claritatis, ac veritatis insignisti, & capiti Aäron Pontificis tui Tiaram imponi jussisti per Christum Dominum Nostrum, Amen.* Pontificale Roman. *dict. titul. de Consecr. Electi in Episcop. pag. 81. col. 1. in fine*, Socolou. *dict. Orat.* 4. Ex quibus apparet sub hoc vocabulo iam in usu fuisse Summo Sacerdoti Aäroni. Quod probant Ioan. Stephan. Menoch. *de Rep. Hebræor. lib. 2. cap. 5. quæst. 6.* Carol. Paschal. *de Coron. lib. 4. cap. 20.* ubi ab ea Lege in Nostram deriuatam esse cæremoniam istam, & cum ipsa Lege Gratiæ incepisse, quia Apostolicà usi sunt, constat ex Euseb. *lib. 5. Eccleiast. Histor. cap. 23.* Epiphan. *Hæres. 29. & 78.* Mich. Rousel. *Histor. Pontific. Iurisd. lib. 6. cap. vlt. num. 22. & 24.* Et licèt non desint quàm plures abnuentes in Ecclesia Mitræ antiquitatem, quorum fundamenta expendit Dusaussay *in dict. Panoplia Episc. lib. 1. in exercitation. de Mitra Episcopalis antiquitate, cap. 1.* ipse tamen, *cap. 2.* Rationibus quibus prædicta nititur opinatio dilucidè, ac accuratim respondet, & *cap. 3.* probationes complectitur prisci vsus Mitræ Episcopalis, seu Pontificalis Infulæ, mixtimque refellit aduersantium exceptiones.

121 Mitræ significationes mysticas tradũt Petr. Greg. Tholosan. *lib. 15. Syntagm. Iur. cap. 12.* cui concinit *Cap. Officijs 38. de Elect. cap. cum in Magistrum eod. tit.* Can. *Non negamus 3. cum sequentibus 61. dist.* & præcipuè, *Can. 4* ubi Acuña *num. 5.* Augustin. Barbos. *de Potest. Episc. part. 1. tit. 2. Glos. 10. tota.* Ascan. Tamburin. *de Iur. Abbat. tom. 1. disp. 26. glos. 1. tota*, allegans in comprobationem *cap. Nimis graue de Præben.* Can. *illiteratos 36. dist.* Concil. Trident. *Sess. 24. de Reform. cap. 17.* Concil. Lateranens. *cap. 9.* & S. Benedic. S. Gregor. S. Thom. & Nauarr. Alias adducunt significationes Ioan. Bapt. Fragoso *de Regim. Reip. Christian. tom. 2. cap. 18. §. 1. num. 13.* ex Textu *in Can. Episcopus 23. quæst. 1.* Guillelm. Durant. *dict. lib. 3. cap. 13. n. 2.* Diana *dict. tract. 1. resol. 121.* Carol. Paschal. *de Coron. lib. 4. cap. 21.* Bullenger *dict. Systemat. lib. 1. cap. 6.*

122 VIII. Ritus est Cithothecarum, priùs à Consecratore Episcopo sub formula Pontificalis Romani benedictarum tra-

di-

ditio his comitata verbis: *Circumda Domine manus huius Ministri tui munditia noui hominis, qui de Cælo descendit, ut quemadmodum Iacob. dilectus tuus pelliculis hædorum opertis manibus benedictionem paternam, oblato Patri cibo, potuque gratissimo, impetrauit, sic, & iste oblata, per manus suas, hostia salutari, gratiæ tuæ benedictionem impetrare mereatur. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, &c.*

123 Chirothecarum Vsum ab Apostolis deriuatum docet Honor. Augustodonens. *in Gemma Animæ, lib. 1. cap. 215.* addens per manus, operationes; per Chirotecas autem, earum occultationem designari, addédique sunt. Innoc. III. *lib. 1. de Sacrific. Miss. cap. 57.* Guillelm. Durant. *lib. 3. Rational. Diuin. Offic. cap. 12.* Antonin. Diana *dict. part. 12. tract. 1. resol. 120. tota.* Nullam tamen earum mentionem fieri in Sacris litteris docet Ioann. Stephan. Menoch. *de Rep. Hebræor. lib. 6. cap. 7. quæst. 10. in fine.* Præ omnibusque videndus Dusaussay *in dicta Panoplia Episcopali, lib. 5. per totum.* ubi eius antiquitatem, usum, & mysticas adducit significationes.

124 Ex his nuper expositis Ritibus, septem priores, omisso postremò hoc, ad substantiam attinere Consecrationis judicat Mich. Medina *lib. 1. de contin. Sacror. Homin. cap. 17.* Sex verò tantummodo admittere videtur Guillelm. Durant. *lib. 2. Rational. Diuin. Officior. cap. 11. num. 11.* dicens: *Singula autem dum singulis verbis traduntur, & fiunt. Quæ verba, & capitis, & manuum Vnctio, & pollicum confirmatio, Baculi, & Annuli, & Euangelij traditio, sunt hujus substantia Sacramẽti, cætera solemnitates sunt, &c.*

125 Videndi sunt pro ampliori Rituum istorum Anselm. Cantuarien. *Epist. 147. lib. 3.* Palladium *in Dialogo de Vita Christ. cap. 15.* Bonifac. Martyr. I. Moguntinus Archiepiscopus *Epist. 19. ad Ethibaldum Regem Merciorum in Anglia*, Ivocarnotens. *in decreto, part. 7. cap. 119.* Franc. Florentem *in IX. priores titulos, lib. 1. Decretal. tit. 6. vers. Consecrationis autem formæ, pag. 196.* ubi Albini Flacci locum optimè restituit de quatuor Capitulis, super quibus olim Episcopi jurabant. Quæ quũ hodiè in desuetudinem abierint recensere otiosum judicauimus.

126 Pluribus alijs, quæ de Pontificali Vnctione adduci poterant omissis, Ad Regiæ Vnctionis Ritus exponendos Nos conferentes, nullibi aptiùs eos exponi censemus, quàm in Pontificali Romano *part. 1. dit. de Benedictione, & Coronatione Regis, à pagin. 163. ad 174. in Edit. Clementis VIII. jussu facta*, ab eoque, idcò mutuatos breuiter explicandos suscepimus.

127 1. Ritus est Protestatio tuendi Iura, & Immunitates, Ecclesiastica, auxilium Ecclesijs, & Ecclesiasticis Personis præstandi pro Viribus, quàm latissimè exhibet Pontificale *ibidem*. Longiorem aliam emittebant Græci Imperatores, adductam à Georg. Codino *de Officijs, & Officialibus Eccles. Constantinop. cap. 17. num. 2.*

*& sequentibus.*

128 II Ritus est Regia Vnctio perficienda, eo quo traditur modo ab ipso Pontificali. De quo nihil addere censuimus, quum ex hucusque dictis perspicuè intelligi possit.

129 III. Ritus est Gladij traditio, quem inunctus, & Coronandus Rex à Metropolitano accipit, ab eo commonitus eum in Sanctæ Ecclesiæ defensionem, & in eius hostium destructionem accipere, admonitioque hæc conformis omninò, & consentanea est Sacris Canonibus. Extrauag. *Vnã Sanctam de Major. & obed. circa med.* ibi: *Certe qui in Potestate Petri temporalem gladium esse negat, male verbum attendit. Domini proferentis: Conuertè gladium tuum in vaginam, Vterque ergò est in Potestate Ecclesiæ Spiritualis scilicèt gladius, & materialis; Sed is quidem pro Ecclesia, ille verò ab Ecclesia exercendus. Ille Sacerdotis, is manu Regum, & militum; sed ad nutum, & patientiam Sacerdotis, &c.* & ibi Glos. Magna *verb. Vterque*, & Nos latè alibi latius Textum hùnc exponemus.

130 IV. Ritus est Coronæ impositio à Metropolitano inungente, adiuuantibus Episcopis, facienda cum commonitione mysticæ eius significationis, ut per eã nimirum intelligat Pastorem, & Rectorem Populorum in temporalibus præfici, & agnoscens à Deo Regnum accepisse, se se ipsi Deo gratum reddens, perpetuus Ecclesiæ, & Fidelium defensor existat.

131 Plura de Coronis non incongrue adduci poterant, ast brevitati consulentes, ea videnda relinquimus apud Plin. *lib. 21. Natur. Histor. cap. 2. & 3.* Polidor. Virgil. *de rer. inuent. lib. 2. cap. 17.* Paschal *de Coron. à lib. 1. vsque ad lib. 9.* Rhodigens. *Lect. antiq. lib. 6. cap. 19.* Tertull. *de Coron. Milit. cap. 1.* ubi Iacob. Pamell. Agell. Noct. Attic. *lib. 5. cap. 6.* Theatr. Vitæ Human. *tom. 2. litt. C. pag. 493. col. 2. in postrema editione*, Ludou. Dorleans *in nou. Cogitat. ad Tacit. lib. 3. Annal. num. 8.* Hier. Balb. *de Coronat. ad Carol. V. cap. 1. & sequentibus.* Iul. Cæs. Bullenger. *de Imper. & Imper. Roman. lib. 2. cap. 3* Fortunat. Schacc. *Elæochrismat. Myroth. 3. cap. 38. & 39.* Roa *Sing. Sac. Scripturæ, tom. 1. lib. 3. cap. 10.* & mox referendi, ex quibus.

132 Vnum tantummodo pro Ritu isto addere decreui. Per vetustum nimirum in Ecclesia introductum morem esse, Reges ab Ecclesiæ Antistibus, tàm Supremis, quàm inferioris Ordinis Gladium recipere, ut latè probant Habraham Bzou. *de Roman. Pontific. cap. 44. pagin. mihi 596.* Mich. Bousset *Hist. Pontific. Iurisdict. lib. 7. cap. 2. à num. 3.* Dauid Blondel. *in Præfat. Apologet. contra Ioann. Iacob. Chiflet. titul. 14. quæst. 4. vers. Euthichium Ioann. I. Papæ*, Hallier. *de Sacr. Elect. part. 2. sect. 8. cap. 10. art. 5. §. 2. num. 5.* Carol. Paschal. *de Coron. lib. 10. cap. 7. pagin. mihi 687.* Card. Baron. *Anno Christi 519.* Thom. Boz. *de Iur. Natur. & Diuino Eccles. Potest. & liber. lib. 1. cap. 14. fol. 77 pag. 1.*

133 V. Regiæ Coronationis Cæ-

Cæremonia est Sceptri traditio in eaque traditione mystica quoque adhibetur Sceptri significatio omninò videnda in Pontificali Romano. Pro cujus exornatione videndi sunt Iul. Cæs. Bullenger. *in System. Opusculor. tom. 1. lib. 1. cap. 16. & de Roman. Imper. lib. 2. cap. 14* Martin. à Roa *singul. Sacr. Scrip. tom. 1. lib. 2. cap. 5. & 6. tom. 2. lib. 1. cap. 6* Ioan. Stephan Menoc. *de Rep. Hebræor. lib. 1. cap. 4. quæst. 1.* Serar. *in lib. Iudic. cap. 20. quæst. 1.* Ioan. de Pineda *in Iob. cap. 1. vers. 19. nu. 4* Martin. del Rio *Adag. Sacror. tom. 1. Adag. 725.* Mich. Rousset. *Hist. Pontif. Iurisd. lib. 2. cap. 5. num. 22. & sequentibus,* & copiosiùs Franc. Hallier. *de Sacr. Election. p. 2. sect. 8. cap. 9. art. 4. §. 2. per tot.*

133 VI. Vnctionis, & Coronationis Regiæ Cæremonia est Inthronizatio, hoc est Regem Coronatum, & inunctum, omnibusque Regijs indumentis, & ornatibus compositum in Throno à Metropolitano, alijsque Antistibus conlocari. Quem morem in Perside obseruatum docet ex Plutarcho, Iul. Cæs. Bullenger. *de Imperat. Roman. lib. 2. cap. 29. mox à principio,* plura de Throno congerens apud ipsum videnda.

## §. VIII.

## Ec quæ Materia, & Forma Pontificalis, & Regiæ Vnctionis sit? & intra quod tempus perficienda Vtraque sit?

134 SInuosam, ac ferè inextricabilem reddunt quæstionẽ hanc hinc inde variantes opiniones, quas recensere tantum inaccessibile est, Nobis præcipuè, qui perfunctoriè tantum, & quasi obiter hæc attingere suscipimus, quum tamẽ ad nostræ tractationis clariorem expositionem diutius immorari censemus ultra votum diffundimur; non tamen ultrà necessitatem, ni Nos propria fallit opinio. Nullaque ex hùc usque propositis Difficultatibus in Vniuerso opere curatiore indiget inuestigatione; nihil enim frequentius in Scholasticorum scriptis occurrit quum de Sacramentis disputant, quàm spinosæ decorum Materijs, & Formis, quæstiones singulæ Paginæ Materiæ, & Formæ nomina resonant, atque ad hæc nomina, veluti ad Sacras Anchoras confugiunt, ut his fulti Sacramentorum doctrinam explicent, & Difficultates perplexas, quibus aliquando scatet euoluant. Hæc tradẽda Doctrinæ ratio se se præsertim in Sacramento Ordinis conspicuam præbet, quum enim istius Sacramenti aliquibus sint septem species; quibusdam Octo; alteris nouem, vel decem, ut suprà attigimus, nihil aliud in paulo expansiore de hoc Sacramento

trac-

tractatione, quæri videas quàm: Ec quæ sit hujus, illius, vel alterius Ordinis Materia, & Forma? quum Antiquis Theologis nomina hæc penitus incognita fuisse tuto affirmari possit, ex mox dicendis. Vndè non inutiliter inquiremus Originem, causam, & rationem hujusmodi explicandi methodi, ad quod sit.

## Sectio I.

### Quando nam? à Quibus? Qua occasione introducta sit Methodus explicandi Sacramenta per Materias, & Formas? & quibus cautionibus intelligenda?

135 METhodum istã à Phylosophia Peripatetica deductam esse perspicuum est, ipla namque rerũ Naturas per Materias, & Formas examinat Arist. *lib. 1. & 2. Physic.* res artificiales imitata, in quibus Materia, & Forma oculis distinctè conspiciuntur. Vt igitur totum artificiale Materia, & Forma constare videmus; priusque Materiam conspicimus, de inde varias dispositiones manu Artificis introduci, tandemque Formã exurgere, quæ Artificium illud denominat, & à quocũque alio distinguit: sic in rebus naturalibus negotium se habere imaginatus est Aristoteles, & ideò ipsius industria potissimum versata est in rerum Materia, & Forma, & Vtriusque cum Alterutra habitudine apetienda, & cognoscenda.

136 Scholastici Doctores Axiomatibus Peripateticis imbuti, & inutriti hanc Phylosophandi rationem in Theologiam, & præcipuè in Sacramentorum Doctrinam introduxerunt, vt adnotauit Ioan Morin. *de Sacris Ordination. p. 3. exercit. 1. cap. 3. num. 2.* cui Nos addimus à Iureconsultis etiam mutuari Theologos potuisse hanc explicationis Methodum; illis nãque frequentissimam illam fuisse constat *ex l. 198. ff. de Verbor. Signif.* vbi Materia pro qualitate, & genere vsus accipitur, eique concinnit *l. 166 ff. cod. & l. 16. Cod. de Prædi. Minor.* juncto Franc. Connano, *lib. 4. Comment. Iur. cap. 1. nu. 7. & cap. 10. n. 7.* & Forma ipsis dicitur, quæ essentiam rei præstat, *l. Iulianus, §. Siquis ad rem, ff. ad exhiben. cum vulgatis.*

137 Hinc potissima Theologorum cura fuit definire Ec quę fuerint Sacramentorum Materię? Quæ Formæ, & sub horum nominum in signijs principales de Sacramentis quæstiones efformare, & protendere. Scholas Theologicas annis iam centum integris occupauerat Phylosophia Peripatetica ante quam istam tradendi Sacramenta Methodum vsurparent Theologi, eodem Ioann. Morino, adnotante, *loc. citat. pagin. 16. col.*

1. probante ex eo quod nihil de eà Lanfrancus, Guitmundus, Anſelmus, Ivo, Abaillardus, qui eo tempore, & aliquanto poſt maxima cum Omnium admiratione multa ſcripſerunt; nec etiam qui hos DD. immediatè ſequuti ſunt horum nominum meminere in Sacramentorum Doctrina, quàm diligenter explicant, neque ipſe Petrus Lombardus, qui circa annum Chriſti 1150. Sententiarum Libros ſcribebat, vt affirmat Morin. *loc. cit.* & Nos ſuademur, ex eo quod florere cœpit ſub Conrado III. ad annum 1141. Franc. Valente *Concord. Iur. Pontif. cum Sacra Theolog. in Proluſ. cap. 7. numer. 1. verſ. de Tempore.* Obijcque anno 1160. adnotante Baron. *ibidem*, & ex pluribus Iacob. Gaulter. *in Tab. Cronolog. Sæcul. XII. pag. 650. titul. Scriptores Sacri.* Hic ergò Author, qui ob eximiam eius Doctrinam Magiſtri Antonomaſiam adeptus eſt, nec vllum Verbum de Materijs, & Formis Sacramentorum ſub texuit, licèt latè de eis diſeruit *lib. 4. Sententiarum*, neque primus eius Commentator Petrus Pictauienſis, neque Hugo de S. Victore huic immediatus Scriptor licèt bis, ter ve, datta operà fuſe ſatis de Sacramentis egerit. Et ne per ſingulos ab ire cogamur, Nullus Author vſque ad annum 1215. hæc nomina ad Sacramẽtorum explicationem vſurpaſſe Morinus tuto affirmat, *dict. pagin. 16. col. 2. in principio.*

138 Sed in Eum inſurgi poteſt I. authoritate Magiſtri Sententiarum, *quilib. 4. Liſt. 2. lit. F.* ait: *Hic conſiderandum eſt ſi Baptizati à Ioanne, iterum Baptizati ſunt Baptiſmo Chriſti, & quà forma Verborum vſus ſit Ioannes? & in princip. Diſt. 3. Poſt hæc videndum eſt* (inquit) *Quid ſit Baptiſmus? & quæ ſit forma? & quando inſtitutus? & cauſa Inſtitutionis. Baptiſmus dicitur Intinctio, id eſt Ablutio corporis exterior facta ſub præſcripta Verborum forma.* Simile reperitur *Diſt. 8. lit. B.* II. autem (& probabilius forſan) obijci poteſt Hugo de S. Victore *lib. 1. de Sacrament. Fidei, part. 9. cap. 1.* vbi tertio loco Difficultatem iſtam inquirendam proponit: *Quæ ſit vniuſcuiuſque Materia Sacramenti, in quo conficitur, & Santificatur.*

139 Aſt Objectionibus iſtis minimè refragantibus incognita fuiſſe præallegatis Authoribus nomine iſta in ſenſu, quo hodiè Theologi illa vſurpant, tuto affirmandum eſt. Ad I. namque reſpondet Morin. *dict. cap. 3. numer. 4.* non alludere ibi Magiſtrum ad Materias, & Formas Phyſicas, vt ex Verbis in Textu ſequentibus eſt evidens, ſed ad Iure Conſultorum Formulas, quibus Actiones à Prætore in Rem, Perſonam, vel Factum dabantur, ſecundum quas inferiores Iudices judicare tenebãtur; moxque progreditur explicare quænã eſſent Formulæ iſtę Iudiciarię de quibus videndus eſt Barnab. Briſſon. *de Formul. lib. 5. pagin. 430. & ſeqq.* ſubdicque Morin. ipſe ad earum modum

dum Magiſtrum ibi Formam pro Formula, ſeu Verborum conceptionem juxta, quàm Baptiſmus erat impartiendus. Ad II. autem objectionem ex Hugone de S. Victore petitam reſpondet Morin. ipſe, *dict. cap. 3. numer.* 6. ibi Materiam vulgato more acceptam eſſe pro re nimirum ſolida, & corpulenta, quacumque, ex quà aliquid fit, vt quum dicitur: *Materiam ſuperabat Opus.*

140 Primus ad inuenit Methodum iſtam Guillelmus Antiſiodorenſis, qui ſcribebat Anno Chriſti 1215. Ioan. Morin. Teſte. *d. cap. 3. num. 6.* ſubdens tamen Authorem iſtum non ita terminis illis Philoſophicis adhæſiſſe, vt qui Eum ſequuti ſunt DD. Scholaſtici, vt per ſingula Sacramenta diſcurrens optimè explicat. Clariuſque Methodum iſtã exornaſſe Alexandrum de Alès, ex inclyta Seraphica Familia de obſeruantia, & Albertum Magnum ex grauiſsima Prædicatorum Familia Alumnos, addit Morin. ipſe, *dict. cap. 3. numer.* 7. affirmans: Iſtos in omnibus Sacramentis Materias, & Formas expiſcatos eſſe; poſt Eos que Neminem Sacramenta rectè per tractaſſe ſibi viſſum eſſe, qui in eorum Materias, & Formas diligenter, non inquiſierit, *& numer.* 8. etiam in Orientem Modum iſtum explicandi penetraſſe Græciſque probatum eſſe, & familiarem oſtendit aliquibus teſtimonijs adductis apud ipſum videndis, *& numer.* 9. concludit: *Quum igitur hanc docendi Methodum Vniuerſus Occidens ab aliquot ſæculis complexus fuerit, atque Oriens non improbauerit, fieri non poteſt, vt id vtile non ſit, & commodum, quod tantorũ conſenſu vſurpatur. Attamen cæuendum eſt, ne minute ſingulas Materiæ, & Formæ Phyſicas proprietates vnius cum altera Affectiones, & Habitudines conſectemur, eaque præſſe nimis, & adamuſsim Materijs, & Formis Sacramentalibus applicemus: Scrupuloſa enim hæc applicatio Nos in varia incommoda præcipitaret: Sacramenta enim conſideranda ſunt, non vt tota Phyſica, ſed Metaphyſica, ſiue Logica: Materiæ conſequenter, & Formæ Sacramentales, Phyſicæ non ſunt, ſed Metaphyſicæ, quæ ita vocantur Metaphoricè, & per Analogiam quandam ad Formas, & Materias Phyſicas Cum quibus conueniunt, &c.* Hucuſque eruditiſsimus Gallus iſte Author, à quo iſtius Difficultatis reſolutionem Nos exhariſſe fatemur, tùm quia Summa dexteritate illam pertractat; tùm etiam quia Nullus alius ex omnibus, in quos hucuſque incidimus, Dubij iſtius recordatus eſt.

141 Pro illius ergò complemento inquirit. Idem Author *citato, cap. 3. numer.* 10. Quibus docendi Formulis vſi fuerint Doctores ad Sacramentorum Tractationis intelligentiam 1200. annorum ſpacio, quo Nomina hæc incognitas acuiſſe proba-

tum manet? Cui dubitationi sic respondet: *Breuissimè dicam: Solemnes illis erant tres potissimum Formulæ: Explicabant hoc per verba signi, & Rei Sacræ, seu Inuisibilis, dicentes Sacramenta constare signo, & Re Sacra, seu Inuisibili. Per signum intelligebant quod postea per Materiam significatum est, atque etiam quod per Formam: quidquid scilicèt sensibus percipitur: Per Rem Sacram, seu visibilem effectum Sacramenti; Gratiam scilicet Sanctificantem. Hic est apud Antiquos frequentissimus explicandi Modus. Vndè illa Definitio: Sacramentum est Inuisibilis Gratiæ, visibilis Forma. Formam vocant speciem, quæ sensibus percipitur. Dicebant præterea in omni Sacramento duo reperiri, Sacramentum, & Rem. Per Sacramentum signum tantum intelligentes, quod sensibus percipitur externis, sub cujus specie Christus Sacramentum instituit. Per Rem, Gratiam, quæ confertur. Ideò DD. illorum temporum diligenter examinant: Quid sit Sacramentum? Quid Res Sacramenti? Denique vulgo dicebant Sacramenta Rebus constare, & verbis. Rebus, vt aqua, Oleo, & ejusmodi: Verbis, ut Inuocatione Trinitatis. Aliis etiam Verbis, quæ eodem tendunt, vtebantur, asserentes in Sacramentis esse Elementum, & Verbum juxta celebre S. Augustini effatum: Verbo Baptismus Conficiatur: Detratu Verbum, & quid est aqua, nisi aqua. Accedit Verbum ad Elementum, & fit Sacramentum, &c.* Concludamus ergò sectionem istam verbis istis, quibus Antesignanus noster, *Caput illud suum* 3. concluſit: *Lectore de ista docendi ratione paueis commune facto, viam, quàm ab aliquot sæculis tot Ecclesiasticæ Stellæ signarunt, ingrediamur.*

## Sectio III.

### Ec quæ Pontificalis Vnctionis, Materia, & Forma?

142 PRæmitti aliqua oportet pro resolutione hujus Difficultatis, quàm inextricabilem ferè reddũt Multiplices circa eam DD. Sententiæ relatæ à Ioan de Dicast. *de Sacram. tom. 1. tract. 6. Disp. 1. dub. 9. n. 110.* Leand. à SS. Sacram. *tom. 2. tract. 6. Disp. 3. q. 1.* & omnium copiosissime Diana, *p. 12. tract. 1. de Conser. Episcop. à Res. 12. ad 18.* cui addo Hieron. Columbi *de Angelica, & Humana Hierarchia, lib. 5. controuers. 1. cap. 12. & seqq.* Franc. Hallier. *de Sacris Electionp. 2. sect. 2. cap. 2. art. 1. §. 13. nu. 29. fol. 440.* Ioan. Morin. *de Sacr. Ordinat. proc. 3. exercit. 2. cap. 1. 2. & 3.* Gerunda *de Episcopo, part. 2. lib. 8. disp. 9. cap. 2. num. 11.* Ex quibus vtiliora quæ judicauerim, in medium producam.

143 I. ergò præmittendum est Materias, & Formas in Sacramen-

mentis vocari ſolemnes quaſdam Actiones,& præſcripta verba, ita neceſſaria, vt niſi adhibeantur effectu, caſus ſit Ritus, & inanis, Ioan.Morin. *dict. cap.* 1 *numer.* 1.

144 II.præſupponendum eſt omnia Nouæ Legis Sacramenta conſtare Rebus tanquam Materia,& Verbis tanquam Formà, vt deciſſum fuit à Concil.Florentino *Seſſ.*24. *in Decreto vnion. Armenor.* ac probatur ex Textu *in Cap. Non vt apponeres* 5. *de Bapt.* vbi Innoc. III nullum declarauit Baptiſmum ſaliua perfectum ex defectu aquę, & Alexand. III. *in cap. Siquis,eodem titulo*, nullum fuiſſe Baptiſmum decidit ex defectu Prolationis verborum. Videndi ſunt plura SS. PP. teſtimonia congerentes Franciſ. Amic. *in Curſu Theolog. tom.* 7. *tract. de Sacrament. diſput.* 2. *ſect.* 1. *&* 2. Ioann. de Dicaſtillo *tom.* 1. *de Sacrament. tractat.* 1. *Diſput.* 1. *dubit.* 4. *&* 5. Guillelm. Herincx *in Curſu Theolog. tom.* 4. *tractat.* 2. *Diſput.* 2. *quæſt.* 1. Franciſc.Bonæ Spei *de Sacrament. Diſput.* 1. *numer.* 38. *& ſequentibus.* Stephan. à S. Paulo *in Summa Theolog. Moral. tractat.* 5. *Diſput.* 1. *dubit.* 1. *numer.* 3. & plures alij partim ab iſtis relati, & partim à Nobis libenter omiſſi.

145 III. Denique præmonẽdum eſt omnia noſtra Sacramenta duplici conſtare Materia, Remota ſcilicèt, & Proxima Dicaſtillo *dict. dubit.* 4. *numer.* 33. Materia Remota ſingulorum Ordinum id eſſe dicitur quod in eorum collatione tangendum traditur; Proxima verò ipſa eorum Traditio, vt pluribus relatis explicat Stephan. à Sanct. Paulo, *dict. tract.* 5. *Diſput.* 7. *dubit.* 1. *num.* 5. *&* *ſequentibus.* His ergò præſuppoſitis.

146 Aſſerimus: Omnes propè DD. Scholaſticos diſputantes de Materia,& Forma Epiſcopatus illius formam in his verbis conſtituere: *Accipe Spiritum Sanctum*, quę Conſecrator,& Aſsiſtentes Epiſcopi poſito Euangelio ſuper Ordinandi Caput, & illud tangentes, ſtatim pronuntiant, vt præcipit Pontificale Romanum. *Præpoſit. in* 2. *part. quæſt. vnic. de Sacram. Ordin. dub.* 10. *numer.* 75. addens Epiſcopos curare debere, vt moraliter ſimul concurrant omnes imponere manus, & verba proferre. Videndus eſt Antonin. Diana, *part.* 12. *tractat.* 1. *reſolut.* 18. 36. *&* 45. vbi plures refert, quibus omnibus addo Franciſc. Hallier. *de Sacris Ordinat. part.* 2. *ſect.* 2. *cap.* 2. *artic.* 2. *§.* 2. *numer.* 3. & Ioan. Morin. *dict. exercit.* 2. *cap.* 2. *numer.* 1. addentes vix poſſe Doctorem referri qui diſſentiat, neque aliter fieri poſſe autumet; quia apud eos pleroſque ratum ſit, & fixum: Ordinum formas neceſſario eſſe Imperatiuas: imò addit Nuñez *in Addit. ad* 3. *part. quæſt.* 34. *articul.* 4. hoc ad Fidem pertinere, & oppoſitum eſſe hæreſim manifeſtam. Nihil eſt autem in toto Ritu Latino Conſecrationis Epiſcopalis, præter hæc verba, modo im-

perativo, vel etiam indicativo, pronuntiatum, quod verisimiliter Formæ rationem posset induere, ut Morin. ipse adnotauit ergò hujus Consecrationis Forma erunt præallegata verba. Conseq. ultra quàm quod ex præmissis irrefragabiliter sequitur, efficaciter probamus ex S. S. Concil. Tridentino, *Sess. 23. Can. 4.* Statuente: *Si quis dixerit per Sacram Ordinationem non dari Spiritum Sanctum, ac proinde frustra Episcopos dicere: Accipe Spiritum Sanctum, &c. Anathema sit.*

147 Et licèt Assertio hæc planè inter Catholicos procedat; adhùc tamẽ insurgit in Eam Ioan. Morin. *citato, cap. 2. num. 2.* Opponẽs Ecclesiæ traditionem, & perpetuam Praxim; pluribus namque Sæculis immemor istorum verborum Episcopalem contulit Ordinem. Id ex eo Morinus probans quod nulli Rituales Latini antiqui hæc habent verba, nusquam comparent; etiam in recentioribus multis nulla eorum fit mentio; & quia Hugo de S. Victore, Alexand. Halens. Guillelm. Altisiodorens. S. Bonauentur. S. Tho. licèt quæ ad Ordines spectant diligenter, & minute persequantur eorum non meminerunt. Apud Latinos cœpta esse usurpari vix ab annis quadringẽtis. Apud Græcos autem, & Syros, nec est, nec unquam fuit illorum vsus, teste Morino *loc. cit.* hinc inde subinducens nulla ratione dici posse ad Ordinis substantiam verba illa pertinere; mox que *num. 3.* pergit ostendere præallegatum Tridentinum Decretum non contradicere Traditioni huic Vniuersæ.

148 Obiectio tamen parum æstimanda est, ut pote non nisi ad exercitationem tantum deseruiens, tùm quia juxta Morin. ipsum *dict. cap. 2. num. 4.* Praxis illa, atque Traditio Ecclesiæ, quàm opponit ab annis quadringentis omninò cessauit, & toto isto tempore verba ista in vsu reperiũtur: Otiosum quà propter judicamus tempus absumere in curtenda forma per Quadringentos annos ab Ecclesia obseruata. Tùm etiam quia sufficit Authoritas Ecclesiæ verba ista usurpantis, ut ulteriùs de eis non disseramus, ut docet Hallier. *dict. art. 2 §. 2. num. 4.* Maneat ergò stabilitum verba illa esse hujus Consecrationis Formam.

149 Materiam autem remotam hujus Consecrationis esse Chrisma; proximam verò esse Vnctionem in Capite; Formam verò esse verba: *Vngatur, & Consecretur Caput tuum Cæleſti Benedictione in Ordine Pontificali, in nomine Patris, &c.* docẽt Gerũda *d. l. 8. dis. 9. cap. 2. num. 11.* Martin. Fornar. *de Sacram. Ordin. cap. 1.* Franc. Sylu. *in 3. part. S. Thom. quæst. 40. art. 5. concluſ. 2.* asserens opinionem istam conformem esse, & consentaneã, *dict. cap. vnico de Sacra Vnctione.* Quàm plures aliàs opiniones adducit Diana *dict. tract. 1. à Resolut. 12. vsque ad 18.* in quà septimam, quàm adduxerat *Resol. 16.* amplectitur: Totam scilicèt Materiam Consecrationis Episcopalis esse manum Impositionem; Formam verò verba illa: *Accipe Spiritum*

*tum Sanctum, &c.* iam relata, & pro hac opinione allegat, *dict. resol.* 16. Vazquez, Bellarmin. Coninch, Henriq. Bernal. Laymann. 2. *ad Timoth.* 1. Conc. Triden. SS. Ambros. & Hieronym. *& resol.* 18. addit Granad. Franc. Lugo, Baun. Gerundam, Cornel. à Lapide, Leandr. à SS Sacramento, Hurtad. Thom. Sanchez, Castro Palao, Caspensem, Escouar, Opatouium, Sà, & Auersam.

150 Circa tempus autem ad Cõsecrationem statutum, sunt tàm Antiqui, quàm Moderni Canones. In Concilio namque Chalcedonensi. *Can.* 25. Cauetur. *Vt intra tres menses Ordinationes Episcoporum celebrentur, nisi fortè ne essitas in excussabilis cogat tempus extendere.* Hinc marus, *Epist.* 12. *ad Ludouic. III. Francor. Regem, cap.* 5. ibi: *Sexcenti triginta, & eo amplius Episcopi in Chalcedona Ciuitate Congregati constituerunt: Vt vltra tres menses Ordinationes Episcoporum nõ differantur, &c.* videndus etiam est Text. *in Can.* 1. *Dist.* 100. & Conc. Tridentinum *Sess.* 7. *cap.* 9. *& Sess.* 23. *cap.* 2. latè Christian. Lupus *in Not. & Scholijs ad Concilia generalia tom.* 1. *in dict. Can.* 25. *Concilij Chalcedonens. pag. mihi* 602. & Innoc. Ciron *in paratit. ad* 5. *Decretalium libros ad tit. de Elect. vers. Superest altera pars, pag. mihi* 28. *in medio.*

## Sectio III.

### An, Regiæ Vnctionis Materia, & Forma propriè sit? & impropriè qualis?

151 QVamuis controuersum sit apud Sacros Expositores, num in Lege Veteri, eodem vngerentur Chrismate Reges, ac Sacerdotes Summi, ut videre est apud Ioan. de Pineda *de Reb. Salom. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 2. *&* 6. Fortunat. Schacc. *Elæochrismat. Myroth.* 3. *cap.* 46. 47. *&* 48. Ioan. Stephan. Menoch. *de Rep. Hebræor. lib.* 1. *cap.* 9 *quæst.* 4. Franc. de Mendoza *in lib.* 1. *Reg. tom.* 3. *lib.* 1. *cap.* 10. *in expos. litteral. num.* 1. *§.* 3. *pag.* 83. *&* 84. ubi latè; in Lege tamen Gratiæ, extra controuersiam est Orthodoxos Reges Oleo Catechumenorum inungi, *cap. vnic. §. Vndè in Veter. de Sacr. Vnction.* ibi: *Brachium verò Principis Oleo delinitur, &c. l.* 12. *tit.* 4 *part.* 1. Diana *d. tract.* 1. *resol* 88. cui addimus libr. Sacr. Cærem. *sect.* 5. *cap.* 3. Card. Baron. *tom.* 5. *Annal. anno* 496. Rectaur. Castald. *de Imperat. quæst.* 19. *num.* 3. Iacob. de Valdès *de Dignit. Reg. Hispan. cap.* 14. *num.* 23. *&* 24. Ioan. Azor. *Institut. Moral. part.* 2. *lib.* 10. *cap.* 5. *quæst.* 2. Barbos. *in dict. cap. vnic. num.* 10. *de Sacr. Vnction. & de Potest. Episcop. part.* 2. *allegat.* 31. *numer.* 12. Ioan. Honor. *in Summa Decretal. lib.* 1. *titul.* 15. *quæst.* 4. Franc. Hallier. *de Sacr. Elect. part.* 2. *sect.* 8. *cap.* 10. *art.* 5. *§.* 3. *num.* 12. *& seqq.*

152 Quum Sacramentum non sit Regia Vnctio (ut abundè ma-

manet probatum Materia, aut vna propriè constare non posse affirmandum est; vt suprà monui impropriè tamen loquendo Materiam Oleum Cathecumenorum adsignamus; Formam autem verba ab Ecclesia præscripta in Pontificali Romano pro hac Vnctione peragenda, vt ex latè adductis à prę allegatis DD. luculentissimè constat.

153 In hanc tamen communem, & ab omnibus Orthodoxis irrefragabiliter admissam resolutionē militat validissima Gallorum acies, quæ Hincmaro, Flodoardo, & Haimoino Ducibus sęuissimum bellum in Originem, & Materiam Regiæ Vnctionis à Nobis asignatam indicere non vetentur, ex quorum assertionibus grauissima in Pontificiam Potestatem pullulant damna, quæ, ut vitemus eos in Ius vocare cogimur, eorumque Depositiones rigoroso exponere examini, vt si à veritate cadant, à causa quoque cadere omninò debere omnibus notum sit.

154 Nec libenter, aut sinistro aliquo in Gallos affectu tali Nos Disceptationi tradidimus, sed prouocati, & Tractationis necessariorum Præcepto coacti; quia Sacro-Supremę Potestatis fundamentorum res non leuis agitur, quandoquidem Reges Franciæ, ante annos quadringentos, ab illius lagunculæ iactata è Cœlis origine, seriò ambiuere suprà Antistites omnes honoris, ac Dignitatis prærogatiuam, *vt mox ab initio quæstionis monui*: Quod nempe suis, atque Exteris etiam sensim persuasissent Franci Vnctionem Clodouei eorum Regis Catholici Cœlestem, à Deoque immediatè receptam, illo apud ipsos decantatissimo Miraculo, quod in ipsius Regis Baptismo, & Regia Vnctione, accidisse referunt, infrà à Nobis latè exponendum, & falsum esse demonstrandum.

# OPPORTVNA DISSERTATIO.

## De Galliæ Regum peculiari Vnctione ab Aliquibus Gallis Scriptoribus excogitata, & ab alijs cæcà credulitate admissà, & à Nonnulis Cordatioribus rejecta.

## Sectio I.

### Ec quæ sit Materia, & Origo Regiæ Vnctionis in Lege Gratiæ ab illis Gallis Authoribus excogitata? & quibus innittantur fundamentis?

155 VVnctionis Regiæ originem in Lege Gratiæ ab Ampulla Remensi Cœlitus emissa ad Clodouei Francorum Regis III. Vnctionem Galli deriuant, Ampullæque materiam Sacrum fuisse Chrisma, quo tùnc Clodoueus, Posterique deinde Franciæ Reges inuncti sunt, ob singulare illud priuilegiũ Diuinum, suadere conantur. Mich. Rouſſel. *Hist. Pontif. Iurisd. lib.7.cap.2.num.*10. Franc. Hallier. *de Sacr. Elect. dict. art.5.§.2. &* 3. Claud. Rangol. *tom.*1. *Comment. in lib.*1. *Reg. lib.*1. *cap.* 10. *vers.* 1. *col.* 1190. Mich. Maucler. *de Eccles. Monarch. tom.*1. *part.*3. *lib.*7. *cap.* 2. 7. *&* 8. Thom. Cormer. *lib.*1. *Rer. gestar. Henric. II. Galliæ Regis, fol.* 18. & cum alijs Petr. Gregor. *in Prælud. boni Iure consulti, lib.*1. *cap.* 11. Innocent. Ciron. *in Paratitl. ad lib.*1. *Decretal. tit.* 15. & alij quam plurimi quorum omnium partim suprà relati, & partim per Dissertationem referendi.

156 I Et præcipuum fundamentum est Hinc mari Remensis Metropolitæ authoritas, qui I. istius Miraculi Inĉvtorem IX. iam declinante sæculo, quadringentis ferè à Clodouei morte annis iam elapsis, se se exhibuit, vt optimè probat Ioann. Iacobus Chiflet. *in Noua Disquis. de Ampull. Remens. cap.*6. cui omnes cõsentiunt, dùm ab Eo comprobationem Miraculi istius exordiuntur. Cuique Nos cum Hieron. *in Epist. Apologet. contra Origin. quæst.* 33. *lib.* 1. dicere possumus: *Cur post quadringentos annos Nos docere niteris, quod ante nesciuimus? Cur profertur in medium, quod Petrus, & Paulus* (Remigius scilicèt Gregor. Turonensis, alijque peruetusti vestri Patres) *edere noluerunt? Vsque ad hanc diem* (quà Hinc marus Miraculum confinxit) *sine hac doctrina Mundus Christianus fuit, &c.* Post Hinc marum autem totus ea repletus est Mundus.

157 Hinc marus ergò *in Vi-*

*ta*

ta S. Remigij apud Surium, die 13. Ianuarij, sic ait: *Cum verò peruenissent ad Baptisterium, Clericus, qui Chrisma ferebat à Populo est interceptus, vt ad fontem venire nequiuerit: Sanctificato autem Fonte, Nutu Diuino Chrisma defuit. Et quia propter Populi præssuram vlli non patebat egressus, vel ingressus Ecclesiæ, Sanctus Pontifex oculis, ac manibus protensis in Cœlum, cœpit tacitè orare cum lachrymis, & ecce subito columba niue cãdidior attulit in rostro Ampullam Chrismate Sancto repletam, cujus odore mirifico super omnes odores, quos ante in Baptismo senserant, omnes qui aderant, in æstimabili suauitate repleti sunt; Accipiente autem Sancto Põtifice ipsam Ampullam specie Columbæ disparuit. De quo Chrismate fudit venerandus Episcopus in Fontem Sacratum. Viso autem Rex tanto miraculo, &c. Susceptus ab ipso Pontifice de Sacro Fonte perunctus est de Sacro Chrismate cum signo Sanctæ Crucis D. N. J. &c.*

158 Idem Hinc marus in Capitulis, quæ publicè enunciauit Metis Ciuitate 869. quando Carolus Calvus in Regno Lotharij coronatus est, eadem ferè repetijt, teste Ioan. Iacob. Chiflet, *d. cap. 6. pag. 28.* addens: *Vigilia Sanctæ Paschæ in Remẽsi Metropoli baptizati, & cælitùs sumpto Chrismate, vndè adhùc habemus peruncti, & in Regem Sacrati, &c.*

159 Hæc quæ Hinc marus idoneis debebat comprobare testibus, Eos proferens Clodoueo Pares, vel suppares, vt Fidem Serotinæ narrationi suæ de Ampullæ Cœlestis missione solidè firmaret, parum de his curans diuagatus est ad alia, Magistrũ Theologiæ, agens cõciuncula ex M. S. Bonifontis adducta à Chiflet, *in dict. disquis. cap. 7. pagin. 34.* in quà suadere nimius est Miraculi possibilitatem; ab eo præcipuè quod non Semel Spiritus Sanctus in Columbæ specie mortalibus apparuit. Quod re vera probare non est tũnc accidisse; A potentia siquidem ab actu inualidè arguitur, vt Dialecticæ Tyrocinium monet. Affirmat ergò Hinc marus non confirmat; cuius partes erat probare, quæ volebat credi, non enim eius fiducia, sed monimentis testimoniorum viri suadentur docti, neque animo securo de Ampulla doceri possunt ab illo qui scripsit vitam S. Remigij annis ad minimum 340. post Clodouei Regis Baptismã, neque ab Eo pro legitima Traditione accipere, quod ante ipsum fabula fuit, vt rectè arguit Chiflet *dict. cap. 7. in fin pagin.* 38. pro cuius assertione solidandã, addenda sunt adducta à Prosper. Fagnan. *ad Text. in cap. Ne innitaris de constit. aliàs in tractat. de probabilitate, vel contra probabilitatem opinion. in quæstione generali, num. 23.*

160 Sæculo autem X. Flodoardus Presbyter Remensis illius conscripsit historiam, quæ desinit anno 948. *in cuius lib. 1. cap.* 13. ipsissima penè Hinc mari Verba vsurpauit; cautè tamen addens in relatione Miraculi illatæ Ampullæ, Verbum *Traditur*, hoc est *fertur, dicitur, existimatur*, ac si narrationem Hinc mari ad fluxi Vulgi Fidem referret, vt optimè pon-

de-

derat Chiflet *in dicta diſquiſit. cap.* 8.

161 Eodem ipſo ſæculo Frãcorum hiſtoriam ſcripſit Aimon Floriacenſ.Monach.qui *lib.* 1. *cap.* 16. Re nõ expreſſa præuiam Hincmari narrationem non ſequutus eſt modo, ſed adauxit. Author deinde Chronici Dionyſiani. S. Anton.dẽ Florent.Robert. Guagnin. alijſque Recentiores Verba Aimoini eadem, vel vſurparunt, vel ex Latino Gallicè verterunt, vt Chiflet monet *eodem. cap.* 8. Aſſodetuenſis Abb. *in Paſsione S. Berchardi Abbatis Altiuillarenſis apud Sur. die* 16. *Octobr. cap.* 9. eamdem refert Hiſtoriam, in eo tantum diſcrepans, quod allatę Ampullæ, Miniſtrum, facit Angelum, quum Hincmarus, & alij Columbam Vectricem aſsignent. Quæ quidẽ diſcrepantia in eiuſdem Sæculi Scriptoribus maximè ponderanda eſt. Vix enim aliqua ex duabus ſententijs vera eſſe poteſt, vt olim ſcripſit Cicero *lib.* 1. *de Nat. Deorum*, & Nos luculentius *ſequentibus* demonſtrabimus *ſectionibus.*

162 II. Autem huius Hiſtoriæ fundamentum eſt Sancti Remigij Teſtamentum, quod primus Flodoardus litteris prodidit *in dicta Hiſtor. Remenſ. Eccleſiæ, lib.* 1. *ca.* 18. Deinde Barnab. Briſſon *in Formul. lib.* 7. *pag. mihi* 765. Patrit. Armacan. *in Marte Gallic. lib.* 2. *cap.* 45. Vindiciæ Gallic. *tit. fin. pag. mihi* 289. Aubert Miræus, & alij adducti à Ioan. Iacob. Chiflet, *in dict. Diſquiſ. cap.* 3. *pagin.* 14. *verſ. Aliud Teſtamentum.* In illo ergò Teſtamento hæc clauſula legitur: *Genetri tantummodo Regio, quod ad honorem Sanctæ Eccleſiæ, defenſionemque pauperum vna cum fratribus meis Capiſcopis omnibus Germaniæ, Galliæ, atque Neuſtriæ, in Regiæ Maieſtatis culmen perpetuo regnaturum, ſtatuens elegi, baptizaui, à Fonte Sacro ſuſcepi, donoque Septiformis Spiritus conſignaui, & per eiuſdem Sacri Chriſmatis Vnctionem Ordinato in Regem, &c.*

163 III. Denique validiſsimum Ampullaris Hiſtoriæ munimen eſt Traditio, vt ex Flodoardo iam vidimus, expreſsiuſque docet Franc. Carrier. *in Digeſto Fidei Catholicæ, tom.* 2. *artic.* 13. *de Vnctione Reg. Franc.* qui inter Eccleſiaſticas Traditiones Ampullare hoc reponit Miraculum, quibus addo S. Antonin. Carol Guagnin. Nicol. Gillium, Forcatul, Pinedam, Guid. Pap. Martin. Laudenſ. Reſtaur. Caſtald. Cæſar. Baron & Genebr. rejectos à Iacobo de Valdès *de Dignitates Reg. Hiſpan. cap.* 14. *num.* 5. Eiſque adnecto Carol. de Graſal. *de Regal. Franc. lib.* 1. *cap.* 2. *pag. mihi* 29. Ioann. Ludouic. Viues, Sur Chaſan. Ioan. à Ponte, Iacob. Gaul. & Ribadeneyrã apud Martin. Carrillo Abbatem de Monte Aragon, *lib.* 2. *Annal. Chronolog. Anno Chriſti* 484 *pag. mihi* 156. Vindic. Gallic. *de Simpullo ſeu Ampulla Remenſ. pag.* 46. *&* 47. Mart. Gallic. *lib.* 1. *cap.* 2. Franc. Hallier. *de Sacr. Elect. dict. art.* 5. *§.* 3. *numer.* 16. In comprobationem allegantes Hincmar. Flodoar. Aimoin. Guillielm. Brut. Vincent. Bellouacenſ. Ioan. Gerſon. Panorm. Guagin. & alios, & præcipuè Mich. Maucler.

de

*de Eccles. Monarch. 3. part. lib. 7. cap. 2. & 7.*

164 Hæc sunt Hincmarianæ Inventionis fundamina, quæ singillatim comminuemus, ut perspicuum omnibus sit: chimeram ab ipso ad inuentam nullo firmatam esse solido pedamento.

## Sectio II.

### Simpulli Remensis Historiæ I. fundamentum ab Historijs petitum omninò eneruatur.

165 OMnes iam memorati Chronologi, & Authores Historiam hanc amplectentes Hincmarum Ducem agnoscunt, qui re verà fuit, vt iam suprà vidimus, ex Ioa. Iacobo Chifletio *dict. cap. 6. pagin.* 28. monente: cum Hincmaro, tamquam cum erroris Anteſignano agendum priùs esse, eoque victo, reliquos eum sequutos, affore victos, vt pote, qui nullo alio valeant clypeo muniri, & protegi. Nulla autem vincendi, aut conuincendi Historiastem aptior reperitur via, quàm eius enarrationem in aliquo suspectam reddere, quia mox tota eius Historia manet suspecta, juxta tradita à Iacob Menoch. *cons.* 112. *num.* 71. *& cons.* 913. *num.* 12. *lib.* 10. Petr. Paul. Paris. *cons.* 23. *num.* 253. Soccin. Iun. *cons.* 132. *num.* 11. Gaspar KloKius *de Contribut. capit.* 20. *nu.* 457. Estque in Testibus trita regula ab omnibus communiter recepta Gand. Alexand. Paris. Soccin. Gabr. Mascard. Menoch. & alij penes Ioan. Bap. Bajar. *in Add. ad Clarum, lib.* 5. *Sententiar. §. Falsum, vers. Testi qui falsum, num.* 40. *& quæst.* 53. *vers. Sed quæro.* Tanquam suspectus ergò Historialis, & falsus testis est repellendus Hincmarus, quia in pluribus Veritati contrarius reperitur, vt ex sequentibus patebit.

166 I que falsus seu allucinatus est Hincmarus in Baptismi loco, asserit enim in Basilica S. Mariæ Remorũ Metropolis Baptizatum esse Clodoueum, quum omnibus in compertò sit in Ecclesia S. Martini Sacrum affectum esse Baptisma, vt scribit S. Nizetius Treuiror. Episcop. *in Epist. ad Clodosuindam*, cuius testimonio plene deferendum probat Ioann. Iacob. Chiflet *in dicta Disquisit. cap.* 6 *pag.* 29. Planeque agnouit, & falsus est errorem Hincmari Dauid Blondel. *in Præfat. Apologetic. contra Ioan. Iacob. Chiflet. tit.* 14. *q.* 2. *vers. Tantæ dignationis vir.* Cuius confessionem euadere nequibunt Aduersarij, vt pote emissam ab Hincmari Patrono, & Chifletij Aduersario.

167 II. Hincmarus aberrauit in tempore Baptismi Clodouei Re-

Regis, ipse enim refert per actum in Pervigilio Paschæ, id quod omninò dissoluit S. Auitus Viennens. *in Epist. qua gratulatur Regi de accepto Baptismate. VIII. Kalen. Ianuarij*, quũ Christi Natalis nocturna per vigilatione celebrabatur. Vndè Sirmond. *in not. ad Auit. Docet* (inquit) *Auitus quod hactenus ignorabamus in Vigilia Natalis Domini celebratum Clodouei Baptismum, non in Vigilia Paschæ, quod Hincmarus Remensis falso sibi, & rerum nostrarũ Scriptoribus persuaserat.* Quod iterũ repetijt *de Duobus Dionysijs, c.* 4. quibus testimonijs victus occubuit Dauid Blond. *l. c.* dicens : *Ab errauisse* (Hincmarum) *imò alios secum adduxisse sponte fatemur.*

169 III. Deceptus est Hincmarus scribens *in dictis Capitulis Caroli* Clodoueũ sumpto Cœlitus Chrismate inunctum fuisse, & in Regem Sacratum, qui *in Vita S. Remigij* Baptismalẽ Vnctionẽ nude notauit, vt jam suprà vidimus. *Sed Hincmarum* (inquit Hadrian. Valès. *d. lib.* 6. & ab eo Chiflet *d. ca.* 6. *pag.* 30.) *sua Tempora suique decepere Mores existimantem ijsdem Cæremonijs Merouingos Regnum inijsse, quibus Posteri Caroli Maiores domus inierint, quum aliter accidisset.* Quod latè probat Chiflet *l. c.* Fateturque errorem Blondell. *l. c.* qui tamen Authorem excusare vult.

170 IV. falsus est Hincmarus, dùm *in Vita S. Remigij, Opusc.* 33. *cap.* 16. atque *Opusc.* 44. *cap.* 11. Epistolam produxit Hormisdæ Papæ, in qua supponit Summum Pontificem Vices cõmittere suas Sancto Remigio per omne Regnum dilecti, & Spiritualis Filij sui Ludouici, quem nuper administrante superna Gratia Sacri dono Baptismatis cõsecrarat. Quàm, vt legitimam laudauit deceptus Armacanus *in Marte Gallic. lib.* 1. *cap.* 11. At re vera falsam esse optimè probat Chiflet *d. cap.* 6. *pag.* 31. Fortiusque annotum computatione demonstrat illius Epistolæ falsitatem Dauid. Blond. *d. q.* 2. Qui postquam ex Fastis Consularibus, & Pontificalibus, falsitatem hanc perspicuam reddidit concludit his verbis: *Ex quibus certũ, ac fixum manet, nec Hormisdam tertio a Clodouei obitu anno currente Electum, suas per omne Clodouei superstitis Regnum Vices Remigio committere, Clodoueumque, quo viuo numquam sedit, dilectum filium Spiritualem nuncupare, nec Clodoueum ante biennium, & quod excurrit ac functum sub Hormisda Coronam auream cum gemmis, quæ Regnum appellari solet B. Petro S. Remigio suggerente dirigere potuisse, &c.* Hincque obiter reijciendum monemus Mich. Rousel, qui hujus fictæ Epistolæ Authoritati incensideratè innitens plura de hac Corona commentus est, *lib.* 8. *Histor. Pontif. Iurisaic. cap. vlt. nu.* 28.

171 In ipso etiam Baptismo, & in computatione ætatis S. Remigij in alijsque ad Historiam pertinentibus Vitæ S. Remigij quàm plures adnotarunt nœuos, & falsitates Ioann. Iacob. Chiflet *eodem, cap.* 6. *pag.* 32. quos, & alios agnoscit Dauid Blondel. *d. quæst.* 3. *vers. Possent alij in Hincmari Vita,*

apud quos videsis; Nobis enim nimis graue esset singulos percurrere.

172 Post tot ergò suppositiones in Historia ista deprehensas absque temeritatis nota asseretur, Hincmarum falsis Vulgi rumoribus adhærentem litteris consignasse fabulosam istam Remensis Ampullæ Historiam, quæ Viris Sanctis, & Antiquioribus Auito Viennens. Nicetio Treuirens. & Gregorio Turonens. & ipsi quoq; Sacris operanti Remigio ignota fuit, vt optimè concludit Chiflet *d. cap. 6. pagin. 33.* illud Plinij *lib. 8. cap. 22.* vsurpans: *Non debemus credere quæ fabulosa tot sæculis comperimus: Nullum tàm impudens mendacium est, vt teste careat.* Atque illud eiusdem Plinij *lib. 5. cap. 1. Neque alius Fidei promior lapsus, quàm vbi falsæ rei grauis Author existit, &c.* Nosque nullis aptioribus concludere possumus Verbis, quàm à Blondello mutuatis iudicium nãque de Hincmari Rebus Fide, & Authoritate sic efformauit. *Serusque admodum, ac Fidi, ob admissa errata complura, minus aignus Historiæ prioribus vniuersis ignotæ narrator fuerit. Quum igitur ei qui sæpiùs falsus fefellit, nec Vni, nec Primo absolutè Se cordatus committere, aut ei sine teste credere debeat; ex Officio Remenses fecerint, si sui quondam Præsulis causam acturi, quibus ex lacunis Clodoueani Baptismatis Historiam hauserit, edisserant, nouaque ex abditis educta luce sæculum nostrum beent, &c. & q. 6. vers. cum Ampullam,* ibi: *Quum Ampullã Remigianã, nec ad Reges Clodouei Posteros, nec ad alios vllos ei suffectos inungẽdos propriè missam fuisse abunde demonstratum sit, &c.* Ex quibus omnibus Hincmari Fidem omninò enerua-tam corruere apertissimè constat, & consequenter falsam omninò, & fabulosã reddi Ampullæ Remẽsis Historiã, illius authoritate primario, & in radice innitentem.

## Sectio III.

### Fundamentum II. ex Testamento S. Remigij erutum, falsum quoque pluribus ostenditur.

173 TEstamentum S. Remigio attributũ, primũ à Flodoardo *Hist. Remens. Eccl. lib. 1. c. 18.* in lucem editum ac deinde à Briss. *de Formul. lib. 7. pag. 766.* Auberto Miræo *in Codice Piar. Donat. c. 1.* adductũ eadẽ falsitate laborare, ac Hincmarianã Enarrationem nuper rejectã exseqq. liquido demonstrabimus.

174 I. Quæ ex *Præfation. ad ipsum interserendum Testamentum*; à Brissonio addita; in ea siquidem affirmat illud ab Hincmari, & Flodoardi Scrinijs, & ipsius Remensis Ecclesiæ Archiuijs extraxisse. In quibus ponderãdum I. est Præsidem alioqui doctissimum asserere integrũ reperijsse Testamentũ penes Authores, quorum nullus integrum exhibet, sed vnam, aut aliam interserit clausulam, nullam

lam tamen conducentem ad comprobandum Simpulli Remensis miraculum, vt videre est penes ipsos. Quomodo ergò ab Scrinijs, in quibus Testamentũ non reperitur desumere illud Brisson. potuit.

175 Sed dicent fortè à Remensi Archiuio illud extrasisse, & Hincmari, & Flodoardi exemplaribus concordasse, affirmare voluisse Authorem istum. Vndè plenam Fidem facere dubitari non potest, quia Remẽsis Ecclesia Metropolitana est, & quidem ante S. Remigiũ instituta, vt probat Hallier. *de Eccles. Hierarch. lib.* 4. *sect.* 4. *cap.* 2. *art.* 4. *§.* 8 *pag.* 589. Archiuiũ autem Ecclesiæ Metropolitanæ authenticum omnibus est, vt latè probat Episcop. Barbastren. *de Eccles. Cathedr. & earum priuil. cap.* 23. *num.* 47. *& sequentibus.* Ergò omnia instrumenta ab eo extracta authentica, & publica reputari debent, Lancellot. Galliaul. *cons.* 27. *num.* 26. Card. Tusc. *conc.* 674. *num.* 22. *litt. E.* Quibus fauet Tex. *in cap. ad Audientiam, de præscript.* ibique sic communiter docent Canonistæ, & præcipuè Barbos. *num.* 13. Genua *de Script. priuat. q.* 3. *num.* 6. & Nos latius infradicemus.

176 In efficacem tamen esse solutionem, seu interpretationem respondemus. I. Nam admissa discursus comprobatione, adhùc ei nõ suffragatur, quia simplex Brissonij attestatio de Instrumenti ab Archiuio extractione non sufficit, cuiusque assertioni nulla Fides datur; in facti enim quæstione Scriptores Iuris nihil aliud sunt, quàm Testes Andr. Alciat. *in l.* 1. *ff. si cert. petat. & respons.* 12. *nu.* 1. *lib.* 7. Federic. Scott. *tom.* 1. *lib.* 6. *Resp.* 1. *num.* 6. *& Respons.* 6. *num.* 5. Lancellot. Galiaul. *cons.* 104. *nu.* 67. argum. Text. *in l.* 2 *§. fin. ff. de Orig. Iur.* Vbi Zas. & Cagnol. Testi autem vnico, præcipuè iniurato non creditur, *l. Ius iurandum* 9. *C. de test.* cum vulgat. ergò neque Brissonio credendũ est asserenti, Testamẽtum ab Archiuio Remensi extraxisse. Conseq. probo arg. Text. *in c.* 1. *de Const. in* 6. Masc. *de Probat. conclus.* 476. Gilken. *de Præscrip. p.* 3. *c.* 3. *n.* 202. Federic. Scott. *d. lib.* 1. *Resp.* 3. *n.* 170. docentibus ne quidẽ præsumptiuè de facto aliquo, aut consuetudini attestãti accommodandam Fidẽ Iureconsulto. Plures congerit Ludolph. Schrader. *cons.* 9. *nu.* 60. *lib.* 1. Gaspar Klokius *de Contrib. c.* 20. *nu.* 439. *&* 440 DD. Christophor. Crespi de Valdaura *Obser.* 23. *quæst.* 4. *num.* 20. in nostris decidens individualibus terminis, ibi: *Quorum illud est præcipuum* (requisitum sub audit) *vt constet esse ex Scripturis Archiuij, nec sufficiat dicere in eo esse repertas. Gratian. discep. For.* 582. *n.* 1. Trentacinq. *var. resol. lib.* 2. *tit. de Fid. Instrum. resol.* 8. *num.* 3. *vers. Requiritur insuper, &c.* cui addo Castill. *tom.* 7. *contr. cap.* 3. *num.* 3.

177 Vlterius effugij inefficacia demõstratur, ex quo facta Fide constitoque legitimè, Testamentũ illud à Remẽsi Archiuio extractũ esse, adhùc debebat ostẽdere. I. extractũ esse à Publico Officiali, qui præest Archiuio. II. quod attestetur, scripturã productam inter

aliàs eiusdē Archiuij repertā esse III. probare debebat, quod Archiuio illi Fides ex cōsuetudine detur. IV. Quod scriptura illa, subscriptione munita sit, eius, ad quē ex Officio subscriptio pertinet, vel Iudicis Ordinarij authoritate extracta sit. Omnia hæc necessario requiri docent ex Text. *in Authent. Ad hæc, vbi communiter DD. Legistæ, C. de fid. instrument. cap. ad Audientiam, vbi etiam Canonistæ, de Præscript.* cum similibus Roman. *cons.* 318. Corn. *cons.* 171. *nu.* 10. *vers. & ideò, vol.* 1. Alexand. *cons.* 245. *in fine Vers. Præterea, vol.* 6. Mascard. *de Probat. conclus.* 3. *nu.* 10. Menoch. *lib.* 2. *de Arbitr. Cent.* 2. *casu* 113. *nu.* 8. Aimon. Crauet. *de Antiq. Temp. §. Quarto limitatur, num.* 1. quem sequitur Ioseph. Ludouic. *concl.* 29. *fol.* 72. *vers. Amplia* 15. Statil. Pacific. *de Saluian. Interd. inspect.* 2. *cap.* 7. *num.* 73. *& sequentibus.* Quum omnia hæc in hoc desiderentur instrumento, nullatenus affirmari poterit à Remensi Archiuio extractum esse.

178 A priuatis ergò Hincmari, & Flodoardi Scrinijs, Testamentum hoc extractum esse, affirmandum est; nullaque ideò probabilitate authētica munitum; sed omnibus falsitatibus expositum reputandum est, vt optimè probatur, ex adductis à Crespi *dict. obser.* 23. *n.* 24. ac per consequens omninò respuendum, maximè quum ex longinquis allatum, nulla sit authentica recomendatione munitum, Bald. *in l. Comparationes, num.* 14. *Cod. de Fid. instrum.* Cepol. Hypol. de Marsil. Mascard. Vestr. Parlador. & Rebuff. sequuti à Hieron. Gonçalez *in Reg.* 8. *Cancell. Glos.* 64. *numer.* 15. Fuluio Pacian. *de Probat. lib.* 2. *cap.* 21. *numer.* 61. *&* 62. Salgad. *de Supplic. ad Sanctiss.* 2. *part. cap.* 30. *§.* 3. *numer.* 32. & post eos, Gabr. Pareja *de Vniuers. Inst. Edit. tom.* 1. *titul.* 1. *resol.* 3. *§.* 2. *numer.* 51. Crespi *dict. decis.* 23. *quæst.* 4. *numer.* 20. *&* 21. in comprobationem adducens Scacc. *de Iudic. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 778. *& nu.* 786. *Mascard. de Probat. conclus.* 976. *num.* 54. concludens ex eis, quod si cuicumque instrumento à Priuato producto Fides adhiberetur lata falsitatibus pandereturvia, & instrumentum solemnitatibus legalitatis carens deficeret in substantialibus, & ideò omninò reijciendum. Hæc in limine instrumenti prænotata esse volui quę ex ipso instrumenti ventre plenam recipient comprobationem.

179 Et ne suspecta reddantur coniecturæ, quia nostræ sunt audi nùnc plenissimum testimonium Galli Authoris pro Rebus Gallicis, propugnantem, Dauidem nimirum Blondell. *in Apolog. contra Ioann. Iacob. Chiflet. titul.* 14. *de Ampull. Remens. quæst.* 8. *vers. inter corruptelas*, ibi: *Inter corruptelas, quibus Remigianum illud Testamentum à Paracharactis adulteratum assutisque alienis Supranodum auctum; hæc præter battologias, & inanes fimbrias suas dilatantis Ampullari Disquisitori meritò displicebant: Quod genus*

Clo-

*Clodouei Regium in Maiestatis Regiæ culmen perpetuo duraturum à Remigio Electum, & per Sacri Chrismatis Vnctionem in Regem ordinatum, tàm ineptè, quàm improbè dicatur. Quum enim, Auitoteste, Clodoueus à Proauis habuerit, quod regnaret in sæculo, relictum à parente Regnum sanguinis Iure, sortiti sunt Clodouei Filij, ac Nepotes, ijsque, qui ad Regnum nascebantur, Electione, aut Chrismatis Vnctione, quæ Clodoueanæ Genti transmissum à Proauis, Regnum conferret, cogitare Remigius nullo modo potuit, nec tàm absurdus, ac stipes Vir Sanctus fuit, vt Genus Regium in Regem ordinatum, scriberet, ijsque, de quorum futuro sub Dei Vnius manu posito statu nihil nouerat, Maiestatis perpetuo duraturum culmen falso promitteret, &c.* Quum præcipuè Sanctus Remigius ita esset egregiæ scientiæ, & Rhetoricis studijs, atque Sanctitate præditus, vt S. Syluestri Virtutibus æquaretur teste Greg. Turonens. *Histor. Franc. lib. 2. cap. 31.*

180 Ex quibus Verbis apparet Gallum hùnc Authorem judicasse Testamentum illud à Brissonio, & Miræo adductum, deprauatè auctum esse quoad Vnctionis clausulam, ex quo in ea intelligi datur Clodoueum in Regem promotum à S. Remigio Vnctionis Chrismaticæ virtute: Id enim præsefert Grammaticalis rigor verborum, quibus vtitur, ibi: *In Regem ordinato*, atque etiam legalis intelligentia, *l. Honores 7. ff. de Decurionibus*; Quod veritati repugnat Historiæ, ex quà patet iam diu Clodoueum pro Patrio More Regem acclamatum esse, vt prænotauit Iacob. de Valdès *de Dignit. Reg. Hispan. cap. 14. num. 22 circa finem, pag. mihi 125.* Ioan. Iacob. Chiflet *in Disquis. de Ampull. Remensi, cap. 3. ver. Præterea, pag. 15.* vbi latè probat, XIV. ante Baptismũ Annos Clodoueum regnasse.

181 Vlteriusque huius Testamenti fictio abundè probatur ex repetitione propriarum laudum, Gratiarum, atque laborum, in quàm Sanctissimus ille Antistes in eo excurrisse liquet vt Chiflet *dict. cap. 3. pagin. 14. notat*, cui libenter acquieseimus; alienam quippè videtur à Sanctissimo pariter, & Doctissimo Viro laudationes repetendo, Se Se suprà alios exaltare; propriumque laborem, tantopere commendare, non enim absque Humilitatis dispendio id fieri potest. Seuerin. Böeth. *de Consolat. Philosoph. lib. 1. prosa 4.* ibi: *Scis Me hæc vera proferre, & in nulla vnquam mei laude iactasse; Minuit enim quodammodo se probantis conscientiæ secretum quoties ostendendo Quis factum recipit famæ pretium.* Hinc que Prouerb. 27. 2. monemur. *Laudet Te Alienus, & non os tuum, Extraneus, & non labia tua.* Nec præceptum hoc Ethnicos latuit; scribit namque Plin. Iun. *lib. 8. Epist. 1. ad Saturnin. Id quod magnificum referente Alio, fuisset, Ipso qui gesserat, recensente, vanescit.* Ioannes

Chrisostom. *Homil. 5. de Laudibus S. Pauli: extrema* (inquit) *dementia est, nulla imminente necessitate proprijs se laudibus decorare; non est hoc secundum Deum loqui, Iudicium est istud infamiæ, &c.* Vndè non modo Sacri, sed Profani etiam, atque Canonici Scriptores, monent passim, proprias laudes à Nemine prædicandas; sed potiùs silentio inuoluendas, ut luculèter, & doctè probat Francisc. de Mendoza *in Viridar. lib. 3. de Florib. Sacr. Problem. 9. à numer. 71. per plures sequentes.* Cui addo Bartholom. Chasan. *in Catalog. Glor. Mund. part. 1. Consider. 59. vers. 4.* & Luc. de Pen. *in l. Humilioribus, Cod. de Susceptor. lib. 10.*

182 Omnia hæc ex abundanti ponderata sunto; nam Testamento verò, & authentico existente, nihili illud suffragari Aduersarijs posset. Verba enim quibus innituntur sunt hæc: *Donecque Septiformis Spiritus consignaui.* Quæ non ad Vnctionem, sed ad Baptismum referri debent, cuius virtute Spiritus Sanctus à Patre, & Filio, & non à Baptizante recipitur S. Thom. 1. *part. quæst. 43. art. 8. in fine.* S. Augustin. *lib. 15. de Trin. cap. 26.* & communiter Scribentes *in 4. dist. 15.* & cum alijs Henriq. *in Summa, lib. 1. de Sacram. in Genere, cap. 11. §. 8. litt. Z.* cui addo 2. *Act. 38.* ibi: *Petrus verò ad illos: Pœnitentiam* (inquit) *agite, & baptizetur Vnusquisque Vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum, & accipietis donum Spiritus Sancti, &c.* Vnctione autem Regia Spiritus Sanctus non communicatur, quia nullum Characterem imprimit, neque Sacramentum est, vt ex parte diximus, & ex parte latiùs infra dicemus.

183 Tot ergò, tantisque conjecturis falsitatem suadentibus Testamentum hoc falsum esse pronuntiare non veremur. I. authoritate ducti grauissimorũ Galliæ Scriptorum Iacob. Augustin. Thuan. *lib. 109. Histor.* & aliorum, quos latè congerit Ioan. Iacob. Chiflet, *in dict. Disquis. cap. 13. per tot.* cui eumdem addimus Dauid Blondel. *dict. titul. 14. quæst. 3. vers. Ludou. Pius.* II. ex Tex. *in l. pen. C. ad leg. Cornel. de Fals. Cap. ad Falsariorũ 6. de crimin. falsi,* & ex Villalou. Iul. Clar. Baiard. Menoch. Mascard. Farin. Parlador. Grass. Augustin. Barbos. & Fontanell. adductis à Crespi *dict. decis. 23. q. 1. num. 2. & plur. sequentibus,* in quibus solidissimè nostram firmat Sententiam, & omnes exurgere valentes instantias diluit. Videsis.

184 Vtque fundamenti istius disquisitionem plenè exagitatam producamus, addendum censui, pro Ioann. Iacob. Chiflet, *dicto cap. 3. contra Blondell. d. quæst. 8.* Mirari Gallos nõ debere Exteros tuto affirmare Carolum Martellum (cuius occasione Testamẽtum illud confictum esse apparet) ad inferos damnatum esse, quum Proprij, Grauissimique illorum Scriptores, Diuina reuelatione S. Eucherio Aurelianensium Episcopo, facta, constare affirment: Ioan. Bolland. *Act. Sanctor. tom. 1. die 4. Ianuarij in Vita S. Rigoberti, cap. 4.*

*num.*

*num.*17. quiad calcem capitis *litt. A.*subdit: *Baron.ad Ann.*741. *Hanc narrationem impugnat multis argumentis; sed quæ non conuincunt, vt* 20. *Februarij ad S. Eucherii vitam ostendemus.*

185 Et licèt Reuelationem illa careamus, absque vlla temeritate affirmabitur hùnc fuisse Caroli Martelli exitum infelicem, deplorandumque finem; quandoquidem grauissimi Galliæ Scriptores affirmare conspirant Carolum Martellum pro arbitrio, Episcopatus etiam laicis tradidisse, omniaque Ecclesiastica Bona inuasisse, Conciliorum coactionem impediuisse, & Clericos perpetuo scortari permisisse. Videndus est Petrus de Marca, seu Quisquis sit Author *de Concord. Sacerdotij, & Imperij, tom.* 2. *lib.* 8. *cap.*11. *§.*1. *&* 2. Quæ ergò alia potuit esse taliũ facinorum retributio! Desinant igitur de Exteris quærelari, proferentibus, quæ sui referunt, ut cõstat ex nuper adductis, & priùs latè relatis à Flodoardo *lib.*2. *Histor. cap.*12. *per tot.*

186 Verum S. Remigij Testamentum adducit Philip Labe, è Societ. Iesu *in Noua Biblioth. Gallicana, tom.*1. *pagin.*806. Ipsumque adducit Ioan. Iacob. Chiflet. *in d. Disquisit. de Ampull. Remens. cap.*3. Quod à Ioan. Bollando recepisse affirmat; illudque longè sinceriùs appellat Blondel *dict. quæst.*8. *ver. Manuscriptis.* In illis ergò Authoribus Testamentum hoc sine clausula illa videre licèt, vt clausulæ superadditæ fictio optimè deprehendatur.

## Sectio IV.

### Traditio, quæ III. est fundamentum, omninò deluitur.

187 AVthores Gallos hoc Simpulli Remensis subsistentes, vel fingentes Miraculum, (quorum iam suprà meminimus) in sui munimẽ Traditionem aduocare non cessant, quàm illabatam in Gallia obseruari affirmant, & præcipuè S. Antonin. Haymoin. Carolus Guagin. Nicol. Gil. Forcatul. Pineda, Guid. Pap. Martin. Lauden. Restaur. Castald. Cæsar. Baron. & Genebrar. apud Iacob. de Valdès *d. cap.* 14. *num.* 5. quibus addo Carol de Grasal. *de Regul. Franc. lib.* 1. *cap.* 2. *pag.* 29. Vindicæ Gallic. *tit. de Simpull. Remens. pag. mihi* 46. *&* 47. ibi: *Cæleſtis Olei miraculum totiusque narrationis Fidem, tot iam constanti sæculorum persuasione receptam audes eneruare? Ec quæ enim tam surda Posteritas est, quæ non audierit, &c.* Franc. Carrier. *in Digest. Fidei Catholic. tom.* 2. *art.*13. *pagin.* 644. *Piaculum ergò fuisset Religioso Christianissimi Regis Ecclesiastæ Vnctionem miraculosam prætermittere, aut eam ab Ecclesiasticis Tradi-*

tio-

*tionibus separare.* Patrit. Armacan. *in Marte Gallic. lib.* 1. *cap.* 2 potius pro ea Traditione, quàm contra eam militare cẽsemus. Pro eaque sunt quàm plurimi Authores Galli congesti à Ioann. Iacob Chiflet, *in dict. a Disquis. de Ampull. Remens. cap.* 6. 10 *& sequentibus.*

188 Ast omnes isti Authores inconsideratè Traditione hac decepti sunt eam adesse affirmantes, quum omninò abesse perspicuum sit ex sequentibus. I. Gallorum attestatione, è quorum numero primum Dauid Blõdel. producimus *dict. titul.* 14. *quæst.* 1. *&* 2. qui quum de hac Traditione quæstionẽ instituisset ait: *Easdem Nos legitimis, & Hincmaro antiquioribus monumentis destituti Ecclesiæ Remensis Alumnis Ampullæ à Sæculis aliquot appositis custodibus elucidandas relinquimus. Illi irretorto oculo lustratis Chartophilacij sui Thesauris Nobis, vndè sua ante Annos* 800. *eorum ex S. Remigij Abbate Præsul decantatissimus Hincmarus hauserit enarrabunt; singulosque quibus hinc inde tota eius enarratio stringitur nodos expedient, vt quibuscumque hactenus aqua hærere visa est, dignoscere liceat, &c.* Moxque nodos ipsos falsam omninò Traditionem istam reddentes proponit, eisque benè ponderatis concludit. *Vers. Hincmarum. Quum igitur ei, qui Sepiùs falsus fefellit, nec Vni, nec Primo absolutè Secordatus nemo committere, aut ei sine teste credere debeat, ex Officio Remenses fecerint, si sui quondam Præsulis causam acturi, ex quibus Lacunis Clodoueani Baptismatis Historiam hauserint, edisserant, &c.*

189 Ivo Carnotensis, ex S. Quintini apud Bellouacos Abbate, Carnotensis Ecclesiæ à Die 23. Nouembr. Anni 1091. ad 23. Decembr. 1115. Episcopus, Traditionem hãc omninò impugnat, negatque Remensi Archiepiscopo Ius coronandi, & vngendi Reges ob Traditionem istam ab eis prætensam competere, vt penes ipsum latè videri potest. *Epist.* 189. 190. 219. *&* 222. Nec dissentit Mich. Rousset. *Hist. Pontif. Iurisd. lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 8. *vers. Ludouicus Crassus*; Imò, & ipse Traditionis istius Enarrator Franc. Carrier. *d. artic.* 13. *pag.* 644. affirmat non teneri Galliæ Reges Rhemis Oleo illo coronari, & inungi, exemplũ adducens Ludouic Crassi, & Hẽrici IV. Quos alibi coronatos, & inunctos esse refert. Hoc autem omninò Traditionis Vires enervat, quãdoquidem ipsi Galli Traditionem suadentes, ad eam pertinere affirmant: Quod Rex ideò Rhemis inungi debeat, quia Oleũ Ampullæ Cœlestis ibi asseruatur. Quum ergò Traditio hæc in parte substantiali ista deficiat, eam corruere perspicuum est ex adductis à Saussay *in Panopl. Cleric. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 4. *arg.* 4.

190 Idque iam extra dubitationis teseram esse Arresto Parisiensis Parlamenti liquet: Teste siquidem Henrico Catharino Dauila Nobili Cypri Equite *Bellor. Ciuil. Franc. lib.* 14. *Anno* 1594. & Patricio Armacano *in Marte Gallico, lib.* 1. *c.* 12. *pag. mihi* 35. Quum nimis controuersum esset: An Henric. IV. Galliæ Rex Rhemis ne-

necessario coronandus, & inungendus esset propter Traditionem Miraculi? Senatus decreuit, in quacumque mallet Ciuitate Regem inungi posse, nulla quippè aderant documenta, aut efficaces rationes Traditionem Solemnem, & legitimam, sed simplicem tantum suadentes.

191 II. autem probamus assertæ hujus Traditionis Falsitatē, hoc (nisi fallimur) irrefragabili Discursu. *Traditio est quædam notitia à primis rei Traditæ Inspectoribus, quasi de manu in manum, à Generatione in Generationem deriuata*, vt communiter docent Scribentes, *ex Num. 7.* Carrier. in Digesto Fidei Cathol. *artic. 13. quæst. 1. pagin. 504. tom. 2.* cui addo Grauin. *de Catholic. Præscript. tom. 1. lib. 4. Præscrip 2. General, controu. 2. mox à princip.* Quibus addo *Psalm. 77. 7. & 8. Psalm. 43.* & Text. *in Can. Ecclesiasticarum 5. 11. dist.* Bordon. *in Sac. Tribun. cap. 7. quæst. 1. num. 9. tom. 1. Suor. Oper. in edit. 1666.* Ergò Basis, & Fundamentum Traditionis est Primorum, qui rem videre potuerunt, notitia, ergò ea deficiente non dabitur Traditio, tùm ex vulgari regula. Text. *in l. Egi tecum cum vulgatis, ff. de except.* Quod destructo fundamēto corruit ædificium, tùm ex S. Epiphanij axiomate *in lib. de Spiritu Sancto ad Serapion.* Quod nimirum Traditio à firmissimo debet initio fluere. Sed in ista enarratione principium deficit, quia Vnctionis illius oculati Testes, & primæui illius sæculi Scriptores, nec Verbum de ea protulerūt, ergò nequit esse Traditio, sed figmentum ab Hincmaro, seu alio quocumque fuerit adinuentum. Consequ. est nota Ant. probo. Primæui illius sæculi fuerunt Gregor. Turonens. *quilib. 2. Histor. Franc.* Satis prolixè refert quicquid ad illud Baptisma, & Vnctionem *cap. 30. & 31.* & tamē hoc miraculum omninò reticuit, vt planè fatentur grauissimi Galliæ Scriptores Iacob Aug. Thuan. Scipio Dupleix. Dionys. Petau. Girard. Haillan. Papir. Masson. Claud Fauchet. & Monetal relati à Ioan Iacob. Chiflet. *in Anti. Disquisit de Ampull. Remens. cap. 13. pag. 61. & sequentibus.* Idemque accidit Reginoni Monacho, Adoni Vienens. Ivoni Carnotens. Paulo Æmilio, Ioanni Tilio, & Carolo Sigonio diligentissimis rerum Francicarum Indagatoribus, teste Iacobo de Valdès *de Dignit. Reg. Hispan. cap. 14. num. 22.* Cui addo Martem Gallic. *lib. 1. cap. 11.* vbi optimè docet, non Traditionem, sed errorem Popularem esse hujusmodi Historiam, quia nullum antiquum Testem pro ea adducere possunt; luculentissimèque Ioann. Iacob. Chiflet *dict. Disquis. à cap. 2. ad 9.* vbi Traditionis istius fundamenta omninò euertit, latissimè probans, in primis, post Clodoueum, sæculis nullam de Ampulla ista mentionem factam esse.

192 Argumenti efficaciam agnoscentes Authores Galli delirio isti incumbentes, vel eo laborantes, respondent non esse æstimandum argumentum à silentio Authorum desumpto, Vindi. Gallic.

lio. *tit. 3. pagin. 49.* ibi: *Verum audacem, & fidentem animi Te facit, Gregor. Turonens. qui, & si præscripsit, quibus Clodoueus Ritibus initiali Sacramento in Verba Christi ad actus fuerit, de Simpullo tamen Cœlitus demisso mirum egit silentium. O Theologi hominis Chrisipæum acumen, quasi verò ex negationibus procedant deducta argumenta.* Nosque passim in hac Quæstione suprà ex Ioann. Morino, & alijs in efficax esse respondimus argumentum à silentio desumptum.

193 Ast quàm inepta solutio sit nemò non videt. Quum enim illorum Testium enarratio fundamentum Traditionis sit, hujus relationis defectus efficacior erit argumentatio ad euertẽdam Traditionem istam. Author Velitation. Subsid. *velit. 3. pag. 20. vers. Neque enim,* & latius Ioann. Iacob. Chiflet. *in dict. dissert. cap. 13. pagin. 62. 63. & 64.* Quem Videsis: in re enim adeò perspicua otiosam iudicamus longiorem moram.

194 Vtque finem fictæ huic Traditioni imponamus, euidenterque demonstremus, concludendum est Verbis Dauid Blondelli *in dict. Apolog. contra Ioann. Iacob. Chiflet. titul. 14. de Ampulla Remensi, quæst. 4. in fine, & quæst. 5. in principio,* vbi ait: *Ex iam demonstratis sequitur. I quod Clodoueum non ad terrenum, & temporale Maiorum propriorum, sed ad Cæleste, ac perpetuum piorum omnium commune Regnum Remigius vnxit. II. Quod Clodouei Posterorum Mero vingorum, Nemo Regia Vnctione perfussus est. III. Quod Regiæ Vnctionis Ritus à Gothis post annum 600. à Francis. post 749. liberè assumptus neutri Genti Cœlitus imperatus est. Sequentia ex necessitate consequuntur I. Vnctionem Clodouei à Regum Consecratione hodierna longè diuersam, nihil prorsus ad disputationem de Primatu Regio facere* (& per consequens multo minus ad arguendam Ecclesiasticam Potestatem ex ea) *II. Quamcumque Fidem Hincmariana de Columbæ Ampulliferæ ad Remigium volatu, relatio mereatur, ad Regum Vnctionem nullo modo pertinere. III. Regum Vnctionem longè post Clodouei tempora Gothis primum, ac ex inde Francis placuisse IV. Rectè Gothofredum Regiam nullam Vnctionem ante Pipini tempora in Francia nostra agnouisse. V. Vnctionem illam nulli suscipienti regnandi Ius. Maiestatemque, quàm à Patribus trahit, conferre. VI. Nihil ex Ritus illius liberè assumpti omissione Francicorum Regum Maiestati, quæ aliundè profluit decessurum esse VII. Ex Hincmarianæ relationis hypothesi columbam ad vnum Remigium hoc vno fine, vt Chrismatis defectum suppleret; Vnusque Clodoueus Cælesti Oleo perfunderetur, deuolasse. VIII. Quum ex eadem hypothesi Clodouei Vnius occasione destinata sit, longè ab Hincmari, aliorumque Veterum mente deflectere, quot quot Ampullam Cœlo ad Regum nostrorum Vnctionem demissam volunt, &c.* Moxque singula probare volens progreditur.

195 *Quum ad Vnctionem Baptismalem, missam Hincmarus, Flodoardus Aimoin dissertè scribant; siquis eius post Clodouei tinctionem*

*vsus,*

*vſus, ex hypotheſi eſſe debuit: eius Oleo Chriſmandi poſt Baptiſmum cæteri Reges fuerint: At qui Merouingorum Carolinorum, Capetinorum, confirmãdorum Nemo Remigianum Sacrarium adijt; Præſulem Nemo ad eos poſt Baptiſmum liniendos, Ampullæ Remigianæ ſtillam, vel minimam expetijt. Si non expetijt, quanto minus ad Regalem Conſecrationem, quæ toto Merouingorum tempore, nulla inter Francos fuit, expetierit, &c.* paucisque inter jectis, ſubdit: *Sub Merouingorum Imperio per annos 254. quos a Clodouei Baptiſmate ad Childerici Exautoricationẽ decurriſſe cõſtat, Quum nulla Regiæ, ſiue Vnctionis, ſiue Conſecrationis, ſiue Coronationis memoria extet; tam qui Ampullæ miraculum negant, quàm, qui propugnant, Regem nullum, qui Remis Sedem Regni fixerit, aut ibidem Regnum exorſum ſit, aut denique Sacro vllo ſolemni Regiminis ſui initia dicauerit, vſpiam repererint, &c.* Fusèque id probat adducta Chronologia, & locis in quibus XVI. Francis Reges vncti, & coronati fuerint. Ex quo fabula hæc obtrũcata omninò manet. Aſt nihilominus falſitatem vlterius demonſtratam manere voluimus ſequenti.

## Sectio V.

### Ab Inveriſimilitudine, & Contrarietate, falſitatis conuincitur commentum iſtud Miraculum.

196 PRo iſtius quæſtionis coronide addere cenſuimus efficaciſsimã aliam demonſtrationem falſitatis, quà certè laborat Remenſis Ampullæ Hiſtoria, petitam ab Inveriſimilitudine, & Contrarietate inter ipſos Gallos Authores repertam. In Teſtamento enim fertur Sanctum Remigium præmeditato Clodouei Baptiſmo omnes conuocaſſe Epiſcopos ſibi ſuffraganeos, Scriptoreſque Galli referunt, deficiẽte ad Baptiſma Chriſmate Sacro in Eccleſia, aliud, è Cœlo, miniſterio Columbæ miſſum eſſe. Vndè magna ſe ſe offert Inveriſimilitudo, nam in re adeò præmeditata, & in concurſu tot Prælatorum, Chriſma ad Regium Baptiſma defuiſſe, Nemo ſibi ſuaderi poterit. Tùm quia à primordijs Eccleſiæ ſtatutum eſt; *Nullum Miniſtrorum, qui baptizandi recipit Officium ſine Chriſmate vſquam progredi poſſe*, vt patet ex Concil. Arauſ. I. *cap. 1. in Gallia Narbonenſi Anno 441. celebrato*, & à Leon. I. Sũmo Pontifice approbato. Azor. *Inſtit. Moral. part. 2. lib. 5. cap. 19.* Iacob. Gordon. *in Chronolog. tom. 2. pag. 199.* Franciſc. Coriolan. *in Breuiar. Chronol. pag. 144.* & alij paſſim, referturque *in cap. Nullus 122. diſt. 24.* Ivocarnot. 1. *part. Decret. cap. 267.* Burchard. *lib. 4. cap. 73.*

Au-

Anton. Aug. Archiepisc. Tarraconens. *in Epitom. Veter. Iur. Pontific. part. 2. lib. 22. tit. 17. cap. 10.* Quod quidem tot grauissimos Prælatos ignorasse, transgressosque fuisse suadere durum est, quia quum Synodus illa Prouincialis Galliæ fuerit, & à Papa approbata 57. annorum insertitio, quod ab eius celebratione, vsque ad Clodouei Baptismum tantummodo efflu-xit, in obseruantia allegari nõ po-terit. Quod autem longiùs spatiũ temporis non intercesserit, patet ex Chronologia; Baptizatus enim fuit Clodoveus, anno 499. vt Gordon, Genebrard. & passim omnes referunt Galli Scriptores Nosque Inverisimilitudinem istam ex eo vlterius probamus, quod attestante Gregor. Turonens. *dict. lib. 2. cap. 31. Antistes* (S. Remigius scilicèt) *magno gaudio repletus, iussit lauacrum præparari, velis de pictis ad vmbrantur Plateæ, Ecclesiæ Cortinis albentibus adornantur, Baptisterium componitur, balsama diffunduntur, mitant fragrantes odores carei, totumque Templum Baptisterij Diuino respergitur ab odore, &c* Si ad pompam ergò, & hilaritatis manifestationem tali fuerunt sedulitate omnia parata, essentialia Baptismi oblita, & à Baptisterio adeò longè collocata, vt Gentium Multitudo Sacrum Chrisma afferri impediret, incredibile omnibus affore non dubitamus, ijs præcipuè quibus innotuerit: Inverisimile esse; quod actui, cuius mentio fit, repugnat; sicut Verisimile, quod illi conformius est Gozadin. *cons. 13. num. 26.* Aimon Craueta *cons. 75. num. 24.* Menoch. *cons. 291. nu. 65.* Lotter. *de Re Benef lib. 1. quæst. 8. num. 10.* Testesque inverisimilia, incredibilia, seu impossibilia deponẽtes, nedum Fide carent, sed suspecti de falso sunt, vt ex Iacobin. de Sancto Georgio Iacob Ægid. Franc. Curt. Angel Bess Tiraquel Conrado, Monticel. Carauita, Brun. Roland. Bertazol Bursat Menoc. & Mascard. docet Farin. *de Testibus, quæst. 65. numer. 144. 145. & 146.*

197 Inverisimilitudinemque hanc fortiorem reddit Guillelm. Brito in sua Philippica, qui hùnc canens Baptismum affirmat Diabolum fregisse Vas, quo Sacri Chrismatis Oleum deferebatur.

*Quem quia Euangelico conuersum Dogmate Sanctus*
*Remigius, Sancto Chrismate pararet Oliuo,*
*Ecce dolens inimicus Homo, qui semper honoris,*
*Inuidet Ecclesiæ, fregit, fuditque liquorem;*
*Vt sua, qui natura modos dat mille nocendi,*
*Hoc faceret pacto, Regi re scindere votum.*

Cuius quidẽ Poëtæ (licèt à Maucler. *dict. cap. 2. col. 1511.* Pietas, & Christianus zelus, nudaque commendetur Veritas, ex hisque irrefragabile reddi Miraculum Sibi suadeat) Enarrationem falsam esse dijudicandam, ex pluribus apparet; 1. quod satis insulse, vel nimis hæretice supponat: quod absque Vnctione Chrismatis Clodoueus Christianus effici non poterat, hoc enim errorem sapit Arme-

mentorum existimantium, sine Vnctione verum non esse Baptismum, vt refert, & refellit Alphons. à Castro *contra Hæreses. Verbo Baptismus Hæresi 6.* ex quo, & alijs Henriq. *in Summa, lib. 2. de Baptismo, cap. 13. §. 4. Litt. C.* tuto affirmans; sine Vnctione verum esse Baptismum. II. quia Dæmones ex se nullum humanum actum impedire possunt, nullumque facultatem in homines nisi à Deo acceptam habeant, vt ex August. instruimur, relato in Canone: *Nec mirum 14. vers. Auguria 26. quæst. 5.* ibi: *Nec idcò quisquam credere debet quoslibet Magicis artibus, aliquid facere posse sine permissu Dei, qui omnia, quæ fiunt, aut justo judicio facit, aut permissu suo, ita fieri sinit.* Et mihi expressè probant illa Verba Iob 1. *Dixit ergò Dominus ad Sathan: Ecce Vniuersa, quæ habet in manu tua sunt, tantùm in eum, ne extendas manum tuam.* & clarius eodem libro *cap. 2. vers. 6. Dixit ergò Dominus ad Sathan. Ecce in manu tua est, Verumtamen animam illius serua, &c.* Si ergò in Lege Naturæ, ne materiale quidem damnum Diabolus Dei seruis inferre poterat; multominus in hac fœlicissima Lege Gratiæ, in qua venit Christus, & alligauit Diabolum. August. *de Tempore, Serm. 197.* Id quod expressè Diabolus ipse testatus est Cypriano Mago, postea Martyri, vt refertur in Breuiario Romano *die 26. Septembris*, ibi: *Cui Dæmon respondit: Nullam illi artem pro futuram aduersus eos, qui vere Christum colerent, &c.* Quomodo impedire Dæmonem taliter posse Baptismum, credendum est, vt nisi ex Cœlo delapsa esset Phiala Regis votum esset inane? Miror equidè grauissimos hosce viros in tantos impegisse errores, vt rem pœnitùs à veritate alienâ sibi suadeant, & alios ofcitanter eos euoluentes ad eundem perducant errorem.

198 Aliam inter ipsos non modicam reperimus oppositionem. Hincmarus etenim *in Vita S. Remigij*, & Liber pernetustus eiusdem Vitæ, repertus in Monasterio S. Remigij, ibique asseruatus sic Miraculum hoc narrant (referente Mauclero, *dict. c. 2. col. 1511. & col. 1513.* & Carolo de Grasal, de Regal. Franc. *lib. 1. cap. 2. pagin. 29.*) *Cum videlicèt Sanctissimus Pontifex, & Rex peruenissent ad Baptisterium, Clericus, qui Chrisma ferebat, à Populo sic est interceptus, vt ad Fontem venire nequiuerit* (concilietur cum Britto Poeta) *Vndè Sacrificato Fonte, nutu Diuino* (Poeta Diabolico canit) *Chrisma defuit, & quia propter Populi pressuram nulli non patebat egressus Ecclesiæ, vel ingressus* (nondum fortes custodiētes milites Reges adhibebant, qui viā sternerent, quum numquam fortissimus ille Rex Milites à Se, vsque ad extremum vitæ, dimississe legatur, & propè innumeram Eorum Multitudinem cum ipso Rege Baptizatam referant Galli Scriptores) *Sanctiss. Pontifex oculis, ac manibus in Cœlum protensis, cæpit tacitè orare cum lachry-*

*mis; Et ecce Subitò Columba, niue candidior, attulit in rostro ampullam Chrismate Sancto repletam. In quo quidem totius Franciæ Dignitas* (verba sunt Gallorum) *Nobilitas, Honor, Gloria, Maiestas consistit, & Magnificentia.* Postrema hæc adnotentur verba, ut facilè credatur Sanctos illos, amore Regum, & Patriæ feruentes, rem hanc tanti momẽti silentio præterijsse. Vindiciæ Gallic. *tit. 3 pag.* 47. ibi: *Cum autem ille, Rex scilicèt Vnctioni accingeretur, & Diaconus tardiùs ex Sacrario Chrisma de promeret; Ecce de repente aduolans Columba, non minori Turbæ ad stupentis Lætitiâ, quàm admiratione, odoratum balsamum pertulit, quod subinde cæleste munus in Vnctionem Posterorum Regum Clodoueus Remis custodiri iussit, &c.* Et in comprobationem adducit in margine Hincmar. *in Vita B. Remigij.* Haimoin. *lib. 1. cap.* 16. Flodoard. *libr. 1. cap.* 13. Britt. 1. *Philipp.*

199 Epithaphium autem Clodouei Regis, quod insculptum esse fertur eius Tumulo Parisijs in S. Genovefæ æde sacra talibus miraculum illud exprimit verbis: *Hic est Illustris. Rex HLudouicus, &c. Hunc Sanctus Remigius baptizauit, & in Baptismate eius Angelus Ampullam Sacri Chrismatis detulit, &c.* Mauclèr. *dict. cap. 2. col. 1511.* Quod ipsum cecinit Brit. in dicta Philipp.

*At Sacer Antistes erecto Lumine sursum.*
*Cum manibus meruit sua per Supplicamina Sacrum*
*Cælitus emitti cum Sacro Vase liquorem,*
*Ipso Rege palam, cunctisque videntibus ipsum*
*E Cælo missus, quẽ detulit Angelus illi.*

Et passim inter se contrariari Authores Gallos in hoc referendo Miraculo patet: Alij namque Ampullam hanc ab Angelo; Alteri verò à Columba allatam esse, suadere continuò insistunt, ut videre est apud Ioan. Iacob. Chiflet. *de Ampull. Remensi, cap. 13. pag. 60. & seqq.*

200 Quæ adnotata esse volui, ut Historiæ istius manifesta omnibus fictio reddatur; in testibus enim suspectis quælibet contrarietas fidem infringit; legalitatemque eneruat. Gloss *in cap. Cum causam 37. vers. tempore,* ibi: *Nisi esset suspectus,* ubi etiam Hostien. Ioan. Andr. Bellamer. Butr. Ancharan. *Extra. de Testibus.* Farin. *eodem tract. quæst. 73. num. 3.* Cyriac. *Controu. 80. num. 13. & controu. 150. num. 57. num. 1.* Aliqualis ergò inter Testes differentia reperitur, ni velint Columbæ Speciem Angelum tùnc induisse, quod aduertere debuerant, ut oppositionum causam vitarent.

201 Vrgentibus alijs considerationibus, quæ adhùc in reprobationem istius Traditionis Gallicæ, eiusque comprobationem afferre poteram omissis, hoc dilemate arietatam, rituram esse non dubitamus; Vel baptizatus fuit, vel unctus Clodoneus ordinario, quo solent modo alij, homi-

homines, Baptizari, & reliqui Reges inungi, aut neque Baptizatus, neque inunctus fuit. Ergò vel negare debebunt Galli Vnctionem, & Baptiſma Chriſmate, è Cœlo dimiſſo factam, vel fateri tenebuntur, non ritè, aut rectè Baptizatum Clodoueum fuiſſe. Hoc poſtremum numquam affirmabunt: Ergò negare ſimilem adeſſe traditionem tenebuntur.

202 Hanc præſentientes difficultatem dupliciter eam euadere ſtudent. I. affirmantes ad Baptiſmum allatum eſſe Chriſma illud. Aimoin. *lib. 1. cap. 16.* ibi: *Quod verò grata, acceptabiliſque Deo prædicti Regis Fides fuit, oſtenſum declarauit miraculum; nam cum fortè, qui Chriſma ferebat intercluſus à Populo deeſſet. Ecce ſubito non alius ſine dubio, quàm Sanctus apparuit Spiritus in Columbæ viſibili figuratus ſpecie, qui rutilanti roſtro Sanctum deferens Chriſma inter manus depoſuit Sacerdotis. Vndas Fontis Sanctificantis, &c.* Vbi clarè tradit in vſum Sanctificationis Baptiſmi Chriſma eſſe delatum, vt optimè probat Mart. Gallic. *lib. 1. cap. 2. pagin. mihi 6. verſ. Quod igitur.*

203 II. autem difficultatem præoccupauit Arrojus, docens apud ipſum Martem Gallicum *d. c. 2. pag. 7. verſ. Sed Vnctio* Chriſmatis Vnctionem non ita neceſſariam Baptiſmo eſſe, vt ſine illa, Sacramenti ratio ſubſiſtere nequeat; Vndè infert, quod nó propter Baptiſmi neceſsitatem Cœlitus delatum fuit Chriſma illud, ſed ad Regis Vnctionem Concordetur obitet Author iſte cum Britto exiſtimante, quod ſi Chriſma deeſſet irritum affore Regis votum in Baptiſmate recipiendo.

204 Licèt autem minùs Comites Marte Gallico videamur, nec ad Baptiſmum, nec ad Vnctionem Simpullum delatum eſſe affirmamus, ſed merum figmentum eſſe cenſemus cum Ioanne Iacobo Chifletio *in Diſquiſ. de Ampull. Remenſ. cap. 14. pag. 67. & ſeq.* Atque ex antecedentibus, & ſequentibus minutatim probamus I. admiſſa Aroji doctrina quia veram eam nuper oſtendimus contra Brittum. II. nam Baptiſmus Clodouei non ſolum ſolemnis, ſed ſolemniſsimus fuit: At ſolemnis licèt validus ſit requirit ex neceſsitate Præcepti Eccleſiaſtici duplex Oleum Cathecumenorum videlicèt, & Sacrum Chriſma illo, quo bis ante eum Baptizatus delinitur in corpore, & inter Scapulas, vt decidit Innocc. I. *Epiſt. 1. cap. 3.* Ambroſ. *lib. 1. de Sacrament. cap. 2. & lib. 2. cap. 7.* & cum Cyrill. Dioniſ. Clement. Baſil. S. Thom. Caſtro, Soto, Paludan. Hugon. Raban. Tabien. & alijs. Henriq. *in Summ. part. 1. lib. 1. de Sacrament. in Gen. cap. 11. §. 9. litt. E.* Hæc autem bina Vnctio ad Ritum, & ſolemnitatem Sacramenti à tempore Apoſtolorum neceſſariò pertinet Clem. *lib. 3. Conſtit. Apoſt. cap. 16. & lib. 7. à cap. 4.* vbi Turrian. *& lib. 3. Recognit.* Dionyſ. *de Eccleſ. Hierarc. cap. 1. 2. & 7.* Cyprian. *lib. 1. Epiſt. 12. aliàs 70.* Origen. *in Numeror. lib. Homil. 12.* Baſil. *de*

*Spiritu Sancto, cap.* 27. Tertullian. *contra Marcion. lib.* 1. *& lib. vnic. de Carn. resurrect.* Chrisostom. *in Epist. ad Colosens. Homil.* 6. Theoph. *in Luc.* 10. Cyr. *Cathec.* 2. *vsque ad* 4. Hieron. *contra Lucif.* Optat. *lib.* 2. August. *de Trinit. lib.* 15. *cap.* 26. *& lib.* 2. *contra Petilian. cap.* 104. *& lib.* 1. *de peccat. cap.* 34. *& lib.* 2. *de Gratia contra Cœlest. cap.* 4. Ambros. *lib.* 1. *de Sacrament. cap.* 2. Isidor. *lib.* 2. *Offic. cap.* 20.

205 Post Baptismum autem Chrismate bis quoque inungitur Baptizatus, primum in vertice, demum in fronte *dict. cap. vnic. vers. Quia verò de Sacr. Vnction.* Ab Apostolis etiam introducta Vnctio hæc Chrismatis, non tamẽ bina, sed vna tantùm, in fronte scilicèt. Vnctio autẽ verticis instituta fuit à Sylvestro I. vt ex Cathechismo Pij V. Steph. Durant. Sylvest. Castro, & alijs ostendit Henriq *d. cap.* 11. *vers.* 9. *litt. H. I. K.*

206 Sed Chrisma tantùm fuit cœlitus in phiala delapsum, quo solũ Baptismum factum esse docent. Ergò nõ ritè, neque secundũ Ecclesiæ Traditiones factũ Baptisma illud est affirmandũ. Vndè licèt sine Vnctione verè Baptizatũ fuisse Clodoueum asseramus, non tamen ritè, & cõsequenter peccaminosè, quod temerarium videtur asserere, quũ Sanctissimus ille Põtifex esset illius Ministèr, & tùnc temporis necessitas esset Summa illius adhibendi Ritus; Nam Arriani Clodouei tempore Galliæ Regnum infestabant, & Sororem eius Lantildẽ suo circumuenerant errore, Ritũque illũ Vngẽdi pernicaciter in Baptismate respuebant. Aduersus hùnc errorẽ, diligentissima Sacrorum Antistitum cura fuit, vt Chrismate Baptizati soléniter vngerentur, vt fusè probat Mat. Gallic. *lib.* 1. *cap.* 2. *pag.* 8. *& seqq. per tot.* Vndè temerè procul dubio affirmabitur Sanctissimũ illum Antistitem Ritum illum in tàm solemni Baptismo omisisse; eo præcipuè tempore, quo eius omissio præiudicium poterat Ecclesiæ afferre: Ergò, vt temeritas hæc vitetur, fateri debebunt Galli, ordinario fuisse modo Baptizatum Clodoueum, vel alia ad inuenire Miracula, Revelationesque addere, quibus innotuit Præsuli Deum omnes alias Sacras Cæremonias prætermitti voluisse, in illisque tùnc dispensasse.

207 Quo ad Vnctionem Regiam eodem argumẽtamus modo Vna tantum Ampulla Chrismatis fuit, è Cœlo allata: Ergò eo fuit Rex inunctus. Consequentiã probo ex illo S. Remigij asserto Testamẽto, ibi: *Et per eiusdẽ Sacri Chrismatis Vnctionẽ ordinato in Regẽ*, sed Vnctio Regũ nequit Sacro Chrismate fieri *d. c.* 1. *ver. Vndè in Vereri de Sac. Vnct.* ibi: *Quia caput Põtificis Chrismate Consecratur, brachiũ verò Principis Oleo delinitur, &c.* Cũ alijs suprà mox à principio prænotatis: Sed Vnctio illa Clodouei Chrismate facta in illo refertur Testamẽto, vt vidimus. Ergò cõtra præscriptũ Ecclesiæ: Ergò vel Præsul ille Sãctissimus peccauit lethaliter in vtraque Vnctione, eo quo referũt modo facta, vel Traditio, & Testamẽ

tum

tũ ſunt à Recentioribus conficta.

208 Diſcurſuſque iſte validiſsimè corroboratur ſub ſumpta Arroji ratione ſuprà ex Armacano relata: Quod videlicèt Chriſmatis Vnctio, non ita neceſſaria ſit Baptiſmo, vt ad eius validitatem neceſſario eſſet Chriſma, è Cœlo mittendum. Hæc enim ratio vrgentiori militat ratione quo ad Regiam Vnctionem, cui nedum neceſſarium, ſed neque permiſſum eſt Chriſma adhiberi: facilius ergò credi poterat Dominum permiſsiſſe Miraculum fieri in Confirmationem Vnctionis ab Eccleſia ad Baptiſmum Præceptæ, quã ad perficiendam Cæremoniam ab Eccleſia prohibitam.

209 Hęc vt vitarent inſtructi Galli abſurda, non tàm à Cœlo, quàm à Sancta Sede Apoſtolica, Vnctionem Clodouei deriuatam docent, primariamque accepiſſe eſſentiam, maturius re conſiderata tradunt Michael Rouſcl. *in Hiſtor. Iuriſdict. Pontif. lib. 7. cap. 4. num. 1.* ibi: *Non defuerunt etiam Reges, & Regna, quæ plurimi hanc Pontificis Romani auctoritatem fecerunt, & in quibus plurima fuit initio fortaſſe à noſtris Regibus facto, qui primi ab Eccleſia Conſecrationem acceperunt B. Remigio miniſtrante, ac Romæ Coronam auream mittente Clodoueo, quæ Regnum dicta eſt: atque illa iſtorum in Sedem Apoſtolicam reuerentia, &c.* Sed initium hoc eadem falſitatis infelicitate, ac Traditio laborat, vt iam alibi oſtendimus, nunc-que iterum repetimus, Gallum Apologiſtam Dauid Blondell. *in Apolog. contra Ioann. Iacob. Chiflet. titul. 14. de Ampull. Remenſ. quæſt. 3. Verſ. Quarto falſus eſt Hincmarus,* Chronologicè demonſtrare falſam eſſe Vnctionis iſtius Pontificiæ, & Doni Regij Enarrationem, concluditque Clodoueum ante biennium, & quod excurrit defunctum ſub Hormiſda Coronam auream cum gemmis, quę Regnum appellari ſolet. B. Petro S. Remigio ſuggerente dirigere non potuiſſe, *& quæſt. 8. mox à principio: Cum primum* (inquit) *Coronandorum Pontificia manu Principum, Anno 525. exemplum Conſtantinopoli Ioannes I. Papa ediderit primam inungendorum in Francia Regum authoritatem, Anno 749. deſinente Zacharias Papa dederit, quàm praxi ſua Stephanus III. Anno 754. Hadrianus I. Anno 781. Leo III. Anno 800. deſinente, aliiſque deinceps confirmarunt, &c.* Ex quibus imaginariam eſſe Coronæ Hiſtoriam, mendaciumque aſſerere initium ſumpſiſſe Regiam Vnctionem à Clodoueo. I. Francorum Rege Catholico, ipſe ſubinfert, & liquido apparet.

210 Plurimi eſſe poſſemus in Ampullaris iſtius Miraculi confutatione; aſt quia fœliciter id aſſequutus eſt Ioannes Iacob. Chiflet. *in dict. diſſert. de Ampul. Remenſ. per tot. & præcipuè, à pagin. 41. vſque ad 61.* vbi hinc ſilentes, inde hæſitantes in eam pro virili armauit eiuſdem aſſertores, ſeu Cadmeos, qui ſe mutuo perimant, fratres in Prælia pro imperio cogit; Delatam namque à Columba S. Spiritus imagine Am-

pullam. Hincmarus, Flodoardus, Aimoin. Floriac. Monasterij Monachus, Anno plus minus 1016. cnatus, eorumque exemplo plures scripserunt alij, vniuersos, eorum authoritate Chiffletius oppugnat, qui ab Angelo, aut Angelico ministerio Remigio traditam voluerunt; Assonis videlicèt Dervensis Monasterij Abbatis, Anno 991. denati *in Passione Sancti Bercharij Altimillarensis* Chronici Mauriniacensis ante Annos 500. ab Incerto scripti. Epithaphij Clodoueani ab Incerto etiam tabulis ligneis inscripti, Franciſci Modij, & aliorum, quos latè congerit, Remensium, qui in Summi Templi fastigio pro indice ventorum Galli Gallinacei Angelicam speciem ad Ampullaris miraculi Fidem, & memoriam stabiliendam erexerunt, Annoque 1484. in Cõsecrationis Caroli III. pompa, versiculos ediderunt, quibus per Angelũ transmissam Anno 500. tuto firmatur, quos optimè, *pag.* 71. refutat Chiflet. & *pag.* 73. Numismata aurea, & argentea profert, quæ Anno 1614. Remis post Ludouici XIII. Consecrationem à Ministris eius in Populum projecta sunt, & erumpentem, è nube manum exhibuerunt, quæ Sacram teneret Ampullam, aureoque rore Remorum Metropolim cum adiacente solo irrigaret inscriptione addita.

*Francis datta Munera Cæli.*

Et *pag.* 74. contrarietatem hanc ad compendium reducens inquit: *Hincmarus tradit illatam à Columba Ampullam, Bruto ab Angelo; in ist hoc autem aureo nummo Ampulla porrigitur manu, quæ prodit, è nube, & sic Deum Patrem signat,* exprobataque hac intelligentia ex Gaulino Nolano, Ioanne Machario, & Iacobo Bosio *de Cruce, lib. 6. cap.* 11. concludit: *Ex ea porrò Ampullam Cælitus offerentium varietate à Francis tradita; Veritatis penuriam notare licèt, tàm cæca est, & stupida semper fictio, vt nesciat esse ex omni parte munita.*

211 Hoc argumentum efficacissimum judicamus, & quamuis Dauid Blondellus *dict. tit.* 14. *part.* 2. *vers. Verum quæ.* Disquisitoris contrarietati occurrere velit, nullam tamen concludentem solutionem adduxisse censemus, & ab eius impugnatione Nos abstinere decreuimus, cum præcipuè proprijs laqueis reuinctum eum relinquamus.

## §. IX.

## Ec quis proprius sit Ordinarius, Seu Extraordinarius Pontificalis, & Regiæ Vnctionis Minister?

212 VT Pontificalis Vnctionis Minister plenè agnoscatur præmittendum est Pontificalem Ordinis Potestatem sine ordinatione, & Consecratione non conferri; quia

quia cum sit facultas Consecrandi Eucharistiam, & alia Diuina Sacramenta peculiariter administrandi, nō ab Ecclesia, sed à Christo immediatè instituta, Characteris impressionem in Anima, requirit, quæ assequi nequit sine ordinatione, ergò absque ea Pontificalis Potestas Ordinis non confertur, Discursum probat Diana *par.12.tract.1.de Consecr.Episc.Resol.26 mox à principio*, cui addo Villaroël. *in Gubern. Ecclesiast. Pacif. tom.1.part.1.art.10.num.7.8. & 9.* Vndè propositę Difficultatis Disquisitionem necessariam reputauimus, pro eaque sit.

## Sectio I.

## Ec quis Pontificalis Vnctionis Minister Ordinarius, vel Extraordinarius sit.

213 ANte Resolutionem præmittendum est cōtra Heterodoxos, Potestatem conferendi Ordines, tùm maiores, tùm minores, non penes Populum, sed penes Ecclesiæ legitimos residere Ministros Iure Diuino, & immediata Christi institutione, vt luculentissimè probat D.Cardinal.Bellarm. *tom. 2. controuers. lib.1. de Cleric. cap.3.* Gregor. de Valentia *disp. 9. quæst. 3. punct.1.* Vincent. Filluc. *Quæst. Moral. tom 1. tract.9.cap. 5. numer. 91.* Non tamen ideò negamus desideratum aliquando fuisse Populi consensum, & testimonium ferēdum pro illis, qui ad Ordines promouendi erant, vt notat Christian. Lup. *in Not. & Schol. ad Concil. General. tom.1. ad Concil. Ephes. cap. 5. pag. mihi 475.* Petr. de Marc. aut Baluzi. *de Concor. Sacerd. & Imperij, lib.1. cap.7. num.5.* vbi adducit Verba Leonis Papæ *in Epist. ad Anast. Thessalonicens.* ibi: *De persona autem Consecrandi Episcopi, & de Cleri, Plebisque consensu Metropolitanus Episcopus ad fraternitatem tuam referat, &c. Vt Ordinationem ritè celebrandam, tua quoque firmet authoritas.*

214 Ex quibus duo irrefragabiliter inferuntur, quæ præmitti etiam debent. I. Neminem absque Consecratione verè Episcopum constitui, quantūmuis à Romano Pontifice Episcopus, seu Archiepiscopus salutetur. Cosmas Philiarcus *de Offic. Sacerdot. p. 2. lib.1. cap.14.* Diana *part.8. tract. 1. resol. 28.* Atque ex S. Thom. Henriq. Couarr. Bellar. Valent. Barbos. Turrecrem. & alijs docet Macedo *de Clauibus Petri, lib.1. dissert.4. concluf.3.* cui addo Azor. *Instit. Moral. tom.2. lib.3. cap.31. quæst. 13. vers. Secunda sententia*, & alij mox referendi. Et licèt cōtrarium omninò doceant Felin. *in cap.1. de Constit. num.23. vers. Fallit quarto*, ex Angel. *in l.2. C. de Crimin. Sacrileg. & l.1. C. de Sent. Pass.* Rebuff. *in Prax. Benef. par.2. tit. Clerici*

*à quibus creentur, num.* 9. Iacobatius *de Concilijs, lib.* 4. *quæst.* 4. *Vers. Ego tamen intelligerem*, Decius *in dict. cap.* 1. *de Constit. lect.* 1. *num.* 50. Hieron. Gigas *de Pension. quæst.* 8. Fran. Victor. *de Sacr. Ordin. quæst.* 5. apertè docentes solo Verbo posse Romanum Pontificem creare Sacerdotes, & Episcopos; istorum tamē assertio non obstat, quia vel omninò reijcienda, vel explicanda est, vt procedat in his, quæ ad Potestatem attinent Iurisdictionis, cuius concessio, quum immediatè à Papa dependeat, vt nuper adducti latè probant, quibus addo Brun. Chasaing. *de Priuil. Regular. part.* 1. *tract.* 2. *cap.* 1. *propos.* 1. *pagin. mihi* 62. Ludouic. Molin. *de Iust. & Iur. tom.* 6. *tract.* 5. *disp.* 2. *num.* 2. solo Verbo eam concedere posse Summum Pōtificem perspicuum reddunt Azor. *dict. lib.* 3. *cap.* 19. *q.* 4. Villaroel. *dict. quæst.* 1. *art.* 10. *nu.* 65. Diana *citata resol.* 26. monentes non eodem modo ratiocinandum esse de Ordinis Potestate, quia quum recipi, aut concedi nequeat sine characteris impressione solo verbo conferri non posse rectè infertur videndusque est Diana *dict. part.* 8. *tract.* 1. *resol.* 28. *vers. Quam ob rem.*

215 Infertur II. Iuris rigore attento; Neminem ab alio, quàm Episcopo legitimè in Episcopum Consecrari posse, vt latè probat Vazq. *in* 3. *par. S. Thom. tom.* 3. *tract. de Ordin. Sacr. disp.* 243. *cap.* 6. *num.* 58. Ioan. Azor. *Instit. Moral part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 30. Villaroel. *dict. quæst.* 1. *art.* 9. *num.* 21. *& seqq.* Barbos. *de Potest. Episc. part.* 1. *ut.* 1. *cap.* 5. *num.* 5. *Vers. Postquam.* Vincent Filluc. *tom.* 1. *tract.* 9. *de Sacram. Ordin. cap.* 5. *quæst.* 8. *nu.* 10. Vetus, & nouum Ius adducentes. Et est communis Sententia Canonistarum conspirantium asserere de Iure Ordinario, Nullum præter Consecratum Episcopum esse idoneum Pontificalis Consecrationis Ministrum Henric. Henriq. *in Summa, lib.* 10. *de Sacram. Ordin. cap.* 23. *§.* 5. Barbos. *dict. cap.* 5. *num.* 5. *vers. Postquam*, & sunt apertà iuris Canonici testimonia, *cap. Episcopi* 24. *dist. cap. fin.* 61. *dist. cap. Quod Sedem, de Offic. Ordinarij, cap. Si Archiepiscopus, cum seqq. de Temp. Ordin. Can.* 1. 66. *dist.* latè Petr. Gregor. *Syntagm. Iur. part.* 2. *lib.* 17. *cap.* 14. *num.* 7. *&* 8. Ex quibus apparet quod, licèt varius fuerit quoad Dignitatem, & numerum Episcoporum concursus, aliquando etenim Archiepiscopis, seu Primatibus, hæc fuit attributa Potestas, aliquando pluribus, nonnumquam paucioribus commissa Consecratio ista fuit Petr. de Marca *de Concord. Sacerdotij, & Imperij, lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 2. *& cap.* 7. *num.* 5. semper tamen ab his, qui in Episcopum ordinati fuerant, Episcoporum Ordinatio perfici cauetur. Hodie verò omnes Consecrātur Episcopi ex speciali Papæ commissione, tàm in Curia, quàm extra eam à Tribus Episcopis, ordinariè procedendo, vel ab vno ex dispensatione, vt mox dicemus, & notant nuper adducti Doctores. His ergò sic prælibatis.

216 I. sit conclusio: Obseruato Iuris rigore omnes Episcopi debent

bent à Tribus Consecrari Episcopis *Can. 1. & Can. Comprouintiales 64. dist. Can. Porrò 66. dist. cap. Si Archiepiscopus; & cap. Ne Episcopi de Tempor. Ordi. Can. Coæpiscopi 68. dist.* Concil. Nicen. I. *Can. IV.* Concil. Arelatens. I. *cap. 23.* Pontificale Roman. jussu Clem. VIII. recognitum, & ab omnibus admittendum euulgatum, *tit. de Consecrat.* cujus verba transcripsit Araujo Segouiens. Episcopus *Decis. Moral. tract. 2. quæst. 21. diff. 1. num. 1.* docens pro Lege obseruanda esse, cui addo Franc. Hallier. *de Sacr. Elect. part. 2. sect. 5. cap. 2. art. 1. §. 2.* cui addo *l. 28. tit. 5. part. 1.* Syluestr. Azor. Coninch. Layman. & Sebast. Cæsar. sequutos à Barbosa *dict. cap. 5. num. 5. vers. Fieri autem debet*; eisque adnecto Bellarmin. Caietan. Sotum, & Glos. *in Can. Quorumdam 23. dist.* laudatos à Henriq. *dict. lib. 10. cap. 24. §. 1. lit. A.* Vazq. Bellar. Ochagauia, Isambert. & alios sequutos à Diana *d. tract. 1. resol. 28.* Thom. Sanch. Laurent. Branchat, Caietan. Philibert. Marchin. Castro Palao, & Diana nouissimè allegatos à R. P. Matthæo de Moia, è Soc. Iesu *in Dissertissimis illis Quæstionibus selectis, tract. 1. de Opin. probab. quæst. 9. n. 8.* Gasp. de Villaroel. *dict. quæst. 1. art. 9. num. 29. & seqq.* Franc. Macedo *de Clauibus Petri, t. 1. lib. 4. tract. 5. cap. 3. num. 1.* Christian. Lup. *in Concil. General. tom. 1. in Appendic. ad Can. IV. Concilij Niceni I. pag. 29. & seqq.* D. Solorçan. *de Indiar. Gubernat. lib. 3. cap. 6. num. 38. & sequentibus*, Ioan. Bapt. Fragoso *de Regim. Reip. Christian. tom. 2. lib. 8. disp. 18. §. 1. num. 13. & 15.* vbi Henriq. Comitolum Syluestrum, & Glos. allegat. latè Ioan. de Dicastillo *tom. 1. de Sacram. tract. 6. de Sacram. Ordin. disp. 1. Dubit. 18. num. 256.* & nullum hucusque Doctorem Orthodoxum refragantem inuenimus. Duplex tamen se se offert grauis Difficultas. An nimirum Trium Episcoporum Assistentia, seu Ministeriū, Iure Diuino, adeò simpliciter necessarium sit in cujuslibet Episcopi Consecratione, vt aliquo ex eis deficiente nulla sit, & irrita Cōsecratio? Et an Numerus iste Romani Pontificis Dispensationi subiaceat? Quàm sub diuerso titulo Claritatis gratia examinare decreuimus.

## Sectio II.

### An Iure Diuino tres Episcopi sint hujus Consecrationis necessarij Ministri: & An Numerus iste dispensari possit à Rom. Pont.

217 Diuersæ licèt difficultates istæ appareāt, vna tamen in alteram coincidit; Si enim à Iure Diuino institutum est Trium Episcoporum Ministerium, seu Assistentia pro omni Sacrando Episcopo, quolibet ex eis deficiente ir-

irrita erit Consecratio, & Papam in illo Episcoporum adhibendo numero dispensare non poterit. I. quia nullum est Sacramentum, cui aliquid de substantia ipsius Sacramenti detrahi possit. Ioan. de Dicastillo *tom. 1. de Sacram. tract. 1. de Sacram. in Genere, disp. 1. dub. 8. & sequentibus.* Ast Pontificalis Consecratio est Sacramentum, vt iam latè probaui, ergò si aliquid ad eius substantiam pertinens auferatur, Sacramentum non erit. Ad substantiam autem cuiuslibet Sacramenti pertinet Minister cuius intentio est simpliciter necessaria ad cuiusvis Sacramenti perfectionem Dicastillo *dict. tract. 1. disp. 3. dubitat. 5. à num. 45. per plures seqq.* Ergò si Consecratio Episcopi triũ Episcoporum Ministerium ex Diuina Institutione requirit, si illud non adhibeatur, nulla erit Consecratio.

218 II. Autem Illatio, seu Illationis pars Papam nimirum dispensare non posse, si à Iure Diuino Tres Episcopi requiruntur ad Episcopalem Cõsecrationem etiã patet. Tùm quia Papa, aut Vniuersalis Ecclesia nequit dispensare in his, quæ ad substantiam pertinent Sacramentorum, qualia sunt Materia, Forma, & Minister ab ipso Christo destinata. Henric. Henriq. *in Summa, lib. 8. cap. 13. §. 1. litt. B.* expressiusque Cosmas Philiarch. *de Offic. Sacerd. part. 2. lib. 1. cap. 14. per tot.* & ab eo Diana *part. 8. tract. 1. resol. 28. vers. Quam ob rem.* Castr. Palao *in Summ. tom 4. tract. 29. disp. vnic puncto 14. num. 13.* & ab eo Diana *part. 12. tract. 1. resol. 30. mox à principio.* Tùm, & quia Ius Diuinum nulli Humanæ Dispensationi obnoxium est. Idem Henriq. *de Roman. Pontif. Claue, lib. 4. cap. 15. §. 4. lit. E.* Vbi S. Tho. *allegat. 1. 2. quæst. 100. art. 8.* Sotum Medinam, & Alios. Quum ergò Romanos Pontifices in hoc numero passim dispensare videamus, legamusque Hallier. *dict. art. 2. §. 2. num. 10. pag. mihi 587.* Machado *in Summ. tom. 2. lib. 4. p. 6. tr. 2. docum. 6* Brancat. *dict. art. 4. num. 89. Coram. in Apolog. Epist. 4 n. 146. fol. 83.* Moya *dict. quæst. 9. num. 10. in fine,* cui addo Leandr. à Sanctiss. Sacram. *tom. 2. disp. 6. tract. 6. quæst. 4.* Turrian. Coninch, & alios adductos à Diana *dict. part. 12. tract. 1. resol. 31.* Gasp. de Villaroël. *dict. quæst. 1. art. 9. num. 44. & seqq.* Ioan. à Dicastillo *dict. tom. 1. tract. 6. dis. 1. dubit. 18. num. 265.* Araujo *Decis. Moral. tract. 2. quæst. 21. diffic 1. nu. 2.* Ternarium hùnc numerum, nõ esse de Iure Diuino affirmandum est. Tùm quia Papa in his, quæ ad Fidem, & mores pertinent errare non potest, vt latè infrà probabo, interimque adduco Dominic. Bannez. *2. 2. quæst. 1. art. 10. dubit. 8. conclus. 4.* Cano *de Locis Theologic. lib. 6. cap. 7. Propositi. 2.* Tùm, & quia instar Sacrilegij est de Potestate Papæ dispẽsantis dubitare, vt docet Veracruz *in Speculo, part. 2. art. 2.* ex S. Antonin. Caietan. & Armilla, cui fauet Text. *in l. 2. alias 3. C. de Crimin. Sacrileg. l. fin. vers. Quis enim, C. de Legibus,* cum alijs congestis à Gonzal. *in Reg. 8. Cancell. §. 1. proœm.* suadetque ratio. Esset enim alias quasi exprobare Chris-

to Domino, quod non satis Ecclesiæ suæ prouidisset, vt optimè obseruat Episcop. Quitens. *in Indor. Itinerar. Sess.* 26. & ab eo Moya *d. quæst.* 6. *§.* 2. *num.* 28. Vndè semper defendenda est, & legitima dijudicanda Summi Pontificis Dispensatio. *Cap. Ad aures, de Tempor. Ordin. Can. quid culpatur* 23. *quæst.* 1. & ex eis, & pluribus alijs Thom. Sanch. *de Matrim. lib.* 2. *disp.* 14. *num.* 1. Ex hac ergò tantum ratione concludi poterat non esse de Iure Diuino Ternarium hunc numerum, sed Iure tantum Ecclesiastico introductum, & ideò Pontificiæ Dispensationi obnoxium sufficeret equidem consideratio ista, si solis rationi acquiescentibus scriberemus; Astcum Heterodoxis obsistere cupiamus; intrinseca fundamenta adstruere oportet, non solum ad euertenda ab ipsis excogitata; sed etiã ad explicandos Nonnullos Catholicos, quãdoquidem, & Orthodoxi, defendentes esse de Iure Diuino trium Episcoporum assistentiam, adhùc docent in ea Papam dispensare legitimè posse. Vazq. & alij penes ipsum, relati à Villaroël. *dict. quæst.* 1. *artic.* 9. *num.* 38.

219 Duplex est opposita Sententia I. Namque affirmat Iure Diuino esse Ternarium Episcoporum numerum Episcopali Consecrationi necessarium, & consequenter nullam esse, quolibet ex Tribus deficiente. Bellarmin. Caiet. Sot. & alij penes Henriq. *in Summa, lib.* 10. *cap.* 24. *§.* 1. *litt. A.* cui addo Glos. *in cap. Ne Episcopi* 7. *Verbo sine tribus, de Temp. Ordin.* Allegans *Can. Porrò* 61. *dist.* & est communis Antiquorum Canonistarum in prædictis Iuribus, & præcipuè Hostiens. Archidiac. Panormit. Turrecrem. & aliorum, quos Thomas Sanchez, congessit *tom.* 2. *Consilior. Moral. lib.* 7. *cap.* 1. *dubit.* 15. *num.* 26. Laurent. Brancat. *tom.* 3. *disp.* 8. *art.* 4. *num.* 89. eisque addi possunt Cajetan. Coninch. Philibert. Marchin. Castro Palao, Diana, & Bernal. adducti à Moya *dict. quæst.* 9. *num.* 8. cui etiam plures addi possunt alij ex Diana *dict. tr.* 1 *resol.* 28. & Hallier. *dict. cap.* 2. *ar.* 2 *§.* 1. *num.* 1. Dicastillo *citata dubitat.* 18. *num.* 256. probabiliorem hanc Sententiam appellãtes. Pluresque pro ea allegat Vazq & ab eo Gasp. de Villaroël. *dict. quæst.* 1. *art.* 9. *anum.* 36. & aliquibus relatis Araujo *Decision. Moral. tract.* 2 *q.* 21. *diffic.* 1. *num.* 2. penes quos luculentissimè expositæ reperientur hujus Sententiæ rationes, & fundamina, quæ adducere, esset crambem recoctam Lecturis apponere, & immensum quæstionis reddere pondus; apud ipsos quapropter, & Castro Palao *in Summa, tom.* 4. *tract.* 27. *disp. vnic. punct.* 14. *num.* 13. videnda remittimus.

220 Non esse autem de Iure Diuino trium Episcoporum concurrentiam ad Episcopum Sacrãdum docent Paludan. *de Potest. Papæ*, quem allegat S. Antonin. *in Summa, 3. part. tit.* 14. *cap.* 10. *§.* 9. *post. med.* qui eum sequi videtur Armilla, Sylvest. & alij apud Dicastillo, *dict. dub.* 18. *num.* 252. cui addimus quàm plures allatos à Diana, *part.* 8. *tract.* 1. *resol.* 31. *& part.*

12.

12. *tract.* 1. *resolut.* 27. Hallier. *dict. cap.* 2. *§.* 1. *num.* 1. Vincent. Baron. 1. *part. aduersus Caram. disp.* 2. *sect.* 5. *fol.* 341. Christian. Lup. *in dict. Appendic. ad Can. IV. Concilij Nicæni I. pag. mihi* 29. Villarcel. *dict. quæst.* 1. *art.* 9. *num.* 39. *& sequentibus*, Acuña *in Can. de Abiectione* 3. 64. *dist.* Solorçan. *de Indiar. Gubernat. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 38. & propè innumeri penes ipsos, & ex Turrecrem. Palud. Guid. Armill. & Gregor. Lop. docet Thom. Sanchez *dict. dubit.* 15. *num.* 27. Araujo *dict. quæst.* 21. *dif.* 1. *num.* 3. & plures alij libenter omissi.

121 Hi sunt pro Vtraque sententia Validissimi Duces, satis ancipitem, & dubiam reddentes resolutionem, tùm propter eorum magnam authoritatem; tùm, & quia Vtraque pars grauissimis innititur pedamentis à Sacra Scriptura, Iure Canonico, & Sanctis Patribus erutis, quin suffragetur nostra ratiocinatio petita à Dispensationibus Pontificijs, nam licèt quo ad numerum à Christo, seu Diuino Iure institutum dissideant, tàm Affirmãtes, quã Negantes Ternariũ Numerũ esse necessarium Iure Diuino; conspirant tamen Rom. Pontificem in eo dispensare posse, vt ab vno tantum Episcopo, Consecratio Episcopalis fiat, quibus solus refragatur Castro Palao *dict. punct.* 14. *num.* 13. negans posse in hoc numero dispensare Summum Põtificem; Vndè mediam aliquam eligere viam, opus est vt ad concordiam dissidentes reducamus, & perspicuam subministremus resolutionem. Pro qua sic.

122 II. Conclusio. Trium Episcoporum assistentia ad Episcopalem Consecrationem est de necessitate præcepti, & quidem ab Ecclesiæ incunabulis, non tamẽ de necessitate Sacramenti, & consequenter Numerus iste non est Iure Diuino præscriptus Vndè Ecclesiæ Dispensationi Eum subijci perspicuum est. Hæc Conclusio clara redditur, explicatis eius terminis. Necessitas ergò præcepti est illa quæ solum oritur ex Præcepto superioris; Necessitas verò Sacramenti est illa, quæ præceptum antecedit, & ipsi inest Sacramento ab eius Institutione, id est, à Iure Diuino, juxta tradita à Vazq. *tom.* 4. *in* 3. *part. quæst.* 84. *art.* 5. *dub. vnic.* Suar. *de Fide, part.* 2. *disp.* 12. *mox à principio*, Card. Lugo *de Euchariſ. disp.* 3. *sect.* 1. *tota*, & alijs cómuniter. Vndè idem est affirmare Trium Episcoporum cõcurrentiam esse de necessitate Præcepti, & non de necessitate Sacramenti; ac asserere validam affore Consecrationem à duobus, vel ab vno Episcopo factam; licèt non licitam, sed omnicò peccaminosam, quia plurimis Ecclesiæ decretis prohibitum, & cautum est, ne in Episcopum aliquis Consecretur, nisi trium Episcoporum concurrentia, non tamen esset nulla, & irrita Consecratio à paucioribus facta, quia non est Iure Diuino præscripta hu jusmodi cõcurrentia trium Episcoporum. Hanc Conclusionem docent Vincent. Filluc *tom.* 1 *QQ. Moral. trac.* 9. *de Sacram. Ordin. cap.* 5. *quæst.* 8. *nu.* 106. priusque Ioan. Azor. *Inst. Moral.*

*ral. tom. 2. lib. 3. cap. 30. quæst. 3.* & nullo ex eis relato Christiau. Lup. *in Not. ad Concil. Nicen. I. Can. 4. in Appendice, pagin. mihi 33. Vers. Huiusmodi exempla, tom. 1. in Concilia Generalia*, ibi: *Quare certum penitus est Episcopum ab vno Episcopo validè ordinari; est tamen contra Canones, ideoque ordinatio vitiosa, licèt fiat à Patriarcha, vt suprà à Theodoreto, & S. Ambrosio audiuimus de Ordinatione Euagrij facta per Paulinum Patriarcham Anthiochenũ causam dat II. Synodus Arelatens. c. 27. Hoc etiam placuit custodiri, vt nihil contra magnam Nicænam vtique, Synodum, Metropolitani existiment dispensatoriè vindicandũ, &c.* Innocent. Ciron. *in Paratit. ad las Canon. lib. 1. tit. 6. pagin.* 28. in comprobationem allegans Archidiac. *in Can. Quid sit de Consecr. dist. 2.* & Gemin. *in cap. Degradatio, §. Potest de Pœn. in 6.* Quorum licèt authoritate sufficienter corroborata esset Conclusio, adhùc tamen cum amplius fulciendam suscipimus.

123 I. que eam partem stabilientem Trium Episcoporum concurrẽtiam esse de necessitate Præcepti probamus Varijs Ecclesiæ antiquissimis Legibus, tàm à Pontificibus Summis, quã ab Vniuersalibus, Nationalibus, & Prouincialibus Concilijs iugiter latis, vt patet ex Anacleto *Epist. 1. post med. & Epist. 2. c. 1. Epist. 3. cap. 2.* à quibus desumptus videtur *Can. Episcopi 80. dist.* Floruit autem Anacletus Anno Christi 103. Teste Baronio *ibid. n. 2.* Anicetus *Epist. 1.* sedens Anno Christi 167. Ioannes Papa III. *Epist. 1. cap. 2. post medium* ad Pontificatum sublimatus Anno Christi 559. S. Gregor. Magnus *in respons. ad Augustin. interrogat. de quibus in Can. Fraternitatem 80. distinct.* qui ab Anno Christi 591. vsque ad Annum 604. Clauum tenuit Ecclesiæ Gregor. III. *Epistola ad Bonifat. in fine*, Anno Christi 731. creatus Syricius *Epist. 4. cap. 1.* Papa creatus Anno 384. Innocent. I. *Epist. 1. ad Victricium, cap. 12* sub Anno 402. Lucius III. relatus *in cap. Si Archiepiscopus, de Tempor. Ordin.* & Lanfrancus *in Epist. ad Terdelium*, Hibern. Regem, morem reprehendit in Regno illo inualescentem, quod Episcopi ab vno ordinarẽtur, teste Baron. *tom. 10. Annal. ad Annum Christi* 1089. & quam plurima alia sunt Pontificum testimonia, libenter omissa, quæ hujusmodi Præceptum, vel maximopere commendant, vel tamquam ab omnibus illibate obseruatum supponunt, vel in eius trangressores sæuerissimè animaduerti statuunt.

124 Conciliorumque non pauca exhiberi possunt grauissima Decreta, quæ Trium saltem Episcoporum concurrentiam iniungunt, vel omissionem puniri jubent, & præcipuè Concil. Roman. sub Syluestro, teste Platina Concil. Generalis, & Æcumenici Nicæni I. Niceæ Bythiniæ Ciuitatis celebrati, Anno Christi 325. sub S. Syluestro, Anno Pontificatus sui 12. Præsidentibus in ea Hispano Osio Cordubens. Episcopo, Vito, & Vincent. Presbyteris Romanis, quod I. Orbis Generale, &

Æcumenicum Concilium fuit, ad illudque 318. confluxere Episcopi, *in cuiusque Canone IV.* statuitur: *Quod si propter instantem necessitatem, aut itineris longitudinem, omnes Prouinciæ Episcopi interesse non possint, à Tribus saltem Episcopis celebretur Episcopalis Consecratio.* Renouatus fuit Canon iste à VII. Synodo in eadem Ciuitate celebrata Anno 1212. sub Adriano Papa I. cui 1210. Episcopi interfuere, dictaque est Concil. II. Nicænum, à quibus desumptus apparet. *Can. Episcopum ab omnibus* 94. *dist.* Concil. Arelatens. I. Anno Christi 314. sub Syluestro celebratum *Can.* 21. Concil. Arelatens. II. sub Liberio, Anno Christi 353. habitum *Can.* 5. cujus meminit, *Cap. Nec Episcopi, de Tempor. Ordin.* Concil. Carthagen. II. *Can.* 12. Concil. Carthaginens. III. *Can.* 39. Concil. Regiens. *Can.* 22. Concil. Arausican. I. *Can.* 21. Concil. Aquisgran. sub Ludouic. Pio *Can.* 9. Concil. Antiochens. *Can.* 23. Concil. Parisiens. III. aliàs I. *Can.* 8.

125 Docentque communiter Patres S. Cyprian. *Epist.* 52. *ad Antonian.* S. Isidor. *lib.* 2. *Offic. cap.* 5. Raban. Maur. *lib.* 1. *de Instit. Cleric. cap.* 15. S. August. *lib.* 3. *contra Crescent. cap.* 19. *& lib.* 4. *cap.* 31. Optat. Mileuitan. *lib.* 1. *contra Parmenian.* & alij communiter; omnes enim pro hac allegari possunt; Nam ipsi affirmantes concurrentiam hanc trium Episcoporum esse de Iure Diuino, fortiùs probant necessitatem Sacramenti. Vndè pro hac allegari possunt, qui pro illa militant.

126 II. Autem Conclusionis pars stabiliens trium Episcoporum concurrentiam ad cujusvis Episcopi Consecrationem, non esse de necessitate Sacramenti, probamus I. ex *Canone I. Apostolorum*, vbi à Duobus, vel Tribus Episcopis, quilibèt præcipitur Episcopus ordinari. Idemque habetur apud Clement. *lib.* 3. *Apostolicar. Constit. cap.* 20. *& lib.* 8. *cap.* 27. *aliàs* 23. Ergò si Duo sufficiunt, Tres non erunt de necessitate Sacramenti, hoc autem admisso nulla restat vrgens ratio asserere cogens duos esse Episcopos necessario adhibendos, & Vnum non sufficere. Conseq. irrefragabiles existunt, concesso antecedenti, hocque probatur ex prædicto *Canone I.* junctis Zonara, & Balsamone, affirmantibus ex eo validam, atque permissam esse Consecrationem à Duobus Episcopis factam, quia Numerus Episcoporum ad Pontificalem Consecrationem à Canone præscriptus, est disjunctiuè cõceptus, & appositus. Vndè Duo, vel Tres adhiberi debebunt; quoties autem Ternarius Numerus non est de Sacramenti essentia, & necessitate, Binarium ad eam pertinere nemo contendit.

127 Quod autem de necessitate Sacramenti non sit, probamus: Illud namque de necessitate Sacramenti requisitum dicitur, quo deficiente Sacramentum perfici non potest, juxta Concil. Florentin. *post. Sess. vltim. in Decreto Eugen. ad Instruct. Armen.*

§. Quin-

§. *Quinto Ecclesiasticorum*, ibi: *Hæc omnia Sacramenta Tribus perficiuntur, videlicèt rebus, tamquam materia, Verbis, tamquam forma, & persona Ministri. Quorum si aliquid desit, non perficitur Sacramentum*: Ast absque trium Episcoporum concurrentia, validè Consecratio perficitur ergò, non est de necessitate Sacramenti, vt ex mox dicendis liquidò constabit.

128 II. Autem probamus ex Concilio Arausicano I. *Can.* 21. Vbi statuitur: *Quod si duo Episcopi præsumpserint aliquem inuitum* (non omninò, sed aliqualiter repugnantem) *Episcopum facere, Vterque Episcopus Ordinans deponatur, & in locum vnius substituatur, qui vim passus est, pro loco verò alterius ordinetur alter*; Vbi supposuere Patres Concilij Episcopum verè à Duobus Ordinari, vt explicant suprà relati Authores. Canon autem hic ob frequentes Episcoporum Consecrationes iam introductas latus est ad instantiam Hilarij, qui eum procurauit, Teste Christian. Lupo *in dict. Appendice, pag.* 31. *vers. Ordinationis hujus.*

129 III. Probatur ex Concil. Carthaginens. IV. *Canone* 2. registrato *in Can. Episcopus* 7. *dist.* 23. ibi: *Episcopus cum Ordinatur duo Episcopi ponant, & teneant Euangeliorum Codicem super Caput, & ceruicem eius, & vno super eum fundendo benedictionem reliqui omnes Episcopi, qui ad sunt manibus suis, Caput eius tanganț*; Ex quibus clarè elicitur. Vnum tantum modo Episcopum Ministrum esse necessarium, Pontificalis Consecrationis, & alij honorarij tantum modò assistentes, & testes, & ideò ab illo benedici Consecratus simpliciter jubetur; ab illis autem manuum tantum modo Cæremonialis impositio exigitur. Quod legitimè præcipi nó posset, si tres Episcopi necessarij Consecrationis Pontificalis Ministri essent, deberent namque tùnc omnes benedictionem simul super Consecrandum fundere, vt ex Ioanne Morino docet Christ. Lup. *in dict. Appendic. eodem, tom.* 1. *pagin. mihi* 31. *vers. Hoc ipsum patet.*

130 IV. Probatur ex inconcussa Ecclesiæ praxi, quà, in casu necessitatis, minori ternario Episcoporum numero, & aliquando vno tantùm Episcopo ad Consecrationem istam contenta est, & quoties superabundauit Episcoporum Numerus in Prouincia vltra tres Episcopos alios adhibuit. Ex quibus ternatium numerum non esse de necessitate Sacramenti apertè conuincitur, & demonstratur; si præcipuè considerationibus istis adhibeantur crebræ Romanorum Pontificum dispensationes, vltra dubitationis statum rem constituentes.

131 Praxis autem vnum tantùm adhibendi Episcopum in casu necessitatis à tempore Apostolorum effluxit, ipsi enim, & eorum proximi Successores frequenter soli Episcopos Consecrarũt. Etenim Tito Cretensiũ Metro

politæ mandat Apostolis : *Vt per Ciuitates constituat Presbyteros, id est* (vt ipse statim subdit) *Episcopos, vtique solus*; quoniam post abitum Zenæ, & Apollo, quos statim Nicopolim euocabat, nullum penitus collegam in omni Insula Titulus erat habiturus. Quod ipsum quoque primus Gentium Doctor fecisse, ac ob eamdem Collegarum carentiam facere debuisse docet Franc. Hallier. *de Eccles. hierarch. part. 2. sect. 5. cap. 2. art. 2. §. 2. numer. 3. & sequentibus*, atque referunt Fidi Ecclesiastici Annales, teste Christiano Lupo *in dict. Appendic. pag. 30. vers. Nihilominus*, addens : Quod reddita per Constantinum Ecclesiæ pax, excluserit hanc necessitatem, adeoque, & eamdem licentiam exclusit, primùm Arelatensis Synodus, deinde Nicæna, & postea aliæ suprà memoratæ quæ voluerunt juxta Apostolicam regulam deinceps Episcopum ad minùs à Tribus Ordinari. Nequaquam tamen datam ab vno, aut duobus Ordinationem declararunt irritam, aut iterandam, vt ex ipsis apparet.

132 Hinc que sequitur validas à Concilijs, & Summis Pontificibus existimatas esse quam plurium Episcoporum ab Vno, vel Duobus celebratas, quarum meminit Christian. Lup *in dict. Appendicæ, pag. 31. ver. Assertionem meam*, & optimè prosequitur Franc. Hallier. *dict. §. 2. num. 4.* probans ex Concil. Regiens. *Can. 3. &* 4. Arausicano I. *Can. 11.* & pluribus à se adductis illustribus exemplis, apud ipsum videndis, quibus solidissimè comprobatur, nec sequentibus Sæculis ad substantiam Ordinationis Episcopalis trium Episcoporum præsentiam, operamvè visam fuisse omninò necessariam. Addenduſque Innocent. Ciron. *in dict. tit. de Elect. pagin. mihi 28. circa finem*, vbi Consecrationis Episcopalis Ministrum assignans: *Perficiendam esse* inquit *à Tribus ad minus Episcopis, ita vt hic numerus videatur de substantia Consecrationis, secundum Glos. in cap. Ne Episcopi de Tempor. Ordin. infrà. Idque probat ex Can. vlt. 66. dist. contra Can. 1. Apostolorum Episcopus à duobus, vel Tribus Episcopis ordinetur. Apud Sydon. Epistol. 25. lib. 4. Euphronius, & Patiens Ioannem Consecrarunt, quem creauerunt ambo; Euphronius testimonio, manu Patiens, amboiudicio, vbi Saccaro anxius est, quomodo id factum, vt duo Consecrarint contra Can. 39. Concilij Carthaginens. III. Balsamon ad Can. 13. Carthaginens. Synodi scribit primitus quidem hunc Canonem non fuisse obseruatum, ita vt huic incommodo Synodus Nicæna prospexerit, Can. 4. quo factum existimem, vt de Consecrationis Ordine trium numerus fuerit factus, & aliter Consecratio facta, licèt Characterem imprimat, tamen effectum tollit, &c.*

133 Plures etiam, quàm tres sæpiùs adhibitos esse Episcopos, ad Pontificalem hanc Consecrationem perficiendam fusè probat Hallier. *dict. cap. 2. articul. 1. §. 3. numer. 9.* omninò videndus; illustria enim

ad-

adhibet exempla ex Limpidioribus Ecclesiæ fontibus hausta.

134 Passimque dispensasse Summos Pontifices in huiusmodi ternario numero, iam supra probaui ex adductis ibidem Authoribus, quibus nùnc addo Henric. Henriq. *in Summa, tom.*1. *lib.*10. *cap.*24. & alios ab ipso allegatos, asserentes Gregor.XIII. concessisse Patriarchæ Æthiopiæ (qui erat è Societate Iesu) ut Ipse Solus absque assistentibus alijs Episcopis posset consecrare Episcopos, & Pius IV. ad instantiam Prudentissimi Potentissimique Philippi II. Hispaniarum, & Indiarum Monarchę perpetuam concessit Dispensationem, vt in Occidentalibus Indijs constituti Episcopi ab Vno possent Consecrari Episcopo, duobus illi assistentibus Dignitatibus. Teste Villaroel. *in Gubernat. Pacific. tom.* 1. *lib.* 1. *quæst.* 1. *articul.* 9. Bullam ex Archiuio Ecclesiæ Metropolit. Limens. extractam, aliamque ipsi ab Vrbano VIII. concessam, vt ab vno posset Episcopo Consecrari, adducens. Quum ergò tot adsint Dispensationes, clarè infertur trium Episcoporum concurrentiam non esse de necessitate Sacramenti, alias namque in ea dispensare non possent Papæ, vt mox à principio diximus. Vndè eo ipso, quod in ea dispensarunt non pertinere ad essentiam Sacramenti declarasse perspicuum est.

135 Ad argumenta autem, quæ in contrarium adduci possunt, facillimè satisfieri potest, duobus stabilitis principijs. I. Quod licèt ab Apostolis Traditio emanet, statuens tres saltim adhiberi Episcopos ad quamcumque Consecrationem Episcopalem perficiendam; non tamen inde sequitur numerum istum Episcoporum ad Consecrationis substantiam pertinere. Tùm quia Apostoli per se nihil ad substantiam Sacramentorum pertinens statuere potuerunt; omnia etenim Sacramenta à Christo Domino immediatè instituta sunt, Concil. Tridentin. *Sess.* 7. *Can.* 1. juncto Suarez *de Sacrament. disput.* 12. *sect.* 1. *assert.* 1. Ioann. de Dicastillo *de Sacrament. tom.* 1. *tract.* 1. *de Sacram. in Gener. disput.* 3. *dub.* 2. *num.*7. qui plures allegant Patres in comprobationem, expressè docentes Christ. D. per Se immediatè, nulloque Apostolorum addito ministerio omnia Sacramenta instituisse. Episcoporum autem Consecrationem Sacramentum esse, iam suprà probaui. Vndè Apostoli nõ potuerunt ei præscribere quicquã ad eius substantiã pertinens. Ex eo ergò quod ab Apostolis emanauerit Præceptũ injungẽs trium Episcoporum assistentiam, nõ inde concluditur esse de necessitate Sacramenti ex dictis: Tùm etiam quia Apostolicæ Sanctiones ab Apostolis latæ, tamquam Ecclesiæ Præsulibus, ad Ius Diuinum non pertinent, sed Ecclesiastico accensentur Iuri S. Thom. *in* 4. *distinct.* 28. *in Solut. argumentor.*

& *Quodlibet.* 4. *articul.* 14. Turrecrem. *de Authorit. Papæ, quæst.* 63. Iure autem Ecclesiastico præscribi nequeunt, quæ ad substantiam Sacramentorum attinent; Quum eorum institutio sit purè Diuina, ergò, &c.

136 Neque refragatur Tex. *in Can.* 6. *sunt quidam* 25. *quæst.* 1. Vbi statuitur Romanum Pontificem contra Apostolicas Sanctiones Leges condere nõ posse, quod efficacissimum argumentum est, eas non Ius Ecclesiasticum, sed purè Diuinum dijudicandas esse, istud siquidem Humanæ non subiacet Dispensationi; illud autem à mero pendet Pontificis arbitrio, vt sæpiùs dicimus. Ast licèt efficax instantia primo fronte appareat; ea tamen non obstat. Respondetur enim tùnc Romanum Pontificem loquutum esse de his, quæ Apostoli Iuris Diuini Promulgatores instituerunt, non verò de his, quæ propria condiderunt authoritate; hæc enim omnia Derogationi, & Dispensationi Pontificiæ obnoxia esse, experientia demonstrat, exemplis Bigami, & Fornicarij, quos contra Apostolorum Canones à Pontificibus, & Concilijs dispensatos passim reperimus.

137 Vlteriusque probari potest, Ternarium hùnc Episcoporum numerum in cujuscumque Episcopi Consecratione adhibendum non esse de Iure Diuino, ex quo ab Apostolis mox iste introductus probetur, quum multas quoque in Sacramentis ministrandis Sacras habeamus Cæremonias antiquitus obseruatas, & ab Apostolis traditas, quæ tamen ad Sacramentorum substantiam, non pertineant, vt rectè monent Hallier. *dict. articul.* 4. §. 4. *num.* 13. Vndè neque ad Ius Diuinum, neque ad Consecrationis substantiam pertinere trium Episcoporum assistentiam, ex eo conuincitur, quod ab Apostolis tradita demonstretur; sed vlterius requiritur aliud esse Diuinum Præceptum à Christo Domino emanatum talem assistentiam Consecrationis Episcopalis iniungens, & districtè præcipiens.

138 II. Autem principium contrariam euertens sententiam, est negare Epistolas, quæ Summorum Pontificum Aniceti, Damasi, & Ioannes III. nomine allegantur, propria eorum esse, sed ab eodem confictas, qui etiam Capitulare Caroli ad inuenit ex adductis ab Hallier. *d. art.* 4. §. 4. *num.* 13 addente: Quod licèt authenticæ, & legitimæ essent, adhùc non obstarent; omnia etenim testimonia cõtra Sententiam istam ex ipsis oppositа, & pro contraria ponderata facilem recipiunt solutionem, ab ipso Hallier. excogitatam, & apud eum videndam.

139 Occurrit etiam hic difficultas: An soli Homines sint Sacramentorum Ministri, ita vt nullus Spiritus, siue bonus, siue malus, validus sit Consecrationis ritus, & aliorum Sacramentorum Minister? quæ licèt longiorem exposcat disquisitionem, breuiter tamen eam sub distinctione resoluimus.

mus. Aut enim loquimur de Iure Ordinario, & tunc dicendum præter hominem nullum esse aptum Consecrationis Pontificalis Ministrum; aut de Iure extraordinario quæstio, ista procedit, & tũc Angelos, & Dœmones accedente Diuino Præcepto, Ministros esse posse, docet Bonacina *in Summa, tom.1.tract.de Sacrament. disp.1.q.3.prop.3.à num.8.* cui addo Dianam *part.12.tract.1.resol.112. vers.Verum hæc sunt, & vers.Itaque Dubiũ*, vbi latè probat Episcopum à mortuis resurgentem Ordinarium Ministrum esse posse, pro quà opinione Nonnullos allegat, Refractariosque etiam adducit.

## Sectio III.

### Ecquis, & quo Iure introductus Regiæ Vnctionis Minister?

140 AD Regiam Vnctionem Nos conuertentes, *ut §.Titulo* satisfaciamus, præsupponendum est tamquam irrefragabile principium in Lege Gratiæ nullum à Iure Diuino destinatum Ministrum habere Regiam Vnctionem, quia cum non sit Sacramentum, sed Sacramentale tantum, ut sæpius vidimus, non erat ecquut Minister specialis designaretur; sed arbitrio relinqueretur Ecclesiæ, iuxta cuius præscriptum dignior Prouinciæ, seu Regni Antistes est huius Regiæ Vnctionis principalis Minister, ut supra ostendimus, *§.7. ex Pontificali Romano*, cuius Rubricæ præceptiuæ sunt, ac per consequens Præceptum continent omninò sub Lęthali peccato obseruandum, quià Decisiones Apostolicæ reputantur, Ioann.Andr. & Hostien. *in cap.Consuluit, de Seru. non ordin.* Ioan.Botæ *de Synodo, par.3.num.6. &* 4. Ioann.Picard. *inter Consilia Menoch. cons.52. num.143.* Menoch ipse *cons.902. num.71.* Stephanus Gratian. *disc.111. num.7. & discept.298. numer.28.* Vbi quandam Rotæ decisionem ad litteram adducit, & præ omnibus Bartholom.Gauant. *in Rubr.Miss.part.3.tit.11.num.3.vers.de loco celebrandi*, ubi docet omnes Rubricas de Ministro loquentes esse præceptiuas, & sub peccato obligantes.

141 Licèt enim à Iure Diuino in Lege Gratiæ Ministrum designatum Regia Vnctio non habeat, originem tamen habendi digniorem Antistitem Ministrum à Iure ipso Diuino mutuatam esse perspicuum est; quamuis ambiguum satis aliquibus fuerit, ex quo, tàm Sacerdotes, quam Prophetas, Reges unxisse in Sacra legatur Pagina 3. *Reg.1.* Vbi de Salomone in augurando hæc Dauid præcepisse legitur. *Tollite vobiscum seruos Domini vestri, & imponite Salomonem filium meum super mulam meam, & ducite eum in Gihon,*

*hon, & ungat eum, ibi Sadoch Sacerdos, & Natam Propheta*; Sacerdos igitur, & Propheta simul Vnctionis Ministri fuere, ut inferre videtur, licèt sub obscurè, Ioan. de Pineda *de Reb. Salomon. lib. 2. cap. 6. num. 4.* ex quo tamen nullam firmam elici conclusionem posse judicamus; sub particulis namque disjunctiuis loquens nùnc Prophetis, nùnc verò Sacerdoti Summo Ius hoc attribuere videtur.

142 Solius autem Prophetæ Ministerium in Lege illa adhibitum suaderi potest, *ex 1. Reg.* 10. Nam Samuël, qui re vera Sacerdos non fuit, neque esse poterat; quia ad Aäronicam non pertinebat Prosapiam, sed per Caath Leui originem trahebat, *1. Paralipom. 6.* & ideò Lege ipsa à Sacerdotio excluſus, ut latè *Tract. 3.* probabo, nùncque producimus Fortunat. Schac. *Elæocrismaton. Myroth. 3. cap. 46. pag. mihi* 545. & tamen Saulem, & Dauidem in Reges Israël unxisse constat; ut latè supra ostendimus. Ergò ad Prophetas munus hoc priuatiuè attinuisse, affirmandum est.

143 Non numqnam verò excluso Propheta solius Summi Sacerdotis hoc fuisse Ministeriũ, videtur expressum 4. *Reg.* 11. & 2. *Paralip.* 13. vbi Summus Sacerdos Ioiada Regem constituit Ioas, & Sacro perunxit Oleo.

144 Quibus ex locis Regiæ Vnctionis Minister adeò anceps remanet, ut si quam in partem declinandum sit pro Prophetis potius, quàm pro Pontificibus, seu Sacerdotibus dicenda sententia sit. Quod numquam Sacerdotibus, sæpissimè Prophetis, munus hoc Consecrandi Reges demandatum à Deo in Sacris Oraculis legatur, quasi Prophetarum, non autem Pontificum, seu Sacerdotum Regiæ Inaugurationis ministerium esset. Vt autem à Syrtibus, quibus humanum ingenium impingi necesse est, Lectorem deuiemus, Nauarchi Officium suscipientes, eum certiorem reddere decreuimus; monendo.

145 Duplicem fuisse in Lege Veteri Regiam Vnctionem, seu duplicem inungendi Reges modum in Sacris distinguendum Scripturis; Priuatus nimirum unus, & Solemnis alter: seu Clancularius unus, quo alicui Regnum prædicebatur à Propheta, & Publicus alter, qui Inaugurationis causa fiebat. Fortunat. Schacc. *dict. Myroth. 3. cap. 49. vers. Sed quia sæpissimè, pag.* 593. Hoc ergò stabilito.

146 Dicendum est proprium Regiæ Vnctionis Ministrum in Israël fuisse Summum Sacerdotem, sic apertè docet Ioan. Stephan. Menoch. *dict. cap 9. quæst. 3.* qui tamen aliter Vnctiones distinguit; ait siquidem Ordinarium Vnctionis Ministrum Summum Sacerdotem fuisse: Extraordinarium autem Prophetam. Ast distinctio hæc rejicienda omninò est, & tuto affirmandum publicã quamcumque Inaugurationẽ ad Summum Sacerdotem priuatiuè attinuisse, ut latè probat Fortunat. Schacc. *dict. Myroth. 3. cap. 50. toto, & præcipuè vers. Inter Hebræorum*

Re-

*Reges* probans *ex* 1.*Reg.*11. 2.*Reg.* 2 5. *&* 3. *Reg.*1. 4. *Reg.*11. 2.*Paralip.*23. In quibus omnes publicas Vnctiones Regias à Summis Sacerdotibus Prę ministris perfectas esse legimus. Semperque fieri debuisse probamus.

147 I. Nam Oleum, quo publice Reges inungebantur sacrosanctum fuit, licèt à Pontificali distinctũ, ut ex Fortunat. Schacc. Ioan. de Pineda, & Ioan. Stephan. Menoch. *supra laudatis*, §. 8. diximus. Aſt Sacrarum rerum, & eorum omnium ministeriũ, quæ, juxta statuta Mosayca, sacrata erant, Summis Sacerdotibus tantum, non autem Prophetis, aut alijs Sacerdotibus custodienda tradebantur, & in Tabernaculo asseruabantur, ut de hoc ipso oleo legitur. 3.*Reg.*1. Illùc autem accedere Nemini, præter Summos Sacerdotes, permittebatur, neque alicui ea contrectare, quę ibi asseruabantur, aut inde aliquid aliò adsportare, alijs à Summis Sacerdotibus permittebatur, *ut Tract.*3. luculenter probabo. Ergò ad ipsum priuatiuè Supremum Sacerdotem munus hoc pertinebat.

148 II. Solemni Regum Vnctione plena Regni possessio inuncto concedebatur Regi, quia conuocatis ordinibus, & in communi totius Regni, & Procerum conuentu, solemnissimis peractis Sacris, coram Dei Arca in Tabernaculo, vel Templo celebrabatur. Fortunat. Schacc. *dict. Myroth.*3. *cap.*49. *vers. Quoties igitur*, *pag.*595. Abulens. *in* 1.*Reg.cap.*10. *q.*2. *&* *in lib.*3. *Reg.cap.*1. *q.*35. *&* 4.*Reg.cap.*9. *q.*14. Sed Ius hoc, & publica functio Prophetis conuenire non poterat, quia priuati Homines erant, ut Fortunat. ipse probauerat *eodem*, *cap.* 29. *pag.* 593. Ergò non poterant esse Ministri publicæ Vnctionis Regiæ. consequ. probatur, Discursusque validissimè corroboratur. In Solemni hac Regum Inauguratione V. erat ceremonia Traditio libri, & VII. Fedus cum Deo, & Populo inire iure iurando adhibito Ioan. Steph. Menoch. *de Rep. Hæbreor. lib.*1. *cap.*9. *quæst.*10. *&* 11. Habraham Bzou. *de Romano Pontif. cap.*44. *vers. Vetusto, optimoque iure*, *pag.*595. *col.*1. *in fine* Sacrificia quoque fiebant publica, ut constat *ex* 1.*Reg.*11. 2. *&* 3. atque ex omnibus alijs iam adductis testimonijs, ex quibus liquidò demonstratur omnes Regias Inaugurationes Sacris adhibitis per actas esse, latè Abulen. *in* 1.*Reg.*11. *q.*14. Menoch. *citato cap.*6. *q.*13. Atqui omnia hæc munia peculiaria erant Pontificis Summi, ergò ad Ipsum priuatiuè eorum pertinebat exercitium, Quoties autem Prophetæ clam aliquem inunxerunt, publice iterum, & Solemniter inungi curarunt, Fortunat. Schacc. *dict. cap.* 49. *pag.* 597. à Summo scilicèt Sacerdote, sine quo Pręministro Sacrificia facere nefas fuit, omnibus quidem Gentibus; quum primis verò Israelitis, idque Diuinis institutis Fortunat. *dict. cap.* 50. *vers. Verum in Sacris Oraculis*, *pag.*612. Sed Vnctio sine Sacrificijs fieri non poterat, ergò neque Vnctio, quæ solemnibus

bus perficiebatur Sacrificijs.

149 Nec apud Populum à Deo eruditum mos iste tantum vigebat; sed à Diabolo illusi, eumdem quoque Populi retinuerunt; Nam (referente Plutarcho *in Artaxerxe*) apud Persas inaugurandorum Regum munus penes Sacerdotes Deæ Bellatricis, qui illius Gentis majores erant, extitit; tanta Sacrorum Rituum, atque Sacerdotum Dignitate, & Majestate fiebat, vt inaugurandus Rex ad Sacerdotes proficisceretur, vt ab eisdem inungeretur. Scribitque Plutarch. Idem *in Numa* Regiam Inaugurationem in Capitolio fieri solitam Herodianus, qui *lib. 1. Histor.* Commodi Inauguration em in Pannonijs à Sacerdotibus perfectam, Sacrificijs solemnibus adhibitis, refert.

150 Horum aliorumque quũ retulisset exempla Fortun. Schac. *dict. cap. 50. pagin. 609. vers. Sacrorum quoque Rituum*, hæc subdit: *Excipiamus Nos Chachinis Vanorum Deorum inanissima Oracula. Sed inter hos Chachinos intelligamus præcor quantum Dignitatis Sacerdotibus etiam Deorum inanium ab Antiquis præstitum fuerit, quidque illi concesserint Vatibus, quid tandem ab his, quid vè à Sacerdotibus agi Veteres voluerint in Rege inaugurando. Et quamuis Consilia Deorum à Vatibus, non verò à Sacerdotibus exciperentur. Regem tamen Inaugurare his tantum non Vatibus permittebatur, Sceptrum, Diadema, Clamydẽ, & siquæ alia aderant ornamenta Regia de more Veterum in Electum iam Principem, vna cum Regno Sacerdotes, non Vates transferebant, &c.*

151 Tot ergò exemplis, tàm Sacris, quam Profanis, munita Sancta Catholica Ecclesia voluit architectonicè in supremo eius capite inungendi Reges Potestatem residere per Se immediatè exercendam, quoties Sibi beneuisum fuisset, vel Primatibus Prouinciarum eam committendo, quoties bono publico expedire iudicauerit. Habraham Bzouius *de Roman. Pontif. cap. 44. in fine*, ibi: *Iam Gregor. VII. Demetrium Russorum, & alterum Croatiæ, Dalmatiæque. Innocen. II. Rogerium Siciliæ, Alexand. III. Alphonsum I. Portugalliæ Cœlestinus III. Leonem Armeniæ ex Ducibus Reges crearunt, Regnorumque titulos ijs Prouincijs adscripserunt, adeoque Regna erexerunt, deinde eius Dignitatis à Sacra Potestate derivationem in Episcopos, vel Primates, qui ungerent, & Reges crearent retulerunt scilicèt Rex Frãciæ ab Archiepiscopo Rhemorum ex institutione Hormisdæ Pontificis* (errore communi deceptus hic est) *Rex Angliæ ab Archiepiscopo Cantaurien. ex Adriani III. priuilegio; Rex Scotiæ ab Archiepiscopo Sancti Andreæ ex concessione Vrbani II. Aliisque ab alijs Summis Pontificibus accepto priuilegio, Rex Germaniæ à Moguntino, Bohemiæ à Pragensi, Poloniæ à Gnesnensi, Hungariæ à Strigonensi; Sueciæ ab Vpsalensi, Daniæ à Lundensi, Aragonum à Tarraconensi, Castellæ à Toletano, Lusitaniæ à Portugallens. Alij à suis Primatibus, ut earum Regionum proprij Scriptores. Æmil. Dubrau. Naucler. Cromer. Bonfin. Magnus, Saxo, Gomez, Roderic.*

*ric. Mariana, & alij testantur, &c.* Moxque subdit: *Neque quemquam inter Reges Christianos, siue in Concilijs Generalibus, siue in Comitio Reipublicæ Christianæ, siue in Sacello Pontificio, siue in eiusdem, quod vocant Consistorio locum habere, qui ab hac Sacratiore Potestate non Inunctus, aut inter Oues Christi non adscriptus, &c.*

152 Alij etiam Reges ex Priuilegio, aut consuetudine legitimè introducta à suis primarijs Antistibus Inuncti, & Coronati sunt, & præcipuè in Hispania, cuius Monarchę à Gothis, usque ad Deuastationem illam Saracenorum, & à Pelagio per plura Sæcula laudabilem Regiæ Vnctionis Ceremoniam illibatè obseruarũt, ut latè probat Thom Boz. *in Tract. Imperia pendere à Virtutibus, aduers. Macchiauel. cap.* 13. *fol.* 113. Ambrosi. de Moral. *Histor. Hispan. lib.* 12. *cap.* 41. 57. *&* 58. Loays. *ad Synod. Toletan. sub Gundemaro, fol.* 277. *& in Not. ad Concil. Toletan. IX. cap.* 10. *fol.* 475. & alij quam plures congesti à Valdès *de Dign. Reg. Hispan. cap.* 14. *num.* 6. 7. *& seqq.* Augustin. Barbos. *de Potestat. Episcop. allegat.* 31. *num.* 9. cui addo Petr. Gregor. *de Rep. lib.* 8. *cap.* 1. *num.* 11. D. Roderic. Ximenez de Rada *lib.* 3. *Hist. cap.* 1. venustè, & doctè Ioan. Iacob. Chiflet. *in Nou. Disquisi. de Ampull. Remens. cap.* 16. *per tot. pag.* 78. ubi ex Bellesorestio, Faucheto, & Vallesio, Isidoro Hispalẽs. & alijs antiquiorẽ esse in Hispania, quã in Gallia Regię Vnctionis vsum probat; quia nimirum in Gallia Pipinus, & Carolus Magnus primi inuncti leguntur, Recaredus autem, qui Pipinum sesqui sæculo ad minimum præcessit, iam inunctus fuerat, ergò, &c. Hùncque morem in Hispanià, per plura sæcula conseruatum esse probat, schemate adducto Regum Gothorum, qui inuncti sunt, & eorum, qui post instaurationem, Cæremoniam ipsam retinuerant, quorum numero primi accensendi nostri fortissimi, atque pijssimi Nauarræ Reges, Garibay de Zamalloa *in Compend. Histor. lib.* 26. *cap.* 1. *& lib.* 27. *cap.* 1. Sandoual. *in Cathal. Episcop. Pampilonens. Episcop.* 45. *pag.* 106. & probatur *ex l.* 2. *tit.* 1. *lib.* 1. *Recop. Nauarr.* ibi: *Por quanto el Reyno de Nauarra es Reyno antiquissimo, y sus Reyes se acostumbraron Vngir, y Coronar en la Ciudad de Pamplona en la Iglesia Catedral della, segun el fuero del dicho Reyno lo dispone, está ordenado, y se manda por Ley, que el Vngimiento, y Coronacion de los Señores Reyes del dicho Reyno, se haga en la dicha Ciudad de Pamplona, en la Catredal della, &c.* Forumque, quo lex ista alludit est *lib.* 1. *Tit. de Reyes, cap.* 2. de Aragoniæ Regibus Hieron. Zurita *lib.* 7. *Annal. cap.* 1. *& cap.* 28. *& lib.* 10. *cap.* 68. & de omnibus alijs Acuña *de Primatu Bracharens. cap.* 36. *num.* 2. Valdès *dict. cap.* 14. *num.* 12. *&* 13. Barbos. *dict. alleg.* 31. *num.* 9. *&* 10. Petr. Gregor. *dict. cap.* 1. Siccul Marin. *lib.* 2. *Histor.* & copiosè Marsl. Gallic. *lib.* 1. *cap.* 9. *per tot.* vbi omnes, tàm Hispaniæ, quàm exterorum Regum, qui hac Sacra Vnctione vsi sunt, ad eamque ex immemo-

ra-

rabili consuetudine, aut priuilegio Ius habent, singillatim referunt.

153 Ex quibus (ni fallor) apertè conuincitur error Rhenati Chopini, S. Antonin. Forcatul. Caroli Grasal, Chasan. Guillelm. Benedicti Franc. Marci, Ioan. Andr. Domin. Lambertin. Castald. Martin. Lauden. Abbat. Ioan. Ferrault. & Petr. Gregor. apud Valdès *dict. cap.* 14. *num.* 4. *litt. A.* & Barbos. *dict. alleg.* 31. *num.* 11. Chiflet. *dict. cap.* 16. *pag.* 79. *& sequentibus*, existimantium Sacram Vnctionem, proprium, & peculiare Ius Regum Francorum.

154 A limine quoque probabilitatis exterminādi sunt Ioan. Prob. *ad Monach. in cap.* 2. *num.* 3. *&* 4. *de Præben. in* 6. ab eoque Ioann. Honor. *in Summ. Decretal. lib.* 1. *tit.* 15. *num.* 3. And. Vvalen. *in Paratit. ad eumdem, tit. §.* 1. *num.* 5. & quàm plures ex nuper relatis tuto affirmantes: Quatuor tantum Reges de Iure vngi posse: Hierosolymitarum à Patriarcha, Francorum ab Archiep. Rhemensi, Anglorum à Cantuariensi; & Siculorum ab Archiep. Barensi. Quorum omniū conuincitur error ex Textu *in cap.* 1. *§. Vnde in Veteri de Sacra Vnctione*, Ius idem omnibus Hortodoxis Regibus competere decidēti. Nec quod de aliquibus tantum mentio fiat, ideò Ius alijs adimititur, vt docent communiter Canonistæ *in cap. Intelleximus, de Iur. Iur.* Martin Lauden. *de Princip. quæst.* 23. Restaur. Castald. *de Imper. quæst.* 19. *num.* 6. *& quæst.* 36. *num.* 10. Acuña *dict. cap.* 36. *num.* 1. Selua *de Benefic. part.* 1. *quæst.* 5. *num.* 164. *&* 165. Gregor. Lop *in l.* 13. *gloss.* 1. *titul.* 4. *part.* 1. Valdès *dict. cap.* 14. *num.* 4. 6. *&* 15. & ab eo August. Barbos. *d. allegat.* 31. *num.* 6. *& seqq.*

## QVÆSTIO. X.

### Quomodo hæ differant Potestates Forma, seu Modo Politiæ.

1 QVum abundè suprà maneat probatum Remp. sine Imperio consistere non posse, Christianamque Ecclesiasticō, & Sæculari Imperio constare, quumque à principio ostēderimus Vtramque Potestatem in illa generica regēdi ratione conuenire: Nūnc differentiam ipsius administrandæ Potestatis in Vtraque requirimus; ex optatam Methodum obseruare curantes.

2 Hanc ex præcipius Tractatus nostri Quæstionem non dubitabunt scientes præcipuum Hæreticorum hujus Sæculi Nixum, Conatum, & Scopum esse Monarchicham Ecclesiæ Politiam. Seu Regimen euertere, illamque in Aristocraticam, & in aliàs formas pro Libito conuertere, vt videre est apud Apostatam Archiepiscop. Spalatensem Marc. Ant. de Dominis *lib.* 1. *de Rep. cap* 12. relatum, rejectum, & Conuictum à

Ni-

Nicolá Choeffetau Episcopo Massilienſi *in Apol. contra Eum, tom. 1. pag. 296.* In idemque deliriũ prolapſi ante afuerant insaniẽtes alij de perditiſsimi Homines conuicti ab Eminentiſs. D. Cardinali Bellarmino *tom. 1. controu. 3. Generali de Rom. Pontif. lib. 1. cap. 1. & ſeqq.* in cujus defenſione plura cummulat Iacob Gretſerus *tom. 2. pag. 403. & ſeqq.* & poſt hos, nouiſsimè Matthias Corona *de Poteſt. Infallibili Sedis Apoſtolicæ, tract. 1. cap. 1.* Quum ergò præcipuum Sacro-Supremæ Poteſtatis Fundamentũ ſit Monarchichum Gubernium à Chriſto Petro dattum; quum illi Matth. 16. dixit: *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam.* Cajetan. Teſte *de Authorit. Papæ, cap. 1.* & fatente de perditiſſimo illo Apoſtata, *d. lib. 1. cap. 6.* apud Coeffetau *citato, tom. 1. pag. 96.* Ere arbitrati ſummus affore Quæſtionem iſtam radicitus examinare, & Monarchiam Eccleſiæ pro Modulo noſtro, firmare, & ſtabilire. Quod vt commodius adſequamur ſit.

## §. I.

### Quid? & quotuplex Politia in genere ſit?

3 VT Firmius in iſtius difficultatis reſolutione procedamus, Duo neceſſario præmittenda ſunt. I Reipublicæ eſſentiam non pendere à Bonitate, vel Vitio Inhabitãtium, vt perperam exiſtimarunt Luterani, & Caluiniſtæ apud Nicol. Coeffetau *in Præfat. Apolog. pro Monarch. Sacra Eccleſ. Catholic. cõtra Marc. Anton. de Dominis:* Omnibus ſiquidem Sanæ mentis notiſſimum eſt Reip. corpus in ſe conſideratum, auertendum, ſeparandumque eſſe ab accidentibus, quæ Qualem quidem, Bonam ſcilicèt, aut Malam faciunt Rempub. eius tamen ſpeciem non mutant; ad eã enim non pertinent accidetia, ſed Perſonarum numerus, quæ ad Poteſtatem ſummam adminiſtrandã admittuntur. Numerus ergò Perſonarum ſummam Poteſtatem in Repub. non autem accidẽtia eius Politiam mutare facit, vt fuſſe probat Hening. Arniſæus *de Doct. Polit. dict. cap. 7. pag. 194.* cui faucẽt Adam Contzem *dict. lib. 1. Polit. c. 14. §. 1.* Lipſ. *de Doct. Ciuil. lib. 2. c. 1.*

4 II. præmittendum eſt Imperium ad conſeruationem Reip. ſimpliciter neceſſarium eſſe. Cicer. *lib. 3. de Legib.* Ariſt. 1. *Polit. 3.* Senec *lib. 1. de Clementia*, Lipſius *in Polit. lib. 2. cap. 1. mox à principio.* Imperium autem hoc, Politia communiter appellatur, eamque eſſe dicitur: *Quandam ordinem ſimul Habitantium. Principem agendo, vel ei ſubijciendo,* vel: *Principatum eſſe conſuetudinem rerum, juxta quam omnes viuere, & conuerſare oportet,* vt ex Ariſtot. *lib. 3. Polit. & lib. 1. Rether. ad Theode-*

& *cap.* 8. vberrimè probat Petr. Gregor. *in Prælud. Boni I. C. lib.* 2. *cap.* 27. *num.* 7. cui addo S. Thom. *de Regimine Princip. lib.* 1. *cap.* 1. dicentem: *Si ergò naturale est Homini, Quod in Societate Multorum viuat, necesse est in Hominibus esse per quod Multitudo regatur.* Inferiusque subdit: *Oportet igitur præter id, quod mouet ad proprium bonum Vnius cuiusque, esse aliquid, quod moueat ad bonum Commune Multorum, &c.* Quàm amplexus est Theatr. Vitę Human. *tom.* 6. *litt. P. verbo Politia, & Politico, pagin.* 500. *col.* 2. *in fine,* aliam generaliorem adducens ex Alberto Magno 1. *Ethic. lib.* 7. *cap.* 8. *Quod sit videlicèt architectonica omnium artium Mechanicarum, & Doctrinarum Moralium.*

5 Vtque eius notitia perfectè vndequaque hauriatur quo ad Ecclesiasticæ Potestatis originem, huc reuocanda sunt omnia, quæ suprà *hoc ipso Fundamento* adduximus circa veram, & primariam Temporalis Potestatis originem, quibus hic opus esse haud dubitari poterit, quum enim ibi probauerimus à Populo suam essentiam mutuatam esse Sæcularem Potestatem, & eius creandæ causam adsignauerim, ex ibi adductis Originem Politiæ planè ostendendam non dubitamus; nùnc tamen breuiter dicimus Quod à Naturę Lege Homo ad societatem impulsus, adjuvāte externa cōmoditatis causa, societatē ad inuenit. Arist. 1. *Polit.* Covar. *PP. QQ. c.* 1. *n.* 2. S. Tho. *lib.* 4. *de Regim. Princip.* Bertacol. *de Clausul. Glos.* 24. *Claus.* 26. Hector. Felic. *de Societ. in Proœm. num.* 17. Hanc autem societatem quum absque Capite consistere non posse Lumine ipso Naturæ cognoscerent Homines, illud Sibi præficere, & constituerunt. Et sic ad Essentiam Politiæ pertinet Iure Naturæ, ut reliqui ab Aliquo Supremo regantur. Vndè dixit Arist. 3. *Polit. Politia est Ordo quidam Incolentium Ciuitatem in Dominatione, & Subjectione consistens.*

139 Hinc communiter docent Politici Rempublicam constare mutua iuste Imperantium, & Parentium Obligatione, & Iure: Petr. Gregor. *de Repub. lib.* 4. *cap.* 5. Althusius *cap.* 9. *num.* 3. & 4. Georg. Schonborner. *lib.* 1. *Polit. cap.* 4. Et Omnem Humanæ Societatis Legitimam Gubernationem pendere ab Imperandi, & Parendi lege. Bodin. *lib.* 1. *de Rep. cap.* 2. *pagin.* 22. Quam ob rem arcta quadam Catena deuinctos esse qui imperantur cum Imperante Lipsius protulit *in Præfat. Polit.* & probauit. *lib.* 2. *de Doctrin. Ciuil. cap.* 1. cui adstipulatur Adam Contzem. *lib.* 1. *Politicor, cap.* 14. §. 1. dicens: *Essentiam, seu Animam Reipub. esse Cœtum ex Hominibus Rempub. constituentem; eamque esse Imperantium, & Obedientium Harmoniam.* Ordo ergò hic Naturalis deposcit ut sint, qui imperent; sint, qui pareant; nam quum Politia semper ab Humana Societate pependerit, & aminimis certis Gradibus; ad Maiores usque peruenerit, ut latè probat Beyerlinch. *in Theatr. Vitæ Humanæ, to.* 6. *lit. P. pag. mihi* 501. *col.* 1. nequit non habere Superiores qui imperent,

& Inferiores, seu Subditos, qui pareant.

7 Huiusmodi Politia ut Genus generalissimum considerata. Seu Imperium in genere cõtemplatum describitur: *Quod sit Summa, & Legitima Reipub. Potestas in Personas, ac Res Sibi subjectas.* Thob. Paurmeistier *de Iurisdiction. lib.1. cap.3. num.1.* & Nos luculentissime *supr. Tract.2. Fundam.1. quæst.3. totâ.* Et sub hac consideratione in varias ab aliquibus partitur species Politia hæc. Duas tantum admisit Seneca *de Vita Beata, cap.3.* I. qua Dij, Hominesque continentur. II. cui Nos adscripsit conditionascendi. Easdem numero, licet substantia impares agnouit, Arist. *lib.3. Polit. cap.4.* ubi Diuitias, & Paupertatem esse præcipuas. Vnicasque Reipub. species voluit: & non longe à veritate errasse censemus, si non ad Phisicam, sed ad Moralem Rerum publicarum communem intelligentiam, animum aplicuit, sed hoc potius fieri, quam explicari debe. Ad rem. Polyb. 6. *Historiar.* sex Politię species contemplatus est. Septem etiam adstruit Card. Bellarm. *tom.1. Controuersia 3. Generali, de Roman. Pontifice, lib.1. cap.1. vers. Quanquam.* Patritius autem, *de Repub. lib.1. tit.14.* alias excogitauit: omninò diuersas, Omnesque Authores isti veras, & bonas Politiæ species cum falsis confundunt. Vnde attendendi non sunt.

8 Verior ergò Politiæ, seu Imperij Diuisio est à Nobis tradita *dict. quæst.3.* ubi ex aliquibus probatissimis Scriptoribus ostendimus, quod nùnc alijs adhibitis repetemus, & rursus exornabimus Politiam, nimirum, seu Potestatẽ istam, vel penes *Vnum* esse, & tùnc dici *Monarchiam*, vel *Principatum*, Bodin. *de Rep. lib.2. cap.1.* Althus. *c.39. num.4.* vel penes *Paucos*, & quidẽ *Optimates*, & tùnc dicitur *Aristocratia.* Petr. Greg. *de Rep. lib.5. c.1.* Bodin. *eod. tract. lib.2. c.6. & li.6. c.4.* vel penes *Vniuersos*, aut *Majorẽ Populi Partem*, ita vt Omnes Singulis imperẽt, & Singuli omnibus obtemperent, sintque Vices *Parendi*, & *Obtemperandi*, & *Democratia* dicitur, Arist. *lib.3. Polit. d.c.4. & cap.11. & lib.4. c.2. & lib.6. c.2. atque li.8. Ethicor. c.10.* Petr. Greg. *de Rep. l.b.4. cap.5.* Plutarc. Homer. Arist. & Franc. Patr. laudati à Ioann. de Pineda *in Monarch. Eccles. Præfat. §.2. mox à princip.* cui addo Tacit. *lib.3. Annal.* dicentem: *Nàm cũctas Nationes, aut Vrbes, Populus, aut Primores, aut Singuli regunt*, clarius S. Thom. *lib.1. de Regim. Princip. c.1.* vbi Hier. Salcedo *vers. Contingit autem in Commentar. num. 3. & in Dissertat. à num. 24.* aliqua congerens, eique adnectimus S. Thom. 1.2. *q.95. art.4.* Patrit. *de Rep. lib.1. tit.1. & tit.4.* Simanc. *eod. tract. lib.2. cap.2. & 3. num.17.* Adam Contzem. *lib.1. Polit. cap.15.* Besold. *in Synopsi Polit. part.1. cap.3.* Heningus Arnisæ *de Doctr. Polit. cap.7.* Plato *in Dialog. de Regno*, Symplic. *lib.1. Physic. Text.16.* Henric. Hænon. *Disput. Polit. 9. num. 3. litt. A.* Schonborner. *lib.5. Polit. cap.1.* Bouadilla *in Polit. lib. 1. cap. 1.* Henric. Henriq. *de Rom. Pontif.*

*Claue, lib. 3. cap. 16. §. 4. lit. K. & lib. 4. cap. 1. §. 2. toto.* Franc. Boz. *de Temporal. Eccles. Monarc. lib. 1. cap. 7 & cap. 10.* Quibus omnibus addo S. Aug. *de Ciuitate Dei, lib. 2. cap. 21.* vbi docet: Tùnc esse Rempub. id est Rem Populi, quum bene, ac juste geritur, siue ab Vno Rege, siue à Paucis Optimatibus, siue ab Vniuerso Populo, vbi Leonard. Coquæus *Verbo siue ab Vno* aliqua.

9 Sunt qui Quartam, ex legitimis Tribus resultantem Politiæ speciem adsignent: Mistam scilicèt, quàm ad esse dicunt, quum Reipub. Imperium ita suis attemperatur Partibus, vt singulæ à sua Majestate aliquid remittant, sicuti Elementa remittere necesse est, quando perfectè miscentur. Plato *lib. 3. & 6. de Legibus, & 8. de Rep.* vbi non tantum consentit dari talem Reipub. speciem, sed cæteris omnibus Eam præferri cupit, *& 3. de Legib.* stabilissimam esse demonstrat. Quæ Sententia Isocratis quoque fuit *in Areopag.* Polyb. *lib. 6. Historiar.* Aristot. *lib. 4. Polit. c. 9.* Et concedunt omnes alij. Apulejus, Cicer. Contar. Tho. Morus, Adrian. Turneb. Picolomin. & Machiauell. adducti ab Arnisæo *de Doctr. Politica, c. 8. pag. mihi* 209. Beyerlinch. *in Theatr. Vitæ Human. tom. 6. lit. P. pag. 501. col. 1.*

10 Eam tamen rejiciunt, plura in speciem istam opponentes Bodin. Zachar. Frider. Iacob Bornit. Daniel Otho. & alij relati à Besoldo, *lib. 1. Polit. cap. 8. à n. 2.* cui addo Petr. Gregor. *de Rep. lib. 5. cap. 1.* & prolixius omnibus Bodin. *cod. tract. lib. 2. cap. 1.* Melch. Iun. *Politicar. QQ. part. 1.* Quos etiam allegat Arnisæus *dict. pag.* 209. De eorumque Dissidio latè disputat Hieronym. Salcedo *dict. Dissert. 3. num. 29.* Videndus. Antequam Sententiam nostram circa difficultatem istam proferamus sit.

## §. II.

## Ec quæ ex memoratis Politiæ speciebus perfectior, & aptior sit, atque Reipublicæ Vtilior?

11 OMnes ferè Politici cõueniunt Monarchiã esse Durationi aptiorẽ, & Reip. commodo vtiliorẽ, & in se consideratã perfectiorẽ, Simanc. *de Rep. lib. 3. cap. 2.* plures allegans Lipsius *de Doctr. Ciuili, lib. 1. c. 2. ver. Sed quæ ex his,* Hening. Arnisæus, *cod. tract. ca. 9. pag. 246.* Christoph. Besold. *in Synopsi Polit. lib. 1. cap. 3. de Imperio, num. 7.* Petr. Greg. *de Rep. lib. 5. cap. 3. num. 15.* Adam Contzem. *lib. 1. Polit. cap. 21. §. 9* Hieronym. Salced. *in Opuscul. S. Thom. de Regim. Princip. lib. 1. cap. 2. Dissert. 4. num. 47.* singulariter Tacit. *lib. 1. Annal.* dicens: *Eam conditionem esse Imperandi, vt nõ aliter ratio conset, quàm si Vni reddatur, &c.* quẽ Florus, aut imitatus est, aut firmauit his verbis (apud Ludou. Dorleans *in præalleg. Tacit. locum, pagin. 27. num. 15.*) *Gratulandum in tanta Perturbatione est, quod potissimum*

ad

*ad Octauianum Cæsarem Augustum Summa rerum rediit, qui sapientia sua, atque solertia perculsum vndique, & perturbatum ordinauit Imperij corpus: quod numquam coire, aut consentire potuisset, nisi Vnius Præsidis Nutu, quasi anima, ac mente regeretur, &c.* Homer. *Iliad.* 1.

*Non bona est Multorum Dominatio, Vnus Dominus esto,*

Et præ omnibus S. Hieronym. *ad Rustic. Monach.* scribens, ait: *Grues vnam sequuntur Ordine litterario; Imperatur Vnus; Iudex Vnus Vnius Prouinciæ. Roma vt condita est, duos Fratres simul habere Reges non potuit, & Parricidio dedicatur. In Rebeca Vtero, Esau, & Iacob bella gesserunt, singuli Ecclesiarum Episcopi: singuli Archiepiscopi: singuli Archidiaconi, & Omnis Ordo Ecclesiasticus suis Rectoribus innititur. In Naui Vnus Gubernator; in domo Vnus Dominus; in quo vis grādi exercitu Vnius signum expectatur, &c.* Atque ante Eum S. Cyprian. *ad Demetr. Quos Vnius Veri suscepit hospitium, Vnius Regni non capit consortium.* Dorleans *dict. n.* 15. adducens hæc ex Veteribus Laconicis Francię, quę extare inquit in ædibus publicis Parisior. *Vnus Deus; Vna Fides, Vnus Rex, Vna lex,* atq; etiã allegat Asinium Gallum dicentem: *Non id circo interrogatum, vt diuiderentur; quæ separari nequirent, sed vt sua cõfessione arguetur: Vnum esse Reipub. corpus, atque Vnius animo regendum, &c.*

13 Nec dissentiunt nostri I. C. Martin. ab Azpilcueta Nostras Egregius Canonistarum communi Præceptor *in Cap. Nouit. nota b. 3. n. 174. de Iudic.* Cagnol. *in Epist. de Vita, & Regim. boni Princip. num. 46.* Oldrad *cons. 204.* Bal. *cons. 235. col. 2. lib. 3. in Antiq.* Anchar. *cons. 339. n. 3.* Catelian. Cotta *in Memorabil. Verbo Princeps,* & propè in numeri adducti à Marzar. *cons. 25. vers. Et quoniam, fol. 241.* Tyber. Decian. *cons. 19. nu. 24. & 25. lib. 3.* Ioan. Corras. *in l. 1. §. Hujus studij, ff. de Iustit. & Iure.* Anton. Fab. *in C. Rer. in Sabaud. Iudic. lib. 1. tit. 1. versic. Prima propositio in fine.* Adamus Blacuodęus apud Pictones Regius Consiliarius *in Dialogo de Iure Regni, & pro Regibus Apologia contra Georg. Buccananum, cap. 7. pagin. 39.* Guillelm. Barclajus Ducis Lotharingiæ Consil. & Academiæ Pontimusanæ Decanus, *de Regno, & Regali Potestate aduersas Buchananum, Brutum, Boucherium, & reliquos Monarchomacos, lib. 1. pag. 34.* vbi Buchanano suadenti Vtilitatē Regiminis Multorum respondit, ait: *Opinionem illam communi omniū de Rebus publicis rectè philosophantium consensione reprobari; ita vt totius Antiquitatis Iudicio huic causæ iam sit factum præjudicium. Quipè inter varias Reip formas Monarchiam præcellere Viri Graues, Philosophi, Oratores, Poetæ, Historici, atque ipsi etiam Theologi, & Iuriconsulti tradiderunt, &c.* relatisque in margine Platone, Aristotele, Philone Iudæo, Isocrate, Homero, Dion. Cass. Plutarch. Herodot. S. Athanas. S. Chrysostom. S. Iustin. & S. Hieronym. atque Iustiniano subdit: *Quo nuper imprudentior Caluinus, imò verò impudentior, cui*

*tot Sanctorum, & Sapientum Virorum cõcors sententia displicuit: Equidem si in se considerentur, inquit, tres illæ, quas ponunt Philosophi, Regiminis Formæ, minimè negauerim, vel Aristocratiam, vel temperatam ex ipsa, & Politia statum, omnibus alijs excellere. Quà propter* (concludit Barclajus) *Mihi aduersus Eum nouo nùnc Iudicio experientem Rei Iudicatæ exceptione vtilicèt, &c.*

14 Conspirãtque PP. S. Cyprian. S. Augustin. & S. Hieronym. iam relati S. Athanas. *in Oration. contra Idola.* S. Ioan. Chrisostom. *Homil. vlt. in Epist. ad Heb.* S. Iust. *in Orat. Exhortator. ad Gentes.* S. Thom. *locis suprà relatis, & 1. part. quæst. 103. art. 3. & lib. 4. contra Gentes, cap. 36.* Atque etiam Theologi. Iam relati, quibus nùnc addimus Bellarm. *tom. 1. controuers. 3. Generali, lib. 1. cap. 2.* plures congerentem, & eum contra impijssimos & Mendaces Caluinistas defendentem, Iacob. Gretserum *in Defensor. tom. 2. lib. 1. cap. 1. & 2. col. 403. & pluribus sequentibus.* Nicol. Coeffetau. *in dict. Apolog. Sacra contra Marc. Anton. de Dominis, tom. 1. in Discus. cap. 12. lib. 1. pag. 304. & seqq.* & nouissimè Matthiam Corona *de Infallib. Potest. Sed. Apostol. Tract. Fundam. cap. 1.* vbi allegat Lezanam, Thom. à Iesu, Tamburin. & alios Recentiores, quos, & alios, id potius supponentes, quàm probantes, libenter omisimus.

15 His sic juxta Aliorum Iudicium, à Nobis prælibatis restat nùnc nostram depromere Sentẽtiam, & quidem cum Catholicis acturi, penè otiosa hucusque dicta, & in posterum dicenda apparerent; omnibus siquidem in conperto est Monarchiæ speciem optimam omnium: Ast quum impijssimi Caluinismi, & Luteranismi Ministri, alijque Catholicæ Ecclesiæ Hostes, in speciem istam acriter insurgant, existimantes, quod expugnata Monarchia in genere. Ecclesiæ Hierarchia est ruitura; iterum suscitare cogimur veterẽ istam quæstionem iam olim apud Persas, recuperato Regno, à Septem Conjuratoribus Magis, grauissimè disputatam, & deliberatã, vti *ex Tribus illis Orationibus pulcherrimis, & doctissimis*, ab Herodoto adductis, Otanis *pro Democratia*, Megabisi *pro Aristocratia*, Darij *pro Monarchia*, apparet.

16 Sunt quidem in qualibet forma sua commoda, & præcipua quędam incommoda, adeò vt nulla omnibus numeris absoluta, & perfecta dici possit Halicarn. *de Reb. Gest. Roman. lib. 3. Thalia inscripto* cujus meminit Card. Bellarm. *dict. lib. 1. cap. 2. vers. ex Historicis.* In Regio Statu est virtus; in Optimatibus Diuitiæ: in Democratia Libertas. Cicarellus *Sup. Liu. Discurs. 1.* Author, *de Iurib. Princip. conclus. 6. litt. A.* Rursus cõsiderant: Quod Monarchia facilè degenerat in Tyrannidem, est autem Tyrannis, quæ Monarchiæ finem omninò peruertendo, propriam commoditatem Imperantis, communi vtilitati anteponit, contra Ius, fasque, Bart. *in tract. de Tyrannide, num. 1.* Gigas *de Crim. Læsæ Majestatis, quæst. 65. num. 8.*

&

& 10. Beninca *in §. Actionum 28. Inſtit. de Actionib.* Paul. de Caſtro *in l. Sacris, C. de Diuerſ. Reſcrip.* Greg. Lop *in l. 10. tit. 1. part. 2. verbo Tyranno.* Ariſtocratia facilè in Oligarchiam deflectit, quæ eſt conſpiratio Paucorum, quà nihil Reipub. pernitioſius. Democratia etiã in Anarchiam, quæ eſt mera confuſio, facillimè mutari poteſt, Laur. Beyerlinch. *in Theatr. Vitæ Humanæ, dict. tom. 6. litt. P pag. 501. col. 1.*

17 His tamen, & alijs quæ in eorum comprobationem adducta olim fuerunt à Gentilibus, & poſtea ab Hæreticis reuocata ſunt, & alia ad inuenta; tanquam irrefragabile Principium, & axioma Politicum ab omnibus ſanæ mentis inconcuſsè admiſſum, & à ſolis Deliris Hominibus impugnatum, cenſemus optimam omnium Politiæ ſpecierum eſſe Monarchiam in Genere cõſideratam, Eamque aptiorem eſſe Durationi non dubitamus, vtiliorem que cõmuni vtilitati experimur, & probamus. I. Ea Gubernandi ſpecies optima omnium cenſeri debet, & ideò deſiderabilior, & amabilior cæteris, quæ ad D. O. M. Regimẽ proximè accedit, eius enim inſtitutum, & eius Deſiderium Naturæ ipſi à Deo ingenitum videtur Anton. Fab. *dict. lib. 1. tit. 1. verſ. Prima Propoſitio.* Guillelm. Barclajus *contra Monarchomac. lib. 2. pag. 79. verſ. Animus Humanus.* II. quia ſtatus Monarchicus eſt antiquiſſimus Omnium, Iuſtin. *lib. 1. Hiſt. in princip.* Cicer. *lib. 3. de Legibus, l. 2. §. Quod ad Magiſtratus, & l. 4. ff. de Orig. Iur.* fuſſe Barclaj. *dict. lib 2. pag. 75. & 76. 79 & 80.* vbi ſolidiſſimè primam Antiquitatem Monarchiæ attribuendam eſſe demonſtrat, ex eo præcipuè quod initium eius ignoratur, Petr. Gregor. ab ipſa Hominis Diuina Formatione principium adſignat *lib. 19. de Rep. cap. 1. ſect. 2.* S. verò Auguſtin. *lib. 15. de Ciuit. Dei, cap. 20.* Cainum I. Monarcham fuiſſe docet innixus, *Gen. 4. 17.* At Chriſtian. Matthias *in Theatr. Hiſtoric. Monarch. l. pag. 29. col. 2. in med.* Nimrodum primum Monarcham verum pronuntiat, cujus opinioni Nos infrà, *tom. 2. tract. 3.* adhæremus, eamque latè communimus. Vndè incertum, Antiquiſsimum tamen Monarchiæ initium ſatis conuincitur. III. Quia Monarchica Politia eſt Ordini Naturæ conuenientiſsima; ſiquidem in Apibus Princeps Vnus eſt, Grues Vnum ſequuntur Ordine litterario. *Can. In Apibus 7. quæſt. 1* Plin. *lib. 11. Natur. Hiſtor. cap. 17.* Quæ autẽ Bruta faciunt concitatione Naturæ, ea ſi ab Hominibus, concurrente etiã ratione fiant, Iure Naturali fieri dicuntur. Cujac. *in Not. ad tit. Inſt. de Iur. Nat. Gent. & Ciuili.* Quum ergò omnia ferè Animalia Vnum Monarcham elegiſſe appareat, Monarchiam in Hominibus à Iure Naturali deſcendere, non violenter affirmabitur, & latè probat Barclajus *dict. lib. 2. pagin. 80. verſ. Et verò nequis.* IV. commodius nãque, & pacatius multo ab Vno, quam à Plurimis gubernatur argum. Text. *in l. 3. §. Apparet, ff. de Adminiſt. Tut. l. 2. §. Nouiſsime,* vbi

Ac-

Accurs. Bald. & Alberic. *ff. de Orig. Iur.* Couarr. *PP. QQ. cap. 1. num. 5.* & fauet vulgare illud Carmen.

*Segnius expediunt commissa negotia plures.*

Ruger. Rulant. *de commiss. part. 1. lib. 2. cap. 24.* Alijs satis pulchris rationibus statum Monarchicum defendunt Barclaj. Adam. Blacuodæus, *ll. cc.* & Batt. *in suo tract. de Regim. Ciuit. num. 8. & seqq.* A quibus plura alia à Nobis libenter Omissa addi poterunt: Hæc enim Traditioni nostræ sufficere judicauimus. Plura alia breuiter, & eleganter dicta videre cupiens Lipsi. addat. *lib. 2. de Doctr. Ciuil. cap. 2. toto, & Monitor. Politicor. lib. 2. cap. 1.*

18 Licèt simplicem Monarchiam cæteris anteponamus speciebus, & anteponendam esse non dubitemus; placuit tamen Bellarminij Sententia: ait enim *citato lib. 1. cap. 1. vers. Nos verò B. Thomam*, ibi: *Nos verò B. Thomã, alioſque Theologos Catholicos ſequuti ex Tribus ſimplicibus Formis Gubernationis Monarchiam, cæteris anteponimus: quamquam propter Naturæ Humanæ corruptionem vtiliorem eſſe cẽſemus Hominibus, hoc tempore Monarchiam temperatam ex Ariſtocratia, & Democratia, quàm ſimplicem Monarchiam; modo tamen primæ partes Monarchiæ ſint, ſecundas habeat Ariſtocratia poſtremo loco ſit Democratia.*

19 Cujus authoritati innixi reſoluendam ſuſcipimus Difficultatem illam *in fine præcedentis §.* Exortam: An ſcilicèt detur Miſta Monarchia? Et tuto affirmamus non ſolum Eam dari, imò potius nullum vſquam legitimum extitiſſe Imperium, quod Temperati, ſeu Miſti Naturam non induerit; nam quum à Summa Poteſtate Reipub. Formę deſcẽdant; illaque à Iurium Majeſtatis vſu dignoſcatur; indè Supremi Imperij Iura Maximæque Poteſtatis Notæ, ac quaſi inſignia, & Functiones dimanant: nam ſi non omnia, vel ſolus, ipſamque Legibus ſolutam Poteſtatem, ſi nõ per omnia Rex, Populus, aut Senatus Imperans, habeat, Miſtam, non vniformem Dominationem habet, vt propè innumeris relatis docet Beſol. *l. 1. Politic. cap. 8. §. 1. num. 1. & 2.* qui nullam vſquam extitiſſe Monarchiam legitimam, in qua Monarca vniformem iſtam Dominationem habuerit latè probat.

20 Quod autem nec habere poſsit, argumẽto Nobis eſt Reſp. Romana, quæ inter Antiquos Iuſtitiæ integritate crebro commendatur. Dionyſ. *lib. 2.* Lib. *Hiſtor. lib. 1.* ibi: *Nulla vnquam Reſpub. nec Major, nec Sanctior, nec bonis exemplis ditior fuit, &c.* Cœl. Rhodig. *lect. Antiq. lib. 18. cap. 25.* Ammian. Marcel. Lib. *lib. 4.* Sydon. Apollin. *lib. 1. Epiſt. 6.* Et tamen Reſpub. hæc ſemper hujuſmodi temperata Politia vſa eſt, & penes Eam conſeruata; à principio namque Monarchia cum Democratia Romæ miſta fuit, poſtquam ſeruius Tullius multa Patribus permiſit. Alberic. Gentil. *de Iuriſdict. lib. 3. cap. 2. fol. 683.* Beſold. *dict. cap. 9. num. 11. & de Appellator. Iuuamine, cap. 1. num. 4.* Pulſis Roma Regibus, Miſ-

ta

ta quoque in illla remanſit Politia ex Ariſtocratia, Conſulibus, & Democratia Populo, conſtante. Poſtquam Senatus Magnum Iurium Majeſtatis eum mulum ſibi adrogauit, licèt multum authoritatis Populo abſtulerit, ſemper tamen aliqualem ei permiſit Gubernationem, ſufficientem equidem ad hanc Miſtæ Reip. Naturam cõſeruandã, vt ex ipſis Senatus conſultis apparet, & præcipuè *ex l. 9. ff. de Legibus*, cum pluribus aliis cõgeſtis, à Franc. Connano *lib. 1. Cõmentor. cap. 14.* Petr. Gregor. *lib. 42. Syntagmat. cap. 25.* Dionyſ. *lib. 3. & 4.* Agell. *lib. 14. Noctium Attic. cap. 7.* & ab Scribentibus *in §. Senatus Conſultum, 5. Inſtit. de Iure Natural. Gent. & Ciuil.* Alia autem ad Miſtam Politiam attinentia videnda relinquimus apud Beſoldum *ll. cc.* ſolumque Nobis dixiſſe ſufficiat Quod in hoc Statu Miſto deflectit quidem Imperium Monarchicum à Regula ſuæ Naturæ, non eam tamẽ penitus exuit, ſed Dignius, ac Valentius nomen conſeruat, & ſequitur; hincque propriè Monarcha appellatur, & Rex, qui non niſi Status Miſti Princeps eſt, vt probat Beſold. *dict. cap. 8. numer. 2.*

## §. III.

## An ſub aliqua ex memoratis Politiæ Speciebus ita propriè gubernari poſsit Sacro-Suprema Poteſtas, vt ratione illius conuenire, aut differre cum Sæculari, vel à Sæculari poſsit?

21 DIfficultatem iſtam exagitare decreuimus, vt nugamenta Hæreticorum dilueremus, qui vt Eminẽtiſs. D. Cardinalem Bellarminum vellicarẽt, nõ pertinere ad Regimen Eccleſiaſticum affirmare auſi ſunt quæſtiones ab illo propoſitas *dict. lib. 1. de Romano Pontifice, cap. 1.* circa Politiæ ſpecies, in eiſque adhibendis fallaciam committere, & migrationem de genere ad genus, vt videre eſt apud Iacob. Gretſerum *in Defenſ. Bellarm. tom. 2. lib. 1. de Roman. Pontif. cap. 1. col. 403. & ſeqq.* Quod vt clarius adſequatur.

22 Obſeruandum eſt Nullum ex Orthodoxis Scriptoribus probare, & confirmare Eccleſiæ Adminiſtrationem, & Gubernationẽ præciſsè ex Politica Gubernatione, & Adminiſtratione Ciuilis Reipub. qua talis eſt (vt Sectarij Calumniatores Bellarmini nugãtur) ſed ex gubernandi forma generatim ſumpta: quum enim apud omnes in confeſſo ſit Eccleſiam egere externa Gubernatione, atque adeò re ipſa gubernari, ſequitur Eam ad alicujus Gubernatricis Formæ præſcriptum gubernari. Hoc tamen intelligitur conſidera-

ta

ta Generali Gubernandi ratione in abstracto, & ad nullam particularem Speciem in concreto descendendo: quum enim quidquid gubernatur, ex aliqua Gubernandi Forma, gubernari necesse sit, Ecclesiam quoque Gubernatione indigentem, & actu gubernatam, ex aliqua Gubernandi Forma, gubernari debere, fateri etiam in viti tenebuntur, ni rationis expertes haberi velint.

23 Generaliter autem considerata Politia, Species suprà relatas habet, quum ergò Ecclesia gubernari debeat, sequitur Eam aliqua ex eis gubernari debere, non sæcus ac Politica, & Ciuilis Respublica, cum quà in genere hoc conuenire necesse est; Memoratæ enim Politiæ Species in genere, neque ad Sæcularem, neque ad Ecclesiasticam Gubernationẽ pertinent, sed ab Vtraque abstractæ, atque abductæ sunt, æqualiter ergò in genere Vtrique conuenire possunt; in specie tamen per suas certas differentias, tàm ad Sæcularem, quàm ad Ecclesiasticã contrahi fateri tenentur, vel Gubernatione omninò Ecclesiam priuare: Postremum nullus Sanæ Mentis hucusque excogitauit. Ergò neque primũ; hac ergò sola ratiocinatione contritã esse patet Cacodoxorum audaciam, qui Verborum Cauillis Obnubilare, nequicquam volunt claritatem Doctrinæ Eminentissimi D. Cardinalis accerrimi Eorum Mallæi. Cui imponere volunt errorem, quem fuccatis quidem, & fallacibus Verbis anxiè defendere, & stabilire conatur in fœliciſsimus Archi-Apostata Marc. Anton. de Domin. *lib. 1. de Repub. cap. 1.* cujus Verba relata à Nicolao Coeffectau *in Apolog. Sacra contra Eum in Discus. lib. 1. cap. 1. mox à principio, tom. 1.* hæc sunt: *Qui de Rep. Ecclesiastica, sicut de pure Humanis Phylosophãtur, Mihi videntur parum à recto tramite ab errare.* Sacrilegam istam assertionẽ, quam probare conatur, doctè quidem, & pie rejicit Illustriſ. ille Masilienſ. Episcopus, vndè Defertore isto conuicto apud Illum videndo relicto, ad Heterodoxos, Bellarminum falsa ista criminatione accusantes, Nos conuertentes Eorum fundamenta omninò spernenda, & pœnitus repellenda tuto affirmamus, & eis expensis clarè ostendemus.

24 Summa autem præcipuorum rationum, seu futilium argutiarum, quibus Heterodoxi innituntur Caluiniſtæ, hac vnica ratiocinatione, seu Discursu circumcluditur: teste Iacob. Gretsero *d. lib. 1. cap. 1. col. 405. vers. Nec quidquam.* Ecclesia corpus est mysticũ; non autem Respub. vna item est Ecclesia, & omnia Ecclesiæ membra Vnius sunt Ciuitatis; Vnus est Ecclesiæ Summus Pastor, & Princeps Iesus Christus, Ecclesia perpetuo manet; Ecclesia nullis locorum, aut temporum finibus circũscribitur; Ecclesia non nisi Christi Legibus necessario tenetur. Denique Ecclesia salutem Animarũ spectat. Respub. pacem externã; ergò Ecclesiæ, & Reipub. administrandę ratio, ne genere quidem Vna aut est, aut esse potest.

Quàm

25 Quam tamen non obſtare facillimè oſtendit Gretſerus, *loc. cit.* reſpondendo: Quidquid ſit de ſingulis Antecedentis partibus, conſequentiam eſſe vaniſsimam; quia ſi quid efficitur; hoc tantum efficitur aliam eſſe ſpecie, nõ genere Eccleſiam, & Rempub. adminiſtrandi rationem. Quod Nemò rectè ſentiens abnuit. Imò, & ex his Caluiniſtis argumentationis Scopus omninò deſtruitur; nã Flacc. Illiric. *lib. de Sermone Sacrar. litterarum*, apud Matth. Coronam *de Infallibil. Poteſt. Sedis Apoſt. tract. Fundam. cap.* 1. *§.* 1. ait Regimen Eccleſiæ eſſe Democraticum, cui Multos Luteranos Se ſubſcribere ait, eoſque omnes multis confundit. Si brandus enim Caluiniſta (apud Eundem Gretſerum *col.* 44. *verſ. Ad extremum*) contendit Eccleſiæ Regimen eſſe Ariſtocraticum, & quidem Ariſtocratia Sæculari, vt contendit Ioann. Brentius, qui ex Inferis emerſit tempore Pauli III. Summi Pontificis, & noſtri Inuictiſsimi Caroli V. & inter præcipuos errores anxiè ſuadere conabatur: penes Principes Sæculares eſſe Eccleſiæ Regimẽ. Prateolus *contra Hæreſes. Verbo Brentius.* Onuphrius Panuin. *in Chronic. ad Ann.* 1549. Florimond. Rimond. *lib.* 1. *de Orig. Hæreſ. cap.* 14. *num.* 4. Matthias Corona *dict. cap.* 1. *§.* 2. *num.* 1. qui in eum validiſsimè inſurgit, *& §.* 3. addit aliã Hæreſim Marci Anton. de Dominis *lib.* 1. *de Rep. Eccleſ. cap.* 3. docẽtis Regimen Eccleſiæ eſſe Ariſtocraticum. Ariſtocratia Eccleſiaſtica quem etiam optimè refellit Author ipſe; omnes autem hæ sũt ex adſignatis Politiæ Speciebus. Ex quibus duæ irrefragabiles deducuntur conſequentiæ. I. ergò juxta Hæreticorum Sententiam Eccleſiaſtica, & Sæcularis Poteſtas quo ad Regimen in genere conueniunt, ſpecie tamen differunt. II. ergò juxta poſtremos iſtos Hæreticos deſpiciendi ſunt in Eminent. D. Cardinal. Bellarmin. inſurgentes à principio ex Gretſero relati.

## §. IV.

## An Sub Monarchia Vna ex memoratis Politiæ Speciebus gubernetur Sacro-Suprema Poteſtas? & qualiter ratione illius à Sæculari differat?

26 FAcillima primo fronte hujus Difficultatis reſolutionem ab omnibus dijudicandam, non dubito, quum perſpicuum Omnibus ſit, ſub qualibèt ex memoratis Politiæ Speciebus Sæcularem poſſe exerceri Poteſtatem; Eccleſiaſticã verò non niſi ſub Monarchica, Barboſa *de Poteſtate Epiſcopi, part.* 1. *tit.* 3. *cap.* 2. *num.* 5. *& ſeqq.* Card. Cajet. *de Authorit. Papæ, cap.* 1. vbi lo-

locum S. Thom. *in* 4. *contra Gentes. cap.* 76. exponit Henric. Henriq. *de Sacram. Ordin. cap.* 25. *§.* 1. *& de Rom. Pontif. lib.* 1. *cap.* 8. *§.* 4. *litt. F. & G.* Mich. Maucler. *de Eccleſ. Monarch. lib.* 1. *cap.* 5. *& cap.* 24. & nullo ex eis relato Franc. Bordon. *in Sacr. Tribun. cap.* 6. *quæſt.* 17. *num.* 52. & præ omnibus Nicolaus Coeffetau *in Apologia pro Sacra Monarchia Eccleſiæ contra Marc. Anton. de Dominis, tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 12. *toto*, & præ omnibus Iacob. Gretſer. *in Defenſion. controuerſ. Card. Bellarm. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 9. *toto.*

27 Idque ratione intrinſeca: Gubernium Eccleſiæ fuit à Chriſto D. immediate inſtitutum, vt docent nuper rellati, & probatur ex Text. *in Can. cum Paulus*, 1. *q.* 1. Cap. *Fundamenta de Elect. in* 6. clariuſque *Can* 1. *& Can. Sacro-Sancta* 22. *diſt.* cum alijs copioſe adductis ab Anton. de Roſſellis *in ſua Monarchia, part.* 2. *cap.* 1. *verſ. Sed contrarium dicitur*, & aliquibus Galliæ DD. adductis, Diana *in Priori Diſcept. de Primatu ſolius D. Petri, ſect.* 3. *verſ. Dicendum eſt igitur, pag. mihi* 361. *poſt tract. par.* 9. Sed quidquid à Chriſto D. immediatè inſtitutũ eſt in perfectiori gradu inſtitutum cenſeri debet, ergò ſub eo inſtitutum Eccleſiæ Gubernium affirmandum procul dubio eſt. Bellar. *de Rom. Pontif. lib.* 1. *cap.* 1. *mox à principio.* Aſt Gubernium Monarchicum perfectius omnibus eſt, vt fuiſſe manet probatum, ergò ſub eo Eccleſiaſticum inſtitutum fatendum erit.

28 Probant Eccleſiæ Monarchicum Guberniũ, & conſtanter affirmant SS. PP. Clemens Roman. *in Epiſt. ad Iacobum Fratrẽ Domini*, Origen. *in Pſalm.* S. Athanaſ. *Epiſtol. ad Fœlicem*, Baſil. *in* 2. *Iſaj.* Cyril. Hieroſolym. *Cathec.* 2. Chryſoſt. *Homil.* 82. *in Ioann.* Nazianzen. *Orat.* 26. Cyprian. *Epiſtol.* 55. Hilar. *in Pſal.* 131. & pluribus alijs, tùm Patribus, tùm Concilijs docet Zachar. Bover. *in Paraneſ. Cathol. in M. Anton. de Domin. part.* 1. *pag.* 15. cui addi poſſunt S. Leo *Epiſt.* 89. *ad Epiſcop. Varinenſ. cap.* 1. & plures alij PP. relati à Grauina *de Catholic. Præſcript. in Continuat.* 2. *par. tom.* 4. *quæſt.* 2. *ar.* 1. *& q.* 3. *art.* 1. Bellarmin. *de Chriſto, lib.* 1. *cap.* 3. *ad finem*, *& lib.* 1. *de Roman. Pontif. cap.* 2. *&* 4. Cajetan. *de Authorit. Papæ, cap.* 1. *verſ. A primo igitur incohando*, quorum verba, licèt ſatis ad rem, non referimus, ob prolixitatem vitandam.

29 Hoc Monarchicum Eccleſiæ Regimen, ſeu Gubernium multis probat Matthias Corona *de Infallibili Poteſtate Sedis Apoſtolicæ Tractat. Fundament. cap.* 1. *§.* 4. vbi varia adducit probationum genera, *& §.* 5. Teſtimonio Chriſti id ipſum probari oſtendit, *§.* 6. Multos Patres id ipſum atteſtantes adducit, *§.* 7. Sacra Concilia in comprobationẽ allegat, *§.* 8. Principum teſtimonia exhibet, *§.* 9. Iure Ciuili id ipſum comprobat, *&* *§.* 10. Hæreticorum argumenta diſoluit, *cap.* 2. Eccleſiæ Monarchiam non eſſe Multicipem penes omnes Apoſtolos probat, *& cap.* 3. Paulum non fuiſſe Petro Collegam in Poteſtate, & Regimine

Ec-

Ecclesiæ multis rationibus, & argumentationibus ostendit, idque probat, §.1. Romanorum Pontificũ seriè, §.2. testimonio Conciliorũ, §.3. Patrũ, & Theologorũ seriè Sæculorum, §.4. Principũ Sæculariũ attestationibus, §.5. Legatorũ testimonio, §.6. Heroinarum Declaratione, §.7. Iure Ciuili, §.8. Hæreticorum confessione, §.9. *& seqq* soluit objectiones ab Hæreticis contra hæc omnia excogitata.

30 Inter Catholicos Nullus est qui dissentiat Monarchicũ esse Ecclesiæ Regimen; Heterodoxi autẽ nullis rationibus, aut persuasionibus conuinci volunt; quia Eorum errores nõ ab Intellectu. Sed à Voluntate libere viuendi procedunt: Vndè ni volũtas attrahatur; Intellectus veritati non cõsentiet, quia in illis pervertitur Diuinus Ordo, juxta quem voluntas Intellẽctui subijci debet: Hi autem Intellectum Mancipium voluntatis efficiunt contra Hos ergò voluntatis seruos, nihil Ratio proficit; frustraque tempus consumitur. Vndè eis relictis, & ad Quæstionem nostram redeuntes.

31 Magna equidem, & non facilis solutionis Difficultas est: An Regimen Ecclesiasticum sit purè Monarchicum? An verò per mistum aliqua ex alijs memoratis speciebus? Eamque licèt imparem viribus nostris agnoscamus, pro modulo nostro explicare curabimus, & claritatis gratia sit.

## §. I.

## An Regimen Ecclesiæ sit purè Monarchicum; An verò per mistum aliqua ex adductis Politiæ Speciebus.

32 ALiqua pro more nostro ad Quæstionis intelligentiã prẽmittere oportet. I. que Regendi ratione cũ ipso Regiminis statu minimè cõfundendũ esse, vt contra Lipsiũ, & Alios monet Christ. Besold. *lib. 1. Polit. c. 5. de Monarchia generat. §. 2. & c. 8. de Reip. statu Misto. §. 1 n. 2.* nàm multis in locis vsu venire solet, vt Resp. ex Legibus, Monarchica sit; vsu tamen, & viuendi ratione, Aristocratice, vel Democratice administretur; apud alios q; ex diuerso accidat, vt Resp. ex Legibus magis sit Aristocratica, aut Democratica, vsu tamẽ, aut moribus Monarchice gubernetur, aut sub aliqua ex memoratis speciebus: quod optime probat Aut. ipse *ll. cc.*

33 II. autem præmittendum est Mistũ non dici Monarchiæ Imperiũ, quũ Supremus eius Gubernator (quocũque ille titulo nominetur aut decoretur) Imperij sui Ordinũ, Populiq; Primorũ sæpius vtatur Cõsilio; non inde tamẽ cũ Iisdẽ aliquatenus cõmunicat Majestaticã Potestatem; quia nimirum Omnes illi, à quibus ex benignitate, vel etiã ex necessitate Consilium illud petere Princeps tenetur, cõsultiuũ tantum suffragium habẽt, quo non obstante Princeps proli-

bito operari potest quidquid sibi bene visum fuerit. Mistum autem propriè dicitur, si non simpliciter consulendi, verũ etiã in simul prohibendi, vel aliqua via impediendi jussa Principũ. Populus, aut Optimates habeant; quia nimirũ Princeps illorũ Consilium, Assensum, vel dissensum obseruare, & sequi teneatur. Christophor. Besold. *lib. 6. Polit. cap. 8. §. 1.*

34 His ergò sic prælibatis Propositæ Difficultati proprius accedentes; Affirmandum videtur Ecclesiæ Regimen non Mistum, sed purè Monarchichũ esse. Quod hac efficaci (ni fallimur) Argumẽtatione cõuincitur. Monarchicũ Regimẽ purũ est quũ Principi in est facultas libere imperandi quod maluerit, nullo obseruato Consilio, vt nuper vidimus, Ast Papæ Potestas, & Facultas hæc cõpetit, ergò eius Imperiũ est purè Monarchicum. Conseq. patet ex dictis. Minor est nota; absurdũ nãque est, vt Vlli subdatur Sedes illa, quæ Diuino ore, cunctis noscitur esse prælata, *cap. Quãto, de Transl. Episc.* At Cõsilium petendo omninò subderetur, & Monarchicũ Regimẽ destrueretur ergò nedũ expectare, sed neq; petere tenebitur. Cõsequentia patet. Min. probant Bod. Zach. Frid. Iac. Bornit. Daniel Otho. & alij penes Besol. *lib. 1. Pol. c. 8. à n. 2.* Pet. Gregor. *de Repub. lib. 5. c. 1.* & prolixius omnibus Bod. *eod. tract. lib. 2. cap. 1.* Melch. *Iun. 1. p. QQ. Polit.* Arnis. *de Doctr. Pol. c. 8. pag. 209.* Hier. Salc. *in S. Thom. de Regim. Princ. Diff. 3. n. 29. & seqq.* qui omnes affirmare cõspirant Mistionem hanc Monarchiæ omninò opponi, multaq; obstare, vt Mista hæc Gubernatio dari possit. I. Duo contraria simul subsistere non posse in summo gradu, qualia sunt Monarchia, & aliæ Politiæ species. II. quod Majestas diuidi nõ potest, vel distrahi; hincque III resultat; nunquã scilicèt fieri per Naturam, & nequidem imaginatione perfici potest, vt summa Potestas, siue Majestas cũ inferiori cõmisceatur. IV. contradictionem involuere esse penes Vnum Supremam, & absolutam Potestatem, & eãdem esse penes Plures. V. Nihil Majestati magis contrarium esse, quàm diuidi, atque communicari. VI. Majestati repugnat ab alio dependere superiori, vt rectè adnotarũt nuper relati, de quacumque Mista Monarchia loquentes: individualiusque de Ecclesiastica differens hæc, & alia põderauit Domin Grauin. *de Cathol. Præscript. in continuat. 2. p. tom. 4. q. 2. art. 8.*

35 Confirmatur q; Summus Pontifex ex Diuino Præcepto tenetur cunctos Fideles confirmare, & instruere, Petro namque (& in eius Persona omnibus Successoribus suis) Dominus dixit Luc. 22. 32: *Et tu aliquãdo cõuersus confirma fratres tuos:* Qui autẽ omnes alios cõfirmare, & instruere debet, præ omnibus debet esse versatus, & instructus. Ergò si Romanus Pontifex Omnes Catholicos debet ex munere instruere, & cõfortare, sublimi scientia, Consilio aliquo nõ indigente, instructus esse debet; prout instructus est, vt pote non tantũ Humanà solertia, scientia, & industria imbutus, sed Diuina Spi-

ri-

ritus Sancti aſsiſtentia etiã gubernatus, & lumine rectus, ergò non indiget Humano Conſilio, ergò fruſtra admittitur Miſta hæc Monarchia, quę ſolum ſubſeruire poſſet ad Conſilium ſub miniſtrandũ.

36 His tamen, & alijs minimè refragantibus Affirmandum eſt juxta veriorẽ opinionẽ Eccleſię Monarchiam in ſe conſideratã, atque ex Natura ſua purè Monarchichã eſſe; vſu tamẽ, atque benignitate Romanorũ Pontificũ æquitati, & ratione ducta Miſtam, ſeu Temperatã Ariſtocratia etiam Eccleſiaſtica.

37 I. Aſſertionis pars ſatis perſpicua redditur ex adductis, §.4. atque ex Chriſt. D. Teſtimonio Mat.16.18.ibi: *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petrã ædificabo Eccleſiã meam.* Quæ quidem verba Monarchiam in Petro ſtabilita n, & in Succeſſoribus continuandam præ ſe ferunt exponẽte S. Greg. *lib.4. Indict.13. Epiſt.32. ad Mauric. Imper.* & alijs adductis à Bec. *tom.5. Opuſ. de Rep. Eccl. lib.2.c.6.* Iac. Gault. *in ſua Chronol. veritate XI.* cui plures alij addi poſſunt ex Authoribus, *d.§.4* allegatis præcipuè Matthias Coron. *de Poteſt. Infal lib. Sed Apoſt. Tract. Fũdament. cap.1.§.4. & ſeqq.* Bellarm. *lib.1. de Rom. Pontif. cap.2.*

38 II. Autem Aſſertionis partem, quàm juxta veriorẽ opinionẽ procedere diximus, quia variæ ſunt circa Eã opiniones, tã Catholicorũ, vt videre, eſt penes iam relatos Authores, quã Hæreticorũ, vt oſtendimus, §.3. multipliciter probamus.

39 I. iterũ ſub ſumpto illo jam à principio propoſito medio: Chriſtus D. Gubernium inſtituit Eccleſiæ in perfectiori gradu, vt ibi probauimus; at gradus perfectior Politiæ eſt à nobis traditus Car. Bell. *lib 1. de Rom. Pont. c.1. verſ. Nos verò. B. Thomã alioſque Theologos Catholicos, ſequuti ex Tribus ſimplicibus formis Gubernationis Monarchiã cæteris anteponimus, quanquã propter Naturæ Humanæ corruptionẽ, vtiliorẽ eſſe cẽſemus Hominibus hoc tempore Monarchiã tẽperatam ex Ariſtocratia, & Democratia, quàm ſimplicẽ Monarchiã; modo tamen primæ partes Monarchiæ ſint, ſecũdas habeat Ariſtocratia; poſtremo loco ſit Democratia, &c.* Quod fuſiſsimè per totũ cõprobat librũ, cui addo Pined. *in Praf. ad Mon. Eccl. §.2.* ibi: *Home. Plut. Plat. y Ariſt. y muchos otros cõforme al inſtinto de Naturaleza, anteponẽ el Gouierno de vn Principe al de pocos buenos, y mucho mas al de muchos, y los Chriſtianos Catolicos lo admitẽ, ſino q̃ le templan diziendo, q̃ debe ſer Señorio Paterno, Blãdo, y Amoroſo, y facil de lleuar, para el qual ſe admiten algunos de los Buenos, y Principales, q̃ ayuden àla vnica, y Suprema Cabeça, à lleuar la carga de tã inmẽſo cuydado de la Alma, y trabajo del Cuerpo, como por conſejo de Ietrò lo hizo ſu Yerno Moyſen, y lo cõfirmò Dios. Eſte es el Regimiento, q̃ el Redentor plantò en ſu Igleſia, y ſiẽpre ſe ha cõſeruado dende èl acà.* Ergò, &c. addenduſq; eſt Nicol. Coeffet. *in Apol. pro Sacr. Monar. cõtra Marc. Ant. de Dom. tom.1. lib.1. cap.12. p.306.* & idẽ Bell. *d. lib.1. c.3.* in cujus defenſione plura congerit Iacob. Gretſer.

40 II. autem probatur. Eccleſiæ noſtræ gubernatio fuit in locum Hæbraicæ Eccleſiæ ſubro-

gata, vt *tract.* 3. latè probabo) sed Ecclesiæ illius fuit temperatũ gubernium non solum, quum sub Iudicibus Populus gubernatus fuit, sed etiam, quum Reges habuerũt, eorum enim quoque tempore fuit Synhedrion Consilium conseruatum, Ioan. Steph. Menoch. *de Rep. Hebr. lib.* 1. *q.* 6. *per tot.* vbi satisfacit obiectioni, quæ in cõtrarium fieri poterat, ab Abul. petita *in* 1. *Reg.* 89 Bellar. *de Rom. Pontif. lib.* 1. *c.* 3. Ergò quũ ex natura sit subrogationis eisdem subrogari qualitatibus Mista debet esse nostra Monarchia.

41 Quàm quidem rationem efficaciter corroboramus auctoritate Ambros. 1. *ad Timoth.* 5. ad illa verba: *Seniores ne increpaueris*; dicẽtis: *Apud omnes vtique Gẽtes est Honorabilis senectus. Vndè Synagoga, & postea Ecclesia Seniores habuit, quorũ sine Consilio nihil agebatur in Ecclesia, &c.* Hieron. *in Epist. ad Eugen.* scribit, quod Ecclesiæ communi Presbyterorum Cõsilio gubernabantur, & in Isai *cap.* 3. ait: *Et Nos habemus in Ecclesia nostrum Cœtum Presbyterorum, id est, Seniorum* Quæ de Synhedrion adhùc in Ecclesia conseruato, à Veteri Lege mutuato, ad nostramque translato intelligenda esse fatetur Grauina *de Cathol. Præser. tom.* 4. *controu.* 6. *ar.* 3.

42 III probatur Assertio, & hucusque dicta corroborantur ex Text. *in cap. Per venerabilẽ, qui filij sint legitimi*, vbi Rom. Pont. asserit, supremam illã Potestatem ad Leuiticũ genus in Lege scripta pertinentẽ ex Diuina Concessione, *Deut.* 17. Ad Se, & Collegiũ Apostolicũ Coadjutorem exiitens, fuisse translatam, sed ibi Monarchica Potestas Aristocratiali attẽperata fuit Leuitico generi cõcessa. Stepha. Menoch. *d. q.* 6. Ergò hæc præ alijs debuit in Ecclesia florere, eiq; à Christo fuit communicata. Conseq. hãc singulariter probo ex Tex. *in cap. Mãdata* 6. *de præs.* vbi Sanctis. Gre. sic rescripsit Maximo Episcopo: *Mãdata Cœlestia efficacius gerimus, si nostra cũ Fratribus onera partiamur.* Vbi Abb. additus Glossæ, *verb. Mandata Cœlestia*, subdit: *Papa loquitur hic de Mandatis Cœlestibus sibi, tanquam Vicario factis circa pascendũ Populũ Dei, nàm efficacius adimpletur adsumendo Multos ad Ministerium.*

43 IV. probatur Hæc mista, seu tẽperata Monarchia in Ecclesia inducta ex benignitate Rom. Pont. innitẽte Rationi Diuinę, & Æquitati Naturali hoc irrefragabili discursu. Illa dicetur Mista, seu tẽperata Monarchia in Omniũ Politicorũ Sententia, quę ad sui Regimẽ aliquos Optimates ad Consiliũ adhibet, quũ præcipuè ardua decernenda sunt negotia. Ast Ecclesiæ Monarchia est hujusmodi, ergò, &c. Conseq. patet. Minor probatur. Romanus Pontifex est Supremus Ecclesiæ Monarcha, in quo Apex, & Vertex Sacro-Supremæ Potestatis residet. Sed Romanus Põtifex ad ardua decernẽda Eminent. DD. Cardinaliũ Cõsilio vti debet, ergò eius Monarchia est Mista, seu Tẽperata, Aristocratia Ecclesiastica Conseq. ex præmissis sequitur. Major licèt sit certa Omnibus Catholicis, & passim in opere obuia eam tamen probamus.

ex

ex Textu *in Can. Nemini 17 quæst. 4.* & aliis adductis à Cataldino de Boncompagn. *in tract. de Potestat. Papæ, num. 100. & seqq.* Barthol. de Spina *eodem tract. num. 12. & seqq.* B. Ioann. à Capistrano *de Authorit. Papæ, 3. p. 2. p. num. 171.* Hieronym. Alban. *de Potest. Papæ, 2. part. num. 171. tract. DD. tom. 13. p. 1.* Valençuela Velazq. *contra Venetos, p. 6. n. 93. & seqq.* Minor autem, in quo est tota difficultas, altiorem requirit indaginem. Magnumque exposcit Indagatorem, vndè Tenuitatem nostram agnoscentes, libēter à Disquisitione ista Nos abstinuissemus; Ast quum Necessitas in Eam Nos in vexerit Omnia ad Difficultatem istam pertinentia sic referentur, vt in vnum Collecta inueniantur, non vt de his quidquam Nos pro nostro tenui Iudicio statuamus, sed vt ea potius Maturioti Sapientum Crisi, ac S. Matris Ecclesiæ Authoritati definienda relinquimus, & sub hac Protestatione ex visceribus emissa sit.

## *OPPORTVNA DISSERTATIO.*

### An Romanus Pontifex ad ardua decernenda Eminent. DD. Cardinalium, Consilium, siue Consensum necessario requirere debeat?

44 ARduam sanè, ac per difficilem Prouinciā hāc aggredi non auderemus, ni tali Nauigationi accinti essemus authoritate tot grauissimorum DD. qui eam hucusque perlustrarunt, atque maximopere illustrarunt, & præcipuè Felin. Dec. August. Beroj. *in Rubric. de Constit. num. 42. & seqq.* Ioann. Monach. Geminian. & Philip. Franc. *in cap. Super eo, de Hæretic. in 6.* Iacobat. *de Concil. lib. 7. art. 5. num. 117.* Alban. *de Cardinal. q. 39.* Barbac. *cons. 1.* Ferdinand. Vazq. de Menchaca *Illustr. Controuers. Iur. lib. 1. c. 23.* Tybet. Decian. *tract. Criminal. tom. 1. lib. 4. cap. 15. à nu. 4.* Cardin. Paleoth. *de Sacr. Consistor. Consultat. part. 1. quæst. 3. tota.* Petr. Aug. de Morla *in Empor. Iur. part. 1. tit. 1. quæst. 3.* Valençuela Velazquez *contra Venetos, part. 6. num. 97. & 98.* Diana *Resolut. Moral. part. 5. tract. 2. resolut. 4.* Iacob. Cohello *in Notitia Cardinalatus, cap. 14.* & alij propè in numeri penes ipsos, qui tamet si Materiam hanc vberrimè tractauerint, vndè eis relatis, Lectorem remittere ad eos possemus; quoniam tamen multa adhùc per difficilia, ac controuersa ad Eisdem, vel relicta, vel satis ambigua, & intricata reliquerunt, ere arbitrati sumus, si ea, quæ Nobis hoc argumento perspicua probabiliter visa sunt, in mediū afferremus; nō quia plus, aut melius, cæteris difficultatem extricare præsumamus, sed vt quæ confuse, ac coacerua-

te, ab aliquibus, quæque me-

ce, & in ordinem redacta ab alijs, tradita sparsim, reperimus in vnũ congesta ob legẽtium oculos proponamus, & sapientiorum Iudicio decidenda relinquamus.

45 Antequam tamen Disputationem ingrediamur, aliqua pro more nostro præmittere decreuimus, quæ instar principiorum Generalium, eius intelligentiæ, & resolutioni sint.

## Sectio I.

### Aliqua pro totius Difficultatis clariori intelligentia prænotantur.

46 I. Ergò præmittimus Omnes, & quoscumque Monarchas Superiorem in Terris non recognoscentes posse attenta Iuris Dispositione decernere ardua quæque per se, nulloque Procerum suorum requisito, aut expectato Consilio, vel assensu, vt communiter docent Scribẽtes ad Text. *in l. 1. ff. de Constit. §. Sed quod Principi placuit, Institut. de Iur. Nat. Gent. & Ciuil. & l. 2. §. Deinde, quia difficile, ff. de Orig. Iur.* Mẽchaca *dict. cap. 23. num. 2.* cui addimus Bal. & alios *in l. fin. C. de Legib.* vbi veriorem hanc appellat opinionem. Omnes tamen Regulam istam limitant, si Pacto, vel consuetudine aliter vsu receptum sit: tùnc enim Omnes affirmare cõspirant Principes Sæculares ad hoc Consilium requirendum, necessario adstringi; quia cum Illorum Potestas à Populo immediatè processerit, potuit limitationibus istis transferri, vel per consuetudinem coangustari, & reprimi, vt ex Tex. *in Cap. Omnis Res, de Reg. Iur. l. fin. C. de Legib.* & alijs vulgaribus à Se adductis docet Menchaca *citato, cap. 23. num. 3.* cui proclariori explicatione addimus Bald. *cons. 370. vol. 3.* Calix. Ramir. *de Lege Regia, §. 25. num. 4. & seqq.* Morlam *in Empor. Iur. dict. titul. 1. in Præmiss.* Bellug. *in Specul. Princip. Rubr. 2. num. 2. & 10.* vbi Camill. Borell. Andream Knichen. *de Iur. Saxon. cap. 5. num. 83. & in Encyclopæd. Brunoic. Imperij, cap. 5. & 6.*

47 Hanc tamen limitationẽ in Potestate Pontificia intolerabilem esse censet Menchaca *citato, cap. 23. num. 4.* ex eo ductus quod summa eius Potestas, vt pote supernaturalis, quo ad spiritualia, & eis adnexa, nullo Humano Iure, siue scripto, siue consuetudinario, tolli, aut coarctari potest. Fuse Valençuela Velazq *dict. part. 6. à num. 4. per plures seqq. vsque ad num. 50.*

48 II. præmittendum est satis amplexam esse Quæstionem: An in Principe Supremo dari possit Potestatis Diuisio in Ordinariam, & absolutam? Alijs eam admittentibus, & docentibus juxta Ordinariam Potestatem Principes esse sub Legibus quantum

ad

ad obseruantiam; non verò quo ad vinculum Fusse Petra *de Potest. Princip. cap.1.num.7.& 8.& cap.2.* post Angel. *in l. Princeps de Legib.* Decian. *cons.41.num.18. vol.2.* Roland.à Valle *cons.100.num.40. vol.4.* Thesaur. *decis.91.* Ludov. Rodolphinus *de Suprema Princip. Potest.cap.1.nu.3.* vbi allegat Angel.Parisiũ,Rolan.à Valle, Curtios Sen.& Iun.& Peregrin. cui addo Maur. Burg. *de Modo Procedendi ex abrupto,Centur.1.quæst.17. num.14.* Iuxta Absolutam verò Potestatem, nec quo ad obseruantiam, nec quo ad vinculum Principem Legibus sub esse docent nuper allegati,& præcipuè Petra *dict.cap.3.quæst.3.num.62.* Alij verò Tertiam his addunt Potestatis Speciem quâ de Facto procedit, Nullum in Sæculo habens,cui rationem reddere teneatur, Petra *dict.cap.3.quæst.2. tota,& quæst.3. num.62.* Montalv. *in l.fin. Glos.fin. fol.145.col.1.Glos.2. versic.Secundus modus,titul.6. de las Herencias, lib.3.Fori Reg.*

49 Grauissimi tamen Authores nostri Hanc absolutam Potestatem Supremo Principi ad esse negant addentes tale absolutæ Potestatis nomen à Catholico Iureconsulto ablegandum, & exterminandum esse; Ias. *in l. Barbarius Philipp.num.35.ff.de Offic.Præt.* Covar. *lib.3.var.cap.6.nu.8.* Sarmiento *lib.1.Selectar.cap.8.nu.20.* Mendoça *Disput.Iur.Ciu.lib.1.cap. 5.quæst.2.num.35.* Fortun.Garcia *in l.Gallus,§. Et quid si tantum,nu. 290. vers.Ego verò,& num.301.& 311.ff.de lib.& Posthum.* Alciat *in l.Genere 111. de Verbor.sign.& cons. 201.num.14.* Pinel. plures congerens *in Rubr.C.de Rescind.vendit. part.1.cap.3.num.24.& 25.* Carol. de Tapia *in Rubr.de Constit.cap.1. nu.77.& 78.* Spino *in Specul. Testament.1 part.Glos.Rubr.num.25.* Roland. Cabagnol. *in Decretum Montis Ferrati 20.§.1.quæst.10.nu. 6.* Angel.Matheac. *de Via,& Ratione Iur.lib.1.cap.34.num.28.& in Tract.de Legatis,& Fideicommissis,lib.3.cap.22.num.15.* Marc.Anton.Eugenius *cons.1. incip. Sixtus IV.num.88.& 89.* Riminald Iun. *cons.5.num.229. vers.Hùnc Petrus, vol.1.* Borgnin.Caualcan. *decis. 35.num.98. tit.de Vltim.Voluntat.* Menchaca *Illustr.Controuers.d.lib. 1.cap.26.num.2.& 18.* Parlador. *lib.2.Rer.Cottid.1.part.cap.fin.§.7. num.1.* Camill. Gallin. *de Verbor. Signif.lib.10.cap.33.num.44.& 45.* Morla *in dict.præmis.num.7.* Cabedo *Decis.Portugal.1.part.Decis.12.num.9.* Iacob. Cancer. *var. Resol.3.part.cap.3.num.114.* Qui omnes affirmare conspirant hujusmodi Potestatẽ Tyrannidi magis,quàm Legitimæ Monarchiæ conuenire, ideoque Turcæ proriorem,quàm Catholici Principis eam appellant Sot. *de Iust.& Iure,lib.4.quæst.4.art.1.* Farin. *cons.4.num.10.11.& 12.* & Riminald. Iun. *loc.cit.* ex mente Rebuffi ait: Quod Potestas absoluta verius Diabolica dici potest; quia procedit à Potestate injuriosa,& est cõtra Legem Diuinam, Naturalem, & Canonicam. Atque Vnicam ideò Legitimo Principi attribuũt Potestatem æque dignam, firmã,

&

& efficacem, ad expedienda ea omnia, quæ sibi Principatus Iure licèt, Menchaca *dict. lib. 1. cap. 5. num. 15.* Riminald. Iun. *cons. 45. nu. 54.*

50 Alij autem contrarium sentiunt, & rectè quidem, Me iudice; Sũt namque clara Iuris testimonia hanc Potestatis Diuisionẽ in Ordinariam, & Absolutam præ se ferentia, & præcipuè, *cap. Proposuit, de Conces. Præben. cap. Vnico, vers. Et ideò, Vt Eccles. Benefic. sine Dimi. Conferan.* Clem. 1. *Vt litepende.* Vndè Grauissimi DD. præter suprà allegatos, rectè docent in Principe Supremo vltra Ordinariam dari plenam, & absolutam Potestatem, Thom. Sanch. *de Matr. lib. 2 disp. 15. num. 2. & 3.* & quàm plures Legistæ, Canonistæ, & Morales Theologi sequuti à Ioan. Petro Moneta *de Commut. Vltim. volunt. cap. 5. num. 77. & sequentibus.* cui addo Matienç. *in lib. 5. Recopilatio. tit. 10 lib. 3. Gloss. 12. num. 1. & 3.* Gregor. Lop Madera *Excelent. Hispan. cap. 2.* Ioan. Oros. *in l. Princeps, num. 23. ff. de Legib.* Menchaca *dict. cap. 26. num. 11. & 18.* Thesaur. *decis. 91. num. 1. & 2.* Petra *de Potest. Princip. cap. 1. num. 8. & 9.* Peregrin. *cons. 4. num. 14. lib. 1.* Bernard. Græv. *ad Gail. lib. 2. conclus. 56. consid. 3. num. 3. & seqq.* Calixt. Ramirez *de Lege Regia, §. 23. num. 3.* addens Potestatem istã absolutam, quàm in Principe residere affirmat, non intelligendam esse extendi ad ea, quæ sine peccato exequi non possunt; hanc enim non Potestatem absolutam, sed dissolutam tempestatem appellandam, quæ quum in Populo numquam resederit in Principem eam transferri non potuisse subdit. Meritoque ideò eã rejiciunt Cov. Fortun. Garcia, Menchaca, Riminald Iun. Sarmiento, Sanchez, & Spino, relati à Moneta *dict. cap. 5. num. 79.* Optimè probante hanc Potestatem nulli Principi conuenire posse. Hancque Romano Pontifici conuenire non posse, docet Cardin. Tusc. *Practic. Conclus. tom. 6. lit. P. Verbo Papa, conclus. 49. num. 95. & seqq.* plures allegans.

51 Hanc ipsam Potestatis diuisionem in Pontifice Summo recognoscit Card. Palæoth. *de Sacr. Consistor. Consultat. part. 1. quæst. 3. art. 1. vers. Ac primum illud est,* ex Ægid. Roman. *de Potest. Papæ. par. 3. cap. 89. & seqq.* addens diuisionẽ istam ad vsum potius, quàm ad propriam, & naturalem illius vim referri debere; quia Papæ Potestas intrinsecus semper plenissima est, Hostiens. *in cap. Cum venissent, sub num. 8. de Iudic.* Bald. *in l. 2. nu. 44. vers. Item nota, C. de Seruit. & Aqua, & in Prælud. Feudor. sub nu. 35.* Speculat. Rippa, Dec. Alban. Afflict. Vitalin. Everard. & Aretin. sequuti à Ludouic. Rodolphin. *de Absoluta Principis Potestate, cap. 2. num. 1.* subdens Neminem propriè prætet Roman. Pontificem habere Plenitudinem Potestatis. Ad hùnc igitur vsum, tàm Absolutæ, quàm Ordinariæ Potestatis dignoscendum, & quatenus hæc inter se differant, dispiciendum. Hanc Plenitudinem Potestatis tripliciter DD. considerant. 1. simpliciter, & tùnc soli Deo competit, qui ex ea

Om-

Omnipotens dicitur S. Thom. 1. *part. quæst. 25. ar. 3.* II. prout Christo hypostatice Humanitati vnito competijt, quę Potestas excellentiæ vocatur, & soli Personę Christi conuenire potuit. Augustin. de Ancona *de Potest. Eccles. quæst. 58. art. 1. & 2.* & ex eo Paleoth. *dict. art. 1. pag. mihi 19. in princip.* cui addo Alphons. de Mendoça *in Relectione de Vniuersali Christi Dominio.* Paramo *de Origine S. Inquisit. lib. 3. quæst. 5. opin. 3. num. 31. & opin. 4. nu. 62.* sequutos à Calixt. Ramir. *de Lege Regia, §. 2. num. 25.* dilucide Potestatem istam exponente, de quà, & Nos nonnulla addemus, *tom. 2. tract. 3.* III. denique Potestatem istam Absolutam, & Plenissimam considerant DD. prout ea in Sanctissimum Petrum tanquã Christi Vicarium, atque in eius successores ab ipso Christ. D. trãslata est tàm Ordinis, quàm Iurisdictionis, siue cõtentiosæ, siue voluntariæ, tàm Foro interiori, quàm exteriori, Nauar. *in cap. Nouit. Notab. 3. num. 83. de Iudic.* Martha *de Iurisdict. part. 1. cap. 9. & seqq.* Menoch. *de Præsumpt. lib. 2. Præsumpt. 14.* Petra *de Fideicommiss. quæst. 13. n. 555. cum seqq.* Card Tusch. *litt. P. Verbo Papa, conc. 665. nu. 2* Maur. Burg. *de Modo Proced. ex Abrupto, Cent. 1. q. 17. n. 3. & seqq.* Suarez *cõtra Reg. Angl. lib. 3. cap. 6. & seqq.* Paleoth. *dict. art. 1 pag. 19.* Calixt. Ramir. *dict §. 2. num. 24.*

52 Hanc autem absolutam Potestatem (quàm idem esse, ac Plenitudinem Potestatis DD. affirmant teste Barbosa *clauſ. 41. nu. 3.*) diuersimode in Principibus Temporalibus, ac in Romano Pontifice explicant DD. in Eo enim hoc illam exponunt exemplo: Quemadmodum licèt Deus potuit statuere Leges Naturalibus Rebus, vt juxta eas operarentur, potest tamen Deus ipse præter Leges Naturales propria virtute operari, quod voluerit, juxta commune Theologorum Principium stabiliens Deum facere posse de Potestate Ordinaria, quæ solito ordine, ac rerum Naturali cursu non mutato, facere potest. De Potestate verò absoluta omne id facere posse, quod suprà rerum Ordinem Vniuersum est, Cardin. Cameracens. *lib. 1. quæst. 13.* Scot. *in 1. Sententiar. dist. 44.* & nullo ex eis relato Meneta *dict. cap. 5. num. 84.* Et quidquid sic à Deo operatur Miraculum appellatur, Palæoth. *d. artic. 1. pag. 19* cui addo S. Ioann. Chrysostom. *Homil. 14. in Matth.* S. Thom. *1. part. quæst. 105. artic 7. & 8. & lib. 3. contra Gentes, cap. 101.* S. August. *lib. 3. de Trinit. cap. 4. & 5. & lib 6 de Genesi ad litteram, cap. 13.* Suarez *de Angel. lib. 4. cap. 19. à num. 3. & de Fide, tract. 1. disp. 4. sect. 3. num. 8.* Ouiedo *eodem tract. controuers. 3. punct. 4. num. 50.* Puente Hurtado de Mendoça *de Fide, disp. 26. sect. 1. §. 1. & 3.* Sic in Ecclesia spectat ad Summum Pontificem condere Leges Morales, & Ius præscribere omnibus, tàm Personis, quàm Rebus Ecclesiasticis, & Vniuersæ Ecclesiæ; Idẽ tamen non semper tenetur seruare hujusmodi Leges, sed potest agere præter, vel contra illas, omnia quæcumque voluerit: Vndè

com-

commune illud emanauit Iurecõsultorum Proloquium: Papã posse æquare Quadrata Rotundis; alludentes ad Quadraturam Circuli quàm Mathematici penè impossibilem judicant, Hostiens. Franc. Marc. & Gonçalez laudati à Moneta, *d.c.5.nu.78.in fine.* Card. Tusch. *Pract. Conclus. tom.6.lit.P. Verbo Papa, conclus.49. tota.* Quando igitur Papa ea vult obseruare, quæ suis Legibus continentur; tùnc dicitur vti Potestate Ordinaria; quãdo verò aliquid vult exequi suprà, vel contra id, quod Legibus constitutum est; tùnc dicitur Plenitudinẽ Potestatis exercere, Palæoth. *l.c. dict. vers. Ac primum illud in fine, pagin.19.in medio.* cui addo Monetam *dict. cap.5.num.80. & seqq.* August. Barb. *clausul.41. num.9. & seqq.* Hyacinth. Donat. *Rer. Regularium, tom.1.tractat.9.clausul.4.num.1. & seqq.*

53 In Temporalibus autem Principibus Absolutam Potestatẽ DD appellant quàm illi habent à Nullo alio Principe dependentẽ, seu communicatam, nec eam habenti aliquid deficit, quod legitimæ Potestatis nomine contineatur; sed enim ex parte ita sit perfecta, & plena, vt merito cum Cicerone Absoluta valeat appellari, quemadmodũ Grammatici Ablatiuum casum, quando à Nullo regitur, vel depẽdet Absolutum appellatur: & in hoc sensu degenere Bonorum esse Absolutam Potestatem docent Prob. *ad Monach. in cap.1.num.1. Ne Sede vacante in 6.* Soccin. *cons.266.num.51. vol.2.* Calixt. Ramir. *dict. §.23.num.3.*

54 Hanc Absolutam Principis Potestatem Brachium, seu Manum Regiam Pragmatici appellant, eamque esse dicunt, quæ licèt Iustum Imperium sit; ab Arbitrio tamen Regum omninò pendet, nullis adstrictum Legibus, neque Ordini, Formulisve Iudiciorũ, sed non eo minus Iustitia, quàm Potestate definiẽda est, solumque distinguitur in simplicitate quadã, ac celeritate in exequendo; Callidatem Fori vitãdo, Gloss. & DD. *in l.2. ff. de Orig. Iur.* Cabalcan. *de Brachio Reg.1. part. cap.7.* Calixt. Rami. *dict. §.23.num.4.* qui *num.5. & seqq.* plura de hac Absoluta, seu Plenissima Potestate differit, apud Ipsum videnda.

55 Concludendum ergò est præmissum hoc, adhibita Differẽtia inter Absolutam Potestatẽ, vel Plenitudinem Potestatis (quàm idẽ esse iam suprà diximus, nùncque addimus Monetam *de Commutat. vltim. voluntat. cap.5. num.78.*) competentem Temporalibus Dynastis Supremis, & illam, quàm Romano Pontifici competere diximus; & quamvis latè Nos diffundi possemus, breuiter tamẽ dicimus? præcipuam differentiam in eo versari. Quod Princeps Temporalis hujus Supremæ, seu Absolutæ Potestatis Ius Tertio auferre non potest, neque quemquam Dominio suo priuare absque Iusta, & legitima causa, neque contractui à se celebrato cum subdito contrauenire, neque Priuilegia, & concessiones, quæ in Naturã contractus abierunt reuocare: neque aliquem Beneficio suo priuare, vt

pro-

propè in numeris DD. relatis firmat Barbosa *dict. clausula 41. à nu. 24. ad 32.* secus tamen hoc omne procedere in Romano Pontifice docet Donat. *dict. tom. 1. tractat. 9. clausula 4. numer. 10. & sequentibus.*

56 III. præmittendum est Nomina Consilium, & Consensum in Dissertationis Titulo apposita, non eandem habere significationem, nec Synonima aliquo modo esse, sed realitèr distincta, vt mox videbimus, aliterque ideò de consensu, ac de Consilio ratiocinandum esse, ni in graues velimus errores impingere, prout doctissimos aliàs Viros in eos incidisse ob terminorum istorum ignorantiam monet Paleoth. *de Sacr. Consistor. Consult. part. 1. quæst. 3. artic. 3. vers. In tanta, pag. mihi 25. circa finem*, cujus doctrina, vt optimè percipiatur necessarium duximus expendere: Quid in Quæstionis Titulo Nomina ista importent, ac præ se ferant?

57 Vtque exoptata à Nobis Perspicuitate procedamus stabiliendum est: Nomina hæc multoties in Iure confundi, & vnum pro alio accipi Glos. *in cap. vnico, § fin. Ne Sede vacante Verbo cum Consilio*, Franc. *ibidem, num. 4.* Oldrad. *cons. 44. in fine*, Tusch. *dict. tom. 2. conclus. 766. num. 1.* vbi alios allegat. cui addimus Gonçalez *in Reg. 8. Chancellar. Gloss. 47. num. 58. &* 59 Moneta *de Commut. vltim. voluntat. cap. 7. num. 314.* vbi docent Consensum accipi pro Consilio *in Can. 1. & 2. 64. dist.* cap. *Nouit*, & Cap. *Quanto de His, quæ fiunt à Prælat. fin. Capit.* Quod prius adnotauerat Abb. *in cap. Olim. num. 2. & 5.* vbi Hostiens. *num. 7. de Arbitr.* Regulariterque Consensus ponitur pro Consilio, quando is, cujus Cõsensus requirendus est, non est particeps illius Officij, vel si est particeps, consensus impendendus est ei, qui habet plenam Potestatem à Lege, vt *ex l. 1. cum ibi notat. ff. de Admimistr. tut.* post Bart. *in l. 1. § Si plures, ff. de exercitat. Action.* tradit Abb. *in dict. cap. Cum Olim. num. 5.* Imola *num. 8.* But. *num. 15.* Gonçalez *dict. Gloss. 47. num. 58.* Moneta *citato, num. 314.* & tùnc non erit necessario sequendus Consensus iste, sed solum requirendus, quod proprium est consilij. Cap. *Cum in veteri de Elect. dict. cap. Cum olim, num. 2* cum alijs plenè congestis à Gonçalez *l. c. Gloss. 46. tota.* Huicque Regulæ fortè attenderũt Affirmãtes illud Papã requirere debere à DD. Cardinalibus ad Ardua decernenda; si autem in hoc sensu loquuti sunt Eos non errare dicẽdum est, quin potius sic excusari non dubitamus. E contrario Consilium pro Consensu accipi dicitur, quum nimirum ei impenditur, qui non habet integrum Iudicium, vt *in l. Impuberibus, ff. de suspect. tutor.* Aut si impenditur integrum Iudicium habenti, is, qui illud impendit est particeps Officij, vt *in cap. Venerabili de Offic. Deleg.* & tùnc Consilium necessario sequendum est, quod proprium Consensus est, vt docent cõmuniter DD. *ibidem*, atque *alibi sæpè*, & præcipuè *in cap. Ea noscitur, & cap. Tua nuper de His, quæ fiunt à Prælat.*

*fin. conſ. cap. Tua de Sponſal. & cap. vnic. §. Cum verò juncta*, Gloſ. *Verbo Aſſenſu. Ne Sed. vac. in 6.* cum pluribus alijs adductis à Gonçalez *dict. Gloſſ. 47. à nu. 3. ad 8.* Moneta *dict. cap. 7. num. 314.*

58 Relicta ergò multiplici acceptione Conſenſus, & Conſilij paſsim obuia apud Iure Conſultos, alioſque à mænioris Doctrinæ Profeſſores, quorum Nonnullos recenſet Cardinal. Palæoth. *d. part. 1. quæſt. 3. articul. 1. verſ. Poſt hæc quoniam*, cui addi poteſt Ioann. Caluin. *in Lexic. Iurid. litt. C. Verbo Conſilium, & Conſenſus.* Cardinal. Tuſch. *PP. Concluſ. tom. 2. concluſ. 762. num. 1. & ſeqq.* & ſolum Nomina hæc contemplantes in communi, & præcipuè Iure Conſultorum ſignificatione; dicendum eſt vocabula iſta, non tàm à proprijs eſſentijs, quàm ab effectibus definiri poſſe, & Vnum ab alio diſtinguere, vt mox referendi expreſsè docent.

59 Conſenſum ergò DD. noſtri appellant illam voluntatis ſignificationem, & approbationē, quæ quando à Lege requiritur, neceſſaria eſt ad Actus validitatē, Gloſſ. *in cap. 1. §. fin. Ne Sede vac. in 6. & in cap. Si prote. Verbo Aſſenſu, de Reſcript. in 6.* Paleoth. *dict. art. 1. verſ. Poſt hæc, circa finem*, Feder. de Sen. *conſ. 1. num. 4. verſ. In contrarium*, vbi latè Cardinal. Tuſch. *Pract. concl. tom. 2. litt. C. concl. 756. nu. 1.* Vndè ſiue in Actu ipſo, quādo Conſenſus à principio, ſeu in ipſo actu requiritur Federic. de Sen. *conſ. 298. num. 3. verſ. Patet igitur.* Tuſch. *d. litt. C. concluſ. 755. num. 1. & num. 4.* vbi alios allegat, ſiue etiam poſt ipſum actum, ſi nimirum actus capax, ſit admittendi conſenſum etiam poſtquā geſtum eſt. Paul. de Caſtro *conſ. 407. num. 5. verſ. Sexto quæritur, lib. 1.* Tuſch. *dict. concluſ. 755. num. 5.* interponi poteſt, modo conſtet illum, qui conſentire debet in eo, de quo agitur conuenire, & concordare eſſe, Abb. *in cap. 1. num. 3. de His, quæ fiunt à Prał. ſin. conſenſ. C. & in dict. cap. Cum in Veteri, num. 12. de Electione*, cui quàm plures addo apud Monetam *de Commutat. Vltim. Voluntat. cap. 7. num. 383. & ſeqq. & cap. 9. num. 691. & cap. 12. num. 250.* quem videſis deficiente autem Conſenſu, quoties pro forma requiritur, actus eſt nullus, & irritus Fulv. Pacian. *de Probation. lib. 1. cap. 19. num. 70.* & ex eo Anton. Cabreros de Avendaño *de Metu, lib. 2. cap. 6. num. 68.* ſubdēs ex Paulo de Caſtro id ex eo procedere, quod Cōſenſus, vbi requiritur, eſt anima contractus, eique adſtipulantes addit Erneſt. Cothman. Curtium Iunior. Heringium, & Aretin.

60 Conſilium autem dixerūt eſſe aliquid faciendi, aut non faciendi excogitatam rationem, ſiue Inquiſitionem quandam alterius Sententiæ, quàm Lex præcipit explorare, vt ex Ciceron. *lib. 2. de Inuentione*, docet Palæoth. *d. art. 1. verſ. At verò Conſilium*, cui addimus Vlpian. *lib. 1. Inſtit.* & Teoph. *in §. Eadem, Inſtit. Quil. ex cauſ. Manum. non lic.* vbi etiam Syluester. Aldroband. Quia tamen ad multiplices effectus referri poteſt, Cō-

ſi-

silium, nequit vnicum de eo effor-
mari Iudicium, sed varie de eo ra-
tiocinandum est, vt videre est
apud Palæoth. *loc. cit.* vbi jux-
ta varietatem effectuum. Va-
rijs nominibus, seu attributis
Consilium explicat; alijsque apud
ipsum videndis relictis, & apud
Cardinal. Tusch. *dict. tom. 2. con-
clus. 771. tota*, hic Consilium ac-
cipimus pro exploratione, &
scrutatione Iudicij, ac Sententiæ
alienæ, in vtilitatem Consilium
petentis. Vndè Consilium vtilita-
tis dici solet, quod quando à lure
præcipitur exquiri debet, ante-
quam actus ipse conficiatur, & in
hoc à consensu differt, quod ille
etiam post Actum etiam adhibe-
ri potest, *vt supra* diximus, Consi-
lium verò actum gerendum præ-
cedere debet, Gloss. *in cap. Cum
olim de Arbitr.* vbi Abbas *num.* 4. li-
cèt Petentem non obliget, vt il-
lud sequatur, si præcisse in ratio-
ne Consilij sola consideretur, Bar.
*in l. 1. §. Si Plures, ff. de exer-
cit. Action. num.* 3. Dec. *in cap. Si
pro Debilitate, num.* 52. *&* 57. *de
Offic. Deleg.* Consilium enim non
ad numeratur inter proprios ac-
tus Legis, cujus est præcipere,
sed interea recensentur, quæ
tantum suadent, & Priuatis con-
ueniunt, S. Thom. 1. 2. *quæst.*
92. *articul.* 2. *ad* 2. *l. In furto,
§. Recte, ff. de Furt.* Tusch. *Pract.
conclus. dict. tom.* 2. *litt. D. conclus.*
762. *num.* 8. *& seqq.* vbi multipli-
citer Regulã istam ampliat. Ad-
denduſque est Calixt. Ramir.
*de Lege Regia, §.* 4. *num.* 10. Quum
verò Lex adhiberi jubet, ideò Ac-
tum antecedere vult, quia is de
cujus re agitur, aliquid audire po-
test, quod Eum, vel à faciendo ab-
ducat, vel ad faciendum inducat,
quod alias non accideret ea non
audita, *l. Si intres, ff. de Recept. Ar-
bitr. cap. fin. eod. in* 6. Veritas nam-
que facilius à Pluribus, quàm ab
Vno, vel Paucis inuenitur. Can. *De
quibus* 20. *dist.* Si tamen accepto
Consilio, Petens id non probet, li-
berum ei erit illud non sequi, quũ
Consilium sit Actus voluntatis nó
Necessitatis. Can. *Quisquis. §. Quod
præcipitur*, 14. *quæst.* 1. Vndè Benefi-
cium Petentis reputatur, quod in
Invitum non confertur, *l. In vito.
ff. de Reg. Iur. cum vulgatis.*

61 IV. denique præmone-
mus, consulto in Titulo Nos ad-
didisse: An Consilium, seu Cõsen-
sus Cardinalium à Papa adhiberi
debeat ad Arduа decernenda, vt
innueremus Difficultatem istam
de solis grauissimis causis prece-
dere; quum Omnibus communis
Doctrina sit: In Rebus Leuioribus
nullum Consilium, aut consen-
sum alienum requirendum, Ca-
nonistæ *in cap. 1. de excess. Prælat. &
in cap. Irrefragabili, de Offic. Ordi-
nar.* Albertin. *de Agnosc. Hæret. As-
sertion. quæst.* 26. in Grauioribus au-
tem Consilium requirendum ipsi
Canonistæ ostendunt *in cap. fin. de
Dilation.* In longe Grauioribus
Consilium, & Consensum opus es-
se adhibere probat Gabr. *Commun.
Opin. Titul. de Criminal. conclus.* 36.
Card. Palæoth. *dict. artic.* 1. *vers.
Rursus, & illud.*

62 Quæ autem sint ista
Arduа, ad quorum decisionem
dubitatur: An Romanus Pon-
tifex teneatur adhibere Consen-

fuit, vel Consilium? nulla potest Regula definiri, quum omnia negotia suos Gradus, & circumstantias habeant pro Personis. Re, & loco dijudicandas. Vndè concludunt Omnes Arbitrio Viri sapientis relinquendum esse hæc æstimare Abbas *in cap. Ad hæc, num.* 1. *de Offic. Archidiaconi*, Dec. *in cap. Si pro Debilitate, num.* 39. *de Offic. & Potestat. Iudic. Delegati*, Palæoth. *citato artic.* 1. *in fine.*

## Sectio II.

### An Romanus Pontifex Ordinaria vtens Potestate, ad Ardua decernenda Consilium, aut Consensum DD. Cardinalium necessario adhibere teneatur?

63 ET Quidem affirmatiue resoluēdam esse mox respondemus. I. exemplo in Præmissis adducto; diximus siquidem quod quemadmodum D.O.M. in quo est Absolutissima Potestas dicitur, tùnc Ordinario modo operari, quando per causas secundas operatur, tanquam per instrumenta sua consueta, sic vsus Ordinariæ Potestatis in Papa ad illud reducitur, quod Sacri Canones, Decreta, & Cōstitutiones Iuris declarant. Singular. Text. *in Can. Apostolicæ* 4. 35. *q.* 9. ibi: *Apostolicæ Sedis Sententia tanta semper Moderatione conspicitur, tanta Patientiæ Maturitate decoquitur: tantaque Deliberationis grauitate profertur, vt Retractatione non egeat, nec immutari necessarium ducat*, & in his terminis probat Cardinalis Palæoth. *de Sacr. Consistor. Consultat. part.* 1. *quæst.* 3. *art.* 2. *vers. Verū in hoc primo Capite*, probās ex Tex. *in cap. Cum Dilecti de Dolo, & Contumacia, Cap. Licèt causam de Probation. cap. Cum Nobis olim in fine, de Elect. cap. Cordi de Appellat. in* 6. In quibus Innocent. III. & IV. Sacris Canonibus Se Se cōformare cordi esse, & Iuris Ordinem obseruare velle protestantur; quoties autem Sacris Canonibus Pontifices Se conformauerint Consiliū Cardinalium requirere debent, *Cap. Per venerabilem, vers. Sunt autem, qui Filij sint Legitimi, cap. Fundamenta, §. Duo de Elect. in* 6. Et quoties juxta Canonicas Sanctiones operatur Pontifex Iure, & Potestate Ordinaria vti dicitur, vt colligitur, ex *l. Digna vox, C. de Legib.* junctis suprà copiosè adductis. Ergò juxta Potestatem Ordinariam Pontifex tenetur requirere Cardinalium Consilium.

64 II. autem probat ipse D. Cardinalis ex In veterato Instituto, & cōmuni obseruatione, cujus initij memoria hominū non reperitur, quo receptum fuit, vt Papa cum Cardinalium Consilio Ecclesiam gubernet, idque Lego

Ca-

Canonica, ac perpetuo Summorum Pontificum vſu, prout Authorum Monumenta teſtantur. Adidque in comprobationem allegat Concil. Conſtantienſ. *Seſſ. 39. in Rubr. Ne Prælati*, Alphonſ. à Soto *de Cardinal. quæſt. 15. & 16.* Hoſtienſ. *in cap. Ad liberandum de Iudæ*, Bald. *in l. Cum multa, C. de Bon. quæ liber.* cui addo Monimenta ipſa Iuridica id clare comprobantia, & præcipuè, *Cap. Ad Apoſtolicæ de Re Iudic. in 6. cap. 1. de Schiſmat. eod. li.* Clem. *Ne Romani*, & Clem. *Pleriſque, de Elect. cap. licet, cap. Eccleſia eod. tit. cap. 1. de Renunt. in 6. cap. Cũ inter de Conſuet.* Tex. *lib. Cæremſol. 132. 173. & 195.* in quibus omnibus arduæ negotia ibi contenta de S. R. E. Cardinalium Cõſilio, vel de Fratrum ſuorum Conſenſu decidiſſe Pontifices atteſtantur. Videndus eſt Thom. Boz. *de Sign. Eccleſ. lib. 11. ſigno 49. cap. 10. pagin. mihi 410.* ſubdens ex Immemorabili tempore, bis in hebdomade Romanum Pontificem ad Conſiſtorium pro Arduis decernendis Cardinales vocare.

65 III. probamus DD. authoritate, & quidem in his præciſsis terminis, & hac diſtinctione obſeruata, ſolum adducimus Eminentiſs. D. D. Card. Palæothum *de Sacr. Conſiſtor. Conſultat. part. 1. quæſt. 3. articul. 2.* quem (ex omnibus, qui eum præceſſerunt, atque poſtillum ſcripſerunt) tantum in hoc ſenſu Difficultatem iſtam reſoluiſſe huc vſque comperimus, eumque ideò tanquam præcipuum noſtrum Anteſignanum Nos ſequi libentiſsime fatemur, eique in comprobationem addimus. Cardin. Zabarela *conſil. 137. num. 6. & 7.* Abb. *quæſt. 1. num. 12.* adductos à Card. Tuſch. *dict. tom. 6. litt. P. concluſ. 79. numer. 1. & ſequẽtibus.* Troil. Maluezi *de Canonizat. Sanctor. dub. 2. num. 3.* Caſtellin. *eod. tract. quæſt. 3. §. Quæro An Papa*, Felix Contelor. *in ipſo tract. cap. 9. à nu. 2. per plures ſeqq.* & præcipuè *num. 22.* vbi allegat pro hac opinione Panormit. Ioan. de Imòla, Philipp. Frãcum, Boſchum Codecha, & Ioann. Monach. eiſque addi poſſunt Archidiacon. Guillelm. de Monte Lauduno, Ioann. Monach. Philipp. Probum, Ioann. Andr. Philipp. Franc. Ioann. de Imola, Hoſtienſ. Anton. de Eutr. Panormitan. Gloſſ. Zabarellam, pluribus in locis, Bald. Aluarot. Speculator. Petr. Ancharr. Præpoſit. Alexandrin. Dominic. Guid. Pap. Ioann. de Monte Igne, Anton. Corſet, Corradum, Anton. de Roſſellis, Andr. Siccolum, Nicol. Milis Bolognin. Felin. Cardin. & Ægidium, relatos à Menchaca *lib. 1. Illuſtr. Controuerſ. cap. 23. num. 12.* quos licèt pro hac Sententia indiſtinctè concepta alleget; quum tanquam illorum præcipuum Fũdamentum, cui innituntur, alleget, *l. Humanum, C. de Legibus, cum ſimillimus.* Eos de Poteſtate Ordinaria loquutos eſſe dubitandum non eſt, Iurisnamque DD. juxta Iuridica teſtimonia, quibus innituntur, intelligendos eſſe communiter docemur, Bartul. *in l. Non ſolum*

*lum, §. Si liberationis, num. 7. ff. de Liberat. Leg.* Roman. *cons.* 211. *num. 5. vers. Quo ad vltimum,* Dec. *cons.* 288. Testimonia autem quibus inniti DD. istos, Menchaca, & Morla mox referendi attestantur, Potestatem Ordinariam, Humanitati, Iuri, & rationi Naturali, conformem, redolent, vt patet ex *dict. l. Humanum, C. de Legib. cum alijs* ab eis relatis, ergò affirmandum est de Potestate Ordinaria loquutos esse Authores istos, quibus addimus Petr. Augustin. de Morla *in Empor. Iur. part. 1. titul. 1. quæst. 3. num. 1. & 2.* vbi aliquos ex memoratis Authores, & Fundamenta adducit pro hac opinione, licèt eam non sequatur. Addique potest pro hac ipsa opinione Tyber. Decian. *Tract. Crim. tom. 1. lib. 4. cap. 15. num. 4.* ex pluribus docens Papam sine Consilio aliorum Cardinalium Iudicare, aut punire non posse aliquem Cardinalem. Hanc tamen Doctrinam, quàm ait Contelorus Originalem esse Hostiens. *in cap. Exgestis de Clericis non resid.* rejicit Contelor. ipse *de Canonizat. Sanctor. cap. 9. num.* 30. Paucos etiam pro principali opinione allegat Diana *part. 5. tract. 2. resol. 4. vers. Negatiuam Sententiam*, qui in distincte concepta Difficultate ista, contrariam tuetur Sententiam. At pro hac nostra affirmatiua est DD. Ioann. de Solorçan. *de Iur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 24. num. 92. 93. & seqq.* vbi propè innumeros allegat. apud ipsum videndos, atque etiam adnectendus est, Dominic. Grauina *de Cathol. Præscript. in continuat. 2. part. tom. 4. quæst. 2. art. 8. in conclus. pag. mihi* 142. & plenè congesti à Contelorio *dict. cap. 9. à num. 4.*

66 IV. Rationibus, & quidē validissimis opinionē istam probamus. I. Iure Ordinario, communibusque Ordinariæ Potestatis Regulis attentis, & obseruatis sic se habet Romanus Pontifex respectu Collegij Cardinalium, ac Episcopi omnes respectu suorum Capitulorum: Ast Episcopi nequeunt sine Consensu Capituli ardua decernere, ergò neque Romanus Pōtifex decernere poterit sine Consilio Cardinalium. Conseq. ex præmissis est irrefragabilis. Major est nota. tùm ex Textu *in Can. Ecclesia 16. quæst. 1.* vbi, Cardinales institutos esse tanquam Consiliarios, & Coadjutores Papæ, *Cap. Fundamenta, §. Decet de Elect. in 6. cap. Per venerabilem, §. Rationibus. Qui filij sint legitimi,* Contelor. *dict. cap. 9. num. 8. & sequentibus.* Eorumque Collegium Senatum Ecclesiæ vocari, refertur, & Papa Se ipsum inter Cardinales ad numeratur, tanquam Senatus ille, vt caput sicut olim Imperator. Archidiacon. *in Can. Sacro Sancta 22. distinct. argument. Text. in l. Ius Senatorum, C. de Dignit. lib. 12. l. Familiæ, ff. de Verbor. sign.* Contelor. *dict. cap. 9. num. 15.* & latius explicat Hieronym. Plata *de Dignitat. & Offic. Cardinal. cap. 6.* & nouissimè Iacob. Cohello *in Notitia Cardinalat. cap. 14. mox à principio.*

Tùm

tum; & etiam quia Cardinales Vnum Corpus cum Papa efficiunt; inter Papam enim, & Cardinales esse Vnionis Identitatem docet Ioann.Andr. *in Cap. Requisisti, col.pen. vers. Sic etiam de Test.* quem exornat Contelor. *d.cap. 9. nu.14.qui n.16.& seqq.* probat esse Cardinales Vnum Corpus cum Papa, quia sunt vocati in partem eius solicitudinis, Oldrad. *cons.48* Anchar. *cons.295.num.8.* Cardin. Tusch. *Practicar. Conclus. tom.1. lit.C. Verbo Cardinales, conclus.99. num.1.* Canonici autem, & Consiliarij Episcopi, & Vnum Corpus cum eo constituere dicuntur, *Cap. Nouit, & Capitib. seqq. de His quæ fiunt à Prælat. fin. Consens. Capituli, Cap. Non liceat, de Præscript.* ergò, &c.

67 Min.autem expressè probatur ex Panormit. *in cap. Nouit, sub num.4. de His quæ fiunt à Prælato fin. Consens. cap.* Nauarr. *Consil.3. de Offic.Ordin.* docentibus ad Episcopum spectare omnimodam Iurisdictionem, non ad Capitulum, *Cap. Ex parte Decani,* & ibi Panormit. *num.2. de Rescript.* exercendã tamen Consensu, vel cum Consilio Capituli, In Ciuilibus quidem in præsentia Capituli, Can. *siquis ex Fratribus 11.quæst.1.* Can. *Episcopus Nullius 15.quæst.7. Cap. ex litteris de Diuort.* Puteus *decis.203. lib.1.* Ac etiam in Criminalibus, Can. *Siquid verò 86. distin.* & ibi Gloss. fin. *Cap. Irrefragabili, & ibi* Gloss. *Verbo Per Capitulum, in principio, de Offic.Ordin. cap. Qualiter, & quando, & 2. de Accusat.* Collectar. *in dict. cap. Irrefragabili, num.3.& 4. de Offic. Ordin.* Puteus *dict. decis. 203. lib.1. & decis.93. lib.3.* & etiam in Minoribus, & Leuibus, Can. *Siquid 86. dist.* Can. *Siquid, Can. si autem is.* Can. *Episcopus nullius 15. quæst.7.* Puteus *citata decis. 203. num.5.* vbi explicat: Quænam sint grauia crimina. Et licèt grauitèr controuersum in Rota fuerit: An ad Ardua decernenda Episcopus procedere debeat cum Consilio Capituli? Achil. de Grasis *decis.2. de Offic. Ordinar.* plures cummulans Rota *decis.615. part.1. Diuersor.* attestans: Quatèr in Rota discussam fuisse Difficultatem istam, Dubijs particularibus propositis, & nihil firmatum esse, & licèt ipsa Rota sentiat attendendam esse qualemcumque procedendi consuetudinem, quia quum sit interpretatiua non requirit aliquam temporis Præscriptionem; Rota *dict. decis.615. part.1. Diuersor.* cui addo Panormit. *in cap. Cum Dilectus, num.7. de consuetud.* Butr. *in cap. fin. sub num.57. vers. Ex his dicit, de consuetudine, l. Minimè, l. Si de Interpretatione, ff. de Legib.* & ibi DD. Craueta *consil.101. num.3 & sequentibus.* Regulariter tamen ad Ardua Ecclesiæ negotia tenetur Episcopus Consilium adhibere Capituli. *Cap. Nouit,* & ibi Panormit. *num.7. de His, quæ fiunt à Prælat. sine Consensu Capit. dict. cap. Ex litteris, de Diuort. & cap. Episcopus nullius 15. quæst.7.* latè Ioan. Honor. *in Summa Decretal. lib. 3. titul.10. num.10. & aliquot sequentibus.*

68 Est autem II. ratio petita à communi Praxi quà in omnibus

Bullis, ad ardua expeditis Papam de Consilio Cardinalium Decisiones in eis contentas protulisse affirmat, vt notum est Lippis, & Tõsoribus, & probatur ex Text. *in cap. Ad Apostolicæ de Re Iud. in 6. cap. 1. de Schismaticis*, atque ex cunctis constitutionibus, & Bullis à S. Sede emanatis, eiusque Assertioni standum est Clem. *si Summus Pontifex de Sent. Excommu.* Clem. 1. *de Probat.* Felin. *in cap. Cum à Nobis de Test. & pluribus relatis* Salgad. *de Reg. Protect. part. 1. cap. 1. prælud. 1. num. 27.* Crauetta *de Antiquit. Tempor. cap. 2. num. 25.* Mandos. *in Add. ad Lapum, Allegat. 7.* Mascard. *de Probat. tom. 3. conclus. 1228* & plenius omnibus Valẽçuela Velazq. *contra Venet. part. 5. nu. 40.* Ludou. à Valle *in Praxi Collect. Apostolic. p. 1. cap. 2. nu. fin.* Stylus autem incõcussus Antecessorum Legem pro Successoribus inducit Afflict. *in Constit. Regni, de Offic. Iustitiarij, cap. Nihil Veterum, num. 11.* & sequitur Rota *decis. 212. num. 1. part. 1. Recentiss. & decis. 196. num. 1. cad. parte*, Pareja *de Vniuers. Instrum. edit. tom. 2. tit. 6. resol. 3. num. 146.* cum alijs à Nobis congerendis *tom. 2.* ergò juxta clausulam illam obseruantia Interpretatiua procedendi ad ardua decernenda in Romano Pontifice est, adhibito Consilio Cardinalium, qui in quasi possessione saltem hujus Iuris inueniuntur, vt patet, & expressè docet Cardin. Tuschus *Practicar. cõclus. tom. 6. litt. P. Verbo Papa, concl. 79. num. 1.* ibi: *Idem tenet Abbas in sua quæstione I. Episcopus, num. 12. in fine, vbi quod Collegium Cardinalium est in possessione, vel quasi* (Ne Papa sine ipsius Collegij Consilio Ardua decernat) *quæ multum operatur; allegat Text. in cap. Per venerabilem. Qui filij sint legitimi, in vers. Rationibus vbi dicit posse ratione Diuina substineri* (Possessionem istã, vel quasi) *etiam cessantibus Pactis Conclauium, &c.* cui addo quàm plurimos sequutos à Tyber. Decian. *Tract. Crim. tom. 1. lib. 4. cap. 15. num. 4.* Iacob Cohell. *in Notitia Cardinalatus, cap. 14. vers. Atque hinc colligunt mox à principio*, & ante hos omnes Ioann. Monach. *in cap. Super eo, num. 3. de Hæret. in 6.* sequutus à Ioann. Andr. *ibidem*, & relatus à Felic. Conteloro *de Canonizat. Sanctor. cap. 9. num. 2.* Ast Romanus Pontifex juxta Ordinariam suam Potestatem Neminem Possessione sua priuat, Seraphin. *de Priuileg. Iuram. priuil. 132. sub num. 48.* & indiuidualius Posth. *de Manut. Obseruat. 7. sub num. 48. in postrema edit. Lugdunens. 1647. qua vtimur*, ibi: *Tamen numquam id facit* (possessione sua aliquem priuare) *in Retinẽtibus possessionem, sed in iã à possessione expulsis, & ejectis, & tunc cũ causa. Rota penes Cencium de Censib. dict. decis. 232. num. 12. & apud Boccat. dict. num. 177. & inter diuers. dict. decis. 99. num. 6. par. 1. Tusch. verbo Manutentio. conclus. 79. num. 6. Ricc. dict. collect. 2022. Et si Intrusos ab occupatione quandoque rejiciat, id facit citata parte, & illi termino præfixo ad faciendum suas defensiones, dict. decis. 232. num. 13. & dict. decis. 99. num. 6. &c.* Si ergò cum Priuato quo cumque ita Se Ordinatijs Regulis attempe-

rat,

rat, quanta id maioritatione obseruare tenebitur cum Eminentiss. DD.S.R.E. Cadinalibus amplissimis, qui licet proprie non efficiant vnum corpus cum Papa Bellamer.& Præpos. *in Can.in Synodo 63.dist.* Gigas *de Crim.Læsa Majest.tit.Qualiter,& aquibus,q.5. num.9.* & argum.Text. *in Extrauag.Vnam Sanctam, de Maior. & Obedien.*docet Contelor.*dict.cap.9. num.52.* & Ratio in promtu est. Quod nimirum Collegium hoc Cardinalium non assistit Papæ per modum limitationis Potestatis, sedinstar Ministerij; Augustin. de Ancona *de Potest.Ecclesiæ, q.6. art.5.ad 2. & q.14.artic.3.* S.Antonin.*p.3.tit.22.cap.5.§.1.* Beninc.*de Constit.q.7.num.55.* Chasan. *in Cathalog.Gloss.Mundi.p.3.consid. 47. in fine.* Angel. Rocha *de Canonizat.SS.cap. 4.in fine.* Mascard.*de Probat. concl.262. num. 56. tom.1.* Cantelor.*citato cap.9.num.46.* Papa namque authoritatem suam integram à Deo inse vno positam accepit; *cap. Ad honorem, de Author.& vsu Pallij,cap.Decreto 2. q.6.* Gloss. *in cap.Quanto,de Transl.Prælator.* Contelor. *dict.cap.9. num.32.* Collegium verò est tamquam ministrans, & communi deseruiens vtilitati Ecclesiæ, Baysius *in Direct.Elect.p.2. cap.35. num.6. & 11.* Iacobat. *de Concilijs, lib.1. num.119. & lib.7. art.5. num.282.* Censetur tamen Collegium hoc Pars,& principale Membrum corpori illi vnitum, quoad executionem Potestatis, illi siquidem adhærent,ut Coadjutores in executione, atque Ecclesiæ Gubernatione *dict.cap.Fundament.§.Decet, de Elect.in 6.* Iacobat. *citato art.5. num.282.* Palæoth. *dict. art.2.in fine*, apud quem videnda remittimus quæ in resolutionem istam obijci poterant. Quàm plurimæ aliæ rationes etiam agglomerari poterant in vnum congesta à Felic.Conteloro *de Canonizat.11.cap. 9.à num.2. ad 23.* Ast quia passim obviæ sunt non nullæ,aliæ autem obiter à Nobis exornantur, libenter eas omittimus.

## Sectio III.

### An Romanus Pontifex de Plenitudine Potestatis, seu Absoluta vtens Potestate, Ardua decernere possit absque Cardinalium consensu, aut Consilio?

69 DIfficile admodum existimauit Eminentiss. D. Cardinal. Paleothus *de Sacr. Consistor. Consultat. p.1.q.3. art.3. vers.In tanta igitur*, aliquid omninò certum firmare in proposita Quæstione propter opinionum varietatem, ac rei ipsius grauitatem; Nobis tamen ad eo arduum non erit eius vestigia insectantes, & Doctrinam amplectentes.

Plu-

70 Plures esse in hac Difficultate Opiniones ex ipso D. Cardinali discimus, qui *loc. cit.* eas in unum congessit. Ergò est Affirmantium Papam uti volentem hâc Plenitudine Potestatis, nullũ Consensum, aut Consilium à DD. Cardinalibus requirere debere: Mouentur. I. quia quum hęc Consensus, aut Consilij Petitio, aut Requisitio à Iure Positiuo descendat, ut latè manet probatum, nuncque addimus, *cap. Proposuit, de Concess. Præben. Gloss. in cap. Ad Apostol. de Re Iudic. in 6.* Contelor. *dict. cap. 9. num. 52.* quumque Romanus Pontifex sit ab Humano Iure solutus, quia quum à Prædecessoribus latum sit, non potest Eum comprehendere ex vulgari Regulum Par in Parem non habet Imperium. *Cap. Proposuit, de Concess. Præbend. Cap. Ad honorem, de authorit. & vsu Palij.* Can. *Decreto 2. quæst. 6.* rectè hinc inferri addunt totum Regimen Ecclesiæ pendere à meta Põtificis voluntate, quæ solum Legibus Diuinis, & Naturalibus subjecta est, quum alioquin liberum non dicatur, quod ab Altero corroborari debet, Glos. *in Clem. Dudum, §. Si verò, Verbo libere, de sepultur.* II. quia Ecclesiæ Monarchia, eiusque Primatus in Romano Pontifice residens fuit Iure Diuino institutus, vniusque Personæ tantum fastigio, ex sua institutione, inniti debet, Can. *In Apibus 7. quæst. 1. cum alijs suprà cõgestis,* non autem inniteretur vnius fastigio, si aliorum voluntas, & Authoritas in Rebus decernendis essent necessaria, sed essent quoddam modo Plura Capita, quod valdè absurdum est, vt latè tradũt DD. *in l. 4. §. Cato. ff. de Verb. Oblig.* Abb. *in cap. Prudentia, num. 2. de Offic. Deleg.* Felin. *in cap. Cum ex Officio, num. 2. de Præscript.* & indiuidualius Cranet. *cons. 411. num. 1. & 6.* & plures alij sequuti à Menoch. *cons. 1115. num. 50. vol. 12.* Martha *de Iurisdiction. 1. part. cap. 18. num. 1. III.* Quod Ecclesia Militans, ad instar Triumphãtis instituta est, & sicut in Triumphante. Vnus est Deus, cui omnia obediunt, Can. *Deus Omnipotens, 2. quæst. 1.* sic in Militanti Vnus debet esse Omnium Pastor, & Rector, qui Christi nomen, non autem Puri Hominis in Terris etat. Hanc opinionẽ defendunt Panormit. Bald. Ioann. de Anagn. Dominic. Hugo Card. Ægid. Bellarmera, Card. Alexandrin. Innocent. Card. Turrecrem. Bonifac. de Vitalinis, Alber. de Rosate, Petr. de Bellapertica, Petr. de Rauenna, Martin. Lauden. Paul. de Castro, Bart. Andr. Siccus, Lucas de Peña, Ant. de Rossellis, Ias. Petr. de Borgni Augustin. S. Antonin. de Florentia, Roch. de Curte, Thomas Parpalia, Claudius de Seycello, Philipp. Dec. Ioann. Crottus, Cardinal. Iacobat. Petr. And. Gambarus, Nicol. Boerius, Francisc. Purpurat. Matth. de Afflict. Ludovi. Gom. Gloss. Felin. Franc. Rippa, Andr. ab Exea, Ferdinand. Loazes, & Barbatia, sequuti à Menchaca *Illustr. Controuers. lib. 1. cap. 23. num. 2. vers. In contrarium tamen est,* vbi quàm plures ex istis sibi contrarios extare adnotat, & ex eis hanc communem est

se

se opinionem firmat, cui addo Valençuela Velazq. *contra Venetos, part. 6. num. 97. & 98.* Morlam *in Empor. Iur. part. 1. tit. 1. quæst. 3. nu. 13.* Iacob. Cohello *in Notitia Cardinalat. cap. 14. vers. Atque hinc colligunt, litt. E. pag. 39. in fine*, Diana *part. 5. tract. 2. Resolut. 4. vers. Sed his non obstantibus*, qui omnes, dùm absolute negant Pōtificem Summum ad hoc Consilium, seu Consensum requirendū adstringi, fortius pro Absoluta Potestate militabunt, & præcipuè adducti à Felice Conteloro *de Canonizat. Sanct. cap. 9. à num. 23.*

71 II. Opinio est Ægidij Romani *de Potestate Papæ, part. 3. cap. 12. & seqq.* qui agnoscens hanc Plenitudinis Potestatem necessariam esse in Ecclesia, eam admittit; propter periculum autem imminens, quod Papa ea abutatur, fœdus quæsiuit, affirmauitque dari equidem in Romano Pontifice hujusmodi Potestatem; ea tamen vti non posse, nisi in extremis admodum rebus. Vndè Sacros Canones raro istius Potestatis meminisse addit, exemploque Miraculi suprà adducto rem clarius exponit illud namque non nisi in rebus admodum necessarijs Deus facit, aut fieri permittit, quia ad Plenitudinem Diuinæ Potestatis spectant; eodemque modo Romanus Pontifex, hac Plenitudine Potestatis solum, tanquam remedio extraordinario vti debere cōcludit.

72 III. Sententia est affirmantium. Quod quum in Vniuersali Papæ Administratione Salus Populi sibi commissi, sit tanquam finis: Officium verò sit, vt omnia fiant ad ædificationem; propterea non tàm spectandum esse: Quid Papa possit, quàm quid Papa operari debeat, dicente Apostolo, 1. *ad Corinth. 6. Omnia mihi licent; sed non omnia expediunt.* Vndè concludunt; Hanc Plenitudinem Potestatis Papæ denegari non posse; decere tamen, atque Honestum esse, vt Ardua negotia cum Cardinalibus communicet, eosque libenter audiat, Philipp. Probus *in cap. Super eo de Hæret. in 6. num. 11. & 36.* Abb. *in cap. 2. de Cleric. non resid.* adductis à Paleoth. *dict. artic. 3.* cui addo Felic. Contelorum *de Canonizat. Sanctor. cap. 9. num. 44. & 45.* vbi aliqua in comprobationem adducit, eique addendi sunt, Malder. Valençuel. & Manfred. à Velazquez adducti à Diana *p. 5. tract. 2. Resol. 4. vers. Verum licèt*, quos, & alios congerit Barbos. *in Collect. ad cap. Per venerabilem, num. 45. Qui filij sint legitimi*, quibus addo Tapiam *in Catena Morali, tom. 1. lib. 4. quæst. 8. art. 2. num. 3.* Morlam *in Empor. Iur. part. 1. tit. 1. quæst. 3. nu. 13.* Iacob. Cohello *in Notitia Cardinalat. cap. 14. vers. Atque hinc.* Qui omnes falso pro se allegant Palæothum, quum ipse solum referat hanc, & alias opiniones, quas ad concordiam reducere conatur, vt mox videbimus.

73 IV. opinio statuit hanc Plenitudinem Potestatis ad Spiritualia tantum pertinere, non ad Temporalia bona Ecclesiæ. Card. Cajetan. *in 2. 2. S. Thom. quæst. 43. art. 8. & de Authorit. Papæ, cap. 9. in Respons. ad 1.* velut Alij interpretan-

tantur : Nullam Temporalem Potestatem competere directe, sed in directe tantum in Ordine ab Bonum Spirituale. Idem Cajet. 2. 2. *quæst.* 100. *artic.* 7. & DD. relati à Bellarmin. *tom.* 1. *Controuers.* 3. *General. de Roman. Pontif. lib.* 5. *cap.* 1. *& cap* 4. *&* 6. Menchaca *Illustr. contr. lib.* 1. *cap.* 21. Turrecrem. *in Summa Eccles. lib.* 2. *cap.* 113. Vitoria *in Relect. de Ind. part.* 1. *num.* 28. Couar. *in Reg. Peccatum, §* 9. *num.* 7. Ayala *de Iur. Belli, lib.* 1. *cap.* 2. *nu.* 29. Hugo Grot. *in Dissertat. de Mari Libero. cap.* 3. *in fine,* & alij copiosè à Nobis cummulandi, *tom.* 2. *tract.* 3.

74 V. denique opinio est Docentium; Quod quoties Papa hac Plenitudini Potestatis vtitur, non ad Ecclesiæ vtilitatē prout oportet valere quidem ab Eo gestum propter Summam illius authoritatem, quæ à Nemine Iudicari potest. Can. *Omnes* 22. *dist.* Can. *Si Papa* 40. *dist.* Can. *Nemo,* Can. *Aliorum,* & Can. *Cuncta per Mundum,* 9. *quæst.* 3. Felix Contelor. *dict. cap.* 9. *num.* 29. Grauiter tamen ipse in Foro conscientię peccauit, & ideò rationem Deo reddere tenebitur Absolutæ Potestatis, quà abusus est; quum nulla sit repugnantia. Quod actus quandoque valeat, & tamen, qui illum exercet, grauiter delinquat Gloss. Abb. & DD. *in cap. Non est de voto, & voti Redempt.* Innocent. *in cap. Cum ad Monasterium, de Stat. Monach.* & alij relati à Palæoth. *dict. quæst.* 3. *artic.* 3. *vers. Sunt Denique.*

75 In hac ergò opinionum diuersitate, vt quæ maximopere dissident, aliquo amico fœdere concilientur, aliter de Consensu, quàm de Consilio requirendo, ratiocinandum esse iam suprà monuimus, differentiaque inter vtrũque retenta ad resolutionem procedendo.

76 I stabiliendum est, & tanquam irrefragabile Principium firmandum: Papam non indigere Cardinalium, aut Aliorum consensu ad Res Consistoriales, hoc est arduas decernendas, Alphons. de Soto *in Comment. Concil. Constancien. Verbo Collaterales, pag.* 9. Card. Palæoth. *dict. quæst.* 3. *art.* 3. *vers. Nàm quo ad consensum,* Dominic. à S. Gemin. *in cap. Super eo de Hæret. in* 6. vbi Ioann. Andr. allegans Gloss. 1. *in cap. Ad Apostolicæ de Re Iudic. in* 6. Panorm. *in cap. Ex gestis de Cleric. non resid.* Felin. *in Rubr. de constitut.* Troy. Maluez *de Canoniz. SS. dubit.* 2. *num.* 33. Ioann. de Lignan. *de Cleric. non resid.* Contelor. *dict. cap.* 9. *num.* 23. plura fundamenta adducentes, & I quia Militans Ecclesia ad Triumphantis similitudinem condita est; Glos. Not. *in Clement. Ad nostrum de Hæreticis,* probatque ex Apocalyps. 21. ibi : *Vidi Hierusalem Sanctam nouam descendentem de Cœlo,* Contelor. *dict. cap.* 9. *num.* 36. hæc autem ab Vno solo Deo regitur, & gubernatur omnia solus decernens, nullo Beatorum Consensu requisito. Ergò, & Ecclesia Militans ab Vno Supremo Capite Sũmo Põtifice, cujus præceptis omnes obedire tenemur, regi, & gubernari debet, Extrauag. *Vnam Sanctam de Major. & Obedient.* Palæoth.

Iæoth & Contelor.*ll. cc.* II. quia ſtatus Monarchicus Omniũ perfectiſsimus habetur, vt ſuprà latè manet probatum: In ſtatu autem Monarchico Vnus ſolus Princeps per ſe abſque alterius conſenſu omnia arduа decernere valet, ergò,& Romanus Pontifex, qui eſt Supremus Eccleſiæ Monarcha. III. quia quum Conſenſus Neceſſitatem includat illum amplectendi, vt iam diximus meminimus; ſequeretur quod Authoritas Papę hoc caſu non eſſet libera,& abſoluta, nec Vnus eſſet Primatus, in quo reſideret, ſed duo eſſent Capita, quod nulla tenus admitti debet, quum Monſtrum ſit, *Cap. Quoniam in pleriſque* 14. *de Offic. Ordin.* Iacobat. *de Concil. lib* 7. *art.* 5. *num.* 186. 189. *&* 194. imò, & tanquam Rationi, & Naturæ contrarium nulla conſuetudine præſcribi poteſt, Hoſtienſ. *in cap. Cum contingat, num.* 1. *de Foro, compet. & dict. cap. Quoniam, num.* 2. *&* cap. *Quanto, num.* 13. *de Offic. Ordinar.* & poſt Eum Butr. *in cap. Cum contingat, nu.* 11. *verſ. de conſuetudine*, vbi Abbas *num.* 18. *&* 19. Bellamer. *verſ. Ego autem relinquens, eod. tit.* Rota Romana *deciſ.* 55. *num* 14. *& ſeqq.* apud Tamburin. *de Iure Abbat. tom.* 3. *poſt tract.* Atque in noſtris individualibus terminis docet Panormit. *in cap. Ex geſtis de Cleric. non reſid.* vbi nulla poſſe conſuetudine induciait vt Papa nõ definiat Arduа ſine Conſilio Cardinalium; quia eſſet præſcribere contra Supremam Poteſtatem Papæ, contra quàm nulla datur Præſcriptio Innocent. *in cap. Bene de Poſtulat. Prælat. col.* 2. quia nimirum eam habet immediate à Deo, vt late manet probatum, tàm I. quàm hoc II. *tract.* IV. quia omninò Papæ detraheretur Abſoluta Poteſtas, quę ei tanquam Chriſti Vicario competit atq; Pleniſsima,& Abſoluta Adminiſtratio, quàm in Rebus Eccleſię habere docent S. Thom. 2.2. *quæſt.* 100. *art.* 1. *ad* 3. Innocen. *in cap. Nouerint de Sentent. Excomm.* Auguſtin. de Ancona *de Poteſt. Papæ, quæſt.* 1. *artic.* 1. *&* 8. Sylueſt. *in Summa Verbo Papa, num.* 2. & pluribus alijs relatis Nauarr. *de Spol. Cleric. §.* 9. *num.* 2. *&* 4. *atque §.* 10. Redoan *de Reb. Eccleſ. non alien. q.* 44. *&* 45. Palæoth. *dict. art.* 3. *in fine.*

77 II. autem Aſſerendum eſt Papam petere debere Conſilium ab Eminentiſs. DD. Cardinalibus ad Arduа decernenda etiam de Plenitudine Poteſtatis, niſi magnum aliquod inconueniens oriri poſſet ex hac Conſilij petitione. Palæothus *de Sacr. Conſiſtor. Conſultat. part.* 1. *quæſt.* 3. *artic.* 4. *verſ. His igitur Rationibus, pag. mihi* 271. Duas habet principales partes Aſſertio hæc, quas ſingillatim exponemus.

78 I. que partem, quia nimis dura Aliquibus fortaſſe videbitur, ipſis Palæothi Verbis comprobamus *citato, art.* 4. ibi: *Quod Papa licèt Plenitudine Poteſtatis lũto velut exercere, teneatur tamen Conſilium in Rebus Arduis requirere, ad eo Rationi, Neceſsitati, Publicoque Bono conſentaneum Multis eſſe videtur, vt hoc non tantum cum generali Iuris Naturalis, & Gentium obligatione*

*conjunctum esse, sed etiam à Iuris Diuini Nobis Veteris, ac Noua Lege positi primordijs quodammodo pendere existimarint, &c.* moxque in cõprobationem allegat in margine, *litt. B.* Ludov. Roman. *Serm. vlt. post Consil. num. 12. & 18.* Alex. *cons. 224. vol. 6.* Hostiens. *in cap. Ad liberandum de Iudæis.* Bald. *in l. Cum multa, C. de Bon. Quæliber.* Alphons. de Soto *in tract. de Cardinal. quæst. 15. & 16. & in Comment. Concil. Constantiens. Verbo cum Summo Pontifice, & Verbo Collaterales, & Verbo Majorem partem.* Mox Palæoth. Articulum cõcludit, dicens: *Quod quoniam nimis Nouum, atque Insolens Aliquorum auribus videri posset, Audientibus Papam Plenitudine Authoritatis vtentem, adhùc tamen compelli ad aliorum Consilia confugere, ideò paulo diligentius tractandũ censuimus, vt saltem cæteri, auditis vtrinque Rationibus, possint de Re vota certius Iudicare, &c.* Eiusque vestigijs in hærendo. Etiam Nos radicitus eam examinabimus, sed prius comprobanda est.

79 II. Assertionis pars, quà firmauimus ob magnum inconueniens exoriundum à Requisitione publici Consilij, Papam excusari ab illud petendo, probatur, & explicatur: Summa hæc, seu Absoluta Potestas à Christo Domino Papæ concessa est, vt ea tutius, ac salubrius Christianæ Reipub. Saluti prospiceret, ita vt nullis repagulis, aut, quibus publica vtilitas retardari possit, extrinsecus impediatur, Can. *Dominus 19. dist.* Can. *Nemini 17. quæst. 4.* Ergò quoties Consilij Requisitio finem illum perturbare, aut impedire posset, nullatenus ad illud requirendum tenebitur. Quando verò Negotium verteretur, quod secreto admodum tractandum esset propter in signe aliquod periculũ imminens, si detegeretur; ac veluti etiam, si Negotium illud nullam moram pateretur, ita vt tempus non daretur Conuocandi Cõsistorium, aut singulorum Cardinalium, aut Prudentum aliorum Consilia exquirendi: Siue siqui alij similes casus emergant, quibus Papa. Boni Publici causa suaderetur: Ne conuocaret, aut alios Rerum vsu, ac Iudicio Præstantes accerseret, tùm Papam ab hoc Consilio petendo excusari docet Palæoth. *dict. part. 1. quæst. 3. art. 4. vers. Ac priorem quidem.*

## Sectio IV.

## An Romanus Pontifex aliquo Diuino, vel Humano Iure teneatur ad Consilium istud requirendum ad Ardua Negotia decernenda?

80 RAdicitus examinandã suscipimus Assertionem hanc Difficultatem *præcedenti sectione* leuiter resolutam, *& in hoc titulo* propositam, vtque obseruatam à Nobis Metho-

thodum retinea mus præmittimus planum. Al quibus videndum eam negatiuè resoluendam esse; Quo ad Ius enim Diuinum perspicue constare dicent; quum enim ad imponendam aliquam obligationem Iure Diuino, requiratur testimonium aliquod ex Sacris litteris petitum; quumque nullum adsignari posse fortè dicant, quo obligatio hæc imposita reperiatur deducent rectè à Iure Diuino Requisitionem hanc Cosilij injunctam non esse Romano Pontifici: Quo ad alia Iura etiam ratiocinari sic poterunt. Si aliquod esset Humanum Ius, aut Ratio obligans Supremos Principes ad Consilia ista requirenda, ea vel omnes, vel aliquos ligaret, sed nullis Principibus Supremis, imò neque Magistratibus injuncta esse legitur, neque à Sæculo auditum est Eorum Sanctiones ideò damnatas esse; quia nō præcesit Prudentum Consilium, ergò euidens demonstratio est talem obligationem, nullo Iure, nulla vè ratione inductam esse. Durum autem est Papam, qui omnium Principum Supremus est, obligatione obstringi, quà neque Iure aliquo, neque efficaci ratione, suadetur, imò, & aqua omnes Temporales Principes liberi reperiuntur; ergò negatiuè procul dubio resoluenda est proposita Difficultas.

81 Hoc tamen Discursu, efficaci, primo aspectu, reputando, non obstante, contrarium affirmandum videtur, præmittendo ex Aristot. 1. *Ethic.* 3. non in omni re eandem demonstrationem quærendam, sed in quibusdam obscuioribus, argumenta sufficere efficaciam habentia, S. Thom. 2. 2. *quæst.* 70. *articul.* 2. *in corpore.* Quod etiam Iureconsultis tamquam irrefragabile principium admittitur; ipsi namque in Delictis, & causis Difficilis Probationis conjecturata Probatio pro concludenti habetur, vt affirmare conspirant Canonistæ, per Text. *ibi in cap. Præterea, de Testib.* Bar. & Legistæ *in l. In illa stipulatione, ff. de Verb. Oblig.* Bald. *in l. Quicumque, colum. 6. vers. Sexto nota, C. de Seru. Fugit.* Dec. *in cap. Licèt causam, num.* 12. *in fine de Probat.* Tybet Decian. *consil.* 18. *num.* 221. *lib.* 7. Benedict. Carpzou. *in Praxi Crim. part.* 2. *quæst.* 60. *num.* 6. Ioann. Bap. Ventrigl. *in Praxi Eccles. Adnotat.* 4. §. 3. *num.* 1. In hac ergò obscuriore materia etiam minus clara Testimonia concludenter probabunt, quæ minimè prætermittere putauimus, vt ex eis efficax saltem sumatur argumentum ad obligationem istam inducendam volentibus suscipere.

82 I. ergò ex Iure Diuino obligationem requirendi Consilium ad ardua decernenda injunctam esse Summo Pontifici, & omnibus alijs Principibus Supremis affirmant aliqui his ducti Fundamentis. I. innixi Sacro Textui, & præcipuè Eccles. 32. *Fili, sine Consilio nihil facias*, Prouerb. 11. 24. *Erit salus, vbi multa Consilia, &*

*Prouerb.* 13. *Qui agunt omnia cum Consilio, regnantur Sapientia*, Isai. 16. & Thob. 4. *Consilia semper à sapiente perquire*, cum alijs plenè congestis à Palæotho *de Sacr. Consistor. Consult. part.* 1. *quæst.* 3. *articul.* 5. & Felic. Contelor. *de Canonizat. Sanctor. cap.* 9. *num.* 44. *& sequentib.* cui addo Solorçano *Emblem. Polit.* 45. *toto*, & præcipuè *num.* 6. vbi satis ad rem subdit, etiam Delusos Gentiles à Iure Diuino obligationem istam emanatam reputasse, imò, & aliquo modo Supremum eorum Numen, Iouem scilicèt, comprehendere arbitratos esse, quem Hominibus prodesse solum posse; Ardua tamen, & magna Negotia, seu Suplicia, non discernendi absque aliorum Deorum Consilio, obligationem sibi imposuisse, sub inducens in comprobationem Senecam *lib.* 2. *Natur. QQ. cap.* 43. sic mythologice Fabulam istam interpretantem: *Quia Iouem, id est; Regem prodesse etiam solum oportet, nocere non nisi cum Pluribus visum est. Discant hoc Ij quicumque Magnam Potentiam inter Homines adepti sunt, sine Consilio, nec fulmen quidem mitti: Aduocent, considerent Multorum Sententias; Placita temperent; & hoc Sibi proponant, vbi aliquid percuti debet, nec Ioui quidem suum satis esse Consilium.* II. probatur obligatio hæc Sententia illa à per multis grauissimis DD. recepta. Munus, nimirum Consulendi in Ecclesia, quod hodie Cardinalibus tribuitur, Veteri Diuino Iure institutum fuisse, saltem figuratiuè: Martin. Laudens. *de Cardinalibus, quæst.* 26. & 34. Baisius *in Director. Elect. part.* 2. *cap.* 35. *num.* 7. Barbat. *de Præstant. Cardinal. quæst.* 1. Card. Alban. *quæst.* 5. Card. Hostiens. *in cap.* 2. *de Cleric. non resid.* Lancellot. Conrad. *in Templo Iud. & Aduocat. lib.* 2. *cap.* 2. §. 1. cum alijs, adductis à Palæoth. *dict. quæst.* 3. *articul.* 5. *vers. Secundum verò*, vbi præcipuè allegat Abbat. *in cap. Per Venerabilem, num.* 20. *& Præpos. num.* 142 *Qui filij sint legitimi.* Specular. *titul. de Leg.* §. *Sequitur.* Gundisalv. *de Cardin. quæst.* 1. *&* 2. Turrecrem. *in Summa, lib.* 1. *cap.* 18. affirmantes in Veteri Testamento D.D. Cardinales prænuntiatos esse, quamvis quoad nomen, aliaque accidentia Eorum Institutionem Iuri Canonico adscribendam censeant Ioann. Brunel Aurelian. *in tract. de Dignit. & Potestate Legum, conclus.* 34. *& sequentib.* Lib. Cæremon. 1. *sect.* 8. *cap.* 6. cui, & prædicto Textui omnes innituntur, in illis Verbis. *Sunt autem Sacerdotes Leuitici Generis Fratres Nostri, qui Nobis Iure Leuitico in Executione Sacerdotalis Officij Coadjutores existunt, &c.* Quibus addo clarius loquentem Eugenium IV. *in Constit.* 15. §. 4. *Bullar. Nouis. tom.* 1. ibi: *Et si hujus Dignitatis nomen, quod modo in Vsu est ab initio Primitiuæ Ecclesiæ non ita expressum fuit; Officium tamen ipsum à B. Petro, eiusque Successoribus, institutum euidens inuenies. Imò, vt*

in-

*inquit Innocent. III. ex Veteri Testamento jussu Dei traxit Originem, asserit enim id, quod in Deuteronom.* 17. *dicitur: Vt pro Difficultate, & Ambiguitate Iudicij accedatur ad Sacerdotes Leuitici Generis, & Iudicem, qui fuerit illo tempore, & obediatur Ipsorum Iudicio, & qui præsunt loco, quem Dominus elegerit; de Summo Pontifice intelligendum esse, & Fratribus eius, idest, S. R. E. Cardinalibus, qui ei Iure Leuitico in executione Sacerdotalis Officij Coadjutores existunt*, cui adstipulantur Ludov. Roman. *in Serm. habito in Concil. Basilien. num.* 12. Manfred. *de Cardinal. decis.* 77. Iacobat. *de Concil. lib.* 1. *articul.* 1. *num.* 244. *tom.* 13. *tract. DD. part.* 1. Isidor. Moscon. *de Majestat. Milit. Eccles. lib.* 1. *part.* 1. *cap.* 5. *in princip.*

83 Alij verò etiam in Lege Gratiæ à Christo D. Cardinalium consulendi Munus, originem trahere docuerunt, ex Luc. 6. vbi habetur Christ. D. duodecim elegisse ad substinendum onus cum ipso, quos Apostolos nominauit Iacob. Cohello *in Notitia Cardinalat. cap.* 1. *vers. Et ab ipso Christo*, allegans Anton. Pagan. *de Ordine, Iurisdict. & Residentia Episcop. sect.* 2. *circa finem, pagin.* 77. & Cardinal. Palæoth. *de Sacr. Consistor. Consultat. in Conclus. Oper. Membr.* 5. *conclus.* 2. *& vers. Ex præcitatis igitur Scriptoribus, Aliosque per Eum congestis, satis probatum videtur Cardinalatus Officij Originem ex Iure Diuino, tàm ex Veteri, quàm ex Nouo Testamento, deduci posse: ex Veteri; quia Sacerdotes Leuitici Ordinis repræsentant Cardinales; ex Nouo autem; quia in locum Apostolorum, Christo Domino assistentium, &c.* & in comprobationem allegat Lel. Zech. *de Repub. Eccles. part.* 2. *de Stat. DD. Cardinal. num.* 2. & Polydor. Virgil. *de Rer. Inuentor. lib.* 4. *cap.* 9 Alex. à Turrecremensi, *de Fulg. Rad. Hierarch. Eccles. lib.* 1. *part.* 2. *Radia.* 26. *pag.* 24.

84 Et quamvis Sot. *in* 4. *dist.* 24. *quæst.* 2. *articul.* 4. opinionem istam acerrimè impugnet, contendens Cardinalium Dignitatem, Ministerium, ac Functionem, non nisi multo post Christ. D. proditam, atque vsu receptam esse; hoc tamen non obstat. I. quia nullam adhibet concludentem probationem euertentem fundamenta ab Aduersarijs allata. II. nam quidquid sit de opinione ista in hoc Vno omnes conueniunt: Romanum Pontificem semper Consultores, & Adjutores habuisse, qui illi assiduo assisterent, atque opera, & Consilio suo adjuuarent, Ioann. Anton. Delphin. *de Eccles. lib.* 2. *titul. de Cardinal. conclus.* 9. Hi autem quocumque antea nomine appellarentur, postea Cardinales appellati sunt. Can. *In nomine Domini* 23. *dist.* Can. *Præsul.* 2. *q.* 5. Can. *Pastoralis* 7. *q.* 1. Palæoth. *dict. p. q.* 3. *art.*

5. *vers. Verum quoniam*, cui individua lius loquentem addimus, Hieronym. Plata *de Dignitat. & Offic. Cardinal. cap.6.* ibi: *Ante annos octingentos Romani Pontifices ad grauiora negotia consultanda cogebant Concilia, quæ Nationalia vocabant, ideſt Italicorum Epiſcoporum; quibus tamen Concilijs etiam Presbyteri Cardinales intererant, ut ex D. Gregor. Synodo (lib.4. Epiſt. cap.88. apparet; in ea enim poſt Epiſcoporum nomina, Vrbanorum etiam Presbyterorum, leguntur. Sed auctis Eccleſiæ opibus, & in ſuper Acceſsione Temporalis Principatus, cæpit Pontifex in ſingulos dies, Conſilijs, & Adjutoribus egere: Epiſcopi verò tàm ſæpe euocari non poterant, ea propter Concilia paulatim omiſſa ſunt, totaque res ad Cardinalium Senatum redacta eſt, &c.* indeque ſub in fert, Iacob. Cohello *in Notitia Cardinalat. cap.14. in princip.* Cardinales Senatores, Patres Ampliſsimos, & Patritios appellari, allegans Manfredo *de Cardinalib. deciſ.17.* ſicuti enim Senatores Coram Cęſare ad ſuggerenda Conſilia adſiſtebant, ita etiam Eminentiſ. D.D. Cardinales coram Pontifice ad idem Munus aſsiſtunt Iure Diuino eis competens, atque eàdem Senatori à Dignitate ex Imperiali Conceſsione, Can. *Conſtantinus 96. diſt.* vndè totius Chriſtianæ Reipub. Saluti in vigilare tenentur ex Munere, Can. *Bonæ el 1. & ibi Gloſſ. verbo Generali, de Poſtulat. Prælat.* Fruſtra autem Iure Diuino inſtituti eſſent huiuſmodi Conſiliarij (ſiue Cardinales ſint, ſiue Epiſcopi) ſi Romanus Pontifex non teneretur ab Eis Conſilium requirere, ergò ex hac Inſtitutione recte arguitur in Romano Pontifice obligatio petendi Conſilium ad ardua decernenda, quumque Inſtitutionem iſtam à Iure Diuino emanare probauerimus, ei Iuri accenſendam eſſe hanc obligationem non dubitamus.

85 III. probatur, obligationem iſtam à Iure Diuino procedere hac efficaci ratione ab ipſo Diuino Iure petita: juxta illud enim monetur Papa Oues Chriſti paſcere, non quomodo cumque, ſed Sancte, & utiliter, ut communis Interpretum fert Expoſsitio. Huic autem Muneri perfectè ſatisfacere non poteſt Pontifex. Si Res Arduas pro Eccleſiæ, & Gregis Salute, non conſultauerit cum Viris Rerum Peritia, Ingenij Acumine, ac Virtutis Integritate præſtantibus interquos Eminentiſs. D.D. Cardinales Iure optimo, ſemper præcellere debent, ut iam ſupra luculenter Nos probaſſe meminimus, & Ratio ſuadet; quum ad ipſum Conſulendi Munus potiſsimum delecti, & longo vſu exercitati dignoſcantur, quia nimirum (ut alia omittam adducta à Palæotho mox referendo) ipſi ſunt perpetui, & inſtar Apoſtolorum adſiſtentium Chriſto Domino, ad ſunt, & ipſi Papæ eius Vicario, illiuſque ſunt coadjutores, cooperarij, ac in Summa, Rerum publicarum peritiſsimi, Prudentiſsimi, ac Virtutibus omnibus ornatiſsimi. S. Thom.

Thom.2.2.*quæst.* 30. *articul.* 2. *ad* 3. Cajetan. *ibidem, & quæst.* 185. *articul.* 5. *vers. Et si rursus*, Palæoth. *dict. part.* 1. *quæst.* 3. *articul.* 5. *vers. Verùm quoniam.* Sicut enim in alijs, & ad alia Peritorum Consilio, omninò standum est, vt docent Canonistæ *in cap. Proposuisti, de Probat. cap. Fraternitatis, de Frigid. & Malefic. l.* 1. *ff. de ventre inspic.* Tusch. *Practicar. conclus. tom.* 6. *litt. P. Conclus.* 286. Lara *in Compend. Vitæ Hom. cap.* 7. *à num.* 27. Noguerol. *allegat.* 18. *ex num.* 22. Amaya *in l.* 2. *ex num.* 13. *C. de Iur. Fisci.* Farinac. *in Repertor. Iudicial. quæst.* 93. Ridéd umque aliter operantem docet Palæoth. *loc. cit.* addens ex hac ratione Cardinalium Consilio Pontificem stare debere.

86 His sic pro modulo nostro ad opinionem istam communiendam congestis non obstare, quæ in contrarium à principio ponderauimus, facile respondetur, negando suppositum quo ad Ius Diuinum, in eo namque satis clara testimonia reperiri iam suprà ostendimus. Negamus etiam omnes Principes, & Monarchas exemptos esse ab obligatione petendi Consilium quum contrarium omnibus commune sit, vt latè probat Andr. Isernia *in Rubric. Hic ergò finit lex, num.* 6. *& sequentibus*, Afflictis *in Constit. Regni, lib.* 1. *Rubr.* 45. *incip. Vt Vniuersis, num.* 58. *& sequentibus*, Solorçan. *Emblem. Politico* 45. *toto*, & plures alij libenter omissi, tùm quia noluimus in Re ad eo perspicua immorari, tùm etiam, quia alibi commodius in eo exspatiari licebit, hac ipsa Dissertatione.

87 Quod autem Papa tùm proprio Muneris ratione, tùm Iure Naturali, & Gentium ad petenda hæc Consilia obstringatur pluribus suadetur. I. attentis benè gubernatæ Reipub. quatuor Requisitis adductis ab Aristotel. 3. *Polit. cap.* 1. Ægid. Roman. *de Regimin. Princip.* 2. *part. lib.* 3. *cap.* 1. scilicèt Princeps, Consilium, Iudicium, & Populus. Sed in Ecclesia Dei est omnium perfectissima Respublica, vt manet probatum ergò in ea quatuor illa Requisita in Superiori Gradu, verificari debet, ergò Consilium ad Ardua Ecclesiæ decernenda necessario adhiberi debet, Ægid. Roman. *dict. lib.* 3. *cap.* 16. *& sequentibus.* Vndè ait Augustin. de Ancona *de Potest. Eccles. quæst.* 74. *articul.* 1. *ad* 3. traditum esse pro forma Papæ, & alijs Suptemis Principibus, nec Arduia Negotia, sine maturo Cõsilio determinent; hoc autem Cõsilium Viros probos, & expertos necessario exigit, teste Arist. *lib.* 6. *Ethic. cap.* 11. Hi autem in Ecclesia sunt DD. Cardinales, vt sæpius diximus, nùncque reperimus ex Can. *Ecclesia* 16. *quæst.* 2. Innocent. & Abb. *in cap. Cum te de Rel.* Ergò ab Eis Consilium petere tenebitur.

88 II. Autem probatur obligatio hæc Iure Naturali, & Gentium: Papa Iuribus istis ad Pacta Iusta obseruanda omninò adstringitur, Eleg. Text. *in cap.* 1. *de Probat.* quem *ibi* tanquam

singularem laudant Abbas, & reliqui Canon. cui ex Imperiali Iure concinnunt, Text. *in l. Cum Heredes, C. Qui Testam. fac. possit. l. 1. §. fin. de Offic. Procur. Cæsar. l. Donationes, quas Diuus, C. de Donat. inter. cap. 1. de Natur. Feudor. in vsib. Feudor. l. Quod semel, ff. de Decret. ab Ordin. fac.* Iaſ. Bal. Paul. de Caſtro, Franc. Vivi. Arias Pinell. Cagnol. Cephal. D. Ferdin. de Mendoza, Anton. Auguſt. Roderic. Suar. & alij laudati à Morla *in Empor. Iur. part. 1. tit. 3. in Præmiſsis, num. 67.* vbi ex Bald. Alexandr. Roder. Suar. & Iaſon. Satis ad rem ſubdit, quod licèt D. O. Max Leges Principibus ſubjecit, Pactamen, & Cõtractus eis ſubjicere noluit *& num. 69.* ex Eccleſ. 17. *Qui Pactum non obſeruauerit morietur in Babilonia*, atque ex S. Thom. Nauar. & Menoch. peccare mortaliter Principem non obſeruantem Pacta, & Conuentiones addit, pluribuſque allegatis *ibidem* hoc procedere, affirmat, licèt vtatur Papa, aut Princeps Plenitudine Poteſtatis, *& nu. 70. verſ. Imò quod fortius eſt*, ſubdit Quod ſi Deus aliquod Pactum faceret, teneretur ad illius obſeruantiam probans ex Bald. *in l. 1. ff. de Pact.* Dec. *in cap. 1. num. 2. de Probat.* & Ferdinand. Loazes, atque ex Sacra Pagina, Geneſ. 9. 15. 19. *& 21. Act. 7. & Luc. 2.* Si ergò (noſtro Humano More loquendo) Deus ad Pactorum obſeruationem teneri grauiſsimi iſti DD. affirmant, Papa ab obſeruantia nullatenus liberari poterit, vt patet à Majoritate rationis.

89 Et ne forte excipiatur: hoc intelligendum eſſe de Pactis, ſeu Contractibus initis cum Alijs Principibus Supremis, aut illorũ Vaſallis, non autem quando cum proprijs ſubditis contrahit; quia tùnc Abſoluta vtens Poteſtate, quàm omnia ei ſubdantur, etiam Contractus ſubdi dicendum eſſe forte deducent: Immerito tamen. I. nàm Deus æqualiter exemit à Principum Poteſtate Pacta, & Cõtractus, ac elementa Bal. *conſ. 271. num. 9. volum. 1.* Aym. Crauetta *conſ. 240. num. 20. vol. 1.* Reſpondemus II. negando exceptionem. Omnium ſiquidem DD. concors Sententia eſt Principem obligari Contractus ſeruare cum Vaſſallis initos Paul. de Caſtr. *in l. 1. ff. de conſtit. Princip.* Modic. *in §. Principũ Placita, Dubitat. 18. num. 2.* vbi ſatis ad rem addit, quod nec à præſumpto contractu diſcedere ei licèt, ſine cauſa grauiſsima Afflict. *de Prohib. Alien. Feud per Frideric. §. Præterea Ducatus, Notab. 6. nu. 54. & ſeqq.* Paulus de Caſtro *conſ. 313. col. 1. in fine, vol. 1.* Iaſ. *conſ. 227. col. 4. verſ. Tertio facit, & col. 6. verſ. Sexto facit*, Bonacina *de Legibus, diſp. 1. quæſt. 1. punct. 6. à num. 14. verſ. obijcies*, Villalov. *in Sum. tom. 1. tract. 2. diff. 30. num. 6.* Diana *p. 1. tract. 10. reſol. 10.* & fortius alijs Principem obligari etiam cum Vaſſalis contrahentem probat Auguſtin. Barboſ. *in Collect. ad cap. 3. num. 3. de Pact.* & in his terminis nullo Authore relato Palæoth. *de Sacr. Conſiſtor. Conſultat. part. 1. q. 3. artic. 6. verſ. Præterea tenetur Rodopa.*

90 Aſt Romanus Pontifex

ex

ex Veteri consuetudine promittit Cardinalium Consilium adhibere ad Ardua decernenda D.Solorçan.*de Iure Indiar. tom. 2. lib.2. cap.24.num.94.* ibi: *Ac præterea de hac re olim ab ipsis Romanis Pontificibus simul cum Fidei Professione Ius jurandum præstari solitum fuisse, quod hac forma concipiebatur: Si qua verò emerserint contra Canonicam Disciplinam, Ego cum Filiorum meorum S.R.E.Cardinalium Consilio, Directione, & Rememoratione, Ministeriũ meum geram, & emendare curabo, &c.* cujus quidem Formulæ meminit Cardin.Palæoth.*dict. art.6. vers. Præterea*, addens hujus Formulæ mentionem fieri *in Collectione Canonum Cardin. Deus dedit, & in libro Diurno Bibliothecæ Vaticanæ*, allegatque Ivon. *in Decret.p. 4.cap.132* & Gratian.*in Can.Sancta 16. dist. juncta Adnotatione jussu Gregorij XIII. addita*, Anton. Augustin.*in Epitom. lib. 6. cap.39.fol. 434* Atque etiam subdit Palæoth. ipse hanc ipsam Formulam latius à Bonifacio VIII. extensam observari in Vatican. Concluditque ex libro Cæremoniali. Praxim istam per multa sæcula observatã esse, juxta eamque Romanos Põtifices semper ad Ardua decernẽda Cardinalium Cõsilio vsos, quos pro inde Consiliarios Romanæ Ecclesiæ, Coadjutoresque habere instar Septuaginta Seniorum, quibus constabat Collegium à Domino institutum, vt Moysem in Populi Israelitici Regimine Consilio, & operajuuarent, *Numer.11.16. & ibi*, Abulens. *quæst. 24. & in 1. Reg. quæst. 1. in Prolog.* Ioann. Stephan. Menoch. *de Rep. Hebræor. lib.1.cap.1.quæst.4.* Priscinamque viros ætate, & virtute præstantes, apud omnes Gentes, Senum appellatione honorarunt Rosin.*de Antiq.Roman. lib.7.cap. 5.* Carol.Sigon.*de Antiq.Iur.Ciuilis Romanor.lib. 1.cap. 2. in princip. & lib.2.cap. 2. in principio*, Chasan. *in Cathalog.Glor. Mundi, part.10. consider.29.* Tiraquel.*de Iur.Primog.in Præfatione, à num.168. ad 172.* Tapia *de Vera Nobilit.lib 2.pag. 175. col.1. vers. Iuuenilis ætas.* Cardinal. Palæoth.*de Bon.Senect.part.3.ver. Ac primum consentaneum erit videre, pag.301. & vers. Sed præterea, pagin. 309. cum seqq.* Guardiola *in tract.de la Nobleza de España, cap. 38.* Ex hisque Senibus quum Consiliarij adsumpti essent à Romulo centum illi Viri, qui Senatum cõstituerent, & quorum Consilio gubernaretur Respublica Iuuenum viribus, & robore munita, Senatores indeappellati sunt. Tit.Liu. *lib.1.ab Vrbe condita*, Iustin. *lib.43. Histor.* Plin.*de Vir.Illustr.* Plutarch. *in Vita Romuli*, Dionys. Halicarnas.*Antiq.Rom. lib.1. & 2.* S. Augustin.*de Ciuit. Dei, lib.2.cap.17. & lib.3.cap.6.13. & 15.* Onuph. Panvin.*de Ciuit.Rom.pag.9.* Petr.Gregor.*in Prælud.Boni I.C.lib.2.ca.29. & Syntagm.Iur.3.part.lib.47.cap. 25.num.1.* Lancelot. Conrad.*in Templo Iudic. & Aduoc.lib.5.cap.7. de Præside, & Senatore, fol.107.nu. 6.* Budæ.*in Adnotat. ad l.fin. de Senat.pag.199. & 202. cum seqq.* Bovadilla *in Polit.lib.1.cap.9.num.17. & lib.3.cap.8.num.1.* Anton. Scapa *de Iur.non Scrip.lib.2.cap.7.num.*

1. Alexand. ab Alexand. *Dier. Genial. lib. 4. cap. 11.* vbi Tiraq. *pagin. 496. & 497.*

91 Hæc autem omnia præ excelsius in Eminentiſ. D. D. Cardinalibus verificari patet: tùm quia hoc ipſo Senatorum nomine à Pluribus decorantur, Iacob. Cohello *in Notitia Cardinalatus, cap. 14. in princip.* tùm etiam quia Papa Eorum Conſilio ad ardua decernenda ſemper vtitur, velut ad SS. Canonizationem: ad Creationem Cardinalium: ad claudendum, ſeu aperiendum os Noui Cardinalis: ad creandos Epiſcopos Cardinales: ad eligendos Legatos Apoſtolicos: ad concedendum Pallium Archiepiſcopale, & ad multa alia recenſita à Libro Cæremoniali, ſiue Sacror. Rituum Eccleſ. *pluribus in locis relatis* à Palæoth. *de Sacr. Conſiſt. Conſult. part. 1. quæſt. 3. artic. 6. verſ. Præterea tenetur Papa, pag. 34.*

92 Et quamvis prætermiſſa à Pontificibus, nùnc reperiatur Formula illa Iuramenti; effectus tamen in viridi obſeruantia viget, vndè, tametſi Verbis expreſsis nihil Papæ promittant; Ex ſuſcepti tamen Officij Natura ad eius obſeruantiam teneri; Videtur quia eo ipſo, quod illibate conſeruata reperitur Praxis hæc, ad obſeruãtiam iſtam tacite illos obligari cenſentur. I. quia non ſolum Verbis expreſsis, ſed etiam factis, aut ſignis hujus obligationis acceptatio inducitur, Gonçalez *in Reg. 8. Chancellar. gloſſ. 28. num. 25.* Caſtillo *tom. 6. controuerſ. cap. 152. num. 12.* qui *num. 13.* addit, quod ad probandam acceptationem obligationis ſufficit ſcientia cum taciturnitate, allegatque Avendaño *in l. 44. Tauri, Gloſſ. 5. num. 11. & Gloſſ. 9. num. 17. & Gloſſ. 12. num. 4 & 5.* Salg. *in Labyrinth. Creditor. part. 3. cap. 2. num. 83.* II. quia Officium, Munus, ſeu quem libèt actũ acceptans ſimpliciter, & abſque Proteſtatione, illud acceptare videtur cum omnibus ſuis Qualitatibus, & oneribus inſitis, *l. Cum ab vno, in princip. ff. de legat. 2. l. Qui tutelam, ff. de Teſtam. tutela, l. Si compenſanai, C. de Hæred. inſtituen. cap. Officij, de Teſtam.* cum alijs plenè congeſtis à Caſtillo *tom. 5. controuerſiar. cap. 107. à num. 65. per aliquot ſeqq.* & ſubjicitur Legibus, & Naturæ Actus, ſeu Officij, de eo loquentibus Natta *conſ. 49. nu. 22.* Dec. *conſ. 35. nu. 11.* Surd. *conſ. 198. num. 15. & conſ. 347. num. 24.* Salgad. *dict. cap. 2. num. 84.*

93 Horum omnium autem Ratio eſt; quia quaſi contrahit Pontifex cum Romana Eccleſia, quando ad Pontificatum adſumitur, & virtute Contractus adſtringitur obſeruare Inſtituta illa, Cõſuetudines, & Veteres Ritus, qui Fideli Populo, ac Sanctæ Eccleſiæ Vſui, & rectè Gubernationi neceſſarij eſſe poſſunt, & à Prædeceſſoribus Sanctè obſeruata ſunt, & Supremæ eius Dignitati inſita cenſentur. Abbas *in cap. Officium, de Offic. Archidiacon. & in cap. Cuſtos, de Offic. Cuſtod.* Hoſtien. *in Sum. de Offic. Cuſtod.* atque ex eis Palæoth. *citato art. 6. verſ. Hinc inferimus,* cui addimus Text. & Canon. & præcipuè Abbat. *in cap. Quoniam,*

de

*de Offic. Deleg.* Peraltam *in l.3.§. Qui fideicommissam, num.13.& seqq. ff. de Hæred. Instit.* Iacob. Cancer. *Var. Resol. 3.par. var. cap.1. num.* 147. Calixt. Ramir. *de Lege Reg. §.21.num.10.* addens ex hac ratione fuisse in Rota decisum, apud Paul Æmil. *decis.220 p.1.* Episcopum ligari Constitutione Synodali facta per Prædecessorem suum.

94 Concludenda ergò hæc Probatio est affirmando Papam juxta obligationem à Iure Naturali, & Gentium descendentem, etiam quando utitur Plenitudinè Potestatis, teneri ad ardua decernenda Consilium requirere ab Eminentiss. D.D. Cardinalibus: Tùm ex dictis, tùm etiam quia licèt vinculo aliquo Legis Humanę adstringi non possit coactiue, directiue tamẽ obligatur, ut docet Palæth. *dict. art.6.* eique addo plures referentem Calixt. Ramirez *de Lege Regia, §.23.num.49. & §.31. num.21.* Tùm denique quia quum obligatio hæc à Ratione Naturali descendat Principem etiam Supremum, Plenitudine Potestatis vtentem ea adstringi perspicuum est, ut propè in numeris relatis firmat, Calixt. Ramir. *dict. §.23.num.49. litt. S. pagin.* 201. cui addimus Palæoth. *dict. q.3.art.6. vers. Hinc inferimus*, sic expræsse loquentem ex Regula latè à Nobis exornata: Quod videlicèt Officium, vel Beneficium acceptans videtur per quasi contractum obligari ad debitam illius Administrationem, & onera ei adnexa, pro eaque allegat Zabarell. *cons.147. alias* 192. Felin. *in cap. Quæ in Ecclesiarum, numer.42. de Constit.*

95 Aliqua in Assertionem istam communiter objecta soluit, & summa dexteritate diluit, Cardin. Palæoth. *dict. q.3.art.6. versic. Quibus sic positis, usque ad finem Articuli*, quibus apud Eum videndis relictis ad vlteriorem præcipuæ Assertionis cõprobationem Nos conuertentes.

96 Iure etiam Canonico obligari Romanum Pontificem requirere Consilium ab Eminentiss. D.D Cardinalibus ad ardua decernenda probamus. I. *ex cap. Per Venerabilem, vers. Sunt autem Qui Filij sint Legitimi, cum alijs plenè congestis Section.2.* II. autem probamus, ex quo Roman. Pontifex Ardua omnia integro Iudicio decernere debet, ut perfectè suo Muneri satisfaciat, ut passim dicimus, & iterum repetemus. Integrum autem Iudicium in Iure Canonico illud dicitur quod Plurimorum Sententijs comprobatur. Can. *De quibus 20. dist. cap. Prudentiam, de Offic. Deleg. Clem.1. de Sentent. excommun.* Felix Contelor. *de Canonizat. Sanctor. cap.9. num.45.* Hoc autem aptius ad sequi non potest quam Amplissimi D.D. Cardinalium Collegij Consultatione adhibita, & Grauissimorum Patrum Sententijs auditis, eorumque requisito Consilio. Ergò Romanus Pontifex tenebitur ad Consilium istud adhibendum ad Ardua decernenda juxta Canonicas Sanctiones, quibus accinit ex Imperiali Iure, *l. fin. C. de Fideicommiss.* &

ex-

expræsius, *l. Humanum, C. de Legibus.*

97 Postremam denique hujus obligationis Probationem à Ratione sumimus, tùm quia est cunctarum opinionum clypeus impenetrabilior, Bald. *in l. vnic. §. In primo, C. de Caduc. tollen.* Greg. Lop. *in l. 1. titul. 19 gloss. 3.* & præcipuè in Quæstione, in quâ variæ sunt DD. Sententiæ, ea enim præualere debet, quæ Rationi innitatur etiam si contrariæ opiniones Doctorum Multitudine circumvallentur, *l. vnic. §. Sed neque ex Multitudine, C. de Veter. Iur. Enuclean. cum alijs à Nobis adductis in Præfat. ad Lector.* Tùm etiam, quia quum de obligatione suadenda Supremo Omniũ in Terris Monarchæ agamus, hoc efficacius medium reputauimus: in Supremis namque justè, & piè dominari volentibus: *Ratio, & Consilium sunt propriores Artes*, teste Tacito, *lib. 3. Histor.* & alijs adductis à Solorçano *Emblem. Polit. 45. nu. 46.* Plures ergò sunt Rationes hanc obligationem suadentes.

98 I. Præcipua Monarchicæ Gubernationis est Prudentia Isocrat. *ad Demonic.* vbi de ea loquens ait: *Prudentiæ adjuncta Vsui est; sine ea abit magis in noxam.* Vndè Valeri. Flac. *lib. 4. Argonautic.* cecinit.

*Non solum Viribus Æquum*
*Credere sæpè acri; potior Prudentia Dextra.*

Aristot. 3. *Polit. 7. & 6. Ethic. 5.* S. Thom. 2. 2. *quæst. 47. artic. 6.* Optima lex Regia 8. *titul. 5. part. 2.* ibi: *Cordura es la primera de las otras quatro Virtudes, que diximos en la tercera ley antes desta, que hà el Rey mucho menester para viuir en este Mundo. Cà esta faze ver las cosas, è judgarlas ciertamente, segund son, è pueden ser, è obrar en ellas como deben, è non rebatosamente.* Hoc est, Prudentiæ Virtutem ajunt Sapientes Vnicuique esse necessariam, S. Thom. 1. 2. *q. 57. art. 5.* quum enim illa dicatur recta Ratio Rerum agendarum; juuantur Homines illius auxilio, non tantum, vt Munera, quæ sibi incumbunt cautè, & circunspectè expleant, S. Thom 2. 2. *quæst. 49. artic. 7. & 8.* sed etiam vt salubria à Peritis Documenta suscipiant, quod ad Docilitatem pertinet, quæ Prudentiæ pars integralis dicitur S. Tho. *dict. quæst. 49. artic. 3.* Nàm quum ab Vno Homine omnia nequeãt, quantum satis est, considerari, indiget Vnusquisque ab Alijs eruditi, aut certè admoneri, in eoque studium ponere, vt exceptis casibus à Doctoribus traditis, qui Cõsultationi non subjiciuntur. Arist. 3 *Ethic. cap. 3.* in reliquis alios audiat, & Eorum Cõsilia, nec propter Ignauiam negligat; nec propter Superbiam contẽnat S. Tho. *dict. quæst. 49. artic. 3. ad 2.* Hinc S. Greg. *lib. 11. Epist. 29.* Antbemiũ reprehendebat; quia Consilia Sapientum, & recta Suadentium Monita non suscipiebat; qui enim aliquid ab Alijs scire potuit, & noluit; tùnc Illius ignorantia Eum non excusabit. Can. *Peruenit, & ibi Gloss. Verbo Consilia 84. dist.* Nobis enim, non solum Commissionis, sed in debitæ etiam Omissionis ratio reddenda est. Sic Legem

il-

illam interpretandam censemus; Interpretationemque sumsimus à Cardinal.Palæoth. *de Sacr.Consistor.Consultat.part.1.quæst.1.pag. mihi* 4. cui addimus Lipſ. *lib. 3. Doctr. Ciuil.cap.3.* Philipp. *de Comminis in Memor. cap.* 34. Gueuara *in Horograph.Princip. lib.1.cap.43.* Adam.Contzem. *lib.7.Politic,cap.* 13.§.8. Solorçan. *Emblem.Polit.3. à num.13.& Emblem.41.num.1.& Emblem.45.nu.2. & de Iur. Indiar. tom.1.lib.3. cap. 2. mox à principio, & lib.4 cap.9.num.37.tom.2.* Ambroſ.Marlian. *in Theatro Polit.cap.* 10.*pag.mihi* 168.*& pluribus ſequentibus.*

99 Ipſi Legi inſiſtentes II. probamus hanc obligationem, ſeu Neceſsitatem requirendi Cõſiliũ ad Ardua decernẽda: Eccleſiæ Regimen perfectius à Chriſto D.inſtitutum eſt, vt latè ſuprà manet probatum; perfectius autem eſt, qui conſultius Saluti Eccleſiæ prouidet: Conſultiuſque prouidere diximus, qui prudentius Se ſe gerit; prudentiuſque illum operari oſtendimus, qui perfectiori, altiorique Conſilio vtitur, vt deducimus ex præallegata Lege Regia, clariuſque probantem addimus, *l.1.tit.1.part.4.* Xenophon. *in Cyripædia, lib.* 8. Ariſt. *lib.3.Polit.cap.12.* Tacit. *lib.1.Annal.& lib.4.Hiſtor.* Lipſ. *lib.3.Polit.cap.2.& 3.* Campana *in Præfat. de Offic.Iudic.pagin.6.* Ergò Romanus Pontifex altiori, & Prudentiori Regula vti debet ad Ardua Eccleſiæ decernẽda, quàm vt adſequatur Conſilio Eminent.D.D. Cardinalium Collegij vti debet. Antiquos Romanos immitatus, qui nihil Arduum decernebant, niſi Conſulto Fecialium Collegio ad id inſtituto. Hugo Grot. *de Iure Belli,ac Pacis,lib.2. cap.23.num.4. & num.5.* plura cõgerẽs de neceſsitate Conſilij ad Ardua decernẽda. Moroſius Rationem iſtam exponit Grauina *de Cathol. Præſcription.in continuat.part.4.tom.2.art.* 8.quem videſis.

100 III. Attẽta Politię Ratione, Conſilia, ſic neceſſaria eſſe probamus: Gubernandi Ars omnibus alijs Artibus quum difficilior reputetur, eius Animam, atque inſeparabilem Comitem Conſilium arbitrati ſunt Lamprid. *in Vita Seueri*, Dionyſ. *lib.52. Hiſtor.* Plato *in Theogon.* Ariſt. *lib.1.Rethori.* Atque in Iure noſtro ſunt teſtimonia, *l. Humanum, C. de Legib.* vbi Theodoſ.& Valentinian. reſcripſiſſe legitur. *Benè cognoſcimus, quod cum veſtro Conſilio, Patres Cõſcripti, fuerit Ordinatum, id ad Beatitudinem noſtri Imperij, & ad veſtram Gloriã redundare, l. Non ſubeſt, C. de Repud. mox à principio*, ibi: *Dubium non eſt omnia omninò, quæ Conſilio rectè geruntur, Iure, meritoque, effectu, & firmitate niti.* Quod adeò neceſſariũ in omni Gubernatione reputarũt omnes, vt neque in ipſo feruentis belli æſtu abſque Conſilio operãdum eſſe moneat Politicorum cõmunis Præceptor. Tacit. *lib.1. Annal.* ſcribens: *Vnam in armis ſalutẽ, ſed ea Conſilio temperanda, & lib.2. Hiſtor. Videndum eſt, quo hoſtis imprudentia ruat, & quod loco Sapientiæ eſt, alienam ſtultitiam opperiri*, Titinnius *apud Nonũ Gubernator torquet*

*quet Nauem Sapientia, non Valentia.* Papin. Stat. *lib.* 10. *Theb.*

*Nec frena animo permitte Calenti*
*Da spatium, tenuemque moram, male cuncta ministrat Impetus*

Ex quibus satis euictam esse obligationem non dubitamus Finemque Disceptationi imponere posse non dubitamus. Ast quum ex hucusque firmatis, aliqua, & quidem non lenia in Ecclesiæ Monarchicum Regimen objici poterant tria adhùc inquirenda restant sequenti discutienda.

## Sectio V.

### An Romanus Pontifex Summus teneatur in Arduis decernendis, ita omninò sequi Consilium Eminentiss. D.D. Cardinal. teneatur, vt aliàs Decisio sit nulla?

101 DVas præcipuas continet partes sectionis titulus I. respicit Necessitatem, aut voluntatem Papæ sequendi Consilium ab Eminentiss. D.D. Cardinalibus ei præstito. II. autem validitatem, aut Nullitatem actus, Decisionis, aut Decreti à Pontifice, præter, vel contra Consilium illud expediti.

102 Et pro clariori resolutione I. partis præmonendum est Duplicem in ea Actionem considerari. I. Petitionem Consilij II. obligationem acceptandi, ad instar Fori, quod duplex à DD. consideratur, quorum alterum interius; alterum verò exterius Tribunal appellant. Butr. Innocent. & Abb. *in cap. Quia plerique de Immun. Eccles. cum alijs suprà à Nobis congestis.*

103 Petitio Consilij vbi de Rebus Arduis, ac dubijs deliberãdis agitur in Foro Conscientiæ, seu interiori, Principi etiam dicitur esse necessaria, tùm ex dictis: tùm etiam; quia quum illius animus perplexus reperiatur; nec satis ei innotescat: Quid Reipub. vtilius futurum sit? Dictat illi interior Instinctus. Humanaq; Ratio Optimum, & Saluberrimum, imò necessarium afore inquirere: Quid eligendum sit? prius quã operetur S. Thom. 1. 2. *quæst.* 14. *artic.* 1. *in corpore.* Si quidem quum hoc nocere nihil possit, & maximè prodesse dubium non est, id maximè fieri debet, *l.* 2. *§.* 1. *ff. Solut. Matrim.* Hujus autem Ratio præcipua, atque irrefragabilis est, quod in Moralibus, non æque, ac in Mathematicis Disciplinis certitudinẽ inueniri docuit. Arist. *lib.* 1. *Ethic. ad Nicomac.* quia Mathematicæ Disciplinæ ab omni Materia Formas separant; & quia formæ ipsæ tales plerũque sunt, vt nihil habeant interjectum, sicut inter Rectum, & Curvuum, nihil est Medij: At in Moralibus cir-

Circunstantiæ, etiam minimæ variant Materiam, & Formæ de quibus agitur, solent habere interjectum aliquid ea latitudine, vt modo ad hoc, modo ad illud extremum proprius accedatur. Ita enim inter id, quod fieri oportet, & inter id quod fieri nefas est, medium est, quod licèt, sed modo huic, modo illi parti propinquius, vndè Ambiguitas sæpè incidit, vt in Crepusculo, aut in aqua frigida calescente, & hoc est quod ait Arist. 3. *Ethic.* 1. *Quid? Cui anteponendum sit? difficilis sæpè est Iudicatio*, & Andronic. Rhod. apud Hugon. Grot. *de Iur. Belli. lib.* 2. *cap.* 23. *num.* 1. *difficile est id quod verè Iustum est, ab eo quod tale videtur discernere.* Hincque sæpè accidit, vt Iudicium nihil certi monstret, sed hæsitet. Vndè in rebus dubijs examen adhibet, & post illud plerumque Animus non in medio hæret, sed huc, aut illuc ducitur argumentis ex re petitis, aut ex opinione, quàm habet de alijs Hominibus Sententiam super ea re pronuntiantibus. Argumenta enim petuntur ex Re, è Causis, Effectibus, & adjunctis alijs, Vazquez 1. 2. *disp.* 62. *cap.* 1. *num.* 1. Medina 1. 2. *quæst.* 14. *cum alijs copiosè altero tomo*, congerendis. Ad hæc autem rectè noscenda, vsu quodam, & peritia opus est, non solum propria, quum Ardua decernenda sunt, vt actiuum Iudicium rectè formetur, sed necessario audienda sunt Sapientum Consilia Franc. Vitoria *de Ind. Relect.* 1. *num.* 12. & *de Iur. Belli, num.* 21. & 24. Hug. Grot. *dict. cap.* 23. *num.* 4.

104 At verò sæcus dicendum, & aliter ratiocinandum est de Acceptatione Consilij, vel de eo sequendo; diuersa namque est ratio in Vtroque foro; si enim quæramus ecquæ sit ratio in exteriori foro, quà communiter firmatur non teneri Principem Supremum, Consilium petentem illud etiam sequi? Inueniemus veram eam esse comperiemus: Quod in rebus hujusmodi exterioribus, & Politicis Princeps est tanquam Suprema Causa, qui omnia judicat, & à Nemine judicatur; ideo non debet ab extrinsecis, & inferioribus causis pendere, & illis alligatus esse, vi quadam Eum cogente, sed in manu eius posita est tanquam clauum tenentis, quem sibi tutiorem cursum Prudentia sua Legibus munita suaserit, intrepide tenere. Vndè communiter inter Nos circumfertur irrefragabile Principium etiam Tyronibus satis tritum: Omne illud quod soli Principi Iusto placuerit vim Legis habere, *§. Sed, & quod Principi placuit Legis habet vigorem Instit. de Iur. Nat. Gent. & Ciuil. l.* 2. *§. eo tempore, ff. de Orig. Iur.* & docent præter Ordinarios Repetentes, sic Iura ista interpretantes Andr. de Isernia *in Feudis, tit. de Capitaneo, qui Curiam vendidit, num.* 29. Menoch. *de Præsumpt. lib.* 1. *quæst.* 7. *num.* 64. Auendaño *de Exeq. Mund. Reg. cap.* 1. *num.* 8. *in fine*, eleganter Adam.

Blacuodeus *in Apologia pro Regibus, lib. 1. cap. 10. pag. mihi 60.* Calixt. Ramir. *de Lege Regia, §. 4. num. 12.* idem expresè in Pontifice Romano respondendum esse affirmans ex communi Canonistarum consensu. Cui addo Palæoth. *de Sacr. Consistor. Consultat. part. 1. quæst. 3. art. 8. vers. Verum si res Ordine, pag. mihi 39.* prolixius probantem.

105 Sed objicies fortè Principem non Sibi, sed Reipub. consulere debere; monente namque Seneca *lib. 1. de Clement. Respublica non est Principis, sed Princeps Reipub.* Solorçan. *Emblem. Polit. 11. num. 23. & sequentib.* Saluti autem Reipub. eiusque Bono publico conuenit Principem acceptare, & sequi teneri Consilia salutaria, vt liquet ex dictis *præcedentibus Sectionibus*, ergò ad illa sequenda Princeps omninò tenebitur, fortiusque Romanus Pontifex, qui præ omnibus Mundi Principibus communis omnium Pater, & Pastor appellatur, quia omnium Principum omniumque Populorum Christiani Orbis Saluti ex munere in vigilare tenetur Paterna solicitudine, & feruenti charitate, vt latè probat Habraham Bzoui. *de Romano Pontifice, cap. 34. toto.*

106 At nullius esse momenti Instantiam respondemus; quia non est Aliorum, quamuis etiam simul omnes collecti peritissimè essent, judicare, & diffinire: Quid vtilius Reipub. sit, sed ipsius tantum, cui Regni Gubernacula commissa sunt, vt latè probat Guillelm Barclajus *de Regno, & Regali Majestate, lib. 3. cap. 4. toto, & præcipuè à pag. 124. per aliquot sequentib.* Quod præcipuè militat. in Romano Pontifice, qui quum à Christo Domino immediatè Supremam suam Potestatem acceperit, Can. *Sacro-Sancta 22. dist.* Can. *Rogamus vos 24. quæst. 1.* Cum alijs latè suprà adductis, quibus nùnc addimus Anton. Perez Benedictin. *in Pertateucho Fidei, lib. 5. de Roman. Pontific. dub. 4. toto, & præcipuè, cap. 2. num. 12. fol. 35. pag. 2.* Nullius hominis Iudicio subjici potest, vt mox probabimus, interimque adducimus Adamum Blacuodæum *in Apologia pro Regibus, lib. 1. cap. 24. num. 2.* ibi: *Eum tamen* (loquitur de Romano Pontifice) *Ecclesiasticarum Legum Authores, ita Sacro-Sanctum esse volunt, vt nec Regum, nec Imperatorum, nec Populi, nec Sacri Concilij Iudicijs obnoxium esse patiantur. Can. Nemo, Can. Aliorum. Can. Facta, 9. quæst. 3. Voluit enim Deus B. Petri Successores Cælo tantum debere Innocentiam. Eorumque facinora, non ab Hominibus, sed à Deo dijudicari. Hoc opinor ob reuerentiam eius Personæ, quàm agunt in terris, &c.* Hucusque Author ille Natione Scotus, Professione Regis Galliæ Consiliarius. Cui etiam adnecto Michael. Paludan. Augustinianum *in Apologia, pro Constitutione Vrbani VIII. contra Ianſen. cap. 11. nu. 8 pag. 58.* Romano ergò Pontifici Summo hæc Potestas competit judicandi, & decernendi omnia Negotia, & cau-

causas Ecclesiæ, licèt arduæ sint proprio dictamine, nulloque obseruato alieno Iudicio, aut aliena Regula obseruata, tùm quia aliàs euerteretur Monarchica eius Suprema Potestas, vt rectè docet Palæot. *citato art.* 8. Paludan. *dict. cap.* 11. *mox à principio.* Tùm, & quia eius est Natura Consilij, vt Nullus illud sequi cogatur, vt suprà diximus, & communiter docent DD. Legistæ *in l. Titium, & Mœuium, in princip. ff. de Administr. Tut. l.* 4. *§ fin. ff Mandati*, Abb. *in ca. Nouit. num.* 4. *& 7. De his quæ fiunt à Prælat. & in cap.* 2. *num.* 4. *de Cleric. non resid.* Felin. *in cap. Ex parte de constitut.* Calixt. Ramir. *de Lege Reg. §.* 4. *nu.* 10. ergò non tenetur Rom. Pontifex necessario adhibere Consilium Cardinalium ad Ardua decernenda, vt docent suprà relati, quibus addimus Chasan. Marc. Ant. Cuchum, Menoc. Iac. Masc. Flam. Paris. Ioan. Garcia, Zeuallos, & Dionys. Paul. sequutos à Barbosa *de Iur. Vniuers. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 181. *& cap.* 4. *num.* 89.

107 In foro autem interioti Suprema causa est Deus, ipseque mouet intus animum Principis, & suggerit conscientiæ illius: Quid sit Iustum? Quid Bonum, & salutare? Mediantibus Consiliarijs rectè consulentibus, & propterea non debet Princeps ab eo discedere; alioquin grauiter peccaret, & Deo rationem reddere teneretur. S. Thom. 1. 2. *quæst.* 96. *artic.* 5. *ad* 3. Palæoth. *dict. articul.* 8. *uers. At verò in Foro interiori*, addens hinc Papam in foro interiori sæpè cogi Consilia sequi, non quatenus à Consulentibus proposita, & suggesta, sed quatenus Animum eius mouent, vt judicet à Cardinalibus proposita sequi debere post posito quocumque priuato affectu, à quo remotissimus debet esse Romanus Pontifex. Nec nouum est, imò frequentissimum apud DD. vt multa sint in Humanis Actionibus, quæ aliter in Foro Pœnitentiali; aliter in Foro exteriori, seu Iudiciarijs Legibus definienda sunt. Benedic. Canophyl. *in tract. de Regul. Fori, & Polit. Reg.* 2. 6. 8. 13. *&* 17. quem allegat Palæoth. *ibidem*, cui addimus Ioan. Valer. *Different. Vtriusque For. in Prælud. num.* 3. *&* 10. *& Verbo Adulterium; Different.* 2. *num.* 2. *& Verbo Excommunicatio, diff* 9. *&* 13. *& passim per opus.* Cajetan. 2. 2. *quæst.* 78. *artic.* 1. *ad* 2. Barbosa *in Rubric. de Foro Competent. num.* 7. *&* 8. Mantica *de Conjectur. lib.* 2. *titul.* 14. *num.* 18. *&* 19. Tuschus *Practicar. conclus. litt. F. conclus.* 447. *ex num.* 9. *tom.* 4. & pluribus relatis Ioann. Escobar de el Corro *de Vtroque Foro, in initio, num.* 3. *&* 18. vbi adducit Baldum Abbatem, Amescuam, Larream, Nauarrum, Philipp. Franc. Ludouic. Gom. & Ioann. Gutierrez, & licèt ille differentiæ huic non acquiescat communis tamen opinio in Eum militat.

108 Ad propositum ergò argumentum deueniendo respondetur, admissa Majori, negando Minorem, & Consequentiam; non enim pendet Salus Populi ab obligatione sequendi

Consilia, sed ab operatione, & exequutione illius, quod melius, & justius est, cujus Iudicium principaliè pertinet ad Principem, qui quum in manu Dei cor habeat. Prouerb. 21. auditis Aliorum Sententijs rectius ipse, quàm alij optimum eliget. Quod præcipuè militat in Romano Pontifice, cui positis his diligentijs infallibilis Definitio à Deo promissa est, vt numquam errare possit, neque fallere, aut falli, vt alibi latius ostendemus nunc que adducimus, quàm plures laudatos à Diana *tract. 1. de Infallibilit. Decretor. Roman. Pontificum extra Concil. Resol. 5. tota*, apud quem etiam absque diligentijs istis Pontificem infallibiliter definire grauissimi DD. affirmant; positis autem eis, conspirant omnes, *vt sequenti Sectione* videbimus. Finis ergò petendi Consilium non est illud sequi cœco quodam impetu, vt Nonnulli voluere, sed vt ex Consilijs traditis Papa ipse discernat, & dijudicet, id quod Reipub. vtilius esse arbitratus fuerit, Palæoth. *dicto articul. 8. vers. Ex quibus constare patet.*

109 Ad secundam difficultatis partem deueniendo facile deuictam ex nuper dictis Nemo non videt; si namque Roman. Pontifex ad Consilia ista sequenda nullatenus obligatur rectè infertur Actum præter, vel contra Consilia ista gestum validum esse; non enim potest Nullitas induci, vbi Legis, aut Præcepti transgressio non est, *l. In dubium, C. de Legibus, l. Vnica, C. Qui pro sua Iurisdict. l. Pacta, quæ contra, C. de Pactis, l. Ex pretio, C. Si cert. petat.* Auth. *Vt Med. lib. non fieri, Sacr. Iuss. circa finem*, Can. *Imperiali 25. quæst. 2. cap. Si Religiosus, de Elect. in 6.* Alex. *cons. 90. omissis, colum. 1. lib. 7.* Boer. *decis. 1. num. 16.* Soccin. *cons. 112. in princip. volum. 3.* Sebast. Vantius *de Nullit. in Rubr. num. 14. & 15.* Ast Consilium etiam acceptum nullam imponit illud sequendi obligationem, nullumque Præceptum, aut Legem continere potest, vt sæpius diximus ergò contra, vel præter illud factum Nullitati obnoxium esse non potest.

110 Hæc licèt adeò irrefragabilia sint, adhùc tamen in ea validissimè insurgi potest: Tùm Multorum opinioni innitendo, qui olim planè Actum contra Consilium factum nullum, & irritum judicarunt, teste Cardin. Palæoth. *de Sacr. Consist. Consultat. part. 1. quæst. 3. art. 7. vers. Non defuerunt enim.* Tùm etiam facto Romanorum Pontificum; quum enim Cœlestinus multas Abbatias, & Episcopatus, atque Superiores Dignitates contulisset, sine Cardinalium Consilio, fuit coram Successore satis disputatum, & demum propter præmissam Collegij Possessionem, Collationes cassatæ fuerunt, & Benedictus XI. statuta suspendit, quæ Bonifacius absque isto Consilio dederat Marchia-

nis;

nis; quia tangebant Arduа, licèt multa valde juſta eſſent in illis, Ioann. Andr. *in cap. Super eo de Hæreticis in 6.* motus ex eo quod defectus in Perſona Facientis, vel in modo faciendi, actum reddit nullum, Contelor. *de Canonizat. Sanctor. cap. 9. num. 3.* addens in cõprobationem, Cardin. Troil. Maluez. & alios, atque rationi illi ſuffragantes Textus *in cap. Eccleſ. S. Mariæ de Conſtitut. l. Magis puto, §. Ne tamen, ff. de Reb. Eorum,* dubiam ergò ex prædictis eſſe reſolutionem propoſitæ difficultatis apparet, vt autem perſpicua reddatur.

111 Difficultatẽ ipſam prius exponere oportet prout eã Nos in titulo explicandam proponimus. Eſt ergò: An in Foro tantum interiori Papa teneatur Cõſilium ad Arduа decernenda requirere, ita vt ſi ſine cauſa Cardinalium Sententias explorare prætermittat, culpæ Reus apud Deum conſtituatur; in Foro autem exteriori Actus ab eo geſtus ſubſiſtat? An verò talis omiſsio generaliter in Vtroque Foro nullum, & invalidum actum reddat?

112 In quà quidem difficultate duplex opinio reperitur. I. eorum qui affirmatiuè eam reſoluunt, quos ſuppreſo nomine Palæoth. allegat, *loc. cit.* eorum fundamenta hæc adducens. I. Præſumpta Mens Papæ, qui aliquem Ordinem ſibi præſcriptum non obſeruans, cenſetur velle, vt actus ille ab alijs ratus non habeatur, argument. Text. *in l. Siquis in princip. ff. de legat. 3.* II. quia ſubſtantia facti auditis Cardinalium Conſilijs immutari poſſet; quia Papa à priore Sententia diſcedere poſſet, vt ſuprà ex pluribus diximus, & præcipuè argument. Text. *in l. Si intres, ff. de Arbitr.* Hinc que hanc Conſiliorum Requiſitionem inter graues ſolemnitates, quæ neglectæ actum annullent recenſeri arbitrari ſunt Bart. *in l. 1. §. Si plures, num. 3. ff. de exercit. Actione*, Ioann. Andr. *in cap. Non eſt de conſuetud. in 6. & in Add. ad Speculator. titul. de Requiſit. Conſil. §. 1. verſ. Vt autem*, Abb. *in cap. Cum in Veteri, de Elect. num. 12.* quibus addimus Bald. *in l. Cum multa, ſub nu. 2. in fine, C. de Bon. quæ liber.* Cattelian. Cottam *in Memorab. Verbo Papa non poteſt Arduа.* III. quia etiam DD. affirmantes Papam de Neceſsitate non teneri ad Conſilia iſta requirenda, ipſi tamen de Honeſtate ſaltem, ad Conſilia iſta adhibenda in Arduis decernendis, teneri affirmant, vt ex plurimis ſuprà relatis, vidimus, nunc que adducimus Iacobat. Felin. Decium, & Gloſſ. ex Palæoth. *citato, artic. 7. verſ. Non defuerunt, lit. E.* & plures relatos à Barboſa *de Iur. Vniuerſ. tom. 1. lib. 1. cap. 4. num. 89.* Ex quibus ſic argui poteſt Honeſtas, & Iuſtitia æquiparantur, quo ad operationem, Can. *Erit autem lex, diſt. 4.* vbi Gloſſ. Archidiacon. & Gemin. pariter enim prohibetur fieri quod honeſtum non eſt, ac quod

injustum reputatur. Can. *Faciat Homo* 22. *quæst.* 2. & ibi Glos. Magna, *l. Non aliter, ff. de Vsu, & Habitat. l. Nepos Proculo, ff. de Verbor. Sign. l. Filius, ff. de cond. Instit.* ergò Actus hujusmodi contra Honestatem facti pariter sunt nulli, ac si contra Iustitiam gesti reperirentur. Ergò Quidquid Papa fecerit non requisitio Cardinalium Consilio erit nullum, irritum, & inualidum. Hucusque, pro hac opinione vrgeri potest, additis Rationibus, & Factis Romanorum Pontificum, suprà à Nobis recensitis, quę maximo pere eas confirmare non dubitamus.

113 II. autem Sententia huic omninò contraria est Definitiones quascumque à Romano Pontifice emanatas in rebus Arduis absque Cardinalium Consilio validas esse, neque ab aliquo in dubium reuocari posse eius validitatem, aut obligandi efficaciam. Quam quidem multipliciter eius Assecłæ probant.

114 I. quia nullibi constat Quod Lege Diuina, aut Naturali Romanus Pontifex obligatus sit tale petere Consilium, vt optimè docet Suarez *de Fide, disp. 5. sect. 8. num.* 11. Diana *tract. de Infallib. Decretor. Rom. Pontif. extra Consilium, resol. 5. vers. Claudam hanc resolutionem.* Ast Romanus Pontifex nulla alia Lege quàm Diuina, aut Naturali ligatur, Can. *Cuncta per Mundum* 9. *quæst.* 3. & *Clarius in cap. Filius noster, de Testam.* vbi Roman. Pontifex solum Dei Legibus, non autem Sæculi, viuere profitetur. Ratioque suadet; quia quum Superiorem non habeat, à Nemine cogi potest ad Legis Positiuæ obseruantiam, vt pluribus relatis probat Morla *in Empor. Iur. part. 1. tit. 1. de Legib. quæst. 1 à num. 2. per aliquot sequentib.* cui addimus Suarez *de Legibus, lib. 3. cap. 35. ex num.* 15. Andr. Fachin. *lib. 1. controuersiar. cap. 2.* & plures relatos à Diana *part. 1. tract. de Legibus, resol.* 10. & à Barbosa *in Can. Iustum, num. 2. Dist. 9. & de Iur. Vniuerso, d. lib 1. cap. 2. num.* 179. Ergò cessante Præcepto Diuino, aut Naturali obligante Romanum Pontificem ad hoc Consilium requirendum, omninò immunis à tali obligatione declarandus erit. Nullum autē Præceptum Diuinum, aut Naturale reperitur hanc ei obligationem imponens. Ergò propter eius Omissionem Nullitatem incurrere nequit Pontifex, tùm ex dictis à principio, atque tùm etiam quia Nullitas est Pœna Iuri Positiuo imposita; in odium enim, ac pœnam Transgressorum Legum, aliter gesta, & Lege interdicente facta, pro infectis, cassis, & in vtilibus haberi, ac nullius roboris, & momenti fore eadem lex voluit, & statuendo decreuit, atque ex tùnc Nullitatis remedium ad inuentum est, tamquam pœna, *l. Senatus, ff. de contrah. empt.* Bart. *in l. Turpia, ff. de Leg. 1. & in l. Praetor ait, ff. de Nou. Oper. Nunciat. & in l. 1. ff. de his, quæ pro non script.* Bald. *in l. Nemo Martyres, C. de Sacr. Sanct. Eccles.* Felin. *in cap. 2. col. 1. de Testib.* post Abbat. *in cap. Cognoscentes,*

col.

col.2.de Constit. Vant. de Nullit. in Rubr.num.15. Ast Romanus Pontifex nulli sub est Iuri quo ad Petitionem Consilij Barbos dict.cap. 2.num.181. Ergò Actus absque illo facti Nullitatibus subjici nequeunt. Vndè rectè Felin. in cap. Ad petitionem,num.2.de Accusat.& in cap.in causis,col.1.& 2.de Re Iudic. Vant.de Nullit. tit. An quælibet Sententia, & à Quocumque etiam Magistratu prolata per remedium Nullitatis impugnari possit? num.7. & aliquot seqq. Palæoth. de Sacr. Consistor.Consultat.part.1.quæst.3. art.7.vers.Verum abst,pagin. 37. docent Quod in Auditorio Papæ, vel Principis Nullitati locum non esse.

115 II.autem probatur: Actum infirmare,& irritum reddere pendet à Potestate coactiua, vt fusse probat Vant. de Nullit. tit.3. toto,& mox dicemus: Ast Romanus Pontifex nulli hujusmodi Potestati subjicitur; quia nec ipse in Se Potestatem istam exercere valet.S.Thom.1.2.quæst.96.artic. 5.vbi latè Cajetan. Palæoth. dict. artic.7.vers.Accedit,quod quum Actum,quia Nemò Sibi imperare potest,l.pen.ff.de Arbitr. Barbosa dict. lib.1.cap.2.nu.182.& seqq.& præcipuè,num.185 in fine. Conclusionem hanc ex illo firmans principio. Ergò impossibile est adsignare Nullitatem Actus gesti à Romano Pontifice.

116 III. eamdem probamus Sententiam,& præcedentes Rationes sic explicamus, & corroboramus: Vt Actus quilibet nullus,& irritus reddatur,præcedere debet Iudicis Competentis declaratio ad instantiam legitimæ Partis eam petentis. Ast nullus est in hoc Mundo Iudex competens valens Nullitatem istam declarare, neque Legitima Pars declarationem istam petere valens, ergò impossibile est dari Nullitatem in Actis à Romano Pontifice gestis. Consequ. ex præmissis sequitur. Maj.patet;quia Hæretici quærentes Iudicem, qui Romanorum Pontificum Decreta reformaret, nullum alium inuenerunt, quàm Generale Concilium, vt passim apud Cõtreuersistas,& apud mox allegandos videre est. At Generale Concilium nequit Legitimum Papam judicare,neque Ei Legem imponere,Can.Sicut dist.15.Can. Quodcumque 24.quæst.1.Acuña ad 1.part.Decreti,in Can. Nùnc autem, num.5.dist.21.Ioann Andr.Felin. & Card.Alexandr.sequuti à Fragoso de Regim.Reip.Christianæ,tom. 1.lib.1.§.6.num.67. neque ipsius decreta quolibet aliquo prætextu nulla declarare,aut quidquam decernere,vel decidere quod Summi Põtificis Authoritati deroget, Fragoso dict.§.6.num.67.allegans Concil. Chalcedonens. Act. 10. Neque potest Concilium super Decretis Concilij Iudicium ferre, Turrecrem. in Summa Eccles. lib.3.toto.Vitoria in Relect. de Potest.Papæ,& Concilij.Cano de Locis Theologic.lib.6.Bellarmin.de Rom. Pontifice,lib.4.cap.1.tom.1.controuersiar.Suarez dict.disput.5.sect.8. num.9.Cajetan.de Potest.Papæ,p.2. cap.13.& seqq.nostras Illust.D.D. Fr. Bartholomæus de Carrança,

Ar-

Archiep. Toletan. *in Summa Concilior. controuers.* 3 Albert. Pighius *de Eccles. Hierarch. lib.* 4. *cap.* 3. Augustin Barbosa *de Iure Eccles. Vniuers. lib.* 1. *cap.* 2. *ex num.* 38. *& in cap. Significasti de Elect. & in cap. Ab Apostolica, de Sentent. & Re Iudic. in* 6. Gregor. de Valentia *tom.* 3 *controuers. quæst.* 1. *punct.* 7. *§.* 4. Dominic. Bañez 2. 2. *quæst.* 1. *art.* 10. *dubit.* 2. Thom. Bozius *de Sign. Eccles. lib.* 16. *cap.* 8. *& lib.* 18. *cap.* 6. Solorçan. *de Iure Indiar. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 37. Atque ex Sorbonicis Galliæ Andr. Duvall. *in tractat. de Pontifice, part.* 2. *quæst.* 1. Ioannes Leycet *de Authorit. Pontificis, lib.* 2 *toto.* Brun. Chasaing *de Priuileg. Regular. par.* 1. *tract.* 1. *cap.* 1. *propos.* 2. quibus addo expræsius loquentem, & eruditissimè probantem, tùm exemplis, tùnc authoritatibus Christian. Lup. *tom.* 2. *in Concilia Generalia in Dissert. de VIII. Synodo Generali, cap.* 8. *vers. In tertia Actione, pag.* 1471. *&* 1472. omninò videdus Ergò Nullus est legitimus Iudex, qui hanc Nullitatem declarare valeat, Iudice autem non existente Iudiciũ esse nequit, neque Pars petere, quia præcipua Iudicij Pars est Iudex, quo deficiente omnes aliæ Iudicij partes obmutescunt. Consequ. expressè probat Fragoso *dict. §.* 6. *nu.* 78. vbi docet extra casum Hæresis, à Nemine judicari, aut accusari posse Rom. Pontificem allegans Hadrianum Papam *in* 2. *Epistola Synod. ad VIII. Synodum, quæ habetur Action.* 7. *&* Canon 21. *tom.* 4. *Concilior.* eique addo Bellar. Suarez, Ioann. Andr. Abbat Archidiacon. Turrecremat. Azor. Duardum, & Loterium, sequutos à Barbosa *de Iure Eccles. Vniuers. tom.* 1. *lib.* 1. *c.* 2 *n.* 186. si in grauissima hac Quæstione Iudicis Munere fungi Nobis fas est, postremam hanc opinionem omninò sequendam, & à cunctis Catholicis defendendam reputamus, vtpote quæ solidioribus nititur fũdamentis, & conformior est Diuinæ Promissioni & Concessioni Sacro Supremę Potestatis Petro, & Successoribus eius à Christo D. factæ. Ast quum omnes istæ difficultates alto indigeant Magisterio Doctis resoluendas relinquimus, nostro patè facto Iudicio.

117 Quin ei, & secundę opinioni obstent, quæ in contrarium à principio objecimus Ad I. namque respondemus quod quoties plena deliberatio est, & constat de enixa voluntate nullus datur conjecturandi locus. Ad II autem respondemus illud procedere attentis Legibus Humanis, quæ quum Romanũ Pontificem non ligent, euanet objectio. Ad III. facile etiam respondetur. Illud solum euincere in justè operaturum Romanum Pontificem Consilium hoc non adhibendo ad Ardua decernenda, non tamen nulliter, quod diuersissimum in Iure reputatur, vt pluribus relatis docet Cardinal. Palæoth. *de Sacr. Consist. Consultat. part.* 1. *quæst.* 3. *artic.* 7. *pag.* 37. quem videsis. Nobis enim hæc dixisse sufficiat.

An

# Sectio VI.

## An Romanus Pontifex definiens Res Fidei, aut Morum non adhibito Consilio D.D.Cardinalium, aut totius Ecclesiæ errare possit? & An omissio hæc excusset ab obediendis Decretis à Summo Pontifi. latis?

118 GRauissimam sanè, & maximoperè his tẽporibus necessariã, reputamus Discussionem præsẽtis difficultatis propter nonnullos male feriatos Homines stabilire volentes aliquos intolerabiles errores quos titulus ipse supponit, omninò exitiales Supremæ Potestati Monarchicæ à Christo D. Petro, & Successoribus concessæ: Fatebimur sanè ad eo difficilem esse, vt Doctissimum aliquẽ Disquisitorem exposcat, Nosque impares esse tali Muneri subeundo etiam fatemur; vndè libenter illam prætermitteremus, ni mancam euasuram Dissertationem istam ab omnibus dijudicandum esse timeremus, atque ideò necessitate coacti eam proponimus: vt tractationis præceptis ob temperemus; & ne in alienam Messem mittere Falcem videamur; quia hæc difficultas putè Theologica fortsan ab Aliquibus reputabitur, & est, imò ex penitioribus Theologiæ visceribus eruta; præcipuis namque Principijs Tractatus de Fide, innititur, quæ ad exactam Discussionem euoluere, ac prætermittere opus esse dicent, vndè alienam ab Homine solum aliqualiter in Iurisprudentia versato reputabunt Se se Difficultatibus istis implicare. Et quamvis objectionem istam *in Introductione Proœmiali, §.6.* retuderimus. Validius nùnc Eminentiss. D.D. Cardinal. Cajet. authoritate omninò comminutam non dubitamus, *tom.* enim, 1. *Opusculor. tract. 1. de Comparat. Authorit. Papæ, & Concilij, cap. 1. in princip.* ait: *Et ne Quis putet ponere Me Falcem in Messem alienam præmitto: Quod quia Authoritas Papæ immediatè est à Deo, & reuelata in Sacra Scriptura, & Authoritas Ecclesiæ Vniuersalis immediatè dicitur esse à Deo, vt Constantiense Concilium declarauit, ideò Materia ista primo, & principaliter est Theologorum, quorum est Sacram Scripturam, & Diuina opera scrutari. Secundario autem, in quantum scilicèt est in Sacris Canonibus declarata ad Canonistas spectat, &c.* Moxque: *Oportet ergo Virum Docilem, Vtrosque, Theologos, & Canonistas in re hac perspicere, &c.* Tanto ergò Magistro tuti non temere difficultatem istam aggredimur.

119 Plures Cornelij Iansenij Episcopi Iprensis Discipuli, volentes, obstinato animo, defendere Magistri sui errores à S. Se-

de

de damnatos, varios excogitauere modos labefactandi Apostolicas Constitutiones contra Eum emanatas, & præcipuè Vrbani VIII. librum Iansenij prohibentis *Constit* 284 *§.8. to. 5. Bullarij, pag. 403. col. 2. in fine, & Constitutionem* 54 Innoc. X. *eodem, to. 5. pag. 529. & seqq.* quadam nauit iunto quinque Propositiones e iusdem Episcopi, atque *Cõstitutionem* 28. Alexand. VII *§.6. pag. 50. & seqq. tom. 6.* præcedentis confirmatoriam contra Eum. I. que asseruerunt: Romani Pontificis Decreta ex Suggestu, Sedeque Põtificali lata, tãquam ex Cathedra, animoque Definiendi, sub esse Vniuersali Ecclesiæ Iudicio, neque infallibilem cõtinere Ecclesię Certitudinem, donec ab Vniuersali Ecclesia cõprobata sint. II. autem error huic simillimus est: Pontificem Summum extra Concilium non posse quidquam determinare circa Fidẽ Caram. *in Theolog. Fundam. Fundam. 4. num. 169.* Diana *in Tract. de Infallibilit. Decretor. Roman. Pontif. extra Concilium, resolut. 1. mox à princip. part. 11. post tract.* III. Impune non obtemperari I. II. III. & Vlterioribus Romani Pontificis Iussionibus emanatis, è Cathedra in rebus ad Fidem, & Mores pertinentibus, sub prætextu, non adhibiti Consilij, aut sufficientis informationis. Alios etiam adhibẽt his consimiles errores recensitos à Michael. Paludan. Gandauense Ordin. Heremitar. S. Augustin. in Belgio Ex-Prouinciali *in Apologia Constitution. Vrbanian. contra Ianseniastas, cap. 1. num. 5. pag. 3.*

120 Quamvis Erroribus istis, alijsque eiusdẽ furfuris emergentibus facile occurri possit, eis opponendo solidissima Principia hucusque firmata, ex quibus Eos elidi non dubitamus; Eisque facile occurrere possemus, si Numero tantum DD. contra Eos pugnare decreuissemus; cuilibet nimirum errori Conclusionem contrariam à grauissimis DD. validissimè propugnatam opponendo: Ast quia altius rem perquirere inhiamus, noluimus hoc esse contenti, sed Vtrumque præstare, & Quæstionem radicitus examinare, & Conclusiones præmittere, quarum sit.

121 I. Conclusio. Romanus Pontifex, Ritè, & legitimè Electus, ac proinde legitimus, & verus Petri Successor, Solus, è Cathedra definiens errare non potest, atque eius Definitio infallibilitatem cõtinet nulla ad id indigens Ecclesiæ Approbatione. Quàm defendunt Cajetan. *in Apolog. de Potest. Papæ, part. 2. cap. 13. & seqq.* Canus *de Locis Theolog. lib. 6. cap. 3. propos. 3.* Bellarmin. *de Roman. Pontif. lib. 4. cap. 3. vers. de caterp.*, quos, & Nonnullos alios ex mox referendis allegat Barbosa *dict. cap. 2. nu. 38.* cui addo S. Thom. pluribus in locis, Bañez, Aragon, Valentia, Turrecre. Cardin. Osium, Ioann. Dried. Thom. Vualdens. Petr. Soto Mayor, Victoriam, Rossens. Arriaga, Amic. Caram. Suarez. Malder. Vuigers Vigerium, Castillo, Tanner, Granad. Can. Fragos. Stapleton. Turrian. Porc. Sylvium, Brun. Chasaing. & Andr.

dr. Duuall. sequutos à Diana *in dict.tract. de Infallibil. Decret. Roman. Pontificis extra Concil.resol.2.* pluribus comprobans apud ipsum videndis, qui *Resol. 3.* luculentissimè satisfacit Fundamentis Adr. Alphonsi de Castro, Gersonis, & Almayni, quos pro contraria opinione, *Resol. 1.* adduxerat, eique addimus, pro nostra Anton Perez Benedictin. *in Pentateucho Fidei, vol.5.dub. 5. toto*, & plures referentem Sebast. Cæsar *de Eccles. Hierarch part.1.disp.1.§.4.num.13.* Bap. Fragoso *de Regimine Reipub. Christian.tom.2.lib.1.disp.1.§.3.nu. 25.versic. Sit Conclusio.*

122 Consulto addidimus hęc de verò, & Legitimo Pontifice procedere, vt innueremus de Putatiuo Pontifice Conclusionem non procedere: licèt enim omnia alia facta à Pontifice putatiuo (dũmodo sit Vir non autem Fœmina, vt contra Iason. probat Læs. *de Iustit. & Iure, lib.2.cap.29.num 66. vers. Tertio*, Escobar. *loco mox referendo, num.343.*) teneant ex *l. Barbar. Philipp. ff. de Offic. Præsid.* quum infallibilis definitio, Iure Diuino, Verò Pontifici promissa sit, nullo errore cõmuni, Putatiuo Pontifici attribui potest. Thom. Sanch. *de Matrimonio, lib.3.disput. 22.nu. 28.* ita intelligens Gabr. & Mascard. & ab eo relatos, Escobar *de Vtroque Foro, tom.1.tract.1.artic.5. num.344.*

123 Huius autem Conclusionis efficacissimam hanc esse rationem censemus: Infallibilitas ad res Fidei, & Morũ definiendas soli Petro, atque Successoribus suis Legitimis promissa, & concessa est à Christo Domino, Luc. 22. *Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat Fides tua, & tu aliquando conuersus confirma Fratres tuos*, quæ licèt nominatim Petro dicta esse appareant; ad Successores tamen dirigi, docent Turrecrem. *in Summa Eccles. lib.2. cap. 109. & lib.3. cap.60.* Cano, Suarez, Bellarmin. Menoch. & Corduua sequuti à Fragoso *de Regimine Christiana Reipub. tom.2.lib.1.disp.1.§.3.nu. 26.vers. Stat ergò*, à Papa ergò tãquam Petri Successore Infallibilitatem, & Authoritatem accipiũt Concilia Generalia, Christian. Lup. *tom.1. in Concil. General. in Appendice ad S.S. Concilium Ephesinum, Act.3. pag.808. vers. Legatis Romanis.* Anton. Perez *in Pentateucho Fidei, vol.2.dub.2.cap.8. toto, & præcipuè, à num.45.* Baptista Fragoso *dict.disp.1.§.6.num.62. & 63.* Augustin. Barbosa *de Iure Vniuersor.tom.1.lib.1.cap.2.nu.38. & seqq.* Sebast. Cæsar *de Eccles. Hierarch.part.1.disp.1.§.4.num.9.* Ergò Roman. Pontifex solus absque Concilio definire potest infallibiliter. Conseq. probo. Romanus Pontifex infallibilitatem Concilio impertitur, ergò eam sibi habere perspicuum est, Nemo enim alijs concedere potest, quod non habet, & Nemo aliquid habet, quo vti non potest; si igitur Roman. Pontifex infallibiliter definiendi authoritatem concedit, vt relati Authores probant, ea ipsum vti posse perspicuum est.

124 Conclusione hac elisa etiam manet. II. opinatio Iansę-

seniſtarum existimantium Papam extra Concilium infallibiliter definire non posse. Eisdem namque Fundamẽtis, ac Rationibus Vterque iste error conuincitur. Vndè Ad tertium conuincendum sit.

125 II. Conclusio. Decreta Romani Pontificis definientis ex Cathedra sunt infallibilia etiam non adhibito Cardinalium Consilio, aut alijs informationibus. Quàm defendit Augustin. Barbosa *dict. cap. 1. num. 39.* cui addi potest Mich. Paludan. *in Apolog. pro Constitutione Vrbani VIII. contra Ianſenium, cap. 11. toto.* Gregor. de Valentia sequutus à Ioann. Viguerio *in 2. 2. S. Thom. tract. de Põtifice, quæſt. 1. art. 10. num. 189.* Castro Palao *tom. 1. tract. 4. disput. 1. punct. 5. §. 2. num. 12.* Franc. del Castillo *in 3. Sentent. tom. 2. disput. 16. sect. 6. num. 21.* Ludouic. Caspensem *in Curs. Theol. tom. 2. tract. 15. disp. 2. sect. 7. num. 68.* Adam. Tannetus *tom. 3. disp. 1. quæst. 4. dubit. 6. num. 158.* Ambros. de Peñalosa *in Vindic. Deiparæ Virg. disp. 12. cap. 1. §. 1. num. 6. cum seqq.* Suarez *de Fide, disp. 5. sect. 8. num. 11.* Antonin. Diana *in dict. tract. de Infallibilit. Decret. resol. 5. ver. Verum Sententiam.* Vbi pro contraria opinione allegat Grauinam *de Catholicis Præscription. tom. 2. part. 2. articul. 9. fol. 144.* Araujo *in 2. 2. S. Thom. quæst. 1. de Pontifice, artic. 10. dub. 5. num. 14.* Bordon *in Sacro Tribunal. c. 5. quæst. 25. n. 110.* Granad. Cano, & Bañez infrà referendi.

126 Pro hac Conclusione firmanda militant omnia Fundamenta prolixe adducta præcedẽtibus sectionibus. Vndè amplius in ea immorari otiosum reputauimus, & ideò sit.

127 III. Conclusio Præcepto Pontificio omninò obtemperãdum est, eique acquiescendum, donec à S. Sede reuocetur, etiam ex hypothesi quod Pontifex infallibiliter non definijsse liquido constaret. Hanc Conclusionem, tanquam commune inter Catholicos Principium, firmat Bellar. *de Roman. Pontif. lib. 4. cap. 2. vers. Deinde Catholic.* Iacob. Gretser. *in Defenſion. eiusdem capitis, tom. 2. colum. 1013. mox à principio,* nulloque relato Authore, sed aliquibus adductis rationibus defendit Michael Paludan. *in dict. Apologia, ca. 12. pag. 62. & seqq.* Nosque eã aliquibus Sacris, & Iuridicis testimonijs corroborare connabimur, hoc quidem irrefragabili Discursu.

128 Obedientia cuicumque Principi Supremo debita nõ fundatur in eius infallibilitate; sed in eius Legitimo Titulo, & Principatu, qui id à subditis exigit, vt quum ex Officio aliquid statuit, Iudicat, Definit, Præcipit, aut Vetat; eius Ordinationi Deferatur. Quod vsque ad eo verum est, vt etiam in Foro Conscientiæ Eosdẽ obstrictos teneat, ita vt Trãsgressores illius non solum Pœnis Ciuilibus, & Temporalibus subjaceant, sed etiam Conscientiam suam grauiter vulnerent, ac pœnis æternis subjiciantur, vt colligitur ex Apostol. *ad Rom. 13.* vbi scribit: *Parendum esse Magistratui veluti Dei Ordinationi, non solum*

*propter Iram, sed propter Conscientiam.* Caietan. *in Summ. verbo Præcepti Transgressores, in princip. pagin. mihi* 456. *in Antuerpiana, edit.* 1575. ibi: *Præcepti transgressionem peccatum esse constat, &c. ut imponit Necessitatem obediendi peccatur, si non impletur, juxta illud* 14. *quæst.* 1. *Quod præcipitur, & quod imperatur, necesse est fieri, &c.* Moxque: *Quandoque autem Antonomastice, ut imponit Necessitatem talem, scilicèt Mortaliter peccandi, si non pareatur, juxta Clement. Exiuit de Paradisso, de verbor. Signific. &c.* Aliquibusque interjectis, hanc elicit Conclusionem: *Commune est autem. Vtriusque generis præcepto quod Transgressio, tàm ex contemtu, quàm ex perse, impeditione finis est peccatum mortale.* Quam optimè probat, eique addimus Martin. Beccanum *in Theologia Scholastica, part.* 2. *Tractat.* 3. *cap.* 6. *quæst.* 2. Hulric. Hunn. *in Encyclopedia Iur. part.* 1. *titul.* 2. *cap.* 3. *numer.* 2. Iacob. Marchisell. *QQ. Pract. Iur. cap.* 46. *numer.* 1. *& seqq.* Iason. *in l. Certum, numer.* 14. *C. Vnde Legitim.* Anton. Fab. *in C. Sabaud. libr.* 1. *titul.* 1. *§. Quarta Propositio Caluini est.* Petr. PeKium *Tract. de Testam. Conjug. libr.* 4. *cap.* 24. *numer.* 3. Roderic. Suarez *in l. Quoniam in prioribus in declarat Legis Regni, §. Ad principalem huius Legis intellectum, num. vltim.* Ioan. Roxas *in Epitom. Succes. cap.* 20. *numer.* 148. Petr. GilKen. *in Tract. de Præscription. part.* 2. *Membr.* 2. *cap.* 3. *numer.* 44. Ferdinand. Vazq. Menchaca *Illustr. Controuers. libr.* 1. *cap.* 29. Alderan. Mascard. *de Gener. Statut. Interpretat. conclus.* 1. *num.* 222.

129 Quorum doctrina non solum procedit respectu Piorum, & Christianorum Principum, sed etiam Impiorum, Infidelium, & Ethnicorũ quorum legibus modo honestæ sint, Christianos illis subditos parere tenentur propter Conscientiam, ut clarè colligitur ex eodem Apostolo *citato cap.* 13. *Epistolæ ad Romanos*, ubi Fidelibus Romæ de gentibus præcipit, ut subditi essent sublimioribus Potestatibus, ac Politico Magistratui tamquam Dei Ministro, non solum propter Iram; ideſt Pœnam, aut supplicium in Transgressores latum, sed etiam propter Conscientiam; quum autem Apostolus hæc scriberet, Ethnici, atque impij Magistratus imperabant, ergò, &c. Tùm quia Santissimus Petrus *Epist.* 1. *cap.* 2. Fideles in Ponto, Bythinia, & Capadocia Impijs, & Infidelibus Magistratibus subjectos, hortatur, ac monet, ut subditi sint Omni Potestati propter Deum, atque obtemperent Dominis etiã Discolis, siue Difficilibus, cui certè consequens est. Eosdem etiam Legibus, & Sanctionibus illius parere debere, ut rectè infert, Hulric. Hunn. *dicto cap.* 3. *numer.* 7. ergò, &c. III. quia Christus D. Salvator Noster, Matth. 22. Cæsari Ethnico reddi jubet quæ sua sunt; hoc autè aliter fieri

nequit, nisi Legibus ab eo latis parendo. Millenæ aliæ Rationes excogitari poterunt pro Obedientia exhibenda omnibus Principibus.

130 Quibus admissis irrefragabilis redditur obligatio parendi Apostolicis Mandatis à Romano Pontifice emanatis, ex eo præcisse quod à S. Sede procedant seclusa, Infallibilitate decernendi: Si namque Principibus Supremis obedire tenemur, etiam in Foro conscientiæ, ex eo tantum quia Suprimi Principes sunt, ut manet probatum, quum Romanus Pontifex primum, seu Supremum obtineat Gradum in Ecclesiastica Hierarchia, siue Ordinis, siue Iurisdictionis Potestatem spectemus, qui ex eo Summus Hierarcha rectè denominari poterit, utpotè cui Christus D. totius Ecclesiæ Principatum tradidit, in Persona Petri Matth. 16. Ioann. 21. *cap. Fundamenta, de Elect. in 6.* ubi ait Pontifex non Petro personaliter tantum, Principatum istum Concessum, sed potius adid à Domino dattum, ut apud Petri Successores in Ecclesia, usque ad Consumationem Sæculi per maneret, Matth. 28. *Ecce vobis cum sum usque ad Consumationem Sæculi, cap. Solita, de Maior. & Obed.* Extauag. *Vnam Sanctam, eodem tit. inter Communes.* Sebastian Cæsar *de Eccleſiaſt. Hierarchia, part. 1. disp. 1. in principio, & §. 1. & passim.* Nosque fusius *Tractat. 3.* ubi propriorem habet locum, differemus *volum. 2.* in lucem edere parato.

131 His juxta Aliorum Sententiam, & Opinionem firmatis, difficultatem istam facile intelligendam Lecturis, exponere cupientes, Nonnulla pro More nostro præmittere decreuimus, ut perspicua nostra Resolutio euadat.

132 I. ergò præmittendum est, Romanum Pontificem quatuor posse considerari modis. I. ut est Doctor, seu Persona particularis. II. ut Pontifex, sed Solus. III. ut Pontifex, sed ad juncto solito Cardinalium, & Consiliariorum Cœtu. IV. ut Pontifex, sed vna cum Concilio Generali, ita Bellarm. *dict. libr. 4. cap. 2. mox à principio*, cui addo Barbos. *de Iur. Vniuerso, tom. 1. libr. 1. cap. 2. num. 38.* qui tamen dupliciter tantum Pontificem considerat; scilicèt tamquam Pastorem Vniuersalem Ecclesiæ, & Supremum eius Iudicem, ac ut Personam, seu Doctorem Priuatum.

133 II. præmonendum est Atque omninò obseruandum. II. posse quæri de Pontifice. IV. illis modis considerato in hac difficultate. I. An ipse Hæreticus esse possit? II. An Hæresim docere possit? III. quæ addi potest obseruandum; Sententias nimirum, & Decreto Romani Pontificis interdum esse de Rebus Vniuersalibus, Fidei videlicèt, aut Morum interdum de Rebus particularibus. Bellarm. *loc. citat. vers. Secundo.*

134 III. hic reuocandum est

est quod fuisse supra demonstrauimus, scilicèt : Maximopere decere, & conuenire Catholicæ Ecclesiæ; Quod Ardua eius Negotia, non nisi maturo præ habito Consilio decernatur; hoc namque ad eius perfectionem spectare diximus, eaque carere dicendum esset, si Concilijs non uteretur. Quod ex pluribus ostendimus, & præcipuè Card. Palæoth. *de Sacr. Consistor. consultat. p.1.q.3.art.6. in principio*, ubi firmata hac Regula, occurrens Objectioni petendæ à Summi Pontificis Suprema Dignitate, Eum ab hac obligatione excussante, concludit: *Alio qui eiusmodi Potestas, quæ Rationi subjecta non esset, Injuria potius, & summa violentia, ac Barbarica quædam Iurisdictio esset appellanda, quæ Christiano Principi non congruit, nedum Supremo Omnium Antistiti sit tribuenda, &c.* Vndè Supremæ Pontificiæ Dignitati maximè convenire nil, nisi Maturo Examine præmisso definire, docet Illustris. D.D. Fr. Payus de Ribera nunc Vigilantissimus Archiep. Mexican. *in Apolog. pro aliquibus Propositionib. malenotat. Propos.1. num.84.* ubi loculenter.

135 II. præmittendum est, & quidem consentaneæ ad proximè dicta, Romanum Pontificem Iuris Naturalis vinculo teneri ad Consilium requirendum pro Omnibus Arduis decernendis, & præcipuè si ad Fidem, & generaliter ad Mores attineant, ut iam diximus ex Cardinal. Palæoth. *dict. q. 3. art. 6.* & Alijs, cui addimus Riberam *in dict. Apolog. Propos.1. numer.6.* ubi ex eodem Card. Palæotho, & Cardinal. *de Lugo.* & Alijs, Iure etiam Diuino ad prædictum Examen Pontificem Summum obstrictum esse. Quod, & Nos iam supra ostendimus.

136 V. Præmittimus: aliter assistere Spiritum Sanctum Sacris Scriptoribus; Euangelistis nimirum, & Prophetis, ac Summo Ecclesiæ Præsuli Romano Pontifici; illis si quidem immediatè, suggerendo, aut loquendo, assistit extra ordinario modo quin ipsi ex Se diligentiam aliquam adhibeant, Papæ autem ordinario assistit modo, hoc est, adhibitis Humanis Diligentijs, & Dispositionibus, ad assequendam, quantum in Se esse, omnem Humano Modo possibilem intelligentiam, quæ postea redditur infallibilis S. Spiritus Assistentia, Dominic. Grauina mox referendus *citando art. 13. pagin. 151. vers. Secunda pars.* doctè (ut adsolet) Melch. Canus *de Locis Theolog. libr. 5. cap. 5. §. Athæc Opinatio*, ubi post quam docuit immediatum illum modum, quo Deus Prophetis, & Euangelistis adsistit, subdit: *At Concilium, & Pontifex, Humana via incedunt, Rationemque sequuntur, atque argumentando, Verum à Falso discernunt; non enim existimandus est Summus Pontifex eam habere facultatem quæ in Apostolis, & Prophetis, & Euangelistis*

*in erat; ut proposita vna qualibet de Fide Quæstione, protinus dignoscere posset, vtra Quæstionis pars, vera falsa vesit? Sed adhibere prius Consilium necesse est, & expendere vtriusque partis argumenta: Tùnc deinde sequetur Auxilium Dei, quod videlicèt opus est, ut Summus Pontifex in recta Fide contineatur, &c.* idque communi Conciliorum Stylo cõprobans, subdit: *Nam, & Apostolis, & Presbyteris in Synodum Hierosolymitanam congregatis non statim reuelatum est: Quid esset in Fidei causa decernendum; sed facta est prius (ut Lucas ait) magna Conquisitio.* Et pluribus relatis exemplis concludit: *Ex quo perspicuum est non dormientibus, & Oscitantibus Patribus Spiritum S. assistere, sed diligenter Humana via, & Ratione quærentibus rei, de qua differunt, veritatem.* Hucusque Doctissimus Canariensis Præsul. cui alius iam allegatus Archi Præsul Ribera *loc. cit. num.* 7. Se subscribit, quibus addimus luculentissimè rem explicantem Dominicum Grauinam *de Catholic. Præscription. in 2. part. tom. 4. Continuation. quæst. 2. art. 13. in Controuersiæ decision. pagin. 151. col. 2. omninò videndus.*

137 VI. Præmonendum duximus nihil denuo Deum reuelate suæ Ecclesiæ, quando Romanus Pontifex aliquid de Fide definit; sed solum ei adsistit, ut declaret Articulum definitum aliquando fuisse reuelatum; & ideò ab Ecclesia tamquam infallibilem veritatem admittendũ, S. Thom. 2. 2. *quæst. 1. artic. 7.* Grego. de Valentia 2. 2. *disp. 1. quæst. 1. punct. 1. Assert. 3. vers. Propositio.* D. Fray Payus de Ribera *in dict. Apologia, propos. 1. num. 8. & propos. 6. num. 55. & propos. 14.* quo Se remittit, eisque adde Grauin. *dict. artic 13. pagin. 151. colu. 2. versic. Secunda pars.*

138 His sic præliba tis, præmittere restat Quæstionis sensum; quo eam discutiendam proponimus, ut videlicèt non procedat de Possibili, aut Impossibili, ut Diana mox referendus, & Alij penes Ipsum existimarunt, inquirentes: *Quid dicendum, si Summus Pontifex per Possibile, vel Impossibile examen omitteret? Dicendum ne tùnc affore illum errare posse, nec ne?* Hanc enim Quæstionem, nec vtilem, nec aliquomodo necessariam reputamus. Quæstio ergò à Nobis discutienda de Possibili determinate, & defacto procedit, in eaque inquirimus: *An possibile sit Romanum Pontificem ad Ardua decernenda, Res nimirum Fidei, & Morum generaliter, Examen, seu Consilium omittere? Vel vtrum possit Summus Pontifex, attenta Communi, & Ordinaria Dei Prouidentia, qua suam S. Ecclesiam regere decreuit, aliquid ad Fidem, vel generaliter ad Mores pertinentem, definire Articuli, vel veritatis definiendæ, examine omninò prætermisso?* In eoque sensu.

139 In duobus conueniunti Omnes DD. Catholici, & Heterodoxi. 1. posse Pontificem, etiam ut Pontificem, & cum suo cœtu Consiliariorum, vel cum Gene-

nera-

nerali Concilio errare in Controuersijs Facti, particularibus, quæ ex Informationibus, testimonijsque Hominum præcipuè pendent. II. posse Pontificem, vt Doctorem Priuatum errare etiam in Quæstionibus Iuris Vniuersalibus, tàm Fidei, quàm Morum, idque ex ignorantia, vt alijs DD. accidit. Card. Bellarmin. *de Rom. Pontifice, lib.4.cap. 2. vers. His notatis.*

140 Deinde omnes Orthodoxi inter se in Duobus alijs conueniunt. I. Pontificem cum Generali Concilio non posse errare in condendis Fidei Decretis, vel generalibus Morum Præceptis: II. Pontificem Summum, tamquã Pontificem Solum, vel cum Generali Concilio statuentem, seclusa Infallibilitatis Quæstione, esse ab omnibus Fidelibus obediendum, vt iam suprà ostendimus, nùncque addimus Eundem Cardin. Bellarm. *citato, cap.3. ver. Deinde Catholici omnes.*

141 Quibus sic perspicue stabilitis ad propositam difficultatem Nos conuertentes. Relicta Diuersitate opinionum, quas in vnum congesit Bellarmin. *dict. cap.2. vers. Quibus ita constitutis,* & à Grauina *de Catholic. Præscription. dict. quæst.2. art. 9.* Barbosa *citato, cap.2. num.38.* Antonin. Diana *de Infallibilit. Decretor. Romanor. Pontif. extra Concilium, resol.5. part.11. post tractat.*

141 Sit resolutio nostra adducta à Bellarmino *dict. cap. 2. vers. Videntur quidem,* vbi postquã docuit Pontificem non posse definire aliquid Hæreticum, à tota Ecclesia credendum, relatisque DD. pro hac opinione militantibus, subdit: *Videntur quidem hi Authores aliquo modo inter se dissentire; quia Quidam illorum dicunt; Pontificem non posse errare, si mature procedat, & Consilium audiat aliorum Pastorum. Alij dicunt: Pontificem etiam Solum, nullo modo errare posse. Sed reuera non dissident inter se; nàm Posteriores non volunt negare, quin teneatur Pontifex mature procedere, & Consulere Viros Doctos; sed solum dicere volunt: ipsam Infallibilitatem non esse in Cætu Consiliariorum, vel in Consilio Episcoporum, sed in solo Pontifice, sicut, è contrario Priores non volunt ponere Infallibilitate in Consiliarijs, sed in solo Pontifice. Verum explicare volunt Pontificem debere facere, quod in Se est, Consulendo Viros Doctos, & Peritos Rei, de quà agitur. Siquis autem peteret: An Pontifex erraret si temere definiret? Sine dubio prædicti Authores omnes responderent, non posse fieri, vt temere Pontifex definiat; qui enim promisit finem, sine dubio promisit, & Media, quæ ad eum Finem obtinendum necessaria sunt. Parum autem prodesset scire Pontificem non erraturum, quando non temere definit, nisi etiam sciremus non permissuram Dei Prouidentiam, vt Ille temere definiat, &c.* ex quibus clare Resolutio nostra liquet; videlicèt: *Non posse fieri, vt Pontifex definiat temere, hoc est; suo innitens Iudicio, nulloque Cardinalium, aut Ecclesiæ requisitio Consilio: quia id spectat ad Ordinatiam Dei Prouidentiam.*

142 Quàm quidem probamus Authoritate DD. Idem Eminent D. Cardinal. Bellarmin. *lib. 1. de Concil. & Eccleſ. cap. 11.* cui addimus Dominic. Grauinam *de Catholic. Præſcript. 2. part. in continua. 4. tom. quæſt. 1. art. vnic. in Reſponſ. ad 4. argum. pag. mihi 37. in Edit. Neapol. qua vtimur, & quæſt. 2. art. 1. in Reſponſ. ad 4. Claſsim, §. Ad quartam, pag. 70. col. 1. & art. 8. in concluſ. pag. 145. col. 2.* D. Araujo *2. 2. quæſt. 1. de Pontif. art. 10. dub. 3. num. 14.* Bordon. *in Sacr. Tribunal. cap. 5. quæſt. 25. num. 10.* Iacob. Granad. *2. 2. controuerſ. 1. de Fide, tract. 7. diſp. 2. ſect. 2. num. 13.* Bañez *de Fide, quæſt. 1. artic. 10. §. Ad 4.* Cano *de Locis Theolog. lib. 5. cap. 5. §. Aliter verò*, Greg. de Valentia *tom. 3. quæſt. 1. punct. 7. quæſt. 6. §. Huc accedit, & q. 7.* Amic. *in Curſ. Theolog. tom. 5. diſp. 7. ſect. 1. num. 30.* Caſtro Palao *in Summa, tom. 1. tract. 4. diſp. 1. punct. 5. §. 2. num. 12.* Franc. del Caſtillo *in 3. Sentent. tom. 2. diſp. 16. ſect. 6. num. 21.* Ludouic. Caſpenſem *in Curſ. Theolog. tom. 2. tract. 15. diſp. 2. ſect. 7. num. 68.* Adam. Tanner. *tom. 3. diſp. 1. quæſt. 4. dub. 6. num. 158.* Ambroſ. de Peñaloſa *in Vindic. Deipar. diſp. 12. cap. 1. §. 1. nu. 6. cum ſeqq.* Franc. Suarez *de Fide, diſp. 5. ſect. 8. num. 11.* Mich. Paludan *in Apolog. contra Ianſen. cap. 11. & 12.* relatos à Diana *dict. tract. de Infallibilit. Decretor. Roman. Pontif. extra Concilium, reſol. 5. tota*, qui licèt varie hanc difficultatem reſolvere voluerint, omnes tamen ad concordiã Cardinalis Bellar. nuper relatam reduci poſſunt. Eiſque addo Ioan. à S. Thom. *1. part. quæſt. 1. diſp. 2. artic. 4. verſ. Dico ſecundo, & verſ. Reſpondeo Eccleſiam, & 2. 2. quæſt. 1. diſp. 9. artic. 2. §. Tertio quæritur, verſ. Ad Fundamentum*, Cardin. de Lugo *in Tract. de Fide, diſp. 1. ſect. 13. §. 1. à num. 276.* Noſtratem Ioann. Martinez de Ripalda *eod. tract. diſput. 8. ſect. 2. à nu. 21.* Ioan. Lorin. *in cap. 15. Act. Apoſtol. ad illud: Cum autem magna conquiſitio fieret.* Ioan. Malder. Antuerpienſ. Epiſcopum *tom. 1. de Fide, quæſt. 1. artic. 10. diſput. 5.* Nicol. Baldel. *in Theolog. Moral. lib. 1. de Fide, diſput. 37. num. 8.* Andr. Duvallium D. Sorbonic. *in ſuo Libr. de Suprema Poteſt. Pontifi. par. 2. quæſt. 3.* Franc. Sylu. Decan. Duacenſ. *in ſuo Libro de Præcipuis Controuerſ. Fidei, lib. 4. quæſt. 2. artic. 8* Gaſpar Hurtado *de Fide, diſput. 11. difficult. 15. §. Objiciunt*, Ioann. Azor. *Inſtit. Moral. tom. 2. part. 2. lib. 5. cap. 5.* Ludouic. Carbonel *in Summa, tom. 3. lib. 1. cap. 23.* Petr. de Aragon *de Fide, quæſt. 1. artic. 1. tract. de Summ. Pontif. dub. 2. concluſ. 2.* Vincent. Regium, è Societ. Ieſu *in Elucidat. Euangel. part. 3. lib. 5. cap. 11. Theorem. 5. à num. 17. ad 21.* Balduin. Iunnium ex Seraphica Minorum S. Franc. Familia *in Manual. Theolog. lib. 12. de Fide, cap. 5. de Romano Pontifice, Dogm. 6.* Habraham Bzou. *de Romano Pontifice, cap. 14. verſ. Iudicium Papæ in his, quæ ſunt Fidei*, Cardinal. Turrecrem. *in Summa, lib. 2. cap. 112. in Reſponſ. ad 6.* vbi Archidiacon. & Albert. Magn. allegat, Thom. Stapleton. Doct. Anglic. *tom. 1. par. 1. controuerſ. 3. de Primar. Subject. Poteſt.*

teſt. Eccleſ. quæſt. 4. §. Non fruſtra defendit, Eymeric. in Direct. Inquiſitor. part. 2. de Hæret. Prauit. quæſt. 2. & ibi Franc. Peña Comment. 27. §. Sit tertia Regula, Albertin. de Agnoſc. Aſſertion. Catholic. quæſt. 9. in fine, Cardin. Tuſch. Practic. Concluſ. tom. 6. litt. P. Verbo Papa, concluſ. 79. Proſper. Farin. de Hæreſi, q. 186. §. 1 num. 3. Anton. de Corduua in Quæſtionar. lib. 4. quæſt. 1. propoſ. 10. §. Secunda limitatio, S. Antonin. de Florentia in Summa, 3. p. tit. 22. cap. 3. Henric. Henriq in Summa, lib. 2. de Sacram. Pœnitent. cap. 26. & de Roman. Pontif. Clauc, lib 1. cap. 10. §. 2. Ioann. Viguer. in Inſtitut. de Virtut. Fidei, verſ. 13. de Poteſtate condendi Symbolum in fine, Card Stanisl. Hoſi tom. 1. cap. 28. in fine, Ioann. de Pineda in Eccleſiaſtem. cap. 12. verſ. 11. propè finem, Didac. Steli. in Lucam 22. ad illud Ego rogaui pro te, &c. Henr. Lancellotum Auguſtin. in ſuo Opere inſcripto Hæreticum quare? Qui eſt de Primatu Papæ, Ludouic. Turrian. de Fide, diſp. 17. dubit. 5. Franciſc. de Soſa, Ioſeph. Guarnizo, Ægid. Auguſtinian. Ferdinand. de Eſcalante, Bartholomæ. Fumum Ludouic. Molinam, Petr. à Ieſu Maria, Alphonſ. à Vera Cruce, Gaſpar Caſſalium, & omnes alios à Diana relatos, ſequutos à D Fray Payo de Ribera in dict. Apolog. Propoſ. 1. §. 2. à num. 10. ad 69. vbi eorum verba adducit, & Aſſertionē noſtram dilucide exponit, & concludit omnium Catholicorum communem eſſe Sententiam: *Impoſsibile eſſe Pontificem ſine examine, & maturo Conſilio definire Res Fidei, & Morum generaliter, ſuppoſita Dei Prouidentia.*

143 Exhibuimus copiam iſtam Authorum, vt hoc pacto vitaremus prolixiorem hujus difficultatis excuſsionem; tùm quia præcipuæ rationes, & Fundamēta, quæ adduci poterant luculentiſsimè examinata ſunt *tota hac Diſſertatione*; tùm etiam quia tot tantiſque grauiſsimis recenſitis DD. vix erit, quin aliquem, aut aliquos Lector habeat; quemcumque autem habuerit, plenè inſtructus manebit, dummodo attente conſideret præjacta à Nobis Principia *præcedentibus Reſolutionibus*. Moroſiuſque ideò in hac Reſolutione corroboranda ſubſiſtere ſuperfluum reputauimus; Neceſſarium tamen duximus reſpondere ad Authores Catholicos, qui pro contraria Sentētia militant; quia hoc non facile adſequetur etiam plurimis ex relatis non oſcitanter euolutis; quia non multum de illis curarunt; quum Heterodoxi magni facere Eorum Authoritatem conſtet ex adductis à Grauina *locis citatis*. Prius ergò recenſendi ſunt, & poſtea judicandi.

144 Ex Catholicis ergò Doctoribus militat contra Infallibilitatem duplex oppoſita Acies, cujus Prima vltra modum Poteſtatem Pontificiam extollit; Altera contra Ius, Faſque, atque in apertiſsima Sacra teſtimonia pugnās, eandem Poteſtatem peſum dare nō veretur: illa namque nefas eſſe defendit affirmare Papam non poſſe: Altera nimiam Ambitionē

eſſe

eſſe prædicat dicere Papam eſſe Infallibilem. Vtramque euertere opus eſt, vt noſtra opinio omninò firma, atque irrefragabilis maneat.

145 Ad opinionem nimis concedentem Pontificiæ Poteſtati facile reſpondemus, & quidē Duplicitèr. I. eam contrariam, atque ex diametro oppoſitam eſſe communi Sententiæ DD. quos plena manu congeſimus, quibus familiaris loquutio eſt: Non poſſe fieri, vt Pontifex temere definiat. II. quia hac non admiſſa loquutione damnandi ſunt, tàm Theologi, quàm Iuriſconſulti, & tàm Controuerſiſtæ, quàm Sacri Interpretes, omneſque Summiſtæ, & demum SS. PP. quibus omnibus communis eſt aſſertio: *Papam Multa non poſſe*, imò, & ipſi Summi Pontifices, non ſemel hac ipſa phraſi vſos eſſe comperimus. Gelaſius Papa relatus à S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 68. *artic.* 4. Vndè eximius noſtras D. Martin ab Azpilcueta *tom.* 1. *Commentar. de Spol. Clericor.* §. 3. *num.* 5. ab horrens indiſcretū zelum, ſeu nimiam Aſſentationē, quà Nonnulli DD. ampliorem, quàm par eſt, Poteſtatem Papæ attribuunt, ſubdit: *Quod fortè, vel alia ſimilia fuerunt in cauſa, quod fœlic. record. Pius V. Mihi ſemel dixerit: Iuriſconſultos ſolitos eſſe, plus ſatis Poteſtatis tribuere Papæ; cui humiliter reſpondi: Non omnis id facere; imò aliquos nimium detrahere, ſed media, eademque recta via Iura Naturalia, & Diuina cum Humanis conciliando, eſſe incedendum. Quod omnibus Vtriuſque Iuris Profeſſoribus perſuaſum iri maximè cupio, &c.* cujus mirificæ Doctrinæ ratione adducit Canus *dict. lib.* 5. *cap.* 5. *circa finem, verſ. Nunc illud*, vbi ait: *Non eget Petrus Mendacio noſtro; noſtra Adulatione non eget.* Addendique ſunt Paulin Berti. Lucenſ. *in ſua Praxi Crim. Regul. titul.* 4. *de Viſit. cap.* 10. *num.* 20. & Ludouic. Turrian. *in Select. Centur.* 4. *dub.* 80. ibi: *Notandum verò eſt, ſine periculo poſſe eſſe Controuerſiam circa Poteſtatem Pontificis, reſpectu alicujus actus, & poſſe eſſe opiniones contrarias Doctorum, &c.* & præ omnibus addendus D. Fray Payus de Ribera *in toties allegata Apologetica expoſsit,* §. 4. *num.* 86. *& ſeqq.* cui etiam adnecto in his terminis expreſsè loquentem Franc. Dauenporto, vulgo Santa Clara *in Syſtem. Fidei, cap.* 28. *num.* 7. ibi: *Suſpicor verò aliquos eſſe, qui dùm omnimodam huic Sedi Infallibilitatem tribuere prætendunt; omnem ab ea auferre conuincuntur; nimirum ad ſuos conceptus adſtruendos Poſteriores Pōtifices, & Synodos Prioribus opponūt: An non hoc eſt omnem Infallibilitatem auferre? &c.*

146 II. reſpondetur hanc Impotentiam definiendi non adhibito Conſilio, quàm admittere Aduerſarij nolunt judicātes multum detrahere Poteſtati Pontificiæ, tantum ab eſſe, vt illi contrarium ſit, aſſerere Rom. Pontif. datam eſſe à Chriſto Domino Supremam Autoritatem, vt temerè definiat, qualitèr definiturum eſſe patet, ſi abſque prævio examine, & ſufficienti Diſcuſsione definiret Articulum ad Fidem.

Se-

seu ad Mores generaliter pertinentem, ut docent præ allegati DD. quibus nunc addimus DD. Parisiens. Ioann. Arboreum, Alphons. à Castro, Covarr. Tutrecrem. Felin. Rippam, Abbatem, Iacobat. Barbat. Corduuam, Rossens. Vvaldens. Horantes, Archidiacon. Concil. Milevitan. sequutus ab Henric. Henriq. *de Roman. Pontif. Claue, lib.1.cap.10.§.2.toto*, cui addimus Author. *Concord. Sacerdotij, & Imperij, to.1 lib.1.cap.9.§.7.* Mich. Rouss. *Histor. Pontif. Iurisdict. lib.2.cap.10.nu.11.* Grauinã *dict. tom.4.q.2.art.8.* & suffragantes Text. *in Can. Apostolicæ 35.q.9. Cap. Apostolica, de Reludic. Cap.1. de Schismat. Cap. Licèt, Cap. Ecclesia, de Elect. Cap.1. de Renunt. in 6.* Clem. *Ne Romani, &* Clement. *Plerisque, de Election. Extrauag.5. Ioann. XXII. de V.S.* Temeritas autem in grauibus peccatum communiter reputatur, & summa imperfectio; nam teste Cicer. *lib.4. Rhethor. est cum in considerata dolorum perpessione gladiatoria periculorum susceptio.* vel juxta Angelic. Præceptor. *2.2.q.35.art.25. Temeritas, siue Præcipitatio est Defectus Consilij, & Spiritus Imprudentiæ,* vel (eodem Sancto teste *loc. cit. q.53.art.3.*) *Temeritas est per quam fieri dicuntur quæ ratione non geruntur, vel propter impetum voluntatis, vel Passionis, vel ex contemptu, quæ causatur ex superbia, ideo continetur sub Præcipitatione, quæ respicit vtrumque.* Cencinnitque Arist. *lib.2. Ethic.* Posse autem Peccare in definitionibus pro Vniuersa Ecclesia stabiliendis, Impotentia potius, quam Potentia dicitur S. Bonauent. *in 1. dist. q.42.* ubi ex hac ratione Deum peccare non posse affirmat, & nullo ex eis relato docet in his terminis, hac ipsa Paritate sumpta. D. Fr. Payus de Ribera *in dict. Apologia Propos.1.§.4.num. 88. & 89.* adducens S. Thom. *Quodlib.4. quæst.8. artic.13.* dicentem de Summo Pontifice: *Nihil posse contra veritatem, & totum pro veritate posse*, idque desumpsisse addit ex Apost. 1. *ad Corinth.13.* scribente: *Non enim possumus aliquid aduersus veritatem, sed pro veritate, &c.* Ergò Asserere Roman. Pontificem non posse Temere (hoc est non præmissa sufficienti Discussione, & præhabito Maturo consilio) infallibiliter definire, tantum ab est, ut Potestati Pontificiæ in aliquo deroget, quod eam potius mirificè augeat, eiusque Perfectionem declaret.

147 Vtque omnes ambigendi, & instandi occasiones (quantum in Nobis est) vitemus, addendum censuimus: Arbitrio Romani Pontificis à Domino relictum esse dijudicare Qantam, & Qualem Discussionem necessariam esse, ut Temeritas illa vitetur in definiendo, omnes siquidem Catholici DD. affirmare conspirant: Quod si Papa judicauerit sufficienter examinatam esse Quæstionem, seu à Articulum definiendum, eo ipso infallibiliter Eum definiturum. Henric. Henriq. *de Roman. Pontif. Claue, lib.1. cap.10. §.2. lit. P. & §.3. litt. A.* ubi aliquos allegat, *& lib.2. cap.5.§.2. litt. Z. & lib.3. cap.3. & cap.11.*

Hoc

148 Hoc autem quod Theologis ex suis Principijs commune est. Nobis etiam ex Nostri Iuris Regulis irrefragabiliter etiam procedit. I. nam Papæ asserenti sufficientem excusionem,& Cõsilium adhibuisse credendum est, ut supra diximus, nuncque producimus suffragantes Textus in Extrauag. *Quia Quorumdam* 5. *Ioann.XXII.de verb.Sign.*ibi: *Vtique tàm cum Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus,&c.* Can. *Prima Adnotatio* 11.*dist.*16.Iul.Papa *in Epist. ad Episcop.Antioch.* relatus *in Apolog.*2.*Athanas.* ex quibus,& alijs sic docent communiter propè in numeri relati à Diana *in d.Tract. de Infallibil. Decretor. Roman. Pontif.resol.*5. cui addimus Franc. Davemporto, vulgo S.Clara *in System. Fidei, cap.*28. *mox à principio,* Alavam *de Concil.*1.*p.cap.*1. Henriq.*de Roman.Pontificis Claue,lib.*3. *cap.*3. *§.*1. *in fine, litt.N.* II.nam juxta Iuris Regulas: *Quid quid in Iure expræssum non est id Arbitrio Iudicis relictum censetur.* Menoch. *de Arbitrar. in Quæst. Proæm. num.*5. Philipp.de Bictis à Camerino Capucinus *in Epitom. Consilior. Crimin.Tract.*11.*in princip.num.*1.

149 Deueniendo autem ad Authores Catholicos negantes Papam absque Concilio posse vsquam infallibiliter definire, quorum aliquos supra retulimus, nuncque indiuidualius omnes hãc opinionem defendentes adducimus, scilicèt Adrian. Papam VI. *in* 4.*Sentent. in Materia de Sacram. confirmat.art.*3.*ad* 2.*principale,*Castro *contra Hæreses, lib.*1. *cap.*2.& *latius, cap.*8.Ioan Gerson.*in Tract. de Potest.Eccles.*Iacob.de Almayn. *in* 3.*dist.*24. *q.*5. *dub.*6. quos pro hac opinione adducit Diana *dicti Tract.de Infallibil.Decretor.Roman. Pontif. extra Concil. Resol.*1. *mox post princip.* quibus addimus, alios relatos à Cano *de Loc. Theolog.lib.* 6. *cap.*1. *ad finem*, hoc ipsum tribuentes Gratiano *in cap.Ita Dominus,vers.Hoc autem* 19.*dist.*Quibus fauere videtur Abb. *in cap.Significasti, num.*3.*de Elect.& quæst.*1. *num.*22.Anton.de Rossetis *in Monarch.Concilior. q.*14.*num.*13.& 17. adductos à Barbosa *de Iur.Vniuerso dict.lib.*1.*cap.*2.*num.*39. *Qui eodem num. vers. Non obstat Ratio.* Eorum fundamenta diluit. Nosque Opinionem istam falsam esse censemus, atque à Catholicis auribus omninò ablegandam,eiusque Authores quoad opinionem istam ab Orthodoxorum DD. Alvo vna cum ipsa opinione delendos.

150 I.nam contraria est Sententia hæc Iuri Diuino, ex quo hæc clarè elici mox referendi DD.affirmare conspirant. I.Roman. Pontificem solum absque Concilio è Cathedram loquentem,Ecclesiam Vniuersalem præseferre,ut probatur ex illo Matth. 23.*Super Cathedram Moysi sederunt Scribæ,& Pharisæi, omnia ergò quæcumque dixerint vobis seruate,& facite.* Ergò eo ipso quod Dominus Præcepta illa seruare iusserit, ea ab Vniuersa Ecclesia emanata pronunciauit, ergò fortius in Romano Pontifice Christi Vicario Repræsentatio ista verificabitur. Ioann. à S.Thom.2.2.*quæst.*1. *art.*

*artic.7.de Authorit.Papæ,disp.9.artic.4.* Cajetan. *de Instit. Roman. Pontif.* Habraham Bzou. *de Roman.Pontif.cap.14.num.21.*

151 II.Eo ipso quod Papa, è Cathedra loquitur, atque Ecclesiam Vniuersalem præsefert; infallibiliter Res Fidei, & Morum definit siue Solus, siue cum Concilio definiat. Quàm Illationem probant. tum ex præcedenti Ecclesiæ Vniuersalis Re præsentatione, quam Romanum Pontificem habere diximus, è Cathedra loquentem: Ecclesia autem Vniuersalis nullum vsquam errorem, ne quidem materialem in Rebus Fidei, & Morum admisit, vt *ex 1. ad Timoth.3.23.* S. Martial. *Epist. ad Burdigalens. cap.* 1. atque ex ipsis infensissimis Ecclesiæ Hostibus, Caluino, Musculo, & alijs probat Isidor. Daluz Lusitan. *in Concertat.de Eccles.cap.10.verit.5. Specul.1.num.601. per aliquot seqq.* cui addo Bzouiũ *dict.cap.14.* plura congerentem, cui etiam adjungi possunt Gloss. Theolophylac. Beda, & alij apud Bellarm. *lib. 3. de Verb. Dei, cap. 5. & de Romano Pontif.lib.4.cap. 3. & 4.* & plures congerens PP. Henric. Henriq. *de Roman.Pontif.Claue, lib. 1. cap. 10.§.2.litt.M.* & luculenta Conciliorũ testimonia exhibẽs Christian. Lup. *in Concilia Generalia, tom. 2. in Not. & Schol. ad Canon. VI.Synodi,pag.816. vers. Et Romanam.*

152 Tùm quia Ipse Romanus Pontifex ex Se, Diuina Promissione infallibilis existit. Luc. 22. *Ego rogaui pro Te, &c.* quæ iam supra retulimus, in quibus præcipuè adnotãdum est, Quod ad Petrum directa, quater eius Persona specialiter designata est: *Pro Te, Fides tua, Tu, Fratres tuos,* quibus abundãtissimè ostendere voluit Dominus Petro, tamquam Ecclesiæ Capiti, atque Successoribus eius Infallibilitatem immediatè communicare, vt optimè ponderauit Agatho Papa *in VI. Synodo, Act.4. & 8.* & docent cõmuniter PP adducti à Bellarmin. *de Verb.Dei,dict.lib. 3. cap. 5. & de Rom.Pont.lib.4.cap.3. & 4.* Henriq. *dict.lib. 1. cap.8.§.1.litt.F. & cap.10.§.2.* vbi grauissima adducit comprobantia testimonia.

153 Vlteriusque ex ipso Sacro Textu hanc Infallibilitatem in Romano Pontifice probant ex illo Deuteron. 17. *Si difficile, & Ambiguum, &c.* ex quo Legis Veteris Summo Sacerdoti Infallibilitatem hanc competijsse deducunt; illamque ex Majoritate rationis Summo Pontifici Legis Gratiæ competere inferunt Alphons. à Castro *de Iust.Hæretic.Punit.lib. 1.cap.5.* Albert. Pigh *de Eccles.Hierarch.lib.4. cap.* 8. Cardin. Host. *lib. 2. contra Brent.* Henriq. *dict.§.2.litt.L.* corroborantque ex illo Ioann.11. *expedit, vt Vnus moriatur, ne tota Gens pereat. Hoc autem à semetipso non dixit, sed quũ esset Pontifex anni illius, prophetauit,* ideſt ex Munere infallibiliter definiuit, ut ex Augustin. *lib. 4. de Trinit.cap.17. & de Genesi ad litteram,lib.12.cap.21.tom.3.suor. oper. & Quæst.sup.Iud.lib.7.quæst.48. de Consensu Euangelistar.lib.2.cap.69.*

&

& *lib.2.ad Simplic.quæst.1.tom.4.* vberrimè, *tom.9.tract.49. in Ioan.* Cujus verba adducit Habraham Bzouius *dict.cap.14. num.11.*

154 Rationibusque hanc ipsam illationem, latè defendit Suarez *de Fide, disp.5.sect.1. & sect.5.* Nosque hanc iam suprà adductam tamquam irrefragabilem addimus : Concilium Vniuersale etiam in Hæreticorum Sententia est infallibile. Ast Concilium Vniuersale à Roman. Pontifice Infallibilitatem suam omninò accipit; quia essentiam legitimi Concilij, cui adnexa est Infallibilitas hæc, à Romani Pontificis authoritate mutuatur, Generalis namque Synodus extra Romanæ Sedis Mandata, nihil potest Christian. Lup. *in Cõcilia Generalia, tom.1.in Appendice ad Synodum Chalcedonens. Act.6. in fine, pag.967.* Deficiente quà propter Summi Pontificis authoritate non Concilium, sed Diaboli Conciliabulum reputatur, vt scribit Marcel. Papa I. *in Epist. ad Episcop. Antiochen.* Conc. Nicen.I. *relatum à Synodo Alexandrin. in Epist. ad Felic. Papam,* Iul.I. *in Epist. ad Episcop. Orient.* referente Socrat. *lib.2. Histor. Eccles. cap.13.* Sozomen. *lib.3. cap.9.* Nicephoro *lib.9. cap.5.* Cassiodor. *lib.4. cap.9. & 19.* Bellarmin. *de Concil. lib.1. cap.12. vers. Addo quod etiam,* vbi tàm Iure Diuino, quàm communi Regula Ecclesiastica, id procedere addit Henriq. *de Roman. Pontif. Claue, lib.3. cap.3. §.4. lit.C.* Grauina *de Catholic. Præscript. part.2. tom.4. controuers.8. quæst.2. artic.1.* Habraham Bzou. *de Rom. Pontif. cap.7. num.1.* Mich. Rousset. *Histor. Pontificiæ Iurisdict. lib.3. cap.2. num.4.* & fassi sunt Vigilio Papæ Legati Orientalis Ecclesiæ apud Christian. Lup. *in Concilia Generalia, pag.762. in principio, tom.1. in Canones V. Synodi, cap.9. Collat.1. in fine.* Ergò priuatiuè in solo Roman. Pontifice residet Infallibilitas decidendi cõtrouersias Fidei, & Morum.

155 Hanc Consequentiam, & Assertionem nostram expressam repetimus *in cap. Majores de Baptismo,* eamque inconcussa stabilitate defendunt Turrecremat. Bellarmin. Gregor. Lop. Avendaño, Rebuff. Roland à Valle, Rutili. Benzoni. Menoch. & Thom. Boz. sequuti à Solorçano *tom.1. de Iur. Indiar. lib.2. cap.24. num.62. & lib.3. cap.2. num.37.* vbi aliquos addit, Fragoso *de Regim. Reipub. Christianæ, part.2. lib.1. disp.1. tota,* Franc. Bordon. *in Sacro Tribun. cap.1. quæst.3. num.144. tom.1. in postrem. edit.* 1666. Illustr. D. Caram. *in Theolog. Fundament. tom.1. Fundam.4. à num.246. in Roman. Edit.* 1656. Mich. Maucler. *de Eccles. Monarchia, tom.1. part.2. lib.4. cap.6.* Franc. Hallier *de Eccles. Hierarchia, lib.4. sect. vlt. cap.1. art.2.* & plures Pontificias Decisiones, & grauissimos DD. adduceus Diana *in Priori Disceptat. de Infallibilit. Decret. Roman. Pontif. extra Concil. resol.2.* eique addimus Albert. Pygh. Sot. Richard Durand. Alens. Sylues. Specul. Conjugat. Simanc. Gaspar. Scatger. Nauarr. Iacobat. Sylu. Nuptial. Couarru. Abulens. Ioan. à Louan. Ioan. Arbor.

bor.Horantes,Rober.Arbor.Remund.Ruff.Ioan.Fab.Ioann.Coclæum,Conrad.Kling.Iacob.Lotoman.Reginal.Buder, Turrian. & propè innumeros adductos ab Henriq. *dict. lib.1.cap.10.§.2.litt. L.* & Angel. Maria Verricell. *de Apostolic. Missionib. tit.13.q.182. sect.8.num.98.*

156 Hi autem DD. Infallibilitatem istam quo ad Fidei Quæstiones docent.Nosque eandem Infallibilitatem Eidem competere affirmamus indecidendis Rebus ad Mores generaliter pertinentibus, vt copiosè probant Bellarmin.*de Roman.Pontifict,lib. 1.cap.5.* Azor *Instit.Moral.tom.2. lib.5.cap.6.* Gregor. de Valentia *tom.3.disput.1.quæst.1.punct.7.* Bañez *in Prior.Commentar.in S.Thom. 2.2.quæst.7.ar.10.dub.6.* & ibi Ioa. à S.Thom.*disp.9.artic.3.* Turrecrem.*in Summ.de Ecclesia,lib.2.c. 110.* S.Antonin.*in Summa,3.part. tit.12.cap.8.§.2.* Ioann. à Neapoli *Quodlibet 11.* Cano *de Locis Theolog lib.5.cap.5.* Molina *de Iust. & Iure,tom.2.disp.325.* Suarez *de Fide,disp.5.sect.8.num.7.* Turrian.*in 2.2.disp.16.dubit.2.* Paul. Comitolus *lib.1.Responsa. Moral. quæst. 113.num.4.* Castro Palao *in Summa,tom.1.tract.4.disp.1 punct.5.§. 3.* Angel. Maria Verricelli *dict. sect.8. num.99.* Diana *in posterior, Discept. Infallibilit. Decretor. Roman.Pontif.extra Concil.resolut.13. tota,& præcipuè, vers. Vndè nostra Conclusio,* vbi addit Ampliationem hanc de Fide habendam esse attenta Martini V. in Concilio Constantiense Decisione,quæ ad Bullam redacta est *incip. Inter Cunctas Pastoralis Curæ, quæ ad ipsius Cœlij calcem prostat,& in Bullar. Nouissimo, tom.1.constitut.1. eiusdem Pontificis, pagin. mihi 309. in postrema edit. Lugdunens. 1655.*

157 Quod autem Infallibilitas hæc Papæ in rebus Fidei, & Morum generaliter, decidendis, iam de Fide tenenda sit, Hæreticumque reputandum esse contrarium Asserentem, docent Suar.*d. sect.8.num.4.* Turrecrem.*dict. lib. 2.cap.109.* Cajetan. *de Potest. Papæ,cap.9.* Ioann. EKius *de Primatu Petri,cap.18.* Cano *de Locis, lib.6. cap.4.* Hosius *in Confessione Fidei, cap.35.* V.Valdens.*Doctrinal.Fidei, lib.2.cap.47.& 48.* Ioan.Dried.*de Eccles.Dogmat.lib.4.cap.19.* Angel.Maria Verricelli.*dict.sect.8. num.98.& 99.* & Decisum est in Concil. Lateranens. sub Leone X.*in Condemnat.articul.24.Lutheri*, priusque Decisio hæc deducebatur ex Clement.*Vnic.de Summ. Trinit.& Fid.Catholic.* Concil Florentin.*Sess.25.in fine,* & ante Concilia hæc Hanc eandem Infallibilitatem confirmarunt Sanctissimi illi Antiqui Summi Pontifices,Felix.Papa, *Epistol.ad Benign.* Leo. I.*Serm.3.de Aniuers. Assumpt. suæ relato in VI.Synodo, Act.4.* Nicol.I. *Epistol.ad Michael.Imperator.* Innocent.III. *Epistol.ad Episcop. Arelatens.* Gelas. *Epistol. ad Anastas.Imperator.* Gregor. *Epistol.72.lib.4.* S. Bernard. *Epistol.* 109. Quibus propè innumeri Patres, DD. & Fundamenta adduci possunt ex Diana *in Duplici illa Disceptat.de Infallibilit. Decretor.*

*Roman. Pontif. extra Concil. tota, & præcipuè in 1. resolut. 14. & in 2. resolut. 2. vers. Probatur ista nostra Conclusio*, vbi firmauerat, nec materialem quidem errorem admittendum esse in Papa, è Cathedra definiente m.

158 Concludendum ergò est: Quod definitiones, è Cathedra emanatæ ab omnibus Christi Fidelibus reuerenter suscipiendæ sunt tamquam præcipui Fidei nostræ Articuli. Nullique fas esse Catholico se ab Earum Obedientiæ subtrahere, nisi suaue Iugum Ecclesiæ exeutere satagat Franc. Dauenporto *in dict. System. Fidei, cap. 28. num. 5.* ex S. Thom. 2. 2. *quæst. 1. artic. 10. & quæst. 11. art. 2. ad 3.* S. Augustin *lib. de Peccato Origin. contra Pelag. & Cœlest. cap. 7. & Epistol. 166. in fine*, Diana *in dict. Prior. Disceptat. resol. 2. tota.* Vndè nefas erit de eis quocumque prætextu, aut causa disputare, aut obedientiam denegare, vt iam suprà ostendimus.

159 Antequam Manū à difficultate amoueamus addere libuit: tùnc Constitutionem, seu Decretum, è Cathedra S. Petri emanare dicendum esse, quoties in eo contentum Roman. Pontifex obseruari jubet *Authoritate Omnipotētis Dei, Sibi in B. Petro concessa, ac Vicariatus Iesu Christi, quo fungitur in Terris*, siue à lijs eiusdem efficaciæ clausulis adhibeat, Angel. Maria Vetricelli. *dict. sect. 8. num. 98.* cui addendi sunt Corduua *lib. 4. quæst. dub. 3.* Valentia *in Analysi de Fide, lib. 8. cap. 3* Bañez 2. 2. *quæst. 1. articul. 10.* Cajetan. *de Authoritat. Papæ, cap. 8. & 1. part. quæst. 61. articul. 3.* Cano *de Locis Theolog. lib. 5. cap. 5. quæst. 4. & lib. 6. cap. vltim.* Couar. *dict. 4. var. cap. 46. num. 6.* Simanc. *de Cathol. Instit. tit. de Hæresi*; & cum Alijs Hēric. Henriq. *de Roman. Pontif. Claue, lib. 1. cap. 11. §. fin. litt. V. & lib. 3. cap. 6.*

160 Quamvis plura de Authoribus Catholicis opinionem illam defendentibus addere possem, quæ Eorum authoritatem radicitus enervarent, atque Eorum Famam denigrarent; quum tamen illis opus non sit quia conuicti sunt, otiosum quà propter, & inglorium reputauimus in Eos amplius pugnare. Volētes autem scire quà Nota illi digni, sint Grauinam addat, *dict. part. 2. tom. 4. q. 2. art. 1. in Solut. Argumentor. §. Ad tertium, pag. 69. fere tota.*

## §. VI.

## An Mista Monarchia in Ecclesia vigens, minuat, an verò augeat Summi Pontificis Authoritatem, & Potestatem?

161 A Diuerticulo vndè discessimus, redeuntes, pro Quæstionis coronide Hanc Difficultatem, probandam, & corroborandam suscipimus contra Bod. & eius sequaces

ces,quos, & alios, eiusdē furfuris Homines facile conuinci posse non dubitaremus, si Ratione illi ducerentur; at quum à prima veritate deflexerint, difficillimum erit aliquibus Eos veritatibus flecti, vndè solum intendimus omninò auerruncare à Catholicorum mentibus siniſtras illas Opinationes, quæ pium intellectum incautè addiscentem, peruertere facile poterunt. Huncque esse totius nostri Operis Scopum palam profitemur.

162 Vt ergò ad eam deueniamus, & principium *hujus §. fin. §. 5.* Conuectamus. I. distinguendum est inter ipsum Reip. Statum, & Imperandi, seu Administrandi Formam, ac Rationem accidentalem, quę inter se plurimum distant, vt *in hujus Quæstionis initio*, iam præmonuisse meminimus, nùncque addimus Bodin. *de Rep. lib.2 cap.2. vers. Porrò Monarchia, pag.295.* Ernest. Cothman. *in Cod. lib.1.tit.1.quæst.1.num.10.* Author. *de Iur. Principat. conclus 9.litt. A. in notat.* Potest itaque Status ipse Regalis, & Monarchicus esse, licèt Gubernandi forma Aristocraticis rationibus sit temperata. Bodin. *loc. cit.* & ab eo Author *Tract. de Regimine Sæculari, & Ecclesiastico, lib.1.clas.2.c.2.n.104. & 105.*

163 II Stabiliendū est Quod licèt verum sit Mistam Rempublicam inde vnamquāque appellari, quod eius Supremus Monarcha, & præcipuè Romanus Pontifex, Ardua decernere nequeat absque Optimatum, hoc est S. R. E. Eminentiſ. D. D. Cardinalium, seu Aliorum Ecclesiæ Prælatorū, Consilio, Hening. Arnisæ. *de Doctrina Ciuil, c.8. pag.207.* Ann. Rob. *Rer. Iudic. lib.2.c.1. mox à principio*, qui Mistas ex hac ratione judicat Monarchias, Hisp. Galli. & Angli. Ast Sūmus Pontifex non ita adstringitur Cardinalium Cōsilio, vt extra illud, aut cōtra illud statuere non possit; vt enim suprà latè manet probatum, solum tenetur audire illorum rationes, eisque perpensis, pro Arbitrio suo decernere, siue juxta eas, si illis conformetur, siue contra Eas, si ab illis dissentit, quin ex hoc Nullitas, aut Defectus Potestatis allegari possit, vt abundè Nos dixisse meminimus, nùncque addimus Paulum V. Pontificem Maxim. qui sic expressè declarauit in illo famoso Dissidio cum Repub. Veneta attestante Iacob. Augustino Thuano *lib.137. Histor.* & ab eo Mich. Rousset. *Histor. Pontif. Iurisdict lib.2.cap.10.nu.10.* Grauina *d.art.8. in Solut. Argumen* ibi: *Respondetur non propter hoc subjici Papæ Iudicium, vt adstringatur sequi Eorum Sententiā, sed Consiliariorum rationes auscultari, appendere, & ponderare debet, vt præstito quod in se est, altiori Consilio, & instinctui se erudiendum præbeat. Ex eruditione ergò, & Instructione Humana non arguitur Inferioritas in Pontifice; semper enim Caput est omnium ipse Pontifex ex Plenitudine Potestatis, & Regiminis. Vndè nec Consiliarij Regis præsunt Regi, sed dirigunt Regem, sicut oculi Caput dirigunt ad ambulandum: Sapientes autem oculis comparantur, & vt dicit S.*

*Thom. 3. contra Gētes, cap. 172. quia consilians regit Eum, qui Consilium accipit quodammodo ei dominatur. Vt dicitur Prouerb. 15. Seruius sapiens dominabitur filijs stultis; ex Potestate autem coercitiua, & Regiminis facultate superior Princeps est, vnde Consulto S. Thom. apposuit illam particulam: Quodammodo: Sapientes scilicèt Principi dominari, &c.* His ergò sic prælibatis.

164 Difficultatem propositam resoluendam duximus Verbis, & authoritate Eminentiss. D. Cardin. Palæothi *de Sacr. Consist. Consult. part. 1. quæst. 2. vers. Postremo, pag. mihi 14. litt. D.* ibi: *Postremo si quis diceret Monarchiam, quæ ab Vno pendet Principe præstare Aristocratiæ, quæ Plurium Administratione nititur, &c.* infertiusque: *Tùm etiam Principis Dignitati detrahi videtur, si vrgeri ipsum dixerimus Aliorum Consilia exquirere, quasi ipse quid agendum sit, non videat, & propterea ab Aliorum Sententijs pendere debeat, quod indignum videtur. Respondemus in Monarcha, sicut in Iudice tria considerari, Potestatem scilicèt, Sapientiam, & Probitatem. S. Thom. 3. part. quæst. 59. articul. 1. & 2. 2. quæst. 60. artic. 2. Plato. in Georg. post medi. Arist. 5. Politic. cap. 9. Cicer. in Epistol. ad Quint. Fratrem. Ex his autem Formam quidem essentialem in Potestate consistere, quæ penes Vnum esse, debet, tùm propter Vnitatis rationem, quæ alijs perfectior est: tùm propter Pacem conseruandam, Aliaque plura Commoda, quæ inde ad Publicam Vtilitatem manāt, S. Thom. de Regim. Princip. lib. 1. cap. 2. & sequentibus. Reliquas verò Duas partes esse veluti Accidentia, quæ aliquando in alijs Gubernationibus meliores inueniuntur, & ideò posse istas in Monarchia Aliorum Bonorum, & Prudentum Auxilio suppleri, quum Potestas aliũ dependere nequaquam possit, cujus ratione Monarchia simpliciter, & absolute alijs Gubernationibus præfertur. Vnde, & Veteres à Consiliarijs Rectores distinxerunt. S. Thom. lib. 4. de Regim. Princip. cap. 14. & 25. Quà propter Nos non dicimus Eos, qui in Consiliũ adhibentur, plus Principe sapere, aut Illum ab Eorum Iudicio debere omninò pendere; sic enim illius Authoritas ei integrà non relinqueretur, sed dicimus Illorum esse Principi quid sentiant fideliter denũtiare Principis verò, quæ potior illorum sit Sententia discernere. S. Thom. 2. 2. quæst. 49. art. 3. & quæst. 47. artic. 4. & 12. Tùm sibi facile persuadere magnum Veritatis argumentum ex eo existere, quum omnes inter se, aut certè quàm plurimi consenserint, quorum Sententiam sequi tantum abest, vt Authoritatem, aut Prudētiæ opinionem imminuat, vt potius augeat. Sapientia enim est, & Veritatem propositam agnoscere, & ei libenter adhærere:* Concinnuntque Grauina, *dict. articul. 8. pagin. 143.* Adam Contzem. *lib. 1. Politic. capit. 21.* Cardinal. Bellarmin. *lib. 1. de Roman. Pontifice, mox à principio.* Et corroborari potest Resolutio hæc ex adductis à S. Thom. *de Regim. Princip. dict. lib. 1. toto,* Besold. *de Appellat. cap. 2. sect. 9. pagin. 43. & in Synopsi Polit. part. 1. lib. cap. 2. nu. 33.*

Cor-

165 Corroboraturque Resolutio hæc hoc efficaci Discursu, sublimior, atque excelsior erit Ecclesiæ Monarchia, quo Benignior, Humanior, & Æquior est. *Prouerb.* 20. Cicer. *Orat.2.pro Ligario*, Sigon. *de Imper. Occident. lib.* 16. Petr. de Ribadeneyra *in Princip.Christiano, lib.* 2. *cap.* 18. *&* 19. vbi addit etiam materialiter Humanitate Imperia dilatari. Major autem Humanitas est omnia Cõsilio decernere Palæoth. *dict part.* 1. *quæst.*1. *ex Arist.*3. *Ethicor. cap.* 3. & S. Thom. 2. 2. *quæst.* 49. *artic.*3. ergò tantũ ab est quod Mista hæc Politiæ species Monarchicam minuat Authoritatem, quod potius eam omninò augeat, & extollat. Hanc consequentiam expressè docet Henric. Henriq. *de Romani Pontif. Claue, lib.*1. *cap.*7. *§.* 4. *in fine, & præcipuè, litt.Q.* ibi: *Hæc Temperata Gubernandi Ratio Mista est optima, ita vt præcipuè sit Monarchia, sed cum Consilio Optimatũ, &c. Idêque prius docuerat de Pœnit. lib.*3. *cap.* 5. *§.* 2. *&* 5.

166 Neque his obstant, quæ contra hanc Mistam Monarchiam Aliqui opponunt, & præcipuè Bodin. *lib.* 2. *de Repub. cap.*6. *pagin. mihi* 348. *&* *in Method. Histor. cap.* 6. qui Imperium Germanicum, ex eo tantum quod hac Mista Politia gubernetur, Monarchicum non esse pluribus suadere conatus est, frustra tamen, & friuole, vt ostendunt Petr. Heigius *part.* 1. *quæst.*2. *num.* 21. & fusius Author *Tractat. de Regim. Secular. & Eccles. Imper. Roman. lib.*1. *clauſ.*1. *ca.* 2. *à num.* 51. Quibus apud ipsos videndis relictis, ad obiectaque in Nostram Ecclesiasticam Monarchiam conuertentes.

167 Respondemus ex eodem Cardin. Palæoth. *dict. part.* 1. *quæst.* 2. *vers. Ex his ita explicatis, pag.* 15. I. non obstare argumentum desumptum ex quo Principum celsitudo, atque eminens Eorum status minuitur; quia indignum proponebatur Eos Aliorum Consilijs subjicere. Diluitur enim respondendo: Nihili Eorum Summam Potestatem ex hoc derogari, sed ampliorem potius materiam illis subministrari pate faciendæ Eorum Sapientiæ, & Prudentiæ, dùm auditis Plurium Sententijs, Ipsi quid potius, quid vtilius futurum sit, deligunt. Vndè Eorum Constitutiones Majorem apud omnes Existimationem, facilioremque ad sequuntur executionem. Hincque apud Lamprid. *in Vita Seueri*, legitur mitissimum illum Imperatorem sæpius propriam Sententiam, auditis Consiliarijs publicè retractasse, Matrique Mammeæ illud increpanti, Quod ita Imperiũ debilius, ac contemptibilius redderet, respondisse fertur. *At Saturnius, & Diuturnius.* Quàm quidem opinionem, à Pluribus laudabiliter Imperantibus amplexã cõstat ex Plutarcho *in Licurgo*, Capitolino *in Antonino Philosopho*, & Dione, *in Trajano*, adductis à Palæoth, *l.c.* cui addimus Caj. Christ. Sallust. *Orat.*2. *ad Cæs. de Rep. Ord.* ibi: *Omnia Regna, Ciuitates Nationes, vsq; eo prosperum Imperiũ habuisse, dũ apud Eos vera Consilia valuerũt*

*Vbicumque Gratia, timor, voluptas, ea corrupere; post paulo imminutæ opes, deinde ademptum Imperium, postremo seruitus imposita est.* Vide plura congerentem D. Solorçan. *Emblem. Politic. 46. num. 12. & aliquot seqq.*

168 Ad II. autem Argumẽtum deductum ab Absurdo, quod reputant Aliorum indigere Consilio Illos, qui Alios regunt, potius namque ex hoc Illi regi, quàm regere videntur: Respondetur Regendi Rationem in Potestatis, & Iurisdictionis Authoritate consistere; hæc autem in Vno residere debet, Bodin. *lib. 2. de Repub. cap. 1. pag. 275. vers. Sed qui vnius*, Arnisæus *de Iurib. Majest. lib. 2. cap. 2. n. 2.* Qui firmius, & efficacius Imperium habebit, quo ab illo præcepta, Rationi, & Æquitati magis consentanea fuerint: Hoc autem Prudentum Consilijs ad sequi, dubium non est, & ex eo quod Consilium hoc requirat non Regi, sed prudenter Regere affirmandum esse Palæothus *loco citato* tuto asserit, Assertionique suæ acquiescimus addentes Homerũ *Illiad. 7.* Dionys. Halicarnasæo *lib. 2.* Petr. Fab. *lib. 1. Semestrium, cap. fin. pag. 199. & sequentib.* Ann. Rober. *Rer. Iudic. lib. 2. cap. 21.* & præ omnibus Rescriptum Theodosij, & Valẽtiniani relatum *in l. Humanum, C. de Legibus*, & pluribus alijs adductis à D. Solorçano *Emblemat. Politic. 45. num. 15. & seqq.*

169 Ad III. denique objiciẽdum: Publicas nimirum Res silẽtio obtegendas esse, nàm Tacitur nitas est optimum, atque tutissimum rerum administrandarum vinculum, Valer. Maxim. *lib. 2. c. 2.* Nullaque sunt meliora Consilia, quàm quæ ignorata permaneant. Veget. *de Re Milit. lib. 2. ca. 7. & lib. 3. cap. 26.* Nota etenim Consilia mox, aut pernitiosa, aut inutilia reddũtur Liv. *lib. 9.* Hincque Q. Metell. Macedonic. omnia proprio, & subito Cõsilio agere assuetũ, cuidam Amico roganti: *Quid nàm facturus esset? Tunicam meam exuerem, si eam Consilium meum scire existimarem*, respondisse scribunt Plin. *de Viris Illust. cap. 61.* Plutarch. *in Apothegm.* Pluraque congerit Beyerlinch. *in Theatr. Vit. Human. tom. 1. litt. A. pagin. 709* Princeps ergò Res à se faciẽdas Pluribus confidens vim Majestatis infringit, vt iam diu sensit Tyber. apud Tacit. *lib. 1. Annal.* Saavedra *Empres. 57. pagin. mihi 413.* Solorçan. *Emblem. 47.* ibi:

*Quis latet absconsus? Consus. Cur templa teguntur.*
*Syluis? Consulitur: Consiliumque parat.*
*Ardua tùnc Vobis, Reges, fælicia cedent.*
*Adsunt cum Consi, Consiliumque latet.*

Non obstare respondemus: I. fatemur enim, quod, & suprà probauimus; si magnum immineret periculum ex eo quod res agenda, aut detegẽda esset, aut ob violationem secreti non adsequenda; tùnc Principem omnibus rem illam celare debere, nec cuiquam eam aperire, Palæoth. *dict. part. 1. quæst. 2. in fine.* II. autem respondemus casum hùnc mere specula-

ti-

tium reputandum esse, nullus siquidem Princeps adeò infœlix reperietur, qui aliquos saltem pauciores fictos non habeat, quibus rem tuto possit communicare. Vndè ad hujusmodi pericula vitanda Omnes Respublicæ selectiores habent Viros, quibus Summa Regni Arcana discutienda committuntur, in Hispaniaque nostra est Supremum Status Cõsilium ad id deputatum, in quo tali secreto omnia geruntur, & geri præcipiuntur, vt vltimo supplicio damnatum viderimus inferiorem Ministrum Officialem scilicèt Secretarij, ob rei sibi creditæ secretum violatum. Omnibusque Supremis Tribunalibus Regnorum secretum sub grauissimis pœnis in dictum esse pluribus Regijs Sãctionibus, probat D. Solorçan. *Emblem. Polit. 47. num. 24. & seqq.* & Iure Iurando ad secreti obseruationem semper adstrictos esse Magistratus, & plura de secreto in eis necessario cummulant Anton. Cabreros *de Metu, lib. 2. cap. 7.* Alph. Narbona *in l. 82. gloss. 5. tit. 5. lib. 2. Recop.* Simanc. *de Repub. lib. 7. cap. 13. & 14.* Decian. Menoch. Farin. & alij apud Valẽçuelam *Cons. 162.* Ossor. *de Reg. Institut. lib. 8.* Menoch. *Cons. 107. toto, & de Arbitrar. casu 537.* Bouad. *in Politic. lib. 2. cap. 5.* Mastrill. *de Magistratibus, lib. 2. cap. 2. ex nu. 116.* Solorçan. *dict. Emblem. Polit. 47. tota.*

170 Alia Argumenta quæ in Mistam hanc Monarchiam opponũtur optimè diluit Grauina *dict. art. 8. in Solutione Argumentor.* apud Quem ea videnda remittimus, hæc soluisse sufficere arbitrantes.

## QVÆSTIO. XI.

### Quomodo Ecclesiastica Potestas à Sæculari differat ratione Proprij Vniuscujusque Territorij?

### §. I.

### Ec quid, & quotuplex Territorium sit?

1 PRæsupponendum est pro istius §. & totius Quæstionis resolutione, Ius Territoriale idem esse, ac Ius Superioritatis Supremo competens Domino. Quod duplicitèr considerari potest I. quod consistit in administratione ipsius Territorij Ius illi dicendo, omnibusque necessarijs prouidendo. II. consistit in personis, ac rebus Ditionum suarum, quas, vt Prouinciarum, ac locorum certorum Impetij Domini, ac Possessores immediatè obtinent; sub ea etenim consideratione Territorij appellatione ve-

venit quidquid est intra fines Vniuersitatis, ità, vt nulla persona, aût locus excipiatur. Bald. *Cons.* 326. *Incip. Rex Romanorum, nu.* 8. *vers. Item certum, lib.* 1. *&* *cons.* 333. *incip. Ad intelligentiam circa principiũ, vers. Nàm si Imperator, eod. lib.* 1. vbi Quod appellatione Territorij (sub hac quidem acceptione) continentur omnes Nationes, & Magnates, designatis illius Principis finibus circumscripti, cui in comprobationem addit Barb. *Appellat. Verb.* 261. *n.* 2. Ruin. Tusch. & Bald. eumdem.

2 Hoc Territoriale Ius Recentiores vocant *Superioritatem.* Item *Ius Territorij Principum, seu Ius Superius.* Carol. Sigon. *de Regn. Italiæ, lib.* 7. *in Othone Magno, Summam Politicam Potestatem nominat* Ias. *in l. Imperium, ff. de Iurisdict.* Pontificij Iuris Compilatores Ecclesiasticæ Dignitatis excellentiam vocant *Majoritatem toto titul. de Major. & Obed.* In Hispania nominatur *Summa Regis Iurisdictio*, quãque Regio nomine Suprema exercent Tribunalia, & Auditoria. Cou. *PP. QQ. c.* 2. Rectè autem hoc Ius, & Potestas Territorij voce appellatur, vt distinguatur à priori Iure Statuum, quod in administratione totius Reip. consistere dictum est suprà alibi.

3 Territorium autem inquit Pompon. *est Vniuersitas Agrorum intra fines cujusque Ciuitatis. Quod ab eo dictum quidam ajũt, quod Magistratus eius loci intra eos fines jus terrendi habeat, l. Pupillus* 239. *§. Territorium* 8. *ff. de Verb. Sign.* Vndè colligitur, non Oppidorum tantum, & Ciuitatum, vt *in l.* 3. *§. non perpetua, ff. de Sepulchr. Viol. l. Cætera, §. Sed siquis, ff. de Legi* 1. *l. Nulli, §. Quod si in vnico, C. de Episcop. & Cleric.* Sed Prouinciarum quoque Territoria esse, vt ex Sicculo Flacco *de Condi. Agror.* docet Ioan. Kaluin. *in Lexic. Iurid. litt. F. pagin.* 866. *col.* 2. *num.* 70. aliàs ex Varrone, & Isidoro acceptiones referens. Alij autem ex eo dictum existimant, quod condituri Ciuitates Taurum in dextra Vaccam intrinsecus jungebant: & cincti ritu Sabino, id est, Togæ parte caput velati, parte succincti tenebant stiuam incuruam, vt glebæ omnes intrinsecùs caderent, & ita sulco ducto loca murorum designabant, aratrum sui pendentes circa loca portarum, vndè ei Territorum dictum est, quasi Terribouium tritum bobus, & aratro. Sic Hotoman. & ab eo Laurent. Beyerlinch. *in Theatr. Vit. Human. tom.* 6. *litt. P. pag.* 504. *colum.* 2. *in fine.*

4 Hinc Vniuersum cujusque Supremi Principis Territorium ipsius Principis propriè dicitur commune, & vniuersale, cujus Prouinciæ singulæ sua iterum habent particularia Territoria, atque hæc iterum totidem, quot in ea sunt Ciuitates, & Oppida. Vldaric. Zasius *Consil.* 16. *num.* 46. *& sequentibus.* Tyber. Decian. *Respons.* 123. *num.* 17. *& sequentibus, num.* 3. adeoque quæuis etiam Vniuersitas, quæ vni, & eidem sub est, dicitur Territorium, vt singulæ quoque Diœceses.

§. II.

## §. II.

## Territorium an poſsit ſine Iuriſdictione dari?

5 QVamvis aliquando dicatur Territorium ſine juriſdictione dari poſſe; hoc tamen dupliciter eſt intelligendum. I. in propria ſignificatione, Menoch. *de Præſump. lib. 3. præſumpt. 97. num. 6.* in quà Nomen hoc, quo ad Iuriſdictionalia extenditur, Territorium enim appellatur, quod habet formam Vniuerſitatis; nec non Magiſtratus, qui Ius dicit, juxta illud Pauli *lib. 1. ad edictū* relatum *in l. fin. de Iuriſd. Impune*, ſcilicèt, *nō pareri Ius extra Territorium dicenti.* Il autem intelligi poteſt doctrina ſubtilis Barb. *in l. 1. num. 15. ff. de Iuriſdict. omn. Iudic.* A quo Martha *de Iuriſdict. part. 1. cap. 47. num. 16.* prænotat Iuriſdictionem annexam non eſſe Territorio, nec ei in eſſe, qualiter ſeruitus prædio, neceſſe Qualitatem, ſed Adjunctum, vndè colligunt Territorium non eſſe Subjectum recipiens Iuriſdictionem, ſed eam occupans, quà quidem præciſione retenta ſatis metaphyſica, Territorium ſeparatum à Iuriſdictione poterit cōſiderari; phyſicè tamen, & realiter à Territorio terminatur Iuriſdictio, & abſque ea id dari non poteſt, Iaſ. *in l. 1. nu. 15. ff. de Iuriſdict. omn. Iudic.* Bald *in titul. de Pact. Iuram. firm. §. Ad hoc, verſ. Imaginetis, & in l. 1. §. Initio, ff. de Offic. Præfect. Vrb.* Alex. *Conſ. 33. num. 2. lib. 4.* & ſicut ſeruitus deſiderat Fundum ad ſui exiſtentiam, ita Iuriſdictio Territorium, vt per Text. *in l. fin. C. vbi, & apud quē*, ex Abb. & alijs tradit Gregor. Lopez *in l. 1. tit. 4. p. 3. Verbo. Que tienen.* Quàm adeò plātatam eſſe in Territorio DD. exiſtimant, vt ab eo à velli nequeat, & eſſe tamquā Nebulam ſuper paludem, quæ generatur actiua ſolis potentiā ſubdunt, Bald. & Gregor. Lop. *locis nuperrime adductis*, Martha *dict. cap. 47. num. 5.* Bozet. *de Iuriſdict. cap. 8. num. 3.*

## §. III.

## Quæ nam ſpecialiter competant Territorij Domino?

6 AD Dominum Territorij omninò attinet illud, ſubditoſque ſuos ab omni damno incolumes ſeruare, *l. Nàm ſalutem, ff. de Offic. Præfect. Vigil.* Anton. Capyc. *deciſ. 27.* licèt alius ſit Dominus meri Imperij, quia Territorium eſt habentis

tis Ciuilem Iurisdictionem, ad quam pertinet, vt cum pluribus Iacob. Cancer. *Var. resol. part. 2. c. 2. quæst. 38. num. 316. & 317.* qui *n.* 318. subdit, quod si Dominus Territorij damno non prouidisset, & monitus adhùc esset in mora potuisset, & Dominus meri Imperij ei prouidere, juxta ea, quæ ipse superiùs dixerat, *Eod. cap. à num.* 186. *ad* 189. quæ in posterum sic firmata fortè proficient.

7 Qui autem Territorium Vniuersale habet de Iure Communi intentionem suam habet fundatam in omni Superioritatis, & Iurisdictionis Iure Alvar. Valasc. *de Iur. Emphyt. quæst. 9. nu. 21. & seqq.* quod exercere absolutè potest in omnes Personas Res, & Causas ipsius Territorij, *l. 1. vers. Cum Vrbe, ff. de Offi. Præf. Vrb.* arg. Text. *in l. Pupillus, §. Territorium, ff. de Verb. Sign.* Chas. *ad Consuet. Burg. tit. 1. §. 3. gloss. 3. num. 10.* & facit Text. *in cap. Cum Episcopus, de Offic. Ordin. in 6.* Iacob. Cancer. *lib. 1. var. resol. cap. 11. num. 34.* Quibus alios addit, *part. 2. dict. cap. 2. num.* 326. Steph. *de Iurisd. lib. 2. part. 1. cap. 7. num. 53. per plures seqq.* vbi latissimè fundat in qualibet quoque Imperij sui parte hujusmodi assistentiam Principi competere, *& num. 70. & seqq.* probat non esse eãdem hanc assistentiam, quo ad proprietatem rerum, locorum, & Terrarum, ac quo ad Iurisdictionẽ; illa etenim præsumuntur possidentium, ad quod allegat Menoch. *præsumpt. 100. num. 8. vers. His intelligimus, lib. 3.* Valasc. *de Iur. Emphyt. quæst. 8. num. 38.* Non itidem ista, nisi apertè possidens probet libertatem, & exemptionem Iurisdictionis, *cap. fin. §. 1. de Offic. Archidiac. cap. Cum personæ, de priuileg. in 6. cap. Cum Episcopus, de Offic. Ord. cod. lib.*

8 Ex hoc Territoriali Iure sic explicato, prouenit 1. vt quoties voluerit Princeps ipsius Territorij Dominus, possit quoscumque Vassallos habentes Iurisdictionem cogere exhibere titulum, cujus vigore illam exercent Vassallos vè possident, Cancer *part. 1. var. resol. cap. 11. num. 36. & par. 2. dict. cap. 2. num. 327.* vbi Padill. Auilès Marc. Anton. Peregrin. & Roderic. Suar. addit. II. autem effectus est, vt asserens sibi Iurisdictionem competere contra Dominum Territorialem, siue Possessorio, siue Petitorio agat Iudicio, titulum ostendere debet, argum. *l. 2. §. Hoc autem 13. vers. Itaque, ff. de Itinere actuque priu. l. 1. §. fin. ff. de aqua cottid. & æstiu.* Cæs. Contard. *in l. vnic. limit. 2. ratione mistura, §. 7. num. 5. & seqq. & §. 8. num. 25. C. Si à moment. possess. fuer. appell.* & latè probat Stephan. *dict. cap. 7. nu.* 78. per plures sequentes, vbi modos probandi justam acquisitionem exhibet, & copiosè exornat.

§. IV.

## §. IV.

## Quodnam Eccleſiaſticæ Poteſtatis Territorium, Cuique eius Territoriale competat Ius?

9 PRænotatis iam aliquibus, neceſſario ad quæſtionis intelligentiam præmittendis, iam iam eius reſolutioni propriùs accedentes per partes eam ſecamus, vt ſub diſtinctione hic concepta facilius percipiatur, moxque aduertimus, procul à Nobis eſſe difficilem illam annecterè hùc controuerſiam, quàm plurium animos excruciantem, an videlicèt temporale Orbis Dominium penes Eccleſiaſticam ſit Poteſtatem, eam enim *Tract.3.* ſumus diſcepraturi ad eam tamen maximopere iuuabit vera, genuinaque iſtius difficultatis reſolutio, quàm in duas principales diuiſam eſſe apparet. Quarum ſit.

10 I. Vniuerſus Orbis eſt Eccleſiaſticæ Poteſtatis Territorium, cui ille omninò ſubjicitur directè quidē, primario, & abſolutè in perſonas, & res Eccleſiaſticas totius Orbis Chriſtiani, indirectèque, & ſecundariò in omnia Imperia, & Regna mundi, quatenus ad finem ſupernaturalem directione opus eſt mundo, Quàm ſic probamus per partes.

11 Quo ad I. que concedentem Summo Pontifici Poteſtatē primariam directam, & abſolutā in omnes Vniuerſi Orbis Chriſtiani Perſonas, & Res Eccleſiaſticas probamus, ex Text. *in cap. fin. verſ. Quia tamen de For. Competenti*, vbi optimè D. Felician. de la Vega, *num.* 14. pro deciſiua illius ratione ait, ideò in Romana Curia, quemlibet poſſe Eccleſiaſticū conuenire, quia quum ipſa ſit ob Pontificiam Sedem Caput totius Orbis, Papa in ea reſidens eſt cujuslibet Clerici Ordinarius Iudex, coram quo rectè conuenitur, Quàm etiam Rationem Authore non relato, nouiſsimè adducit eruditiſsimus D.D. Eman. Gonçalez, in Supremo S. Inquiſitionis Hiſpano Senatu à Cōſilijs, *in Doctiſsimis ſuis Comentarijs perpetuis in Vniuerſos Decretalium Libros*, dùm hæc prælo mandantur Communi vtilitati in Lucem editis, *tom.2. in Commentar. ad eumdem Text. num. 7. pag.108. col.2. in principio.* Noſque in comprobationem ipſius rationis addimus Text. in Can. *Cuncta per Mundum 9. quæſt.3. cap. 8. cap.10. cap.13. & cap.17. de Iudicij*, vbi conſpirant Repetentes aſſerere hanc communem eſſe rationem, vt Clerici in Romana Curia (quoties S. Sedes Apoſtolica, in ea ſit, & vbicumque ipſa S. Sedes reperiatur) conueniri valeant, quia eorum Communis Patria reputatur, docentque ex Text. *in cap.2. de Præb. in 6.* Dominic. Bald. Roman Dec. Gom. & Petr. Barb. relati à Fermoſin. *in d. cap.*

*cap. fin. part. 1. quæst. 1 num. 3. & 4. tom. 2. de Iudicijs, & Foro*, vbi contra Alios rectè probat non idem statui debere de Ciuitate, vbi residet Papa, absque cuncta ipsius Curia, nè multiplicandi Curias assadetur, iterumque, *part. 2. quæst. 17. num. 10.* ipsam Feliciani rationem adhibet, Balboamque addit limitantem, satis ad rem, respectu Clericorum, illam Conclusionem.

12 Secundam verò partem probamus, primamque corroboramus. Deus Pater Æternus vnico Filio suo omnes Gentes, hæreditatem designauit, proriumque Patrimonium, cujus possessionem terminos terræ constituit, Psalm. 8. *Omnia subjecisti sub pedibus eius, &c. & vers. 10. Domine Dominus noster, quàm admirabile est Nomen tuum in vniuersa Terra.* Quo Sacro eloquio aperire Propheta Rex voluit Imperiũ Christi D. in Terris super Homines ouili suo continendos, non angustioribus terminãdos fore finibus, quàm toto Occeano, Marique vniuerso, hinc de Ipso verò Homine, Filioque Dei iam planè ostenso in Cœlum ascendente, vaticinabatur ipse Regius Psaltes, dùm Psalm. 49. canebat: *A solis ortu, vsque ad occasum laudabile Nomen Domini.* Quæ de Christo ad litteram intelligenda esse ipsius Domini repetitis instruimur Attestationibus: protulit enim Matth. 11. *Omnia tradita sunt à Patre meo*, & Matth. 28. *Data est Mihi omnis Potestas in Cælo, & in Terra.* Quæ de Humanitate Christi intelligenda esse docent Hieron. & August. *ibidem.* Idque Dominus ipse facto comprobauit; nàm Matth 8 & Marc. 5. legitur: *Dæmones autem rogabant eum* (Christum videlicèt) *dicentes: Si ejicis Nos, mitte Nos in gregem porcorum, & ait illis: Ite; at illi exeuntes abierunt in porcos. Et ecce impetu abijt totus grex per præceps in Mare, & mortui sunt in aquis.* Ex quibus apparet Verbis; Christum de Temporalibus, tamquam de proprio Patrimonio (Oues, & boues vniuersas, insuper, & pecora campi) disposuisse, aliter namque peccassiet, dissipans gregem porcorum, quod cogitare maximum cuique nefas erit. Vlteriusque assumptum corroboratur ex Matth. 21. 2. Luc. 19. 35. Marc. 11. 7. vbi legitur: *Tùnc misit Iesus duos Discipulos, dicens eis: Ite ad Castellum, quod contra Vos est, & statim inuenietis Asinam alligatam, & Pullum cum ea, soluite, & adducite Mihi.* Ex quibus eodem ratiocinandi modo, idem Supremum Christi in omnia mundi deducitur Imperium, quod Sacer Historiastes expressit, subdens, *Vers. 4. Hoc autem totum factum est, vt adimpleretur, quod dictum est per Prophetã* (Isai. videlicèt, 62. 11. Zach. 9. 9. *vaticinantem: Dicite Filiæ Syõ, ecce Rex tuus venit Tibi mansuetus sedens super Asinam, & pullum filiũ subjugalis.* Ioann. 12. 14. & 15. *Et inuenit Iesus asellum, & sedit super eum. Scriptum est: Noli timere Filia Syon. Ecce Rex tuus venit Sedẽs super pullum Asinæ, &c.*

13 Quod verum à Patre traditum Filio eius vnico D. N. Iesu-

Chris-

Christo Imperium Apostolis stabiliendum illud per Vniuersum Orbem ab ipso D. commissum est, ut patet Matth. 28. 16. 17. 18. & 19. *Vndecim autem Discipuli abierunt in Galilæam in montem, ubi constituerat illis Iesus, & videntes adorauerunt, &c. & accedens Iesus locutus est eis, dicens: Datta est Mihi omnis Potestas in Cælo, & in Terra, euntes ergò docete omnes gentes baptizantes eos in Nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, docentes eos seruare omnia, quæcumque mandaui vobis, &c.* Exposita namque datta Sibi à Patre totius Orbis Potestate, subjungens: *Euntes ergò docete omnes gentes.* Apostolos ad euulgandam in Vniuersum Orbem, stabiliendamque hanc Potestatem, liquid apparet; nam dictio *Ergò*, ibi æquiualet Dictioni. *Itaque.* Cicer. *de Amicit. Ergò hoc est animi benè constituti.* Liui. *lib. 4. Ergò dum nullum fastiditur genus, in quo eniteret virtus, creuit Imperium Romanum.* Ouid. *lib. 4. Fast.*

*Ergò age longas, sed supprime,*
*Musa, querelas.*

Dictio verò *Itaque* continuatua est, & determinatiua casus præcedentis, ut pluribus, pro more, relatis docet Aug. Barbos. *Dict. Vsufreq. Iur. 181. num. 1.* Quum igitur præcessisset manifestatio Potestatis, eique clausulam *Euntes ergò*, adjunxisset, ad ipsam manifestandam, stabiliendamque Potestatem attentà Dictionis naturà efficaciter suademur ex dictis.

14 Comprobamusque ex Apostolo scribente *ad Rom. 10. 16. 17. &. 18. Sed non omnes obediunt Euangelio. Esaias enim dicit: Domine, quis credidit auditui nostro? Ergò fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi. Sed dico; Nunquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines Orbis terræ verba eorum.* Ergò Potestas Christi per Vniuersum Orbem fuit ab Apostolis diffusa. Ergò Vniuersus Orbis factus est ei Territorium. Psalm. 23. 1. *Domini est Terra, & plenitudo eius, Orbis Terrarum, & Vniuersi, qui habitant in eo, 1. ad Corinth. 10. 26.* probatque luculentissimè Nicol. Anton. Gizzarell. I.C. in Regno Neapolitan. Regius Consiliarius *in Apologia MS. de Summi Pontificis Potestate contra incerti Authoris pro Repub. Veneta Propositiones, proposit. 2. vers. Multis alijs Modis. D.N.I.*

15 Quam quidem Potestatem in Vniuersum Orbem Christo D. competentem, ipse à terra recessurus S. Petro Apostolorum Coriphæo, omnibusque alijs in Petri Cathedra legitimè Sesuris Sæculorum fluxibus alternantibus, commisit, tali plenitudine, ut nihili Romani Pontificis Imperium à Christi differat Potestate, ut pote cuius per omnem Terram Sacras gerit vices, cuiusque Vicarius, & Caput visibile mystici eius Corporis existit, ut latius dicemus *tract. 3.* interimque videndi Michael Maucler. *de Eccles. Monarch. tom. 1. p. 2. lib. 3. cap. 17. & tom. 2. p. 4. lib. 1. cap. 2.* Thom. Bozius *de Sign. Eccles. tom. 1. part. 1. Sign. 75. cap. 2.* Franc. Boz. *de*

*Tempor. Eccles. Mouarch. lib. 1. cap. 9. & seqq.* & latè demostrat Regius ille Consiliarius Gizzarell. *dict. propos. 2. dicto versic. Multis alijs Modis, & seqq.* ex Abbate *in cap. Nouit, numer. 12. de Iudic.* S. Thom. *in 2. Sentent dist. 44.* Aluar. Pelag. *de Planctu Ecclesiæ, libr. 1. cap. 59. col. 8.* Turrecrem. *in Summ. Eccles. lib. 2. cap. vlt. & in Can. Cum ad verum 96. dist.* ubi etiam Præpos. & quam plura insignia exhibet exempla, & testimonia, apud ipsum aliquando forsam videnda. Ergò quum Christo D. Vniuersus Orbis fuerit Territorium, idem Ecclesiasticæ Potestati erit fatendum, & consequenter manet probata secunda assertionis pars.

16 Notanterque in resolutione addidi: Vniuersum Orbem esse istius Potestatis Territorium, quatenus ea opus est ad finem Supernaturalem, ut innuerem, non tantum procedere ipsius Auctoritatem, quoad purè Spiritualia, illisque circumscribi, sed ad cuncta Temporalia extendi hanc Potestatem, quoties opus fuerit ad animarũ salutem, quod latè differam *Tract. 3.* & probant Alvar. Pelag. *de Planct. Ecclesiæ, lib. 1. cap. 13.* August. Triumph. *de Potest. Eccles. quæst. 1. artic. 1.* Host. *in cap. Quod super His de voto, & voti redem, & in cap. 1. de Homicid. in 6. num. 9. 28. & 29.* Panorm. *in cap. Nouit. de Iudic.* Sylvester *in Summ. verb. Papa, §. 2.* Card. Bellarm. *de Rom. Pontif. lib. 5. cap. 1. & seqq.* Gizzarelus *in dict. Apologia, propos. 2. vers. Et si hanc Potestatem negas,* ubi plura cumulat Iura, & DD.

17 Non tamen inde voluimus stabilire Ecclesiæ directè, & immediatè competere omnem Temporalem Potestatem, sed indirectè, & secundariò, quatenus scilicèt Sæcularis Potestatis exercicium necessarium est ad liberam Ecclesiasticæ Potestatis administrationem pacificè obtinendam in Vniuersum Orbem Christianum ad assecutionem Supernaturalis finis, ut definitio principalis præ se fert, & explicant Hugo de S. Victore *lib. 2. de Sacr. part. 2. cap. 4.* quem sequitur Alex. Alen. *3. par. Summ. quæst. 40. memb. 5. & part. 4. quæst. 10. in explicat. Can. Missæ in illud. Et Rege Nostro N.* Bonavent. *in lib. de Eccles. Hierarch. par. 2. cap. 1.* Durand. *in lib. de Origine Iurisd. quæst. 3. in fine.* Petr. Aliaco. *in q. de resumta Vtrum Petri Ecclesiæ fides confirmetur?* Ioann. Paris. *in Tract. de Potest. Reg. & Pap. cap. 6. & 7.* Iacob Almain *in Tract. de Suprem. Eccles. Potest. cap. 6.* Gabriel Viel *in explicat. Can. Missæ lect. 23.* Henric. Gandav. *Quod lib. 6. quæst. 23.* Ioan. Dried. *lib. 2. de Liber Christ. cap. 2.* Ioann. à Turrecrem. *in Summa Eccles. lib. 2. cap. 113. & sequentibus.* Albert. Pygh. *de Eccles. Hierarchia, libr. 5.* Thom. Vvaldens. *libr. 2. Doctrin. Fid. artic. 3. cap. 76. 77. 78.* Petrus de Palude, Caietan. Sot. Victor. Nicolaus Sander, Martin Nauarr. Anton. de Corduua, & alij adducti à Bellarmin. *dicto capitul. 1. versic. Tertia Sententia,* & Nos latiùs *Tractat. 3.* dicemus.

Vlte-

18 Vlterius hanc noſtram ſententiam probamus intrinſeca ratione: Vniuerſus Orbis Chriſtianus, quoad Spiritualia una reputatur Communitas Fidelium præ ordinata ad ſupernaturalem finem, æternam videlicèt ſalutem aſſequendam. Aug. *Contr. Manichæos* relatus *in Can. Palam, de Conſecr. diſt.* 2. cum alijs infrà à Nobis adducendis. Sed nullus Populus benè ordinatus eſt, niſi vno ſubjiciatur Supremo Rectori, & Capiti, à quo Iuriſdictio omnium aliorum Magiſtratuum dependet, ergò Vnus debet eſſe totius Principatus Monarcha. Conſeq. patet. Min. probo. Populus eſt Vniuerſitas quædam Volentium Communionem adinuicem habere, in quo plurimi ad diſcordias ſunt proni, nouitatibuſque obnoxij, & bono publico auerſi, ut ſupra abunde oſtenſum eſt, nuncque addimus. Demoſth. *in Orat. de falſa Legat.* ibi: *Populus ſanè turba eſt, & res omnium inſtabiliſsima, ac imprudentiſsima, ut in mari fluctus flexibilis, & in quietus, qui, ut contingit, agitatus alius venit, alius receſsit, ac Nemo Reip. curam gerit, imò nè meminit quidem.* Ergò debet neceſſario dirigi, ac regi Populus, non regere, aut ſequi. Can. *Docendus* 62. *diſt. cap.* 2. *de Elect. l. Decurionum filij C. de pœn. l. Conſtat. ff. de appell.* cum alijs congeſtis à Solorç. *Emblem. Polit.* 97. *num.* 2. *& ſeqq.* quibus omnibus addimus Adam. Blachuodæũ *in Apologia pro Regibus, lib.* 1. *cap.* 24. *pag.* 127. ibi: *Maximus enim erroris Magiſter eſt Populus, ut ait Cicer.* 3. *Tuſculan.* 2. *de Finibus, & in Orat. pro Planco, & Dignitatis iniquiſsimus Iudex. Denique ſi Iudicat, non delectu aliquo, aut Sapientia ducitur adjudicandum, ſed impetu, & temeritate. Non eſt enim Conſilium in Vulgo, non Ratio, non Diſcrimen, non Diligentia, ſemperque Sapientes, ea quæ Populus feciſſet, ferenda, non laudanda duxerunt. Eius oculos, & aures malos teſtes Sanctus ille Socrates appellabat: Eum denique vaſti cuiuſdam Animalis Bruti ſimilem eſſe dicebat Plato in Alcibiade.* 1. *in Criton. & lib.* 6. *de Repub. qui nec per Se, nec alio docente veras opiniones adſequatur: ac tantum abeſt, ut quidquam ſapiat, ut non ipſe modo, ſed, & ſiqui gratiam eius in ire volunt, amantes Veritatis, & Sapientiæ dignantur, & vituperent, &c.* Sed Vnius Gubernium eſt optimum, ut iam abundè ſupra probaui, nuncque adduco Prov. *cap.* 11. cuncta probans, firmat namque quod ubi non eſt Gubernator corruet Populus, ex quo neceſsitatem Gubernatoris in Populo adhibendi expreſsit, & in ſingulari numero illum appoſuit, ut innueret Vnum affuturum eſſe, & non plures Gubernatores. Guillelm. OKam. *in Opuſc. octo QQ. de Poteſt. Papæ, q.* 3. *cap.* 1. Ergò Vnus Gubernator, Rector, & Caput cuique debet præfici Populo, ergò quum in Spiritualibus, & quoad illa Vniuerſus Orbis vnicus ſit Populus Chriſtianus, vnicũ debet eſſe eius Caput. Cõſeq. probatur ex verbis

Christi, Ioann. 10. 16. dicentis: *Vt fiat vnum ouile, & vnus Pastor.* & ex Text. *in cap. In Apibus 6. quæst. 1. cum alijs seq. §. Adducendis.* Sed Summus Pontifex est Diuina Institutione Populi Christiani Gubernator, & Rector, vt suprà dixi. *& tract. 3.* latius dicam. Ergò penes Eum debet esse Potestas Docendi, & Gubernandi Christianum Populum, qui, quum ex vniuersis totius Orbis Prouintijs constet, vt vidimus, Vniuersis Orbis ei necessario est Territorium. Quumque ad Gubernationem hanc Spiritualis non sufficiat Potestas; malitia etenim Sceleratorũ crebrò, imò passim eam contemnit, materiali quoque baculo, virgàque ferreà Temporalis Potestatis opus est. Ergò Vtraque Potestas in eodem Supremo Capite, quo ad Mundum Vniuersum debet residere, vt fusè infrà probabo; nùncque produco Ioseph. Stephan. Valentin. *de Potest. coactiu. Summ. Pontif. lib. vnico, cap. 8. & 9.* Gizzarel. *in dict. Apolog. propos. 2. mox à principio*, ibi: *Sed non est Catholicus, qui negat Summum Pontificem habere Vtramque Potestatem Temporalem, scilicèt, & Spiritualem, & Vtrumque Gladium; esse verum Regem, & Summum Sacerdotem, &c.* Quod pluribus stabilire, & demonstrare conatur per totã illam propositionem Ergò Ecclesiasticæ Potestatis Territorium est Mundus vniuersus, cujus Territoriale Ius Summo, Romanoque Pontifici competit.

## §. V.

### Quæstionis difficultati satisfaciens.

14 MAximam ergò differentiam inter vtrãque dari Potestatem facillimè jam quisque agnoscet ratione Territorij; quum namque constet vniuersum Orbem esse Supremæ Ecclesiasticæ Potestatis Territorium, ita vt nùnc verius, quàm olim Romæ quadret, quod de ea, Ovid. cecinit, *lib. 2. Fastor.*

*Gentibus est alijs tellus data limite certo,*
*Romanæ spatium est Vrbis, & Orbis Idem.*

Quod luculèter exposuit S. Leo. *Sermon. 1. in Natali Apostolor. S. Petr. & S. Pauli*, ibi: *Ciuitas Sacerdotalis, & Regia per Sacram B. Petri Sedem Caput Orbis effecta latius præsideres Religione Diuina, quàm Dominatione Terrenà Quamuis enim multis auctà Victorijs Ius Imperij tui terra, marique protuleris; minus tamen est, quod Tibi bellicus labor subdidit, quàm quod pax Christiana subjecit, &c.* Conferuntque dicta *§. 3.* & adducta à Paul. de Castro *in l. 2. num. 5. C. de Iurisdict. omn. Iud.* Ias. *in l. 2. §. Legatis, ff. de Iudic.* deducentes, & probantes ex hoc principio quemlibet totius Orbis Clericum Romæ conueni posse, si inibi reperiatur Pontificemque cũ quo

quolibet posse concurrere Orbis Ordinario in Beneficiorũ Collatione, *cap.dudum, de Præb.in 6.* & notat Glos.fin. *in fine in cap.final. de Offic.Legat. in 6.* aliques adducit Permosin. *in dict.cap.fin. de Iudic.part.2.quæst.18.num.5. nouissimeque Prosper. Fagnanus in Comment.ad lib.2.Decretal. ad text. in cap.Licèt 2.num.22. de For. Comper.* qui *à num.25.* latè disputat; *An Pontifex, non obstante Decreto Trident.Sess.24. cap.20. possit in 1.instantia vbique cognoscere.*

20 Sæcularis autem Potestatis Territoriũ discissum in partes reperitur innumeras; constat namque plures esse Principes, Monarchas, Resp. Dynastasque in suis Ditionibus Superiorem non recognoscentes, & Supremam hanc Temporalem habentes Potestatem, propriæ Monarchiæ, seu Regionis, aut Prouincię circumscriptam, vt mox latè probabo. Vndè Ecclesiasticam Potestatem ratione Territorij differre à Sæculari, notissima hac præcellentiæ Majoritate rectè sequitur, & ex sequentibus probatur.

21 Quicumque Princeps, aut Resp. cui Regia est in perpetuum commissa Potestas, quique Superiorem non recognoscit est illius Territorij Imperator, cui omnia Territorialia, Imperialia competunt Iura, vt generaliter probat Vldar Zas. *Cons.15. nu.44. & seqq.ad 54. vol.2.* Peregrin. *de Iur.Fisci, tit. de his, qui Iura Fiscalia habet, num.46.* And. Knich. *Velitat. Apologet.num.32.* Hieron. Gig. *de Crim.Læs.Maiest. lib.1. cap. Qualiter, & à quibus, quæst.28.* Tyber.Decian. *Tract.Crim.lib.7 cap. 4.num.26. & seqq.tom.2.* Eorumque ideò Potestas Imperatoriæ coæquanda est Potestati, Couarr. *PP.QQ.cap.9.* Petr.Greg. *de Rep. lib.9.cap.1.nu.36.* Bodin. *eod.tract. lib.1.cap.10.* And.Knich. *de Iur.Saxon.non prou.verb.Iuſ.cap.2.num.1. & seqq.* Ioan.Papon. *lib.22.titul.1. Arrest.2.* Christoph.Besold. *de Appellat.Iuuam, cap.2.sect.2.pag.mihi 23. & 24.* nouissimèque Prosper. Fagnanus *ad text.in cap. Ad Falsariorum, num.22. de Crim.falsi.* Nullamque posse Imperatorem in Prouincijs illis Iurisdictionem, aut Potestatem exercere extra Prouincias Imperij, ex Couarr. Ioann.Sal. & alijs docet Solorçano *de Iur.Indiar. tom.1. lib.2. cap. 14.num.10. & cap.21.num.39.* vbi extra eas Prouincias, tamquam extra Territorium Ius dicenti, Imperatori resistendum, & non parendum esse, addit *ex l.ult. ff. de Iurisd.* & ex Chrys. *in Psalm.44.* dicente: *Imperator Romanorum non potest Persis legem ferre.*

22 Specialiterque probamus, tùm in Christianissimo Galliarum Rege, qui, Nomen, & Ius Imperatoris in Regnis suis habuisse probant mox referendi, & copiosiùs Stephan.Baluzij *in notis ad Petr. de Marca de Concord. Sacerd. & Imperij, tom.2.lib.6.cap.25.* vbi plura cũmulat exempla apud ipsum videnda, & in alijs adductis à Prospero Fagnano *in cap. Ex Epistolæ, num.4. de probat.* Tumque in nostro comprobamus Po-

tentissimo Monarcha, quem cũctam Imperatoriam Majestatem in Amplissimis sibi subjectis habere Regnis attestatur Lex Regia 7. & 8. *tit. 2. part. 2.* vbi Gregor. Lop. Auendan. *in cap. Prætorum, lib. 1. c. 4. num. 5. in princip.* & cum eis Salcedo *de Leg. Polit. lib. 1. cap. 6. num.* 30. & 31. Imperatoremque in eis appellari posse decissum refert Ioann. Azor. *Instit. Moral. tom. 2. lib. 11. cap. 5. vers. Regem,* Salcedo *dict. cap. 6. num.* 32. vbi concludit ex multis; leges, & statuta condere posse Temporalia, tamquam Supremum, & Absolutum Dominum, quia nullum in temporalibus recognoscit Superiorem, præter Deum, vt contra Baroniũ, & alios docet ex Salcedo, Nauar. Valdès, Aug. Barbosa, Couarr. & alijs Fermosin. *ad Text. in cap. Nouit. quæst. 6. num. 8. & sequentibus,* addens, quæcumque monimenta, & antiqua testimonia subjectionẽ Regum Nostrorum in S. Sedem præ se ferentia, intelligenda esse de voluntaria subjectione Deuotionis, & Gratitudinis gratiâ ab Eis exhibita, non autem de necessaria; quandoquidem ipsi ab ea liberi omninò reperiebãtur à tempore Honorij Imperatoris, & post fatalem Maurorum Deuastationem, vt latè manet probatũ. Vndè nulla iam dubitãdi occasio est; absque auxilio namque Imperatoris, & S. Sedis Regna hæc proprio sanguine Majores Nostri vindicarunt. Fermosin. *in cap. 2. q. 15. num. 9.* & quamcumque Superioritatem eis prius insitam, omninò repulere.

18 Et licèt obstare videatur, quod Imperator cõmuniter Mundi Dominus appelletur *l. Deprecatio 9. ff. ad l. Rhod. de Iactu,* & probatur ex illo, *Luc. 8.* ibi: *Exijt Æditum à Cæsare Augusto, vt describerẽtur Vniuersus Orbis.* Ob quod de Iure Diuino esse Mundi Dominum Imperatorem docent Alberic. *in dict. l. Deprecatio* 10. Ias. *in l. 1. C. de Summ. Trinit. & Fid. Catholic.* & alij mox referendi. Vndè inferre optimè possunt æquale Vtriusque esse Potestatis Territorium, nullamque inter Vtramque Potestatem, ratione illius, differentiam assignari, quod latissimè possemus comprobare; Ast.

19 Omissa prolixa illa altercatione, an Imperator fuerit olim Mundi Dominus actu, vel habitu? De quà plura cummularunt Legistæ *in dict. l. Deprecatio. 9. ff. ad Leg. Rhod. de Iactu, & in l. in Orbe Romano, ff. de stat. Hom. l. Si duas, §. 1. vers. Vniuerso Orbi, ff. de excusat. tut. l. Roma 33. ff. Ad Municip. l. 1. C. de Rap. Virgin. l. 2. C. de Iuram. Calum, l. Rem non nouam, C. de Iudic. l. Iubemus, C. de Testam. l. 1. §. Cũ autem, C. de Vsucap. Transform.* Authent. *Vt omnes obed. Prouinc. Iudic.* & Canonistæ *in Can. in Apibus 7. q. 1. Can. Futuram 12. quæst. 1.* & alij qui DD. relati à Solorçano *de Iur. Indiar. lib. 2. cap. 22. num. 22. 23. & 24.* & alij congesti ab Acuña *in cap. Hadrianus, num. 7. 63. dist.* & ab Stephan. *de Iurisd. lib. 2. part. 1. cap. 1. num. 48.* Martha *eod. tract. part. 1. cap. 19. & 20.* Amaya *lib. 1. obseruat. cap. 1. ex num. 80. & in l. 1. num. 1. & seqq. C. de Fund. Limitroph. post*

*l. 6.*

*l.6.C.de Annon. & Tributis*, vbi cõcludit: Quod Imperium Romanũ in ſua magnitudine, ampliorique magnificentia limites habuit allegatque Vvolfang. Lipſ. Caſaubon. Buleng. & alios, Videndus eſt Nauarr. *in cap. Nouit. Notab. 3. num. 160. de Iudic.*

20 Quàm quidem omittendum hodie tamquã inutilem aſſerimus, tùm quia hodie Imperator à S. Sede Apoſtolica omnem accipit Poteſtatem; nàm à Romano Pontifice Electus, confirmatur, vngitur, & conſecratur, ſi eſt dignus, vel rejicitur, ſi eſt indignus, *cap. Venerabilis 34. de Elect. in cujus Notis, & Commentarijs*, plura erudita, & copioſa manu congeſsit D.D. Emanuel Gonçalez (multis titulis, Nobis commendabilis) *à num. 26 per aliquot ſeqq.* Iocioſam Quæſtionem iſtam reputamus, nàm, & mordicus defendentes Sententiam Imperatoribus fauẽtem negare haud poterunt Reges Hiſpaniæ, Frãciæ, Angliæ, alioſque Europæ, & extra eam Supremam Majeſtatem Altumque Dominium habentes Imperatori, nec Romano Pontifici, aut cuiuis alij non ſubeſſe in Temporalibus, vt latè iam ſuprà oſtendimus. In Iuriſdictionalibus autem, & Superioritatis controuerſia non præterita retro ſpicimus ſæcula, ſed præſens, actualiſque attenditur Status. Peregrin. *de Iur. Fiſci, lib. 1. tit. de his, qui Iura Fiſcalia hab. num. 55. & ſeqq.* Beſold. *de Appellat. cap. 2. ſect. 8. pagin. 40. in fine, & pag. 42.* vbi vlterius reſpondet, quod licèt aliquando vniuerſam Orbis Poteſtatem Sæcularem habuiſſet Imperium, quum ſæpius illius ſit mutata forma, in quauis mutatione diuerſa ei competijt ſubſtantia primà omninò deſtructa ex Ariſtot. *3. Polit. cap. 2. & argum. text. in l. Proponebatur 76. ff. de Iudic. l. Qui res ſuas 98. §. Nec ſimili 10. ff. de ſolut.* Franc. Ototom. *Illuſt. Iur. lib. 1. quæſt. 8.* Vndè ab illa prima forma ad præſentem argumentum deſumi non poſſe concludimus ex eis, quia controuerſia amplioris Territorij non ex antiquo, ſed ex præſenti Statu reſoluenda eſt, vt argum. *l. in Delictis, §. Si extraneus, ff. de Nox. Action. l. Miles, ff. de Teſtam. mil.* Bart. *in l. Ex facto*, vbi communiter Scribẽtes, *ff. de vulgar.* Menchac. Molina, & Mantica laudati à Valdès *de Dignit. Reg. Hiſpan. cap. 12. num. 9. litt. X.*

21 Quum igitur in præſenti penes Plurimos ſit Supremos Monarchas Vniuerſus diuiſus Orbis; quo ad Temporalem Poteſtatem; imò, & Vnicum Regnum penes duos, aut plures Supremos Reges diuidi nequeat Proſper. Fagnan. *in cap. Significaſti, num. 2. de Electione*, & penes Vnum, quo ad Spiritualia primariò, & directè, & cuncta Temporalia ſecundariò, & indirectè Summa Poteſtas reſideat, præ excellenti diſtinguitur differentia Eccleſiaſtica Poteſtas à Sæculari, ratione Territorij. Guillelm. Beyer *de Eccleſ. Hierarch. quæſt. 13. cap. 14.* ibi: *Poteſtas autem Sacra, propter Epiſcopatus Vnitatem in ſuo Territorio ligatum, vbique ligatum detinet, vt oſtendit Syneſ. Epiſt. 58. Contendunt*

*Iſid.*

*Isid. Pelus. lib. 3. Epist. 250. & Auctor libri de XII. Abusion. & alij: Concilia verò innumera obseruari jubēt. Non eadem verò est vis, & efficacia Potestatis Politicæ, quæ extra Territoriū suum vindictæ, & vltionis locum non habet, propter Principatuum Temporalium differentiam, qui vnū non efficiunt Principatum, sicut omnes Ecclesiæ efficiunt vnam Ecclesiam, &c.*

## QVÆSTIO FINALIS.

### An? & quatenus vtraque hæc Suprema differat Potestas, Iudicijs, seu Iudiciaria Auctoritate?

1 VNā ex præcipuis Nostræ Potestatis Differentiam hanc reputauimus; quippè Iudiciorum vigor, Iurisque Publici Tutela in medio constituta est, nequis Sibi ipsi permittere auderet vltionem, *l. Nullius, C. de Iudic.* Canonumque reperta reuerentia, & Sacra via est, vt nihil manu, nihil proprio ageretur impulsu. Cassiod. *lib. 4. var. Epist. 10.* Eamque prolixe aliquā-to examinare curabimus.

### §. I.

### Ecqid Vox Iudicium præ se ferat?

2 ÆQuiuocam hanc vocem esse, quàm plures, & propè innumeras præ se ferētem significationes fatentur Rubricarum Expositores, tùm Canonici, tùm Iuris Imperialis Interpretes, & præcipuè Abbas, Ripa, & alij Maranta *de Ord. Iudic. part. 1. dist. 14.* Didac. Perez *in Rubr. tit. 1. lib. 3. Ordinam.* Scacia *de Iudic. lib. 1. c. 1. num. 3.* quos Brisson. & Caluin. allegat. D.D. Emanuel Gonçalez *in Notis ad cap. Forus Verbo Iudiciū, num. 3. de V. S. tom. 5. in Decretal.* cui addi possunt plures alij relati à D. Felician. de la Vega *in Relectione Rubric. de Iudic. dub. 1. num. 2.* & præcipuè Ioan. Kaluin. Anton. Cardos. Cardin. Tusch. & Scaciā. Paz Iordan Episcop. Tragurien. *Diuersar. Elucubrat. tom. 3. lib. 13. tit. 1. à num. 1. ad 25.* Duplex tamē est præcipua eius significatio. I. pro ea Animi virtute, vel Sententia, quà decernimus, quid amplectendum, quid vè fugiendum sit verà à falsis, vtilia à noxis separātes, Nosque ipsos, vel alios instruendo rationibus vtrinque discussis. Optimè Laurentius Beyerlinch *in Theatr. Vit. Hum. tom. 4. lit. I. pag. 406. col. 1.* Cui addo Prosper. Fagnan. *in cap. Cum autem, nu. 21. de Iur. Patronat.* & Paz Iordan. *d. tit.*

*tit.1. num.3. verſ. Primo enim accipitur.*

3 II. autem accipitur, prout ſignificat Diſcuſsionem, ſeu Diſceptationem Iudicialem, quà procedit Iudex ad Iuſtitiæ adminiſtrationem, quaque Ius dicit inter Partes, ut fatentur ferè omnes ſupradicti DD. quibus adnecto Petr. Gregor. *Syntagmat. Iuris, 3. part. lib.47. cap.2.* & juxta hùnc ſenſum procedit Text. *in cap. Forus 10. de Verbor. ſignificat.* ibi: *Cauſa à Caſu, quo venit, dicitur, eſt enim materia, & origo negotij, nec dum diſcuſsionis examine patefacta, quæ, dùm proponitur, cauſa eſt, dùm diſcutitur Iudicium; dùm finitur, Iuſtitiæ, in cuius Notis dict. num. 3.* allegat Gonçalez pro hac communi acceptione Cujac. Abbat. Dec. Rippam, Sotum, & Scacciam, quibus addo Paz Iordan. *dict. tit.1. num.3. verſ. Deſignat Actum.*

4 Et de iſto Iudicio, ita ſumpto dicimus, quod vocatur, quaſi Iuriſdictio, eo quod in illo, quid Iuris ſit, oſtenditur, & ita Iudex habetur, quaſi Ius dicens, Cujac. *ad tit. de Iudic.* cui Gonçalez addit. *dict. num. 3.* Marc. Varron. *lib.5. de Lingu. Latin.* & Oſſual. ad Donel. *lib.17. Comment. cap. 3. litter. A.* Noſque ei adjungimus Laur. Beyerlinch. *dict. tom.4. lit. I. pag.406. col.1.* ubi docet, quod Iudex Cognitor controverſiæ, & Diſceptator eſt, quaſi Ius dicens, aut Iure diſceptans, Hebræis *Dattan*, qui componit lites, Vindex, Protector Iuris, à verbo *Din* di judicauit, Contentiones Forenſes vindicauit, contendit cum Adverſantibus, exequutus eſt Iudicium, idem ſignificat, quod *Dan* latinè vindex, vindico, *Geneſ. 15. 14. Hierem. 5. 4. à fine, Pſalm.68.6.* Hebræis dicitur *Miophat*, & Iudex, *Scophet*, à verbo *Scaphat* Iudicauit, Di judicauit, Ius dedit. Eſt vox generalis, & quia in Iudicio, duæ ſunt partes litigantes, quarum Vna juſta, & abſoluenda, Altera injuſta condemnanda, ideò accipitur verbum *Scaphat* aliquãdo ſpecialiter pro Defendere, ſeu Vindicare Bonos, aliquando pro Punire, & Condemnare Sontes, & Injuſtos; ſemper tamen Ius dicens, quod Nos plenè comprobamus ex eod. Text. *in cap. Forus, in verſic. Vocatur autem Iudicium.* D. Felician. de la Vega *in dict. Relect. Rubric. de Iudic. dub. 1. num.3. & 4.* cui addo Cicer. *in Orat. pro Cecinna*, dicentem: *Omnia Iudicia, aut diſtrahendarum Cõtrouerſiarum, aut puniendorum Malefactorum cauſa eſſe inſtituta.* De qua quidem diuiſione latiùs *ſequenti dicemus §.* nùncque addimus Gloſſ. *in cap. Statutum, §. Inſuper, verb. Iudicium*, & ibi Gemin. *de Reſcript. in 6.* conſonatque Text. *in cap. In Cauſis 19. de Sent. & Rejudic. cap. Perſonas 4. & cap. Ad Aures 33. de Appell. cap.1.* ubi Abb. *de Plus petit.* Bal. *in l.1. num.3. C. Si Aduerſus rem judicatam*, Rober. Maran. *in Praxi, part.1. num.4.*

5 Et quamuis multa ex his poſſemus ſatis utiliter inferre, nè tamen à Nobis præfixas metas, tranſiliamus duo tantum inferre decreuimus, ex qua plures ſubinduci poterunt.

I. Iu-

6 I. Iudicium legitimè ante litem conteſtatam appellari non poſſe, ut notant communiter DD. *in Auth. de Litigator. §. Omnem, & in l. 1. C. de Iudic. l. Iudicium ſoluitur, ff. Eeod.* Bald. *in l. Si Res aliqua, C. de Condit. Trit.* Hierony. Buccaron. *de Differentia inter Iudicia Ciuilia, & Criminal. different. 15. num. 1.* cuius ratio in promptu eſt: iudicium nimirum Ciuile tribus conſtare debere, Iudice, Actore, & Reo, *dict. cap. Forus, de Verborum ſignificat.* Bart. *in l. Cum Iudices, C. de Iurament. propter calumn. num. 10.* Bald. *in l. Licèt, num. 5. C. de Procuratorib.* & plures alij laudati à Buccaron. *loc. cit. different. 164. mox à princip.* Ante litis conteſtationem autem Nemo Reus conſtituitur; nam litis conteſtatio primum Iudicis Fundamentum appellatur, *cap. 1. & ibi Gloſſ. 1. de Plus. pet. l. Vnic. C. Eodem,* & vtrobique DD. *& in l. Amplius, ff. Rem ratam haberi, §. Sed hæc quidem,* & ibi Gloſſ. verb. *Diximus. Inſtit. de Action.* ante eam ergò nequit eſſe legitimum Iudicium in Ciuilibus. Aliter tamen ratiocinandum eſt in Criminalibus, Buccaron. *in præallegato Tractatu, different. 21. num. 2. & ſeqq.*

7 II. Deducendum eſt omne, quod in vniuerſa litis controverſia continetur, Iudicij appellatione claudi ab ipſo primo exordio, ad poſtremum uſque finem, executionem videlicèt ſententiæ, ut probatur *ex toto tit. C. de Ordin. Iudic.* & ex Text. *in cap. 1.* ſic intelligendo *de Iudic. in 6. & in cap. 1. de Except. eod. lib. verſ. In quacumque parte Iudiciorum, l. Vbi cæptum eſt Iudicium 30. ff. de Iudic. l. Reſtituere 35. ff. de Verbor. ſignific. l. 1. & Authen. Offeratur, C. de Litis conteſtatione*, in quibus omnibus Iudicium pro cuncta Cauſa judiciali, omnibuſque Proceſſus actis in illa contentis accipitur, ut explicat Didac. Millian. *in Rubric. de Iudic. num. 6.* & ab eo D. Felician. de la Vega *ibidem dub. 1. num. 5.*

## §. II.

## Vndè? Et quid Iudicium ſit? Et an idem quod Cauſa?

8 FACILE ex firmatis denominatio, ſeu Æthimologia iſtius vocis deducitur; nam, quum dixerim eam pro Diſcuſione accipi, ſeu Diſceptatione Iudiciali, quæ niſi coram Iudice fieri nequit; evenit indè quod à Iudice ipſo, ideſt ab actu Iudicandi nomen ipſum producatur, ita, ut idem ſit dicere Iudicium, quod Ius dicere, ut liquet ex dictis *§. præcedenti*, & nunc probamus argumento deducto *ex l. 1. ff. Quod quiſque Iuris, & ex §. 1. Inſtit. de Offic. Iudicis*, ex quibus ità explicant Auctores, quos refert Millianus *in Rubric. de Iudic. num. 4.* & Peregrin. *num. 35. ubi num. 40.*

huius

huius denominationis triplicem assignat rationem I nam finis Iudicij pendet à Potestate, & motu Iudicis, *l. Qui explicandi* 10. *C. de Accusationibus.* II. quia ab Iudicis æstimatione tota pendet Lis. *l. Stichus* 12. *ff. de Legat. 3. l. Voluntatis* 7. *C. de Fidei Commissis, l. 3. in vers. Tumagis, ff. de Testibus, l. Quingenta* 12. *de probationibus.* III. ex quo tota Causa Iudici incumbit, vt *in l. Ædiles* 25. *§. Item sciendum, ff. de Ædilitio edicto.* Videndi sunt Maranta *in Praxi, p. 4. dist. 1. num. 1. & passim peropus.* Iul. Clar. *in Praxi Crim. §. fin. quæst. 1. in princip.* Farin. *in simili Praxi, quæst. 100. cap. 1. num. 57. tit. de Var. ac Diuers. Quæstion.* Buccaron. *de Different. inter Iudicia Ciuilia, & Criminal. Præmisso 1. vers. Et quoniam præmissa,* Paz Iordan. *dict. tit. 1. num. 5.* ex Menoch. *de Arbitrar. lib. 1. quæst. 8. num. 18.* & Scaccia *de Iudic. cap. 2. num. 2.*

9 Ad secundam tituli deueniendo partem essentiam Iudicij inquirentem, difficilioris quidem esse expeditionis censemus, varios namque videmus esse Auctores, tùm Nostros, tùm Theologos in Iudicij tradendis definitionibus, ut videre est apud Marantam *in dicta Praxi, par. 2. in principio numero 2. ad* 12. Turrecremata *in Cap. Episcopus, 2. q. 7. p. 2.* Barbosa *in Rubric. de Iudic. num. 3.* ubi Costa *numero 56.* Hieronym. Buccaron *de Differ. inter Iudic. Ciuil. & Crimin. different. 164.* Quibus omnibus addo Sebastian. Medic. Parlador. Gloss. Didac. Perez, Anton. Cardos. & Scacciam. relatos à D. Felizian. de la Vega *in dict. Relect. dub. 3. num. 17.*

10 At contra omnes eas plura opponunt Asin. *in Praxi, §. 17. cap. 1. num. 8.* Paul. Bus. *lib. 1. Subtil. Iur. cap. 13.* D. Felizian. de la Vega *in dict. Relect. Rubric. dic, dub. 3. num. 19.* ubi hanc ipse adhibet: *Iudicium est Legitimè Litigantium apud Iudicem Disceptatio, seu Tractatio,* Quam ipsam adducit ex Duareno, Parlador, & Medices Fermosin *in Rubric. de Iudic. num. 1.* ubi præponendam hanc esse docet, ei, quæ communiter adducitur. *Iudicium videlicèt esse actum Trium Personarum Actoris, & Rei apud Iudicem contendentium.* Quã amplexos esse Primarios Canonistas comperimus Bal. *in Rubric. de Iudic.* Abb. *in ipsa Rubr.* Maranta *in Speculo, par. 2. in princip.* Scacia *dict. cap. 2. à num. 5.* Paz Iordan. *dict. tit. 1. num. 6.* Qui hanc definitionem satis impugnari addunt, ab Alciato, Decio, Innocentio, & Farinatio, vndè, relicta Altercatione, & Opinionum diuersitate, adductam à D. Felizian. de la Vega, & Fermosino, amplectimur; genere siquidem, & differentia constat, ut ex Duareno, & Anastas. Germonio docet Fermosin. ipse, Nosque ulterius comprobare pergimus.

11 Verbum namque *Disceptatio* genus præ se fert, convenit enim per illud cum quacumque alia extra Iudiciali Tractatione, atque etiam cum extra Iudiciali Iustitiæ administratione, & ea, quæ leuato fit velo, ut Felizian. probat, atque etiam cum Arbitrio con-

convenit, licèt enim Arbitrium verum Iudicium non ſit, quia Arbiter propriè, & in rigore Iudex non eſt, tùm quia Priuatorum Conſenſus Iudicem non facit, *l.1. C. de Iuriſd.* Philipp. Dec. *de in Rubric. de Iudic. lect.1.* ubi Alciatus *num.5. & lib.2. Diſpunction. cap.24.* Donell. *lib.17. Commentar. cap.3.* dilucide Nomen iſtud declarantes. Partes tamen Iudicis Arbiter ſuſcipere dicitur *l.13. §.1. ff. de Recep. Arbitr. l.14. C. de Iudic.* vndè Arbitraria ad ſimilitudinem propriorum Iudiciorum rediguntur, *l.1. verſ. Ad ſimilitudinem, de Recep. Arbitr.* Proſper. Fagnan. *in cap. Continuit, num.21. de Arbitr.* Quod ſufficit, ut cum eis conueniant, eorumque contineantur appellatione. Arnold. Vinn. *Partit. Iur. lib.3. cap.2.* qui tamen poſtremæ definitionis Aſſecla eſt.

12 Dictio illa *Legitima* apponitur, ut intelligatur exinde Iudicium Legitimum eſſe debere, ideſt, juxta Leges, Iurave, conficiendum. Gloſſ. *in cap. Conſanguinei,* ubi etiam Abb. *de Sent. & Re Iudic.* Bertazol *de Clauſul. inſtrum. Clau.8. dict. gloſſ.6.* Seraphin. *deciſ.* 290. *num.2. & deciſ.443. num.6.* alias etenim non legitimum, ſed illegitimum potius, & irregulare Iudicium appellabitur, argum. Text. *in l. Legitima 6. ff. de pac. & in l.4. §. Condemnatum, ff. de Re Iudic.* D. Felizian. de la Vega *dict. dub.3. num.20. & in Rubric. de Ordin. cognit. dub.1. num.6. & dub.2. num.11.* & eſt elegans Text. *in l.4. C. de Sent. & inter locutio omn. Iudic.* ubi ſententiam, non ſeruato Iuris ordine, prolatam, *ipſo Iure* nullam eſſe reſcribitur, & proſequitur latè Hugo Donell. *lib.19. Comment. cap.1.* Proſper. Fagnan. *in cap. Olim. num.11. de Litis Conteſtatione.*

13 Particula *Litigantium* duo denotat. I. non poſſe appellari Iudicium, in quo non ſint partes Iudicialiter Contendentes ſuper re aliqua, vel Iure ſpeciali, ut ſimpliciter, & abſque aliqua probatione firmat Felizian. de la Vega *dict. dub.3. eod. numer.20. verſ. & verbum Litigantium.* Corroborarique aſſertionem poterat ex Text. *in l. Cauſas, vel lites, C. de Tranſact.* Corneus *Conſ.267. In hac Conſultatione, num.18. verſ. & licèt appellatione, lib.4.* quem refert Card. Tuſch. *pp. Concluſ. tom.5. litera L. Concluſ.379. num.1.* II. vt adnotetur, per eam excludi Decreta ad alienationem rerum Minorum, & Similia expediri ſolita, quæ extra Iudiciales actus, potius, quàm Iudicia appellantur, ut fuſè probat Dec. *in Rubric. de Iudic. lectura 1. numero 4. in fine, & lectura 2. num.3.* & ex eo Fermoſin. *in eadem Rubric. numer.2.* cui ecquidem addi in comprobationem poſſunt, præter alia loca Textus *in l. Magiſputo 5. §. Non paſſim, ff. de Rebus eorum, & in l. Nequitquam 9. §. vbi Decretum, ff. de Offic. Proconſulis.*

14 Rationeque comprobatur intrinſeca à principijs Iuridicis depromta; Quod videlicèt juxta Text. *in cap. Forus, verſ. dum diſcutitur, de verb. Signif.* ut verè formatum Iudicium dicatur, requiri-

quisitur quod Litigantes ipsi disceptando, & discutiendo negotium, adsint, quum ergò in similibus Decretis huiusmodi discussio desit; naturam Iudicij illa exuere in propatulo est, docetque D.Felizian.de la Vega *in dict.Rubric.de Iudic. dub.3. num.21. qui num.22.* sub infert non omnia Acta à Iudice facta esse Iudicialia, quum præter eius interuentum, Partium quoque Disceptatio simpliciter necessaria sit ad verum constituendum Iudicium.

15 Hincque utiliter inferre licèt differentiam inter voluntariam, & contentiosam Iurisdictionē, quoad judicialia; Actus enim ad illam pertinentes extra Territorium validè exercentur, *l.2. ff. de Offic. Proconsul. l. Emancipati 36. ff. de Adopt.* & pluribus in locis adductis à Covarr. *lib.3.Var.cap. 20.nu.8.* Thom.Sanchez *de Matrim.lib.3.disp.8.num.6.* nedum in Subditos Sibi, sed etiam in non Subditum consentiētem, *cap.Per Venerabilem, §.Rationibus Qui filij sint legitimi.* Buratt.*decis.318.num.* 4. Quæ verò ad Contentiosam pertinent Iurisdictionem, nequeunt extra Territorium exerceri; quia, quū rigorosè Iudicialia sint, etiam de consensu Partium in alieno Territorio expediti non valent, *l.3.ff.de Offic.Præsid.* & cū alijs Geminian. *in cap.Si Abbatem 36.num.4.de Elect.in 6.* Ric.*in Praxi Decis.cur Archiep. 2.p.decis.188. num.6.* Ioan. Bapt. Toro *in Comp. Decis.Eccles. verb.Iurisdictio Contentiosa, pag.25.* D.Felizian. de la Vega *in dict.Rubric.num.22.*

16 Sed obstare videtur in nuperam explicationem verbi *Litigantium.* Quod Inquisitio est actus verè Iudicialis, *cap. Licèt Heli de Simonia,* & tamen Litigantes non sunt in ea, *cap.Qualiter, & quando 24. de Accusat. cap.Relata 9. cap.Placuit 12.9.q.1. cap.1. de cens.in 6.* nam in Inquisitione Generali Iudex tantum, & absque diffamatione procedit Innocen. *in cap.Bona.el.l de Elect.* Scaccia *de Iudic. lib.1.q.83.num.1.* Farin. *in Prax.Crim. tit.de Inquisit.q.1.* & in Iudicio Bonorum possessionis, in quo tātum adest Iudex, & petens possessionem ipsam, *l.1. & 2. ff.de Bonor. possess.* in quibus non esse duos Litigantes apparet, & tamē vera judicia esse inficias ire nemo potest, ex adductis ab Alsin. *dict. cap.1.num.8.* & Bus. *dict.cap.13.* ergò, &c.

17 Ast nullius esse efficaciæ Instantiam respondemus; nam Litigantes in definitione desiderati non affuturi sunt simpliciter necessario Physicæ Personæ, ut voluère aliarum Definitionum Sequaces, sed Nobis persuasum semper fuit sufficere verificari existentiam litigantiū inter ventu earum Personarum etiam fictè adhibitarum, ut optimè observat D.Felizian.de la Vega *in dict.Relect.Rubr.dub.3.num.23.* cui addo Hieronym. Buccaron. *in Tract.de Different. inter Iudicia Ciuilia, & Criminalia, different.164.numer.2.* ubi ex Abbate, & Alijs docet: Quod ex Fictione Iuris Fama loco Accusatoris habetur, quando proceditur per viā Inquisitionib.

18 Vltima definitionis Clausula *Apud Iudicem,* ideò ponitur, ut

denotetur Iudicem necessarium physicè personalitèrque præexistentem ad esse requiri, ut probatur ex Bal. *in Rubr. C. Si à non competente Iudice. num.* 4. dicente: esse potissimam Iudicij, partem Iudicis præsentiã, quem Antistitem ideò Iudicij appellat Agellius *lib.* 14. *Noct. Attic. cap.* 4. & absque eo cõsistere Iudicium non posse patet; tùm quia id denotat actum Iudicis, in quantum Iudex est, ut supra latè probaui, & nũc addo S. Tho. 2. 2. *q.* 6. *art.* 1. *in corp.* Fermosin. *in dict. Rubr. num.* 2. Tùm, & quia ex natura sua Iudicium petit expediri ab habente Potestatem judicãdi, & Ius dicendi, alias omnia sunt nulla *dict. cap. Forus* 10. *de verb. Sig.* & ex Bar. & alijs Bouadill. *in Polit. lib.* 1. *cap.* 12. *nu.* 8. Ioan. Mar. Campana *de Requisit. ad Commendabil. Iudic. creat. num.* 1. *litt. B.* cui addo, *l.* 1. *& l. Si conuenerit, ff. de Iurisdict. omn. Iudic. l. Si filius* 12. *ff. de Vulgari, l.* 18. *tit.* 9. *p.* 2. & notat Auiles *ad cap. Prætor. in Proemio*, Glos. *Quales quieres, num.* 1. Quare prius Persona Iudicis debet esse notæ auctoritatis, & Potestatis, ut acta sint Legitima Rodriguez *de Examine Processus, cap.* 1. *nu.* 4. *&* 5.

19 Vtque manifestius huius Clausulæ explicatio pateat, prænonemus, quod quamuis Iudicis appellatione indefinitè prolati omnes, & quicumque comprehẽdantur Iudicis. Glos. *in Clem.* 1. *verb. Si à Iudicibus, de appell.* generale etenim est, capaxque comprehẽdendi tam publicam, quam priuatam Auctoritatem habẽtes, ut docet *ibidem* Glos. atque etiam propriam, vel alienam exercentes Iurisdictionem, *l. More Maiorum. ff. de Iurisd. omn. Iud. l.* 1. *§. & qui mandatã, & toto tit. ff. de Offic. eius, cui*, & eos, qui tantummodo Notionem habent, *l. à Diuo Pio in princ. ff. de Re Iudicata*, ibi: *Iudicum à se datorum, l. à Iudice, C. de Iudic. l. ult. C. ubi, & apud quem*, cum alijs congestis à Duaren. *lib.* 1. *disp. cap.* 35. *in princ.* Gouean. *de Iurisd. lib.* 2. *in princ. num.* 30. Menoch. *de Arbitr. lib.* 1. *q.* 2. *num.* 14. Differunt tamẽ ab omnibus alijs proprij Iudices, in eo, quod non solùm judicare, sed etiam pro Imperio, & Potestate sententias suas exequi possunt, quod extremum censetur Iurisdictionis, *l.* 1. *juncta glos. verb. Extremum, ff. Si quis Ius dicenti non obtemp.* illi verò, quibus Notio tantum competit rigorosè loquendo solum Iudicare valent intra formam Sibi præscriptam sinè exequendi Potestate, eam namque Magistratus qui eos dederunt Sibi, & in Se retinent *d. l. à Diuo Pio in princip.* In hoc enim inter se discriminantur *Iurisdictio, & Notio*, quæ in strictis suis significationibus suas species constituunt *d. l. ait Prætor. l. Notionem in princ. ff. de verb. Sign.* explicant latè Donel. *Comment. Iur. Ciuil. lib.* 17. *cap.* 6. *§. Iudicum cum seqq.* Govea. *lib.* 2. *de Iurisd. in princ. nu.* 30. *&* 38. *cũ seqq.* Quintanad. *de Iurisd. & Imp lib.* 1. *tit.* 2. *nu.* 7 Quamuis latiori acceptione *Notio* sit generale nomẽ aptum cõprehendere Iurisdictionẽ Merum, & Mistum Imperium, ut latius infra probabo *hac cad. quæst.* & supra manet probatum.

20 Ex indeque etiam distinguitur Iudicium ab Arbitrio, &

Com-

Compromiſſo, quæ à priuatam habentibus auctoritatem expediuntur. Abb. *in cap.Cum Dilectus 6.num.2.3.4. & 21. extra de Arbitris*; & ideo non proprium, ſed ſimilitudinariũ Iudicium appellantur, *l.1. verſ.ad Similitudinem Iudiciorum redigitur, ff.de recep.Arbitr.* Quod autem ſimile eſt, eandem excludit naturam rei, cui adſimilatur, ex Vulgari Regula : *Quod ſimile non eſt idem* deſumta ex Text. *in l.Quod Nerua 32.ff.Depoſiti. & in l.1. §.Hæc actio, ff.Si menſor. falſ.mod.dix. & in cap.Innotuit 20.de Elect. & in cap.2.de Tranſlat. Epiſcop.* & ad hoc indiuidualiter allegatam probat eam ex Paul.de Caſtro, & Iaſ. D. Felizian. de la Vega *dict.dub.3.num.25.* cui plures addo ex Barb. *axiom.208.nu.1.* remiſsiuèque hanc inter Arbitriũ, & Iudicium exhibet nouiſsimè differentiã, Proſp.Fagn. *ad Text. in cap.Ex parte, num.19.de Arbitris.*

21 Rationeque probatur; quia videlicèt Iudicare munus publicũ eſt, *l.Quippe, ff.de Iudic. l.ille à quo, §.ult.Cum l.Seq.ff.ad Trebell.* Duaren. *lib.1.diſpunct.cap.51* ac proinde illi ſoli propriè Iudices erunt, qui publica auctoritate fuerint inſtituti, non qui Priuatorũ conſenſu electi (prout ſunt huiuſmodi Compromiſſarij) *l.Priuatorum, C.de Iuriſd. omn.Iudic.* Donel. *dict. cap.6. §.in primis.* Gouean. *d.lib.2. in princip.num.35.* Quamuis autem ex eo, quod Iudicium imitatur, Iudicumque partes Arbitri aſſumunt, *l.1.l.idem Pomponius, §.Recepiſſe, ff.de Recept.Arbitr.* interdũque Iudicibus annumerentur. *l.Si minor 34.§.1.ff.de Minoribus, l.pen. ff.de Iudic.* propriè, & ſimpliciter tamen Iudices non dicuntur, ſed magis Iudices cum adjectione, nempe ex conſenſu, vel Compromiſſo Litigatorum *dict.l.pen.* non quidem ex eo, quod Notionem tantum habeant, ut minus rectè ſenſit Gloſſ. *in dict.l.ait Prætor. in princip.ff.de Re Iudic.* ſed quia non publica auctoritate, ſed priuata Compromittentium Voluntate electi ſunt. Donel. *dict.cap.6. §.1. in princip.nu.31.cum ſeqq.* Menoch. *de Arbitr.lib.1.q.2. à num.10.* tradit multa Briſonius *lib.9. de Verb.Signif. verb.Iudex, & verb. Arbiter.* Corraſ. *lib.4 miſcel.cap.18.*

22 Poteſt, & alia adſtrui ratio hanc adhibendi clauſulam, ut per eam nimirum realem conſtitueremus differentiam inter Iudicẽ, & Litigantes, ex qua regulam firmaremus : Neminem in propria cauſa Iudicem eſſe poſſe, *cap.1. & 2.4.q.4. l.vnic.juncto tit. C.Nequis in ſua cauſa, l.Qui Iuriſdictioni 10. ff.de Iuriſd.l.Iulianus 17.ff.de Iudic.* D.Felizian.de la Vega *dict.Dub.3. num.27.* nouiſsimeque Proſper. Fagn. *in cap.Noſti.num.8.de Elect.* ubi addit, quod Iudex in propria cauſa ius dicens cadit à Cauſa, remque ſibi debitam omninò deperdit, quod *num.15.* ampliat, ut procedat generaliter in omnibus Papæ Inferioribus.

23 Ampliandaq; eſt etiã quoad Epiſcopos Interpretatio hæc; quamus enim regulariter loquẽdo poſsint eſſe Iudices in cauſis ſuarum Eccleſiarum, Calderin. *conſ.6.de Iudic.* Car. Tuſchus *lit.E.*

*concluſ.257. per tot.* quibus addo Text. *in Can. Guiliſarius 23. q.4.* Can. *Si quis erga 2. q.7.* Can. *Qui mendicat.17. diſt.* Salgad. *de Supplicat. ad Sanctiſs. 2. par. cap.5. §.2. à num.13.* & conducunt tradita ab Auilès *in cap. Prætor. 3. verb. Avogados, num.12.* Cancer. *lib.2. variar. cap.3. num.135. in noua edit.* Capic. *Deciſ.124. num.11.* Fab. Capici Galeota *reſpon. Fiſcal.1. num.35.* Salced. *de Leg. Polit. lib.2. cap.13. num.53. & 54.* ex quibus patet non eſſe eàdem menſurà metiendas cauſas ad Communitatem, ſeu Principem attinentes, ac eas, quæ ad particulares pertinent. Fallit tamen hæc generalis Regula, quoties ipſius Epiſcopi commodum Iuri Eccleſiæ immiſtum, ſeu complicatum ſit. Proſper. Fagnan. *in cap. Procurationes, num.41. & 43. de cenſibus,* quæ clariùs procedet limitatio, ſi ad ipſius mentam, ſeu Iura Epiſcopalia Iudicium pertineat. Gloſſ. *in cap. Siquis 16. verb. Priuetur 2. q.7.* & ex Iacob. Laurent. Redoano, Bonauoglia, Zerola, & Ric. D. Felizian. de la Vega *dict. Dub. 3. num.28.* cui addo Calder. *Conſ. 528. in fin. alias 13. de Priuileg.* Tuſch. *PP. Concl. litt. C. num.2.* Attemperanda eſt exceptio hæc, ut ſolum intelligatur quoties Adverſarius refragetur, vel Epiſcopum recuſauerit, nam ipſo conſentiẽte, vel non recuſante, cauſa omnino tenet, nec ſe ab illa abſtinere Epiſcopus non interpellatus tenetur. Proſper. Fagnan. *in dict. cap. Procurationes, nu.47. & 48. de cẽſib.*

24 Poſtremam tituli partẽ, ut perſpicuè explicentur præſupponendum eſt, juxta nuper firmata, nullum Iudiciũ ſinè cauſa conſiſtere poſſe, ipſa etenim eſt nomẽ generale informans, cõferens, & actuans eſſentiam, naturamque Iudicij, *l. Cauſas 16.* & ibi Alex. & Doctor. *C. de Tranſaction.* Hinc communiter docemur addignoſcendum: An Iudicium ſit Criminale, Ciuile, vel Miſtum? inſpiciendam eſſe Cauſæ naturam, originem, & principium, ſuper quo lis vertitur, ut *ex l. Ictus ſuſtium, ff. de bis, qui not. infam. l. Si tamen, ff. ad Macedon.* cum alijs à ſe congeſtis, docet Coſta *de Iudic. nu.87.* Vndè Iudicij ſubſtantia in naturã cauſæ refunditur, Iudiciumque pro cauſa generaliter accipitur, omneſque DD. de materia loquentes promiſcuè, & indiſtinctè Iudicij, ac cauſæ vocibus utuntur, ut conſtat ex Maranta *p.4. diſt.1. num.33.* apud Clar. *in Praxi Crim. §. fin. q.3.* Farin. *in cad. Prax. tit. de variis, ac diuerſis QQ. q.100. cap.1. num.57.* Hier. Buccaron *de Differ. inter Iudic. Ciuil. & Crim. præmiſ.1. num.2.* Diuiſionum, ut multiplicitatem vitemus, ſub Cauſæ nomine vtrũque diuidere decreuimus, agnita priùs cauſæ in ſe conſideratæ naturà, quam per definitionem demonſtrari manifeſtũ eſt.

25 Cauſa ergò propriè, & rigoroſè loquendo eſt ipſum Ius deductum in Iudicio. Hinc communiter Cauſa nomen ſortitur ab ipſius deductione, ſeu introductione. Alexand. *in l. Poſt quam liti. 4. col.1. C. de Pact. & conſ. 22. col.1. in fin. volum.1. & ex eo.*

Ro-

Robert.Maran. *in Praxi, part.5. num.66.* Et,ut breuiter ab his Nos expediamus, aduertimus, quod licèt Cauſa propriè, & rigoroſè ſumta ad criminalia tantum extendi debeat, & lis ad Ciuilia, ut ex Text. *in l.1. ff. de Teſt. l. Litis nomen, ff. de Verb. Signific.* & Gloſſ. *in §. Si quis dicat otioſum verb. intereos in Auth. de Teſtam.* & alijs Hier. Buccaron *in dict. Tract. different. 163. num.1.* Ioan. Kalvin. *in Lexic. Iurid. litt. C. pag.152. col.2. num.50.* Generale tamen eſſe nomen Litem, Controuerſiam, Negotium, Contractum, & Obligationem ſignificans, ut probatur ex Text. *in l. Certi conditio 9. in princip. ff. Si cert. pet. l. Obligati, §. Pupillus, ff. de Auctorit. Tutor. l. vno. ff. de acceptil. l.9. §.1. ff. de Trib. act. §. Vndè in his Cauſis Inſtitut. de Auctorit. Tutor.* Nedum enim ad Contractus, & Obligationes ſimpliciter, ſed ad omnes etiam eas, quæ ex delicto deſcendunt, extenditur. Sic intelligendus Gajus *in l. Creditorum, ff. de verb. Sign.* & proſequuntur latius Briſſon. Pratej, & Kalvin. *eod. verb.* Marant. & Buccar. *loc. cit.*

## §. III.

## Quotuplex Iudicium, ſeu Cauſa ſit?

26 CAVSA, ſeu Iudicium varias ſortiri diuiſiones ab ipſis quidem utriuſque Iuris probamus titulis, cuius Rubricæ *de Iudicijs* in plurali inſcribuntur numero, ut notat Gloſ. *in tit. ff. eodem.* Ioan. Andr. Alexand. de Neuo, & Anchar. *in Rubric. extra de Iudic. numer.1. &* 2. Plures Diuiſiones adducunt Interpretes, & præcipuè Speculat. *eod. tit.* Butr. *cad Rubric. num.51.* per plures ſeqq. Beroj. *num.32.* Nauarr. *à num.17.* Didac. Perez, Petr. Greg. Duaren. & Vveſemb. relati à Fermoſin. *ad Rubric. eandem, num.14.* atque Donell. *libr. 17. Comm. cap.3.* ubi plures congerit. Oſv. *in eius not. litt. C.* Scaccia *eod. Tract. lib.1. cap.3.* Farinac. *in Praxi Crim. tit.2. q.10.* Paz Iordan. *dict. tom.3. lib.13. tit.1. num.7.*

27 Nos autem à Forma deductam primam diuiſionem conſideramus, & tùnc diuiditur in Iudicium ordinarium, & extra ordinarium, Barboſ. *in dict. Rclect. de Iudic. num.9.* cui addo Text. *in l. Antepen. ff. de Neg. geſt. & §. fin. de Inſtit. de Interdic.* Ioan Kalvin. *in Lex. Iurid. litt. I. pag. mihi 462. col.2. nu.70.* ubi ex Val. Max. Plin. Quintil. & Cujac. eam optimè explicat, ſed nunc parum conducit, quia *ex l.1. C. de Formul. Sublat.* ordinariæ Cauſæ, ſeu Iudicia ceſſarunt, omniaque iam extraordinaria hodie eſſe Iudicia dixit (ex Quintana Dueñas) Barboſ. *dict. num.9.* qui allegare poterat Textum expreſſum *in §. fin. Inſtit. de Interdic.* ibi: *Nam quoties extra ordinem Ius dicitur, qualia ſunt hodie omnia Iudicia, non eſt neceſſe reddi interdictum.* Cum alijs congeſtis ab Anton. Pich. *ad Rub. Inſtit. de interd. nu.17.*

Ex quo tantum idem docet Fermosin. *ad Text. in cap. Cæterum, de Iudicijs, quæst. 1. num. 10. tom. 1.* cui addo Math. Coler. *ad Text. in cap. 1. num. 10. extra de Iudic. cuius repetitio est inter alias adductas post Tractat. de Processib. executiu. pag. 908. in edit. 1613.*

28 Hoc tamen intelligendum esse censeo in causis, in quibus nulla competit Actio in Ciuilibus, vel Accusatio non est in Criminalibus, tùnc enim Iudicium semper extraordinarium dijudicatur, aliàs etenim si Causa Ciuilis, vel Criminalis intentetur per viam Actionis, vel Accusationis, in eaque veniat irroganda pœna, seu condemnatio ordinaria à Lege, vel Statuto inducta, erit adhuc Iudicium Ordinarium. Videndus omninò Hermann. Vultejus *ad tit. de Action. num. 35. cum multis seqq.* Ioan. Kalvin. *in Lex. Iurid. litt. O. pag. 633. col. 2. in fine,* quibus adnecto Marantam *dict. part. 4. dist. 10. num. 1.* Costam. *dict. Rubric. num. 89.* sub hac etiam Diuisione à Forma deducta continetur alia Iudicij diuisio, in Simplex, & Duplex, illud partiens, *l. in Tribus, ff. de Iudic. l. 2. ff. de Interdict.* Costa *in dict. Rubr. de Iudic. num. 84.* & quodnam sit quodlibet explicat Anton. Pichar. *in dict. §. fin. Iustit. de Interdict.* Maranta *in Prax. part. 4. dist. 17. per totum.*

29 II. autem attenta materiâ, vel denominatum ab ea Iudicium diuiditur in Criminale, Ciuile, & Mistum. Glos. & DD. *in Rubr. extra, & ff. h. tit.* & præcipuè Barbos. *numer. 3.* ubi aliquos adducit, quibus Ego addo D. Felizian. de la Vega *dict. Relect. dub. 5 num. 58.* Bar. *in l. ult. ff. de Priuat. Delic. l. 3. ff. de Sepulchr. viol.* Octauian. Vestrius *in Praxi, lib. 3. cap. 2.* Scaccia *de Iudicijs, lib. 1. cap. 3. num. 6. & seqq.* Paz Iordan. *dict. tit. 1. num. 8.* Et licèt Diuisionem istam impugnent. Panorm. *in Rubr. de Iudic. num. 5.* Duaren. *lib. 1. disputt. cap. 35.* Ioan. Robert. *lib. 4. Sentent. cap. 9.* Eam nihilominus firmam esse probat *ex l. Locatio, §. Quod illicita, ff. de Publican. & Vectigal. l. Prætor. 7. §. 1. ff. de Injurijs.* Fermos. *in dict. Rubr. num. 18.* Ad eiusque explicationem progrediendum censuimus, ei acquiescentes.

30 Ciuile ergò tùnc appellabitur Iudicium, vel causa, quando principaliter in Iudicio agitur ad Commodum priuatum, *cap. Cæterum 5. cap. examinata 15. & cap. fin. de Iudic. l. Properandum 11. C. eodem,* Glos. *in l. Prætor. ff. de Sepulchr. Violato.* Abb. *in Rubr. de Iudic.* Vestrius Scaccia *ll. cc.* Paz Iordan. *dict. tit. 1. num. 9.* Siue talis Causa descendat ex delicto, siue ex contractu, & etiam si de crimine agatur, dum tamen non sit principaliter, sed incidenter, quia tùnc quoque Ciuile nuncupatur, ut quando agitur de aliquo repellendo à Iudicio propter Crimen, vel de repellendis crimine affectis, *cap. 2. ad fin. de ordine cognitio, cap. 1. de excep. cap. Super his 16. de Accusationibus.* Vega *in dict. Relect. dub. 5. num. 56.* Fermosin. *in ead Rubr. num. 15.* Dicitur autē

Ciui-

Ciuilis Cauſa, ſeu Iudicium Ciuile, ex eo quod leniter, & ut Ciuem decet, modoque Ciuitatis in eo Litigantes tractentur, *l.ultim. §.fin. ff.Quod met. Cauſa, l.Probrum* 42. ibi: *Ciuiliter, & quaſi more Ciuitatis, ff.de Verb.Signific.* Cauſa vero Criminalis dicitur, quando principaliter ad Commodum publicum proceditur ex delicto tamen, ſeu ad Publicam Vindictam, *cap.At ſi Clerici* 4. *cap. Cum non ab homine* 10.*de Iudic.* & conſpirant omnes huc uſque allegati.

31 Quæ amplianda eſt Regula, etiam ſi in ea pœna pecuniaria imponatur, *l.*2.*ff.de Public. Iudic. §.*1. *Inſtit. eod.* dum tamen Fiſco, non Parti applicetur, *l.fin. §.fin. ff.de Priuat. Delic. l.* 3. *ff.de Sepulchr.Viol.* cum alijs congeſtis à Menoch.*de Arbitr.lib.*2.*caſ.*265. Gregor.Lop. *in l.*9. *tit.*4.*part.*3. Ioan.Gutierr. *PP.QQ.lib.*1. *quæſt.* 106.*num.*6. Fermoſin. *in dict.Rubr.num.*15. *in fine*, cui addo *l.*2.*ff.de Public.Iudic. §.in Summa Inſtit. de Injurijs.* Iul.Clar. *lib.*5.*Sent. §.fin. quæſt.*1. Salcedo ad Bernard.Diaz *in Praxi, cap.*3. *verſ.& nota.* Zeuall. *Comm.opin. tom.*4.*quæſt.*897. *num.*719. ubi ad hoc allegat Concil.Trid. *Seſſ.*24. *de Reform.cap.* 20. eique annectendi Monte alegre *in Prax.Ciuil.lib.*1. *cap.*1. *num.* 135. Acac.Anton.Ripoll. *in Rubric. de cond. & demonſtrat. cap.*3. *num.*2 D.Felizian.de la Vega *dict. dub.*5. *num.*50. cui addo Coſtam *in dict.Rubr. num.*87. Marantam *in Praxi, part.*4.*diſt.*1. *num.*2. *per plures ſeqq. uſque ad* 40. *& à num.* 41. adhibet conuenientias cognoſcendi diſtinctionem iſtam.

32 Criminale autem dicitur Iudicium, quia nulla Lenitatis habita conſideratione, Iuris rigore in Ciuem animad vertitur, *cap. Per tuas in fine*, ibi: *Non ſecundum rigorem Iuris, ſed ſecundum Temperantiam Æquitatis, quum ageretur tantum ciuiliter extra de Simonia*, Abb. *in Rub.de Iudicijs, num.*5. ubi Aug. Berojus *num.*62. Duaren. *lib.*1. *diſp. cap.*35. quam adæquatam eſſe diuiſionem cenſeo, quãuis aliam adhibere Ioan.Robert. *lib.*4. *Sent. cap.* 9. non ignorem, vndè liquidò demonſtratur Iudicium Ciuile opponi contrariè (nè dicam contradictoriè) Criminali, *l.fin.ff.de furt. §.in Summ.Inſtit. de Injurijs, & toto tit. C.Quando Ciuilis Actio.*

33 Miſtum autem Iudicium, ſeu cauſa eſt, quod de Vtroque participat Iudicio, tàm Ciuili, quam Criminali, quando videlicèt agitur de delicto principaliter ad vindictam publicam, vel pœnam Fiſco applicandam, ſimulque tractatur de commodo aliquo priuato, ut probatur *ex l.Lege Cornelia* 25. *§.fin. ff.ad S.C.Syllan.* D.Felizian.de la Vega *dict.dub.*5. *numer.*61. & in ſpecie adnotauit Bar. *in l.Senatus* 15. *§.Senatus* 3. *ff.de Iur.Fiſci.* Alex. *conſ.*66.*col.*1. *verſ.Vel verius, & conſ.*82.*col.fin. vol.*1.Anton.de Butr. *in Relect.de Iudic.* & ex Aſlic. & alijs Maranta *dict.diſt.*1. *num.*92. quibus omnibus addi poſſunt Veſtr. *dict.cap.*2. *num.*2. Scaccia *dict.cap.*3. *num.*7. Paz Iordan. *citato tit.*1. *numer.*11.

ex

ex Text. *in cap. Tua de Procurator. cum Concord.*

34 Iudicium autem hoc Mistum ex eo prouenit, quod in unoquoque Iuditio, siue Publico, siue Privato, duplex oritur Actio: Criminalis vna ad publicam vindictam; Ciuilis altera in Factum, ad Privatam vtilitatem, *l. fin. ff. de Priuat. Delict. l. fin. ff. de Injur. l. Qui nomine, ff. ad l. Cornel. de Falsis, l. vnic. C. Quando Ciuil. Actio Criminal. præjud. l. 2. tit. 10. lib. 8. Recopilat.* Fermosin. *in Rubr. de Iudic. num. 17.* intelligens hanc doctrinam procedere, si Vtraque Actio in Iudicio principaliter deducatur, sæcus autem si vna principaliter: altera verò incidenter intentetur; tùnc enim non Mistum; sed simplex Iudicium, à principali Actione deducta, nomen sortitum, dijudicãdum esse probans ex Tex. *in cap. 2. de Ordine cognit.* ubi quia excipiendo tantum crimen fuit oppositum, non Criminale, neque Mistum Iudicium, merito fuit reputatum, quod ipsum probatur ex Text. *in cap. 1. de Except.* Didac. Perez *in Leges Ordinam, in Rubric. tit. 1. libr. 3. vers. Tertio modo.* Nauarr. *in Rubric. de Iudic. num. 31.* & ex eis Fermosin. *dicto num. 17. in fine.*

35 Hanc ipsam Diuisionem Iudicij à causa considerati in præsenti amplectuntur DD. Canonistæ. Ioan. Bapt. Costa *in Rubric. de Iudicijs, num. 88.* Vestr. *eod. cap. 2. num. 3.* Scaccia *de Iudicijs dict. lib. 1. cap. 3. num. 8.* Paz Iordan. *citato tit. 1. num. 12.* qui tamen non à causa, sed à Materia Diuisionem istam existimandam judicat nouissimè D. Emmanuel Gonçalez *in cap. 2. num. 8. de Iudic.* ubi allegat Martam *de Iurisd. 2. p. cap. 1.* Bovadill. *in Polit. lib. 2. cap. 17.* Salas *de Legib. tract. 14. q. 96. disp. 9. sect. 5.* Sanchez *de Matrim. lib. 3. disp. 54.* D. Ioann. de la Rea *allegat. 27.* Ex quibus omnibus stabilitum maneat: Iudicia, Causas, seu Negotia, aut Iurgia Ecclesiastica, (quæ Synonima esse probatur *ex cap. Decernimus 2. cap. Quanto, 3. cap. Qualiter 17. de Iudic. cap. Si diligenti 12. cap. Significasti 18. de Foro compet.* Can. *Nullus 6.* Can. *Christianus 12.* Can. *Sylvester 13.* Can. *Inolita 11. q. 1. Can. 2. 21 quæst. 5.*) in triplici esse differentia; alianamque dicuntur Spiritualia alia mere Ecclesiastica; alia Mista, partim nimirum Ecclesiastica, & partim Sæcularia. Quam quidem Diuisionem consentaneam esse Sacris Canonibus probant præallegati DD. *ex dict. cap. Decernimus 2. de Iudic. cap. Super eo, de Appellat. cap. Vt Inquisitionis, §. Prohibemus, de Hæret. in 6.* atque etiam Imperiali Iure Auth. *de Clericis, C. de Episcop. & Cleric.*

36 Spiritualia, Iudiciar sunt Causæ Sacramentorum, Decimarum, & Censurarum; & omnes illæ, inquibus de Fide, de Ritibus, de Ceremonijs Ecclesiasticis, de Beneficijs, & Decimis agitur. Mere Ecclesiasticæ sunt, quæ tàm Iure Canonico, quam Imperialibus Sanctionibus Iudicio Ecclesiæ sunt reseruata, quales sunt Causæ Ecclesiarum, vel Personarum Ecclesiasticarum, *cap. Quoniam,*

niam, *de Immunit. Eccleſiæ in 6. Trident. Seſſ.24.de Reformat.cap. 20. & Seſſ.25.cap.3.* D.Emmanuel Gonçalez *in cap.Contingenti,de Arbitr. & in cap.Decernimus 2.num.8. in fine, de Iudic.* Miſta ſunt, quæ licèt natura ſua Temporalia ſint; eorum tamen cognitio, tàm Eccleſiaſtico, quam Sæculari Magiſtratui competit contra Laicos delinquentes,datta inter eos Prę-

ventione, ut mox videbimus. Addunt Nonnulli etiam Sæcularia Negotia quæ ſunt mere Profana, inter Perſonas Sæculares ad Laicum Magiſtratum privatiue attinentes, *cap. 2. & ſeqq. de For.Compet. cap.Venerabilis, de Iudic.* Veſtrius *num.3.* Scaccia *num. 8.* Paz Iordan *num.13.loc.cit.* Sed Species hæc ad Diuiſionem noſtram minimè ſpectat.

## §. IV.

## An? & Quale, & quo Iure, inſtitutum ſit Eccleſiaſticum Iudicium?

37 PRO clariori præſentis Difficultatis intelligentia præſupponimus Iuris Voiuerſi duas tantum aſſignari Poſitiones, *§.Huius ſtudij 4.Inſtit. de Iuſt.& Iure, l.1.§.Huius ſtudij 2. ff.eodem.* Hoc eſt duo tantum modo agnoſci huius Studij Genera, Capita, ſiue Partes, Hugo Donellus *lib.2.Comment.Iuris Ciuil.cap.3.* ubi Oſv. *in Not.litt.B.* Quod Omnes inconcuſſe admittunt; licèt aliqui nimis ſubtilizare volentes in Diuiſionem iſtam inſurgant, quorum Inſtantia quum parum Noſtra interſit, in ea non immoramur, ſed Diuiſioni adductæ inhærentes,Ei non obſtare aſſerimus, *l.Inter 23.in princip. C. de Sacr.Sanct.Eccleſ.* ubi triplex Ius Statuitur,Diuinum,Publicũ, & Privatum, Relictis namque diuerſis Interpretationibus adductis à Gloſſ. *ibidem, verbo Diuinum*, Petro Gudelino, Covarr. Marco Lyclama, & Cujacio, laudatis à Gonçalez *in Apparatu ad eruditiſsima Commentar. in Decretal.numer.22.* reſpondemus: *Ius Publicum in dict.§.4.* latè accipi, & Sacrum compræhendere; ait enim Publicum Ius de hoc tractare, ſine quibus Reſpub. Conſtitui nequit, neque conſtituta ſtare valet. Id quippe cuiuſque Rei Status appellatur;quo Res ſtat & quo deficiente Res petiret, aut non perſiſteret. Donell. *dict.lib.2. Comm.cap.5.* undè Publici iſtius Iuris duo Legitimè aſsignantur Cardines. I. eorum, quæ propter ſe Publica habentur, & ſinè quibus Reſp. non conſtitueretur. II. earum rerum quæ propter aliud comparatur. Arnold. Vinnius *Partit.Iur. lib.1. cap.1. verſ. Ius Humanum.* Quæ duobus terminis Logicis breuius explicatur. Aliqua videlicèt eſſe Reip. Simpliciter neceſſaria, ut Reſp. dicatur,

&

& alia ſecundum quid, ut videlicèt politior ſit. Prioris Generis duæ ſunt ſpecies. I. Legitimæ ſobolis Procreatio ſub quà aliæ quoque comprehenduntur, copioſa exarata manu à Franc. Duaren. *lib.* 1. *diſp.* 40. II. verò ſpecies loca continet publica, *l.* 2. *in princip. & §.* 1. *& §. Merito, ff. Nequid in loco publico*, ad quam loca Sacra reducit I. C. *in dict. l.* 2. *§. Siquis, ff. eod.* Vinnius *dict. cap.* 1. veteres tamen magis diſtinctè Ius faciunt tripartitum Sacrum nimirum Publicum, & Priuatum. Auſon. *in Idyl.* 15.

*Ius Triplex tabulæ, quod ter ſanxère, quaternæ.*
*Sacrum, Priuatum, & Populi Commune, quod nuſquam eſt.*

Et hanc trifariam Diuiſionem ſequuntur Quintilian. *lib.* 2. *Inſtit. Orator. cap.* 4. quem referunt Balduin. Giphan. & Hotoman. *in dict. §.* 4. *enuntiat.* 4. Sed videatur Iacob. Cujac. *lib.* 15. *obſer.* 33. Beſold. *diſp.* 1. *in Pandec. ad leg.* 1. *Theſ.* 14. *& in Comment. ad l.* 1. *tit.* 1. *Digeſtor, num.* 12. *pag.* 32. docentes Trimembrem hanc Diuiſionem facillime, bimembrem fieri; duplex videlicèt Ius ſtatuendo Publicũ, & Priuatum, Publicumque rurſus in duos ramos partiendo, Sacrum, aut Diuinum, & purè Humanum, quorum illud ad Eccleſiaſticam, hoc ad Sæcularem pertineat Poteſtatem primario, & directè. Quacumque ergò ex eis retenta diuiſione, præcipuum ipſius membrum Ius Diuinum eſſe conſtat, illudque rurſus diuidimus in Reuelatum, Poſitiuum, & Naturale, hocque ſubdiuiditur in commune cunctis hominibus tantum, & vocatur Ius Gentium, Naturæ Humanæ proprium: alterũ, quod commune aliis etiam naturis eſt, communique vocabulo Naturale appellatur, prout explicat Thom. Boz. *de Iur. Natur. Diuin. Eccleſ. Poteſt. lib.* 5. *cap.* 3. & Nos latius dicemus, *ſeq. volumine Fundam.* 3. interimque pro clariori huius Diuiſionis intelligentia adeundus eſt D. D. Emanuel Gonçalez *in dict. Apparatu à num.* 13. *per plures ſeqq.* His ergò ſic prælibatis.

38 Difficultas in titulo propoſita duplici indiget inquiſitione. I. An videlicèt ſic in Eccleſia Iudiciaria Poteſtas in Perſonas, & res Eccleſiaſticas, Iure Diuino priuatiuè ad omnes, & quoſcumque Dynaſtas. II. An Poteſtas hęc ab eodem Diuino Iure aliquando competat Eccleæ in Laicos.

39 Antequam tamen de Vnaquaque ſingillatim diſputem, generaliter de Vtraque negandum videtur, *ex toto tit. C. de Epiſcop. Aud. lib.* 1. *C. Iuſtinian.* ex quo Novatores affirmant: Epiſcopos nullam habere Iuriſdictionem, quia neque Forum Legibus habent, ut ait Valentinian. *Novell. de Epiſcop. Iudicio*; nec Apparitionem, nec executionem, ſed eorum Iudicium Delegatorum eſſe, qui Notionem tantùm, non Iuriſdictionem habent, Sententias Magiſtratus exequũtur, quod ex Sozomen. *libr.* 2. *Hiſtor. & ex Nouell.* 120. ponderat Ioſeph Stephan. Valentin. *de Poteſt. Coactiu.*

Pon-

*Pontif.lib.vnic. cap.12.num.1.* ubi in Græcis originalibus *Notionem*, non verò *Iurisdictionem* Episcopis attribui asserit, qui *num.2.* corroborat Instantiam, ex quo *Notio* Magistratus concessione competere potest, & consequenter non Iure proprio, sed demandato, vel emendicato ab alio *ex toto tit. ff. de Offic. eius, cui mandata est Iurisdictio, & ex l.aliud, §.ult. ff. de verb. Signif.* cum pluribus alijs iam supra adductis Nuncque in comprobationem addimus, quod *Notio* nil aliud est, quam *Potestas quædam cognoscendi, examinandique factum, l.3.§.Causæ cognitio, & §.seq. ff.de Carboniam Edicto, l.4.ff. de Offic.eius, cui mandata est Iurisdictio* Goed *ad l.99.num.5.ff.de Verb. Signif.* Vndè inferre progrediuntur. Quod si aliqua apud Ecclesiasticos Prælatos propia reperitur Potestas, à concessione Imperatorum dimanat, ut latè (nequicquam tamen) probare conatur Petr.à Marca, seu Stephanus Baluzi in illo opere à S.Sede reprobato *de Concord.Sacerd.& Imp. tom.1.lib.4.cap.2.& 3.* ubi multus est in hac comprobatione procuranda.

40 At ponderatione hac ab inimicis Sacro Supremæ Potestatis adeo blaterata, minimè refragante, affirmandum est generaliter omni, tàm Diuino, quam Positiuo, & Naturali, siue Gentium Iure attento, Iudicium hoc Ecclesiæ competere, illudque semper, & ubique exercuisse, & nunc in Supremo exercere Imperij gradu in Personas, & Res Ecclesiasticas priuatiuè, quo ad omnes Mundi Dynastas, olimque ex eodem Iure, etiam in Sæculares absolutè exercuit; nùnc verò ex in veterata praxi in directè tãtum, & quatenus ad sui conseruationem, vel ad finem aliquem supernaturalem opus est, hoc Ecclesia Iudicium exercet.

41 Antequam Assertionem nostram probemus, præmonendum duximus. Quod licèt absolutè, & generaliter concepta sit cõplectens omnem, & quamcumque Iurisdictionem, & Potestatẽ, tàm Rerum, quàm Personarum: locorum, & causarum; diuersis tamen Fundamentis eam attribuũt Canonistæ Sacris Antistibus, & in in separatis Iuris Canonici locis de eis agunt, vt luculentissimè iã suprà ostendimus, numque ideò breuiter comprobamus, ex ipsis Iuribus: De Potestate namque Ecclesiastica in Personas Sacras specialiter tractant DD. *in cap. Clerici de Iudicijs, de Potestate in Res, cap. Non minus, cap. Magnopere de Immunit. Ecclesiar.* de Potestate Iudiciali, hoc est causarum in genere, *cap. Decernimus de Iudicijs*, & licèt de alijs latè differuerimus *hoc ipso tract. quæst.7. ferè tota*, adhùc tamen generaliter conceptã Assertionem nostram corroborare curabimus, ibi enim potius de omninò excludenda Iurisdictione Temporalium Principum in Sacra potius, quàm desolidanda ea, quàm Summus Pontifex, & omnes alij Sacri Antistites habent, connati sumus.

42 I. ergò Assertionis Pars, quà

quà Ecclesiæ attribuitur Potestas absoluta Iure Diuino in cunctas Res, & Personas Ecclesiasticas, probamus I. ex ipso Diuino Iure, *Numer. 3. Ego tuli Leuitas à Filijs Israel, erunt que Leuitæ mei, meum est enim Primogenitum, & cap.* 18. & Iosue, *cap.* 17. *in fine Tribui Leui non dedi possessionem, quoniam Deus Israel ipse possessio eius*, & illud. *Nolite tangere Christos meos*, id est. Clericos, vt interpretatur Regius Consiliar. Thomas Grammat. Sacr. Consil. Neapolit. *decis.* 61. *num.* 10.

43 II. autem ex ipso Iure Naturæ probamus, & quidem dupliciter. I. Nàm ab hoc Iure homines imbuuntur Dei opinione, vt ait Cicer. 1. *Tuscul. QQ* Xenophon. *de Dictis, & Factis Socratis*, & Regius cecinit Psaltes, *Psalm.* 4. *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine*, vndè numquam sinè sacris, homines fuerunt, nec Sacra sine Sacerdotibus, nec Sacerdotes sine Potestate Legis Sãciendæ, vel sine Iudicij statuendi in Personas, & Res Ecclesiasticas, vt luculenter *tract.* 3. probabo. Ergò Iure Naturali competit Ecclesiasticæ Potestati Iudicium in Personas, & Res Ecclesiasticas.

44 Conseq. probo ex Rebuff. *in Rubr. de Protect. concord. ad litteram adducto* in hanc ipsam cõprobationem à Boz. *de Iur. Nat. seu Diuin. Eccles. Potestat. lib.* 2. *cap.* 17. *pag. mihi* 205. *vers. Imò etiam*, docente: Clericum iudicari à Laico esse contra Naturalem Rationem, iuxta quàm inferior nequit superiorem iudicare. *Cap. Cum inferior, & cap. Solitæ*, & ibi Felin. *de Maior. & obed.* & naturaliter honorem superiori exhibere tenetur, *l.* 1. *§. Sicut*, & ibi Gloss. *ff. de aqua pluu. arcen.* Glos. *in Summa* 93. *dist. l.* 2. *ff. de alien. Iudic. mut. caus.* Sed Clerici sunt quocumque laico, etiam Principe, Maiores *Can.* 1. *in fin.* 17. *dist. Can. Quis dubitet* 96. *dist. Can. Duo sunt* 12. *quæst.* 1. irrationabiliſque ideò est consuetudo tribuens inferiori Potestatem, in superiorem. Text. *in Can. Inferior, & ibi Præpos.* 21. *dist.* ergò Clerici naturaliter à Laicorũ Potestate sunt Immunes, eodemque Iure Ecclesiasticæ subditi Potestati.

45 III. autem hanc Potestatem iudiciariam, quàm in Ecclesiasticas Personas, & Res, à Iure Diuino concedit Ecclesiæ prima nostræ assertionis pars, probamus repetitis Canonici Iuris Testimonijs, & præcipuè Text. *in cap. Quamquam de cens. in* 6. *cap. Decernimus* 2. *cap.* 3. *cap.* 4. *cap. Clerici* 8. *cap. Nouit.* 13. *cap. Qualiter, & quando* 17. *de Iudic. cap.* 1. 2. 3. *&* 4. *& toto ferè tit. de For. Comp. cap. Quæ in Ecclesiarum* 7. *cap. Ecclesia S. Mariæ* 10. *de Constit. dict. cap. Solitæ de Major. & Obed. cap. Contingit* 8. *de Arbit. cap. fin. de Reb. Eccles. alien. vel non.* accinitque Text. *in Can. Continua.* 5. *Can. Nullus* 33. *Can. Placuit* 43. *Can. Clericum* 48. 11. *quæst.* 1. *Can. Denique* 5. 96. *dist. l. fin. ad fin tit.* 11. *l.* 36. *tit.* 6. *part.* 1. *l.* 5. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recop.*

46 IV. autem ex diuturna Praxi, in Veteratáque Ecclesiæ Consuetudine probatur, quà Sacris

cris Canonibus in Concilijs Generalibus latis decernitur Presbyteros in Antistitum priuatiua Potestate manere, hos autem Metropolitis priuatiuè etiã subjacere statuitur, illosque Patriarchæ, seu Primati Prouinciæ subesse deciditur, & quod absque eorum respectiua licentia ab Ecclesijs discedere prohibetur, eorumque Iudicio Subditorũ, Correctio, & Punitio priuatiuè semper commissa est. Photius *in Nomo Canon. tit. de Parrochijs, cap.* 2. & ex eo Mich. Rousel. *Hist. Pont. Iurisd. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 2. vbi Praxim istam non solum Ecclesiæ in Lege Gratiæ communem esse, sed etiam Synagogæ, atque Ethnicæ superstitioni illibatã. Quod pluribus relatis luculẽtissimi ostendit. D. Emanuel Gonçalez *in dict. cap. Decernimus* 9. *de Iudic.* & Nos latius dicemus *tom.* 2. *tract.* 3. *quæst.* 17. *§.* 6.

47 Vltimo denique hanc partem probamus communi DD. placitu, veram adeo eam dijudicantium, vt otiosam existiment eius comprobationem. Didac. Millan. *in dict. cap. Decernimus, part.* 2. *num.* 4. *de Iudicijs*, prolixè tamen in ea diffunduntur Menchaca *de Success. Creator. lib.* 2. *§.* 22. *limit.* 18. vbi abundè, doctèque euincit Iure Diuino esse Clericos à Sæculari Potestate immunes, Ecclesiasticæque omninò subiectos, addendique sunt Couar. *PP. QQ. cap.* 31. Gutierr. *lib.* 1. *Canonicar. QQ. cap.* 34. Ioan. Garc. *de Nobilit. gloss.* 9 Farin. *in Prax. Crim. tit. de Inquisit. quæst.* 8. Bonacin. *de Leg. disp.* 10. *q.* 2. *punct.* 1. *§.* 1. *cum seqq.* Camil. de Curte *de Feud. part* 2. *cap.* 2. *num.* 75. asserens opinionẽ hanc Vniuerso Orbi Christiano irrefragabilem esse, cui accinit Carol. de Graf. *de effect. Cleric. effect.* 1. *num.* 1. *in medio*, vbi ab Ecclesia damnatum esse docet Marsilium de Padua, quia contrariam defendit sententiam, doctèque nostram corroborat D. Felician. de la Veg. *in Relect. ad Text. in cap. Decernimus, num.* 32. *& seqq. extra de Iudic.* & ex Innocent. Boich. Ioan. And. Bellamer. Butr. Imòla, Abb. Alex. de Næuo, Marian. Soccin. Paris. de Puteo, & Aufrer. docet Prosp. Fagn. *ad Text. in cap. Cæterum, num.* 30. *de Iudic.* vbi de Crimine Clerici, nec directè, nec indirectè posse Laicum cognoscere docet, etiam si ad Feudum pertineat. Sed Iure Diuino ad Ecclesiasticam Potestatem pertinere, docet Iodoc. Coccius *in Thesauro Catholic. tom.* 2. *lib.* 8. *art.* 8. Tyber. Decian. *Tract. Crimin. lib.* 4. *cap.* 9. *toto.* Petr. Herod. *in Pandect. lib.* 1. *tit.* 4. *cap.* 9. Suarez *contra Regem Angl. lib.* 4. *cap.* 5. Loter. *de Re Benef. lib.* 3. *cap.* 33. Azor *Institut. Moral. tom.* 1. *lib.* 5. *cap.* 12. Gab. Pereyr. *de Manu Regia, p.* 1. *Præl.* 3. Iacob. Grethser. *de Immun. Eccles. lib.* 2. *toto.* Mich. Rousel. *Hist. Pontif. Iurisd. lib.* 4. *cap.* 1. *& seqq. vsque ad* 4. Iacob. Cohel. *in Not. Card. ca.* 15. *Cong.* 4. Ioan. Roa Daula *de Iurib. Princip. q.* 2. *n.* 8. Ansal. *de Iurisp. p.* 1. *cap.* 2. *cum seqq.* Hier. Garcia *in Summ. Difficult.* 3. *dub.* 2. *part.* 2. Tamburin. *de Iur. Abbat. to.* 1. *disp.* 15. *q.* 19.

Castro Palao *in Summa, tom.2. Tractat.12. disp.vnic.* Solorç. *de Iure Indiar. tom.2. libr.3.capit.27. & in Polit. Indiana, lib.4. cap.27.* Valençuel. Velazquez *Contra Venetos, p.4. ex num.101.* Guazinus *pro Defens. Reor. Defens.1. cap.2.* Frances *de Competent. q.40. & 93.* Anastas. Germon. *de Sacra. Immun. lib.1. cap.13. & lib.2. cap.15. & lib.3. cap.15.* Theophyl. Raynaud. *tom.12. Tract. Mala, è Bonis, cap.3. sect.2. num.5.* quorum plures, & Nonnullos Ordinarios Repetentes adducit, & communiores alios, atque Conciliaria Decreta. D.Emman.Gonçalez *in cap.Decernimus 2. & num.5. & cap. Clerici 8. à num.2. & seqq. de Iudic.* ubi doctissimè rem per tractat. videsis.

48 Ad II. autem assertionis partem deueniendo, sustinẽtem, quod attento Iure Diuino, & prima Ecclesiæ praxi Iudicium hoc etiam in Sæculares res, & personas nostræ competebat Potestati probamus ex Apost. 1. *ad Corinth.* 6. Prælatis injungens onus judicandi causas omnes Sæcularium, tali quidem rigore, ut quamuis aliqui Santissimi Viri auersi tali Muneri omninò essent, adhùc tamen, quia præceptum Apostolicum erat, non audebant à Se Iudicium hoc excutere. S. August. *Epist.147. ad Proculean. tom.2. & in Psalm.118. & lib. de Oper. Monachor. cap.29.* ubi ait: *Malem per singulos dies certis horis aliquid manibus operari, quam Tumultuosissimas perplexitates Causarum alienarum pati de negotijs Sæcularibus, vel judicando dirimendis, vel interueniendo præcidendis. Quibus Nos molestijs Idem affixit Apostolus, non utique suo, sed eius, qui in eo loquebatur arbitrio, & in Psalm.49. 90. Concion.1. & Psalm.86. & lib.20. de Ciuit. Dei, cap.5.* ubi plurima in comprobationem adducit, ab eoque, & alijs Ecclesiæ Patrib. rem fundamentalissimè per tractat Ioseph Steph. *de Potest. Coactiua Summ.Pont. lib. vnic. cap.12. per tot. & præcipuè à num.8.* Gonçalèz *in cap. At si Clerici 8. numer.4. de Iudic.*

49 Vlteriusque hoc Iudiciũ Iure Diuino Ecclesiæ competere probamus ab ore Christi jubentis Matth 18. *Si peccauerit in Te Frater tuus corripe eum, &c.* moxque: *Si Te non audierit, aic Ecclesiæ,* ex quibus condemnationem quorunc umque incorrigibiliũ (dum ad finem Supernaturalem conduxerit) ad Ecclesiam à Christo D. remissam esse constat, ut explicat ibi Basil. *de Monast. Instit. cap.12.* cum alijs alibi latius congestis, passimque congerendis. Luculentissimè Illustr. D.Regius Consiliarius, & Magister, D.D Franc. Ramos de el Mançano *in Supplici illo Libello, ad Alex.VII. Propos.4. num.1. in margine,* ubi relato Math. testimonio à Nobis nuper allegato, subdit: *Ex quo Textu, quamuis in priori parte priuatam, & extra Iudicialem admonitionem imponat, tamen quum ad Ecclesiam transitus fit, stabiliri Ecclesiæ Prælatorũ Iudiciũ tamquam ultimum, Supremumq; Tribunal peccatori, etiam Iudicialiter corrigẽdo, & coercẽdo dedè intulit*

Inno-

*Innocen.III. in cap.Nouit.13. de Iudic.* Nec diſsimiliter S.Thom.2.2. *q.33. art.3. in reſponſo. Poſt alios* Ioan.Maldonat. *ad dict. cap.18. verſ.18. ſenſitque olim, & præiuit ex Euangelio illo. Quodcumque ligauerits &c.* Clement.Roman.*lib.2. Apoſt.Conſtit.cap.2.&c.*

50 Quamuis autem latiſsimum haberemus Campum in quo Nos ex ſpatiari liceret, at quia primaria tantum fundamenta iac ire recupimus, illaque tantum modo, quæ neceſſaria ſimpliciter ſunt operi, hinc breuiter diſcedimus plura dicenda habentes, quæ videri poſſũt apud Tho. Boz.*de Iur.Natur.& Diuin.Eccleſ. Libert.& Poteſt.lib.4.cap.1.&ſeqq.* Franc.Boz.*de Tempor.Eccleſ.Monarch.lib.2.mox à princip.& præcipuè,cap.12.&ſeqq.& lib.3.cap.2. &ſeqq.& ferè per tot.opus.* Reliquas verò aſſertionis partes indirectam tantùm, ſeu miſtam concedentes nunc Poteſtatem Eccleſiæ in Perſonas,& Res Sæculares, ex dicendis *tract.3.* latius comprobabimus, nunc etenim ampliori indagatione opus nõ eſt.

51 Non tamen ideò penitus ab efficaciſsima corroboratione petita ex Concilijs, & Patribus Nos abſtinere decreuimus, vidĕdi ergò ſunt, *cap.13. in princip.de Iudic. cap.1. de Offic. Iudic.Ordin. cap.Duo ſunt 96.diſt. cap.1.de Torneamen.cap.vlt.de Præſcrip.cap.ult. de For.Compet. cap.Licet Mulieres, de Iur.Iur.cap.vlt.in fine, de except, cap.1.de homicidio, cap.Felicis 5.de pœn. cap.Decernimus 8. de ſent.excommunicat. cap. Poſtulaſti 14. de Iudæis, cap.vlt.de Secund.Nupt.in* 6.Concil.Conſtant.*Seſſ.21.&* 29. Lateranenſ.ſub Leone X. *Seſſ.9.* Trident.*Seſſ.25.cap* 3.19.*&* 20. S.Thom.*de Regim.Princip.libr.3. cap.*10. *verſ. Quamuis in omnibus iſtis,& cap.*19. S.Bernard.*lib.1.de de Conſid. ad Eugen. cap.*6. Petr. Cluniacen.*lib.6. Epiſt.*29.& plures alij apud Spondan. *ad Baron. tom.1. anno* 1302. *num.*9.*&* 11. Gloſſ Panorm. Ioan Andr. Hoſtienſ.Innocen.& veteres omnes Canon.*in dict.cap.Nouit.* ubi præcipue Nauarr.*Notab.& num.1.& ſeqq.& in cap.Solita, de Maior.& Obed.verſ.Potuiſſes,& in Extrauag.Vnam Sanctam, eod.titulo inter Communes, verſ. Nam veritate.* Marth.*de Iuriſd.1.p.cap.*17.*&ſeqq.* Steph.Gratian. *Diſcep.Foren.tom. 1.cap.*154.*ex num.*25.Valenç.Velazq.*Contra Venetos,p.5.nu.*95.*& ſeqq.* Aug.Barb.*de Poteſt.Epiſc.p.3. alleg.*82.*nu.*17.Innocen.Cyroni.*in Paratit. ad tit.de Iudic. in finè.* Sander.*de Viſib.Monarchia,lib.2.cap.*4. Bellarm.*de Tranſlat.Imperij Rom. lib.1.cap.*12.*§.Primum igitur.* Suar. *contra Reg.Angl. lib.3.cap.22.num.* 14.*&* 15.Hallier. *de Eccleſ.Hierarch.lib.*4.*ſect.2.cap.1.art.3.* & præ omnibus D.D.Franciſc. Ramos del Mançano *in d.Supplic.Libello,propoſ.4. à nu.1.per plures ſeqq.*

52 Et pro complemento breuiter objectioni à principio propoſitæ ſatisfit, reſpondendo, nimirũ I. Nuſquã poſſe argumentũ ſumi ab Imperiali Iure in Eccleſiaſticam Poteſtatem; quum enim probauerim, & quod Imperatores Tyrannicè uſurpare Eccle-

siasticam Iurisdictionem semper inhiarunt, & quum infra sim probaturus Leges Imperiales nullius esse ponderis, aut æstimationis apud Nos, nõ est ecquur obex nobis Rubr. & Text. ei suppositi sint.

53 II. autem, & fortius respondemus Nomen hoc *Notio* generale esse, non tantùm Cognitionem, & Iurisdictionem sub se continens, sed etiam aliquando Imperium, tàm Merum, quàm Mistum amplecti, quo casu, non in cognoscendo solùm, sed imperando simul Notio consistit, ut latè probant Franc. Connan. *lib. 1. Comm. cap. 16. num. 4.* Goed. *ad l. Notionem 99. ff. de Verb. Signif.* latiusque Ioan. Kalvin. *in Lexic. Iurid. litt. N. pag. 628. & 629.*

## §. V.

## Ecquid, & quotuplex Ecclesiasticum Iudicium sit, & quæ eius materia proxima, & remota?

54 IVdicium Ecclesiasticum eodem definitur modo, ac Sæculare, solumque distinguuntur ratione Magistratuũ, & qualitate hac Ecclesiasticitatis (utita dicam) nam, ut diuisæ ab Apostolis Regiones, seu Diocœses fuerunt, diuisa quoque Supremorum Ecclesiæ Magistratuum Imperia sub Rom. Pontifice esse cæperunt: Vndè unus Episcopus in alterius Episcopi, nec Metropolitanus in aliùs Metropolitæ, nec Primas in diuersi Patriarchæ fines quidquam attentare Iuridicum, seu judiciale ausus est; imo & Primas in cuiusque Episcopi Diocœsi aliquid gerere, sinè istius conscientia prohibetur, *Can. 34. & 35. Apostol.* Concil. Constantinop. I. *Can. 2.* Concil. Ephes. *Can. 8.* Mich. Rousel. *Histor. Pontif. Iurisd. lib. 3. cap. 1. num. 2.* ubi rectè infert, Vnicuique ex prædictis Magistratibus Ecclesiasticis adsignatos esse Subditos, & Territoriũ, Potestatemque in eos exercendam; vndè in eius adsignanda definitione non immoramur, ad duisionesque ideo progredimur.

55 Iudicium ergò Ecclesiasticum, licèt sit membrum Iudicij generaliter, & in abstracto considerati, est tamen principale sub se continens omnes hucusque traditas diuisiones, & sequentes, quæ partim cognitioni priuatarũ istius Iudicij specierũ deseruiunt, partimque materiam, circa quam versari debeat, explicant.

56 I. ergò diuiditur Iudicium hoc (juxta supra præmonitum, §. preced.) in pure Spirituale, *cap. 2. de Iudic.* & in Tẽporale, Costa *dict. Rub. num. 88.* Maran. *d. p. 4. dist. 13. nu. 1. & seqq.* ubi distinctionẽ hanc à proximè allegata se accepisse, docet, subditq; in Iudicio Ecclesiastico priuatiuè dari Iudiciũ Spirituale, & mere Tẽporale, hocque

tùnc

tũc esse, quum agitatur causa super aliqua re mere Temporali, fundo, scilicèt, equo, pecunia, & alijs, quæ licèt merè temporalia sunt ex natura sua, Iurisdictioni Temporali reseruata, ratione tamen alicuius circunstantiæ Ecclesiastico Iurisdictio in illa competit, ut quia res Temporalis est Ecclesiæ, aut Ecclesiastica Personæ, quam Sæcularis injustè detinet, *cap. Si Clericus 5. de For. Comp.* rapit, vel inuadit, *cap. Cum sit generale 8. eod. tit.* vel aliquod ius licèt Temporale, Ecclesiæ tamen Laicus usurpet, *cap. Conquestus 16. eod.* aut è conuerso, si Ecclesiastica bona Sæcularis retinet, inuadit, aut usurpat, coram Ecclesiastico Iudice debet conueniri, ab eoque ad restitutionem, refarciẽdaque damna est compellendus, ut latè, & doctè probat Carleval. *de Iudic. tom. 1. tit. 1. disp. 2. quæst. 6. sect. 1. à num. 392. & expressius, quæst. 7. sect. 3. num. 693.*

57 Iudicium Spirituale est quoties res agitata in Iudicio est purè Spiritualis, vel Spiritualitati annexa, ut sunt ordines gradus, Sacramentorum obseruationes Sacræ, creatio Episcoporũ, & Sacerdotum, Collatio, & Institutio Beneficiorũ, & alia in unum congesta à Farin. *q. 8. num. 20.* Vant. *de Nullit. ex defectu Iuris ord. num. 54.* Zeuall. *q. 739. num. 73.* Rebuff. *tom. 3. tit. ut Laici non conueniantur coram Ecclesiastico, Gloss. vnic. ex num. 15.* Morla *in Empor. Iur. p. 1. tit. 2. q. 12. nu. 8.* Bellarm. *de Exem. Clericor. cap. 1. vers. Sit igitur prima Conclusio.* luculenter Ioan. Balboa *ad Text. in cap. Decernimus, num. 11. de Iudic.* Zened. *QQ. Can. q. 4. à n. 1. ad 14.* Fermos. *ad eund. Text. in cap. Decernimus, q. 2. num. 2. extra de Iudic.* Quæ alias dicuntur Spirituales primi ordinis, seu Spirituales secundi ordinis, vel gradus, & omnes istæ priuatiuè quidem ad Forum pertinent Ecclesiæ. Bar. *in l. Titia 34. ff. Fol. Matr. & in l. quoties 3. C. de Iudic. & in l. Cui 2. ff. de Iurisd.* Abb. *in cap. Tuam 3. de ordine cognit. & in cap. Lator. qui filij sint legitimi.* Huiusque Iudicij est incapax Sæcularis Magistratus, etiam si incidenter ad eorum deueniant Forum, tũc namque ad Ecclesiasticum ea remittere tenetur, *cap. Tuam 18.* & ibi D. Eman. Gonçalez *num. 3. & num. 11. de Ordin cognit.* & licèt Petr. Foller, alios adducens *in Addit. ad Marant. in dict. p. 4. dist. 11. ad num. 8. & dist. 13. ad num. 2.* velit remissionem hanc intelligendam esse quoties incidentia Spiritualitatis est super quæstione Iuris, secus tamen si super facti quæstione: In contrarium insurgit Andr. Fachin. *lib. 1. Controu. cap. 44.* ubi ex Bald. Imola, & Lapo acriter defendit Iudicem Sæcularem de causa Spirituali, etiam quoad ea, quæ in facto consistunt cognoscere, & judicare non posse, ad quod allegat Text. *in cap. Si Iudex Laic. de Sent. excomm. in 6.* Rationẽq; assignat, quod si Iudex Laicus de quæstione facti cognoscere, & Ecclesiasticus de quæstione Iuris unius Causæ continenti diuideretur, imo scinderetur, contra Text. *in l. Nulli. C. de Iudic.*

58 Ast Fachin. opinioni adversatur communis Canonistarũ opinio asserentium super facti quæstione Laicum rectè cognoscere posse, dummodo controuersia facti non descendat à Iuris cõtrouersia, vel influętiam aliquam in Ius spirituale habeat, sed ad decisionem articuli non spiritualis tantum deseruiat, *cap.2.de Iur. in 6.cap.Decernimus, de Senten. Excomm.eodem lib.* Bayo *in Praxi, par. 2.quæst.3.* Petr. Barbosa *in l. Titia, num.22.ff.Solut. Matrim.* Salgad. *de Reg.Protect.3.part.cap.10.* Paul. Christinæus. *Decis. Belgica 122. tom.1.* Noguerol. *allegation. 23.n. 136.* Morla *in Empor. Iur. part. 1. tit.1.in Præmiss. num. 165.* Solorç. *de Iur. Indiar. tom.2.lib.3.cap. 3.nu. 35.* D. Ioann. de el Castillo *lib. 5. Controuersiar.cap.105.n.5.* Thom. del Bene *de Immun.Eccles. tom.2. cap.10.sect.4.* Exempli gratia: Si alicui obijciatur, quod talis non fuerit in potestate, quia inter illum, & illam numquam fuit Matrimonium Iudex Laicus tùnc poterit articulum decidere, vel etiam si quodcumque aliud dubiũ emerserit in Iure Notorium quo ad validitatem Matrimonij Petr. Barbosa *in dict.l.Titia, nu.* 42. Gutier. *Canon.QQ.lib.1.cap.34. num.* 47. Zevallos *de Cognit. per viam viol.quæst.65.num.41.* Fontanella *de Pact.Nuptial.claus.4.gloss.13.p. 2.num.43.& 44.* Dicitur autem Ius Notorium quando constat de Matrimonio per publicum Instrumentum, vel Confessionem Partium, vel aliunde Notorietas illa resultat. D. Ioseph Vela *in cap.1. de Offic.Ordin. num.79.tom. 2.post Dissertat.* D.Emman Gonçalez *in dict. cap.Tuam, num.3. de Ordin. cognit.* ubi merito rejicit, Albertin. Farinac. Pæpos. Solorçan. & Martham existimantes Iudicem Sæcularem cognoscere posse de Iure Matrimonij, quando non inter ipsos contrahentes, sed inter extrancos ad Successionem discertatur, & pro principali Assertione addendi sunt Petr. de Anchart. Gemin. Felin. Auser. Rip. Alex. Barbos. Iason. Covarr. Villalob. Farin. Menoch. & Gras. adducti, & non sequuti à Prosper. Fagnan. *in cap.Tuam, de Ordin. cognit.num.*38. qui meritò Thom. Sanch rejicit existimantem, *lib.3. de Matrim. disp.54. num.*4. Iudicem laicum cognoscere posse an Matrimonium sit Clandestinum? ad facti quæstionem reducentem Cognitionem hanc; in Vsutisque prius exemplificauerat, *num.36. 37.& 39.* latè probat, etiam in facti quæstione Decimarum Iudicem Sæcularem competentem esse secundum opinionem eorum, quos Prosper. Fagn. allegat. At ipse *à.num.*42. mordicùs cõtrariam tenet opinionem, pro qua allegat quam plurimos Granissimos Canonistas; Sed Iudico equidem differentiam Auctorum ad nudam nominis Quæstionem reduci; nam omnes supponunt facti Quæstionem ad Iudicem posse pertinere Sæcularem, moxque in adhibendis exemplis hallucinantur.

59 Rursus Iudicium hoc Spirituale subdiuiditur in Causas Spiri-

Spirituales Criminales,&miſtas. Appellatione Cauſarum Ciuiliũ veniunt Spirituales Cardin. *in Clem.1. col 4. q. 5. de Offic. Deleg.* Marant. *in Praxi dict. Diſt.13.num.* 4. Spiritualium Cauſarum Ciuilium appellatione contineri affirmans, quidquid ad Ius purè incorporale reducitur, Materiam videlicèt, & Formam Sacramentorum, & Spiritus Sancti Dona, eorum adminiſtrationem, Miniſtros,& miniſteria Eccleſiæ,ut ſupra innui, nuncque addo Text. *in cap.Cõſulere 38.de Simon.* ubi Abb. & Ioan. Andr. videndique ſunt Text.& DD. *in Clem. Diſpendioſam 2.de Iudic. & in cap.Literas 2.* & ibi Abb. *de Iuram.Calum.* Et ſub eis etiam comprehenduntur cauſæ ſpiritualibus annexæ, quæ eandem ſortiuntur merè Spiritualiũ Naturam, Ioan.de Annan. *in cap. Conſulere 38.de Simon.* Marantam *dict. diſt.13. numer.8.* & diximus ſupra.

60 Cauſæ Criminales Spirituales dicuntur, quando agitur de criminibus purè Eccleſiaſticis, quæ congruentius Cauſæ Criminales Eccleſiaſticæ appellabuntur, quia regulariter Cauſæ Spirituales includuntur ſub appellatione cauſarum Ciuilium, hincque in ſtricta ſignificatione non poſſunt dici Spirituales Cauſæ Criminales,ut ex Card. *in Clem.1. de Offic. Ordin.* & Marant *ſupra* dixi; licèt in latiori ſignificatione nomen hoc ſortiri voleant,ex his, quæ *à principio* præmonui.

61 Iſtarum Cauſarum purè Spiritualium (licèt Criminales ſint) Iudicium eſt priuatiuum Eccleſiæ. Ioſeph. Vela *in Prælect. ad Text. in cap.1.de Offic.Ordin.par.1. num.18.* Carleual. *de Iudic.tom.1. lib.1. tit.1. diſp.2. quæſt.7. ſect.1. num.761.* & à qualitate delicti agnoſcitur Iudiciũ, ad quod pertinet.Couarr. *PP.QQ.cap.31.num.* 2. Farin. *in Prax. quæſt.81. num.19.* Duaren. *de Sacr. Eccleſ. Miniſtr. lib.1.cap.2.* Parlador. *in Sexquicent. diff.9.§.1.* Carleual. *dict. diſp.2. quæſt.6. ſect.1. num.397. & quæſt.7. ſect.1.num.762. & ſeqq.*

62 Quomodo autem dijudicanda ſit quæſitas hæc? explicat Bal. *in Auth.Clericus quoque,num.6. & 7. C.de Epiſcop. & Cleric.* & ab eo Bellug. *in Specul.Princip. Rubr. 11.§.Viaeamus, num.1. &* 2. Franc. Marc. *deciſ.535.num.15.p.1.*

## §. VI.

## An, & quid ſit Miſtum Eccleſiæ Iudicium?

63 IN Miſto concedendo Eccleſiæ Iudicio conſpirant omnes, quin Nullus hucuſque contrarium excogitauerit, videnduſque Vnus pro mille. Carleual. *de Iudic.tom.1.lib.1.diſp. 2.quæſt.7.ſect.771.* Aſt in eius explicanda natura nimis generales ſegeſiſſe omnes centeo, ſpecialique explicationi in iplorum gene-

generalium principiorum consulere volentes. Obseruandum duximus; dupliciter Nos considerare Iudicium hoc Mistum ex parte scilicèt obiecti materialis; aut attentis Subjectis imperantibus, quam quidem Diuisionem, licèt Nemo usque adhùc (ex eis in quos incidimus) adduxerit, Nos tamen eam deducimus ex ipsa DD. assertione, ut ex dicendis apparebit.

64 Rursusque ratione Subiecti Imperantis, ulterius hoc Mistum Iudicium dupliciter consideramus. I. quoties duo Iudices de eadem possunt cognoscere causa, vel simul, aut separatim, quod præcipuè contingere potest, quoties Delegatus Vnus, & Ordinarius Alter extiterint, tuncque licèt Quilibet præueniat, non impedit alterius cognitionem. Exemplum est in Inquisitoribus contra Hæreticam prauitatem, quorum Iurisdictio Delegata est, ut ex Dec. Alciato, Simanc. Eymerico. Paramo, Peña, Molina, & Petr. Barbosa, docet Augustin. Barbos. *in Collect. ad Text. in cap. Per hoc* 17. *num.* 4. *de Hæretic. in* 6. cui addo Dianam *par.* 4. *Tract.* 8. *resol.* 1. Carena *in Catena Inquisitor. p.* 1. *tit.* 4. *§.* 11. *num.* 80. Petr. Franc. Tonduti *de Præuention. Iudiciali, p.* 1. *cap.* 1. *num.* 7. & tamen non præjudicat ordinariæ Episcopi Iurisdictioni, quia cūmulatiuè, non autem priuatiuè concessa ei est. Sylvest. Rojas, Villad. Carrier. Simancas, Decian. Farin. & Scaccia apud ipsum Barbos. *ibidem num.* 13. Vndè possunt in crimine Hæresis in simul conjunctim, aut diuisim procedere Zanchin. Villadieg. Carrier. Iul. Clar. Rojas, Simanc. Decian. & Farin. ab eod. Barb. relati *in ipso, cap.* 17. *num.* 14. quamuis ipse præmoneat, *num.* 3. nunc conjunctim semper procedere, & hoc proprie est Mistum Ecclesiæ Iudicium, non datur tamen inter eos Præuentio, quia inter plures Iudices, qui conjunctim Iurisdictionem habent Præuentio non datur; si enim Vnus solus prævenire posset aduersus alium formam Iurisdictionis sibi concessæ omninò perverteret, *cap. Prudentiam* 21. *de Offic. Iudic. Deleg.* Rationem adducit Tonduti *dict. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 3. & indiuidualius, *num.* 11. allegans Clement. 1. *de Hæretic. & cap. Ad abolendam, eodem titulo.* Videndus omninò est; optimè enim explicat, quãdo, & quom odio inter Episcopũ, & Inquisitores Præuentio dari possit. Potest etiam exemplum adduci in duobus Ordinarijs, quorum Vnus uniuersalem, alius autem particularem habet Iurisdictionem, in quibus satis controuersum est, an simul concurrere possint? Pro qua quæst. aliquos adducit Prosper. Fagnan. *in cap. Studiosi, num.* 9. *de Offic. Legat.* ubi remissiuè eam Tractat.

65 II. autem ex parte Objecti imperantis misturam hanc probamus ex Bar. *in l. Si pluribus, §. Duo ergo, ff. de Leg.* 1. ubi docet Præuentionem Iudicialem, sumta metaphora, dici ab aliqua re apta à Duobus occupari, quam

priùs adveniens præ occupauit, eandemque si diligentior alius esset, præ occupare potuisset, cuius sententiam communiter amplectuntur omnes. Rimin. *cons.* 95. *num.*40. *vol.*1. *in Specie*, Rebuff. *de Pacif. Possessor. num.*407.

66 Hincque Præuentio solùm datur inter diuersos Iudices, qui æqualem, seu diuersam, cumulatiuam tamen obtinent Iurisdictionem, ex quibus Præueniens Causam præ occupat, solusque de illa cognoscit, ut ex Text. *in l.*1. *ff. de Offic. Consul. & Leg. cap. Quum plures, de Offic. deleg. in* 6. docent aliqui adducti à Barbos. *lib.*2. *voto* 24. *num.*4. Carleual *de Iudic. tom.*1. *tit.*1. *disp.*3. *quæst.*7. *sect.*3. *à num.*867. & latius mox dicemus.

67 Et in hac consideratione potest Mistum hoc Iudicium dari in rebus Ciuilibus, & Criminalibus, possunt namque ab eodem Principe duo Iudices eidem destinari Ditioni, seu Districtui, unus Generalis, qui in omni Prouintia, seu Diœcesi Ius dicere valeat, & intra eandem Prouintiam, seu Diœcesis alios diuersorum Districtuum creare Iudices, qui intra istorum Cancellos Iurisdictionem exerceant, reseruata tamen generali Prouinciæ, seu Diœcesis Iudici acumulatiua Potestate, quâ mediante poterit Præueniens Causam præoccupare, ut accidit in Amplissimo isto Archiepiscopatu Toletano, in quo cumulatiuè cum Vicario Matritensi possunt præuentiue cognoscere Toletanus, & Complutensis Generales Vicarij, ut constat ex Synodali *Constit.* 3. *tit.*4. *lib.*2. Synodi celebratæ anno 1658. à Bonæ Memoriæ Eminent. D. D. Card. Moscoso, & Sandoual, tùnc Vigilantissimo Præsule Hispaniarum Primate, semperque venerando Domino meo. Idemque accidit respectu aliorum Septem Vicariorum Foraneorum, qui quamuis in prima Instantia cognoscant de omnibus Causis Ciuilibus, & Criminalibus, exceptis Beneficialibus, Decimalibus, & omnibus Apostolicis, eis per priuatam instructionem juratam interdictis; attamen præuentiuè Vicarius Generalis Toletanus (quia ultra Tagum flumen, & ideò in eius Territorio jacent) in prima instantia de eisdem cognoscit causis, ut per septennium tribus Vicarijs fungens expertus sum, Imo, & Consilium Gubernationis Toletanæ præuentiuè etiam respectu Generalium Vicariorum cognoscit de Consuetudine firmata, & probata à Francisco Ramos de la Vega *in Allegat. Iuridica* adducta à Barbos. *in Collect. ad Text. in cap.*2. *de Consuetudine in* 6. Hic obiter exagitari poterat celebris, & cottidiana Quæstio: An gesta à Vicarijs istis, aut à Quolibet alio Iudice etiã Superiore tam Ecclesiastico, quã Sæculari contra Instructionem sibi a Principe dattam valida sint, necne? Ast quia ad Nos ex Instituto non pertinet, eam videndam relinquimus apud Calixt Ramir. *de Lege Regia*, §.11. *num.*7. *& seqq.* alios allegans, quibus addo Solorçan.

lorçan. *de Indiar. Gubernat. libr.* 4. *cap.* 9. *num.* 57. *& seqq.* quam plures allegantem. Nosque pro validitate Actus judicare vidimus in Hispan. Nunciaturę Tribunali, in Causa Toletan Capellaniæ de Vicaluaro de los Pintados appellatę.

68 Ex parte autem materialis objecti (juxta à Nobis fundata) intelligimus Mistum esse Iudicium illud, quod de Ciuili, & Ecclesiastica participat Potestate, quum videlicèt à Persona profana committitur aliquod delictũ alicuius Spiritualitatis circunstantia concomitatum, & ideò ab utroque prohibitum Iure. Carleual plures referens *dict. sect.* 1. *numer.* 171. *& seqq.* & probatur attenta Nominis Etymologia, *Mistum* enim in hac consideratione ex eo aliquid dicitur, quod naturam duplicis rei participat, Osvv. Illig. *ad Donell. lib.* 19. *Comm. cap.* 2. *litt. F.* cui addo *§. Quod si frumentum*, & ibi Gloss. 4. & Mising. *num.* 2. *instit. de rer. diuis.* Concinit. *l. Cum seruus* 82. *ff. de Cond. & Demonstrat. l.* 30 *ff. de Vsucap.* Gloss. *in l. Iubere Cauere, ff. de Iurisdict.* Bar. *in l.* 3. *num.* 15. *ff. de Iurisd.* Francisc. de Claperis *de Imper. & Iurisd. concl.* 7. *num.* 1.

69 Huiusmodi Iudici cognitio præuentiua est, & ad illum pertinebit ex Iudice Ecclesiastico, & Sæculari, qui Causam legitimè præ occuparit, *cap. Cum plures*, & ibi DD. *de Offic. & Potestat. Iud. Deleg. in* 6. *l.* 1. *ff. de Offic. Consultis, & Leg.* Tyb. Decian. *Tract. Crim. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 20 *num.* 1. & cum pluribus Carleual. *dict. q.* 3. *sect.* 3. *num.* 869. Aug. Barb. *lib.* 2. *voto* 24. *num.* 4. Petrus Francisc. Tondut. *de Præuent. p.* 1. *cap.* 2. *num.* 1. *& p.* 2. *cap.* 28. *num.* 12. & cum alijs Carol. Anton. Thesaur. *de Pœnis Cleric. par.* 2. *verbo Sacrilegiũ, cap.* 1. *in principio.* Iudexque præueniens efficitur priuatiuè Causæ Iudex, alio omni modo excluso, cuius manus, quoad illam Causam religatæ manent; ut ex Text. *in l. Cum quoddam* 19. *in princip. ff. de Iurisd. l. Siquis postea* 7. *ff. de Iudic. cap. Proposuisti* 19. *de For. comp.* & ex quam pluribus à se adductis docet Carleual. *dict. quæst.* 7. *sect.* 3. *num.* 899.

70 Quæ autem requirantur, ut censeatur causa in utroque casu præuenta, explicat latè Petr. Barb. *in l. Siquis postea quam, num.* 49. *& seqq. usque ad* 90. *ff. de Iudic.* Aug. Barbos. *dict. voto* 24. *num.* 9. & litis contestationem præcipuè requiri docent Iacob. Mysing. *lib.* 4. *obseru.* 26. Osvv. *ad Donell. libr.* 17. *Comm. cap.* 17. *litt. I. in not.* & quantum Temporis spatium requiratur. Hier. Gonç. *in Regul.* 8. *Chancell. §.* 3. *procem. num.* 44.

71 Dari in Beneficialibus quoque Præuentionem liquet; Papa etenim potest omnes alios Collatores præuenire in totius Orbis Beneficiorum collatione facienda, quamuis nulla detur ex parte Collatorum negligentia. Prosp. Fagn. *ad Text. in cap. Quia diuersitatem, numer.* 14. *de Concess. Præb.* Quam præuentiuam Potestatem dupliciter nos consideramus. I. ratione Supremæ, quam habet, Potestatis, & ju xta eius ple-

plenitudinem, & tùnc illa interueniente causa, nulloque adhibito alio motiuo, quam eius voluntate prævenire potest, illa enim pro ratione est in Beneficialibus, Prosp. Fagnan. *in cap. Quanto, num. 39. & 43. de Translat. Episcop.* An autem hoc absque conscientiæ remorsu fieri possit, nunc non disputo, disputat tamen Prosper. Fagnan. *in dict. cap. Quanto, numer. 79. & seqq. ad 88.* & juxta superius tradita, nec approbo, nec unquam Sanctiss. D. N. Summ. Pontificem facere audiui.

72 II. autem modo, non solum validè, sed meritoriè præueniunt Summ. Pontifices data nimirum Episcoporum, & aliorum Collatorum negligentia, tùnc enim nè diutius Diuinus deseratur Cultus habita notitia, illos Papæ præueniunt, quas quidem Præuentiones agnoscens legitimas, & in bonum Commune Ecclesiæ cedentes, & venientes approbauit Concilium Basilens. volentes autem Pontifices Summi Ordinarijs Ius suum illæsum reseruare, nullumque præ Iudicij per importunitatem Petentium illis inferre (solebant enim, ante obitum Possessorum Beneficia viuentis impetrare) ediderunt in fauorem Ordinariorum tres Regulas I. *de Infirmis resignantibus:* II. *de publicandis Resignationibus, &* III *de Verisimili notitia*, quibus addendæ quoque sunt denuo inuentæ aduersus impetrantes Beneficia Viuentium, de quibus omnibus latè differit Mich. Rousset. *Histor. Pontific. Iurisd. lib. 2. cap. 13. num. 5. per aliquot seqq.* Luculenter rem exponens, quem quia supercilio in eam, potiùs, quam amoris, fascinio Potestatis nostræ historiam referre video, omni exceptione maiorem testem pro nostra produco defensione, ut agnoscatur falsa Hæreticorum blateratio, Papam videlicèt, Ordinariorum Iuri passim derogare, de quibus latiùs (Deo dante) disseremus in Claui Pontificia, nuncque hęc ad notasse sufficiat.

## §. VII.

### Ecquid proprium, & improprium Ecclesiæ Iudicium?

73 IVdicium hoc Ecclesiasticum in Ordinarium denique, & extra ordinarium diuiditur, ut supra meminimus, cuius naturam copiosè prosequitur Ioan. Bap. Costa *in dict. Rubr. à num. 89. per plures seqq.* ab eoque ideo supersedemus, rursusque in ordinarium, seu proprium, & Delegatum, seu non proprium partimur.

74 Iudicium Ordinarium ab ordine dicitur, eo quod Iudex eius juxta ordinem constitutus ab omnibus sit receptus in distinguendis, & pro unoquoque loco Territorij

torij ad se pertinentis adsignandis Iurisdictionibus, ut colligitur ex Can 1. 13. *quæst.* 1. Concil. Trid. *Sess.* 24. *de Reform. cap.* 9. Nam, quum Vniuersa Resp. Ecclesiastica commodè ab Vno in ordinarijs, usuque frequentibus causis prouideri non posset, alijs etiam indiguit inferioribus Magistratibus, & Iudicibus hanc ipsam variè habentibus administrationem officio suo cohærentem à Iure, qui Ordinarij appellatione continentur, *cap.* 2. & ibi Gloss. *verb. Loci Ordinario, de vsur. in* 6. & ibi Geminian. *num.* 14. Gloss. *in cap. Ordinarij, de Offic. Ordin. in* 6. *ead.* Gloss. *in Clem.* 1. *verb. Diœcesan. de Iur. Patron.*

75 Consulto tamen dixi, addidique singulariter particulam illam *Territorij ad se pertinentis, &c* ut innuerem nullum verè Ordinarium Iudicem appellari posse, qui Territorium, vel eius saltem perpetuam administrationem non habeat, juxta notata *in cap. Cum contingat* 13. *de For. Comp. l. More Maiorum, ff. de Iurisdict.* Ant. Butr. *in cap. Cum Episcopus, num.* 1. *de Offic. Ordin. in* 6. nec sufficit Iudicem perpetuo deputari certis personis, si non ei assignetur Territorium, argum. Text. *in cap. Cum contingat, de For. comp. & in cap. pen. de in integ. restit.* Staphil. *de Prærogat. expedit. §. Absoluta, num.* 8 Ant. Columna *in Tract. de Eccles. redd. orig. p.* 2. *cap.* 15. *num.* 2. *pag.* 77. D. Valençuela Velazque *cons.* 43. *num.* 10. *vol.* 1. quibus addo Petr. Barbos. *in l. Quum Prætor. §.* 1. *num.* 46. *ff. de Iudicijs.*

76 Iudex autem Ordinarius dupliciter considerari potest, vel Iure proprio, vel Principis beneficio. Ioan. Kalvin. *in Lex. Iurid. litt. O. pag.* 634. *col.* 2. & ex infra dicendis corroborabitur assertio. Iure proprio aliquis potest etiam dupliciter Ordinarius appellari. I. rigoroſe, & propriè, quando scilicèt Iure Magistratus, secluſa Lege Senatus consulto, vel Principis priuilegio, & constitutione ordinarius est, *l.* 1. *ff. de Offic. eius, cui l.* 6. *ff. de Tutel. l.* 7. *ff. de Offic. Proconsul.* Ioachin Stephan. *in Tract. de Iurisd. lib.* 1. *cap.* 5. *à num.* 13. Cujac. *in l.* 3. *ff. de Iurid.* & cum eis Hunnius *in Encyclopæd. Iur. p.* 2. *tit.* 36. *cap.* 1. *num.* 3. quibus addo *l. More maior. & l. quia, ff. de Iurisd. l. Cum Prætor.* 12. *§. Iudicem, & §. Item hi. ff. de Iudic.* Petr. Barbos *ad cund. tit. l.* 1. *art.* 1. *nu.* 221. Marant. *de Ordin. Iudic. p.* 4. *dist.* 5. *num.* 17. & pluribus relatis Carleual. *dict. disp.* 2. *num.* 1153. eique annecto etiam eundem Petr. Barbos. *in l. Quum Prætor. §.* 1. *à num.* 15. *ff. de Iudicijs*, Petr. Augustt. Motlam *in Empor Iur. p.* 1. *tit.* 2. *in præmiss. num.* 88. Ludou. Molinam *de Iust. & Iur. tom.* 6. *disp.* 8 *num.* 2. *&* 3. & ex eis Barbos. *in Collect. ad Text. in cap. Per hoc* 17. *num.* 5. *de Hæretic. in* 6.

77 Improprie verò Iudex ordinarius Ecclesiasticus dicitur, & appellatur Prælatus quicumque habens perpetuo ordinariam Iurisdictionem. Prosp. Fagnan. *in cap. Cum clim, num.* 8. *de Præscrip.* siue consuetudine, aut priuilegio fundatam, Prosper Fagn. *in cap. Post cessionem, num.* 5. *&* *num.* 12.

de

*de probat.* Sicque intelligendi ſunt Text. *in cap. Duo ſunt, de Offic. Ord. cap. ult. cod. in 6. cap. Cum contingat 13. de For. Comp.* Gloſſ. *in cap. 2. de Iudic.* Panorm. Zabarell. Myſing. Bellam. & Nauarr. relati, & ſequuti ab Aſcan. Tamburin. *de Iur. Abb. tom. 1. diſp. 1. q. 4. num. 1.* Andr. Vvalenſ. *in paratit. ad Decretal. lib. 1. tit. 31. num. 2.* ubi Veſtrium allegat, annectique poſſunt Quotquot aſſerant Ordinarium aliquē dici poſſe à Canone, Lege, Populo, Principe, & Conſuetudine legitimè præſcripta, nam ſub illa generalitate loquentes ad hanc ſunt diſtinctionē reducendi Quādo verò ordinariam habere Iuriſdictionem huiuſmodi Ordinarij dicantur? diſputat Proſp. Fagn. *in cap. Cum ab Eccleſiarum, num. 3. de Offic. Ordin.*

78 Non proprium autem Iudicium, & Iudicem dupliciter etiam conſideramus. I. quum Iuriſdictionem habet mandatam, ſeu delegatam Iudex; nam Iuriſdictio mandata eſt, quamquis immediatè accipit ad cauſam concordandam, *cap. 1.* & ibi Gloſſ. *verb. Concordia, de mutuis petit. cap. fin. de Tranſactio.* Gail. *obſer. 35. lib. 1.* & quidem ab ijs, qui eam proprio obtinent Iure, ac proinde beneficio alieno Delegati Iudices ſunt, *cap. Cum olim. cap. Sane, de Offic. & Poteſt. Iud. Deleg. l. 1. §. qui mandatam, & l. Si Prætor. ff. de Offic. Præt.* ubi diciditur, quod Delegatus nihil proprium habere dicitur, nec ſua uti Iuriſdictione, ſed eius, qui mandauit, aut delegauit, *l. Solet. 16. ff. de Iuriſd. omnium Iud.* Arnol. Vinn. *in Tract. de Iuriſd. cap. 8. num. 4.* And. Vvalenſ. *in Paratit. ad Decretal. lib. 1. tit. 29. §. 1. num. 1.* ubi etiam Ioan. Honorius Vanagel. *num. 1.* Aug. Barb. *in Rubr. ad eund. tit. num. 19.* ex quam plurimis Iuribus, & DD. idem eſſe Delegatam, ac mandatam Iuriſdictionē probans contra Alciat. & optimè titulum illum Canonicum cum Ciuili *de Offic. eius, cui* concordat.

79 Suppoſitis generalibus Regulis apud ipſos Auctores paſſim obuijs, Quinam videlicèt delegari poſsint? Quà forma? Quibus? Quæ delegari poſsint, & quando finiatur Iuriſdictio? Quæ omnia Expoſitores, tum Canonici, tùm Ciuilis præallegatis titulis ſatis explicant, aliqua ſpecialia circa ipſa principia addere congruum Nobis viſum eſt.

80 I. que Regulam illam Text. *in cap. Statutum, de Reſcrip. in 6.* quà cauetur Delegatū Summi Pontificis debere eſſe in Dignitate Eccleſiaſtica Conſtitum, explicamus, & præmonemus diſcernendam eſſe, quando Delegatus datur ad cognitionem, & deciſsionem cauſæ, vel quando ad rem judicatam exequendam tantum deſtinatur. In hoc ſecundo caſu quilibet Eccleſiaſticus capax eſt huiuſmodi Delegationis. Barb. *in Collect. ad eund. text. num. 23.* ubi allegat Rot. *deciſ. 31. de Reſcrip. in Antiq.* & Aloiſ. Ricc. *in Collect. deciſ. p. 2. collect. 363.* cui addo Text. *in cap. Paſtoralis, § Quia verò, & cap. fin. §. fin. de Offic. & Poteſt. Iudic. Deleg.* Gloſſ. *in dict. cap. Statutum, verb. Cauſa,* D. Salg. *de Reg. Protec. p. 1. cap. 3. nu. 11. & p. 4 cap. 5. nu. 77* & eſt ſingularis Rot. Rom. deciſio

Sic apud

apud Puteū *decis.*197.*n.*2.*lib.*3 ibi: *Neque in ipsis est seruandū, cap. Statutū, de Rescrip. in* 6. *quia non sunt dati Iudices, sed Executores ad cōpellendū, & tales non includūtur sub dispositione dict cap. Statū, &c.* Eadem Rot. apud Farin. *decis.*455.*num.*5.*tom.*2.*Nouissim.* Limitanda tamen est generalis hæc Regula, si adhibeatur in Comissionibus Clausula: *Vocatis vocandis*, nam tùnc, quum veri Iudices sint Rot. *decis.*32.*eod. tit. in antiq.* Marchesan. *de Comissio p.*1.*pag.*251.*num.*39. Flores de Mena *var.qq.libr.*1. *q.*4. *per tot.* Barb. *in dict. Collect. num.*23.*in fin. & clausula* 185. *num.*5. ubi docet, vigore illius clausulæ merū Executorem missum fieri, qui propter ea Iudicis partes assumit, & juxta Rescriptum procedit, alias nulliter operatur, ad quod allegat Felin. Zabarel. Martam, Marches, Gonçal. Honded Maresco Franc. Leon. Nicol. Garc. Ric Monet. & quam plures Rot. Rom. Decisiones, ergò nequit tùnc, nisi in Dignitate Ecclesiastica cōstituto executio illa committi; cessat namq; ratio pro generali Regula adducta In l. autem, quū expressè Text. decidat debere esse in Dignitate Ecclesiastica Constitutum Delegatum, non indiget ampliori Comprobatione.

81 II. Quando autem quis Delegatus Iudex dicatur, & quibus ab Ordinario differat? Maranta *in Praxi, p.*4. *dist.*5. *à nu.*24. *cum seqq* Ianinus *de citat. lib.*1. *cap.*1. *num.*492. quadraginta differentias adducens. Parlador. *in Sexquicent. differen.*129. Alex. Raudensis *lib.*1. *Var. Resol. cap.*67. In eoque præcipuè distinguitur, quod Ordinarius Territorium semper habere debet, *l.*1.*§. Cum urbem, ff. de Offic. Præfect. urb. cum supra auductis*, non autem Delegatus Bartol. *in l. Ambitiosa in fin. ff. de Decret. ab ordin. fact.* Card. Tuch. *PP. Concl. litt. l. conf.*429. *à num.*3.

82 III. Delegata Iurisdictio strictè circumscribitur Personis, in quas Delegatio datur, vndè omnes alij adeo omninò exemti ab illa censentur, juxta Gloss. & Bar. *in l. Siquis ita in princip. ff. de Testam. Tutel.* ut neque consentientes, & volentes ab ea dijudicari valeant. Idem Bar. *in l.*1 *ff de Iudic. num.*6. ubi etiam Petr. Barb. *art.*1. *num.*204. Felin. Imola, & alij *in cap. P. & G. de Offic. & Potest. Iud. Deleg.* Menoch. *cons.*340. *num.*54. *lib.*4. Anton. de Math. *de Prorog. Iurisd. num.*20.

83 Vltimo denique stabiliendum, sententias Iudicum Delegatorū, cuiuscunque Naturæ sint Delegati numquam habere executionem paratam, neque executioni mandari debere, appellatione interposita ad Delegātem, *l.*1. *l. eos etiam* 16. *l. a Proconsulibus* 19. *l. Præcipimus* 31. *§. Hæc si appellatio, C. de Appell.* notat Franc. Marc. *decis.*73. *ex num.*2. *& decis.* 75. *& decis.*345. *p.*1. Maranta *in Prax. tit. & quandoque appelletur, ex num.*386. Franchis *decis.*684. Rouitus *in Pragm.*5. *nu.*17. *de Offic. S. R. C.* Carleual. *de Iudic. tom.*2. *tit.* 2 *disp.*8. *num* 31.

84 Non proprium Iudicium secundo consideratur attento Litiga-

rigatorum conſenſu, à quo eſſentiam, & exiſtentiam recipit, *l.1. l.Conſenſiſſe 2. ff de Iudic. l.ſi conuenerit 18. ff.de Iuriſd. cap.Significaſti 18.de For.Compet. cap.P. & G.40. de Offic. & Poteſt. Iudic.Deleg.* ubi communiter Vtriuſque Iuris Interpretes rem hanc luculenter per tractant,&præterOrdinarios illam proſequũtur Anton.de Math. Maranta. Didac. Perez, Decian. Tepat. Anaſt. Germon. Cardin. Tuſch. Iacob. Cancer. Capiblancus,& Scaccia adducti à Carleual *de Iudic.tom.1.lib.1.tit.1.diſp. 2.q.8.num.968.* cui addo Ioann. Bapt. Coſta *in Tract. de Iuris, & Facti ignor.Centur 2.diſt.66.per tot. tom.1. Suor.oper. & in Rubr. de Iudicijs à num.230. tom.2.* Arnold. Vinu *de Iuriſdict.cap.10.& 11.* Alphonſ.Narb. *ad l.25.gloſſ.17. tit. 21.lib.4.Recop.* Balboa *de For.Compet.in repetit. ad cap.1.2. & 5.* Gutier. *de Iuram. Confirm.p.1. cap.28. per tot.* Zeuall. *Comm.Opinion.tom. 1.q.154.* Salg. *de Reten.Bullar.p 2. cap.5.* Barb. *de Poteſt. Epiſcop.p.3. alleg.122.* Thom. Sanch. *Conſil. Moral.lib.6.cap.1.dub.6.* Cur.Philipp.*tom.2.lib.2.cap.4.per tot.* Cardin.Tuſch. *PP.Concl.tom.1.litt.C. concl.387. & tom.6. litt.P. concluſ. 921. & ſeqq.* D.Ioan del Caſtillo Sotomaior *tom.7.Controu.de Tertijs,cap.12.* And.Vvalenſ.*in Decretal.lib.2. tit.2. §.1.num.9. & §.2. per tot.* Ioan.Maria Bellet. *Diſquiſit.Cleric.par.1. tit.de Fauor. Cleric. Perſon.§.2. à nu.24. per plures ſeqq.* & alios penes ipſos,& à nobis per diſcurſum referendos,& addi etiã poſſunt quotquot de Renuntiatione fori loquũtur, utriuſq; etenim æqualis eſt ratio, & diſciplina, ab unaque ad aliã valet argumentũ, Capiblan. *de Baron. pag.mihi 8.p.1. num.110.* Carleual.*d.q.8.ſect.2.nu.* 1061. à quibus quidquid ad rem deſiderari poteſt uberiùs percipietur, Noſque ideo aliqua tantum, illaque ſingularia prælibabimus.

85 Ique ſtatuendum principiũ eſt: Prorogationem,qualitatẽ potiùs Iuriſdictionis ordinariæ, vel Delegatæ,quam Iuriſdictionẽ eſſe,ut autum at Ioan.Daut.*in l.2. l.18.& l.23. C.de Teſtam. pag.538. num.3.ſub lit.B. in gloſſ.* cuius quidem ratio apertiſsima eſt, nempe, prorogationem abſque præ exiſtente Iuriſdictione dari non poſſe, quia eam præſupponit, nam Prorogatio eſt extenſio Iuriſdictionis ad Cauſam, ſeu perſonam, aliàs ſub ea non cõprehenſam, ex alijs Carleual.*d.q.8.ſect.1.num.971.* vel eſt Iuriſdictionis eius, quam Magiſtratus habet de perſona ad perſonam,de tempore ad tempus, de loco ad locnm, de re ad rem aliã, ſiue de cauſa ad cauſam, quæ ad Iuriſdictionem illius ſpectant,cõſenſu partium, ſiue perſonarum litigantiũ extenſio, *d.cap.P. & G. de Offic.Deleg.l.1. C.de Iuriſd. l.1. & 2. in princ.& §.1.ff.de Iudic.l.Si conuenerit, ff.de Iuriſd.* Ial. & Zaſ. *in l.per errorem 5.ff.de Iuriſd.* Vazq. *lib.2.Controu.uſufreq.cap.1.num.1.* Maranta *p.4.diſt.12.num.12.* Ant. de Math. *de Prorog. §.ſequuntur genera,num.19. & 20.* Sichar. *in l.1. nu.19. C.de Iuriſd.* Prorogare impreſetiarũ nil aliud eſt, quam extendere qualitatẽ, ſeu potẽtiã rei,

de qua fit Prorogatio, vt colligitur ex *cap. pen.* & ibi Gloss. *de Offic. & Potest. Iud. Deleg. l. 1. & 2. ff. de Indic.* Mandos. *super form. comis. cap. 18. in vers. Prorogat.* Nicolaus Moron *de Fide Treug. & pac. q. 188. nu. 14.* Costa *de Iur. & fac. ignoran. inspection. 20. num. 26. dict. tom. 1.* Estque in hoc sensu amænioris litteraturæ Professorib. vox ista familiaris, Cicer. *3. in Verr.* Plin. *lib. 15. nat. hist. c. 13.* Horat. *Epist. 1.* quod non est autem nō extenditur, aut prorogatur, *l. Si manēte 5. ff. de præcar.* ergò Prorogatio præsupponit Iurisdictionem in Iudice. Conseq. clarè ex præmis. sequitur, & deducitur, ex Text. *in dict. cap. Significasti 18. de For. Comp. l. 1. C. de Iurisd. omn. Iud.* & ex Fulgos. Bald. Glos. Panorm. Butr. Petr. Barbos. Decian. Gail. & Paz, Carleual *d. q. 8. sect. 1. num. 971.* Vualens. *d. §. 2. num. 1.* Aug Barb. *in dict. cap. Significasti 18. nu. 4. de For. Comp.* Vinn. *d. cap. 10. num. 5.* Salg *d. cap. 5. num. 1.* & cum Abb. Imol. Bald. & Calcan. & ex Text. *in l. 2. in fine princip. de Iudic. & in cap. P. & G. de Off. & Potest. Iud. Deleg.* docet Seraphi. de Seraphinis *in tract. de Priuileg. Iuram. Priuileg. 98. nu. 18. pag. 589. col. 1.*

86 II. autem discutiendum nobis venit: Vtrum Prorogatio ista locum habeat in omni Iurisdictione, tàm ordinaria, quàm delegata? in quà quidem difficultate minus perspicuè locutos fuisse DD. nostros video. Aliqui etenim affirmant Iurisdictionem Delegatam prorogari non posse; quia, quum Iurisdictio Delegata, non sit ipsius Delegati, sed Delegantis propria *l. 1. §. fin. l. Et si Prætor. ff. de Iurisd. eius*, cui non potest vltra personas in instrumento Delegationis expressas, etiam de ipsarum consensu prorogari *cap. P. & G. de Off. & Potest. Iud. Deleg.* Vvalens *d. §. 2. num. 2.* Prorogationem autē dari etiam in Delegata Iurisdictione ex *cap. Cum olim el 1. de Offic. Deleg. cap. Statutum, §. In nullo de Rescrip. in 6.* & ex Marian. Soccino, Barbos. Anton. de Matth. Franc. Marco, & Menchaca Carleual. *dict. quæst. 8. sect. 4. num. 1162. docet.*

87 In varias hinc indè partiuntur Scribentes opiniones, negant enim Barb. *in l. 1. ff. de Iudic. n. 5.* Cyn. Salic. & Vultej. *in l. 1. C. de Iurisd.* Scip. Gent. *eod. tract. lib. 2. cap. 13.* Affirmant verò Zas. *in l. Si per errorem 15. n. 15. ff. de Iurisd.* Bald. *in l. 1. ff. de Iudic.* Duaren. *de Iurisd. cap. 2.* Bozer. *eod. tract. cap. 7. num. 20.* Conciliat Arnol. Vinn. *dict. cap. 10. num. 6.* distinguēs inter vtrumque Ius, & Canonico attento improrogabilem esse fatendo, ex *d. cap. Cum olim 32. & cap. P. & G. 40. de Off. & Pot. Iud. Deleg.* Prorogari autē Ciuili Iure posse probat ex *d. l. 1. ff. de Iudic.* vbi I. C. ait inconsentientes, cuius vis Iudicis, qui Tribunali præest, aut aliam Iurisdictionem habet esse Iurisdictionem, cuius sensum esse docet Prorogari posse consensu Partium, non modo Iurisdictionem propriam, verum etiam mandatā.

88 At congruentior alia est ab ipso Vinnio ex Bart. & Bozero adducta explicatio, distinguendum

dum nempe eſſe, an uniuerſa Iuriſdictio mandata ſit, an pars tantum, & in ſpecie ad unam tantum cauſam. In primo caſu generalis Delegationis, etiam mandatæ Iuriſdictionis Prorogationi locum eſſe docent, ſi limitata verò Delegatio ſit, non item; Ac de poſteriori hoc caſu loca illa Iuris Pontificij intelligenda eſſe apparet ex ipſo contextu, nulla facta differentia, ſiue à Principe, ſiue à Priuato Delegatio emanet, æquali namque ſunt regula dijudicandi, ſi Delegatio ipſa ſtricta, & limitata eſt. Ad generalem verò delegationem referendus eſt locus Vlpian. *in dict. l. 1. ff. de Iudic.* Vinn. *loco nuper allegato*, cui addendi ſunt Gloſſ. Felin. Petr. Barboſ. Marian. Soccin. & Paul. de Caſtro relati à Carleual. *de Iudic. dict. q. 8. ſect. 4. num. 1164.* Diſparitatis autem ratio eſt, nam, quum ad unam aliquam tantum cauſam mandatur Iuriſdictio, extra id, quod mandatum continet nihil exerceri poteſt finesmandati trãſiliendo, *cap. fin.* & ibi Gloſſ. *de Offic. & Poteſt. Iud. Deleg.* At, quum Magiſtratus totam ſuam Iuriſdictionem alicui mandat, Mandatarius in partibus omnibus Mandatoris vice fungitur. Vinn. *dict. nu. 6. in fine*, inferens hinc inde abſurdum eſſe dicere hoc caſu Prorogationi locum non patere, cuius aſſertionis amplior ratio eſt, quoniam Delegatus ad uniuerſitatem Cauſarum, inſtar Ordinarij habetur, in omnibuſque ei æquatur, cum Gloſſ. Alex. Iaſ. Gail. Menoch. Sanch. & Tuſcho, docet Carleual. *dict. tit. 1. diſp. 4. num. 32.* quo ſe remittit *dict. diſp. 2. q. 8. ſect. 4. num. 1164.* ubi Alex. addit *conſ. 12. num. 5. lib. 6.* eique addo Tyber. Decian. *Tract. Crim. tom. 2. lib. 4. cap. 35. nu. 44.* Vantiuum *de Nullitat. tit. 10. de Nullit. ex defect. Iuriſd. Deleg. num. 24.* indiuidualiter affirmantem: Delegatum ad vniuerſitatem Cauſarũ Delegare inſtar Ordinarij poſſe *ex l. 1. §. fin. ff. Quis, & à quo*, Gloſſ. Bar. & communiter Scribentes *in l. & quia, ff. de Iuriſd. omn. Iud. & in l. Legatus, ff. de Offic. Proconſ. & in l. fin. ff. de Offic. eius cui* Gloſſ. *in cap. Cum cauſam, verb. Deleg. de Appell.* Villadieg. *in Polit. cap. 3. num. 108. lit. D.*

89 Sed inſtabis fortè Conciliatio hæc ſupponit probandum, nam Delegatio aliqua quantauis generalitate concedatur ad alicuius Ciuitatis, Gremij, ſeu ſodalitatis cauſarum omnium cognitionem, ita ut uniuerſam Iuriſdictionem, quoad illius Gremij homines ſibi competentem Magiſtratus proprius in Delegatũ Tranſferat, adhùc non erit Ordinarius Delegatus ille, ſeu eius ad inſtar, nam Iuriſdictio Delegata nõ poteſt eſſe Vniuerſalis, ſed ſemper particularis erit, etiam ſi concedatur in uniuerſos unius Regni Mercatores vg. quãuis enim ſint plures, nõ tamen faciunt vniuerſitatem, quæ quum Collectiuum ſit nomen, non membris ſolùm, aut partibus licèt integralibus Diuiſis, ſed capite, & omnibus alijs ſimul iunctis conſtat, *l. 1. ff. de Milit. Teſtam. §. Plebs inſtit. de Iur. nat. Gen. & Ciuil.* Bald. *in Proœm. Decre-*

*tal.* Bar. *in l. aut facta, §. fin. ff. de Pœn.* & docent expresse improrogabilem esse huiusmodi Iurisdictionem in Mercatores Iaſ. *in dict. l. Si per errorem, numer. 4. & ex eo* Ioan Bapt. Costa *in Tract. Reintegra. quid liceat, vel non. dist. 2. num. 4. tom. 2. suor. oper. pagin. mihi 315.* vndè quum maneat Iurisdictio hæc particularis incrementum non recipit. argum. Text. *in l. Si ità, ff. de aur. & arg. leg.* Vazq. *dict. cap. 1. num. 16.* ex eo nimirum, quod singulorum non est eadem ratio, ac Vniuersitatis, *l. 2. & l. 7. §. 1 ff. quod cuiusq. vniuers.* Cujac. *ad Text. in cap. Si diligenti de For. Comp. & tract. 7. ad African. in l. Ius Publicum, ff. de pac. & in l. Traiecticia ff. de obl. & act.* Petr. Fab. *in l. Neque Ex. 27. ff. de R. I.* Accursius *in l. 1. Verb. Consentiat, ff. de Iudic.* Vultejus *in l. 1 num. 125. C. de Iurisd.* Regulam hanc ad Prorogationis materiam latè explicantes, ergò suppositum Conciliationis corruit; siquidem non potest dari Delegatus ad Vniuersitatem causarum, & deficiente qualitate ista, non potest ei attribui qualitas illa Ordinarij. Ergò Iurisdictio Delegata semper improrogabilis manet.

90 At sustinendam Conciliationem, amplectendamque nostram Sententiam adhùc adserimus, quin contraria obstet instantia, nàm licèt verum sit Vniuersitatem, tamquam Collectiuum nomen comprehendere corpus vniuersum cunctis membris, & capite constans, aliquando tamen pro singulis eius accipitur portionibus, sicuti Nomen hoc tempus, & pro toto, & pro eius parte vsurpatur. Singularis, & Celebris Gloss. *in cap. Generali, §. Illos de Elect. in 6.* vndè si Delegatio fit ad cunctas illius Gremij Mercatorum Causas, & Personas, vel ad omnes personas, quamvis sit limitata ad vnũ causarum genus, vt in Gabellarum Administratoribus, erit Delegatus ad Vniuersitatem Causarum, secus, si limitaretur Delegatio, quo ad certas personas tũc enim non poterit ab extraneis, nec ad extraneos prorogari, vt optimè docet Carleual. *dict sect. 4. num. 1165.* In secundo Casu erit intelligenda instantia illa, quia tùnc est particularis Iudex, vt apparet in adducto Mercatorum exemplo, quorum particularis Iudex regulariter ad Mercantiles tantum causas, interipsosque tantũ Mercatores designari solet. Dec. *in cap. Quanto, num. 12. de Iudic.* & ex eo Costa *dict. num. 4.* vndè particularis, & improrogabilis ideò merito reputatur, non autem in primo, in quo est Delegatus ad instar Ordinarij, eiusque Iurisdictio est prorogabilis.

91 Resecatis quàm plurimis, quæ ad istius Tractationis Prorogationum materiam de Iure Ciuili adduci poterant, eisque apud præcitatos DD. videndis, relictis, quid de Iure Canonum nouiori procedat, concisius quo potuerim sequenti differam.

§. VIII.

## §. VIII.

## An in Eccleſiaſticis, tùm Iudicijs, tùm Perſonis, Prorogatio dari queat?

92 FRequens admodum,& Cottidiana propoſita quæſtio eſt, eamque vt facilius ab omnibus percipiatur, aliquibus explicare regulis decreui, præmittendo tamen celebrem illam quæſtionem, ecquis ſcilicèt Clericus prorogare non poſsit Iuriſdictionem Iudicis non ſui, tùm Eccleſiaſtici, ſinè proprij Iudicis licentia, tùm Sæcularis, etiam cum Superioris licentia, qualiter abſque Magiſtratus licẽtia poteſt Sæcularis quilibet eamdem facere Prorogationem? In eius enodatione plurimi, ſed inefficaces ſunt Authores, vt videre eſt apud Aug. Barb. *de Poteſtat. Epiſcop. part. 3. allegat. 122. num. 3. 4. & 5.* cuius mox infrà recordabimur, vt autem aliqua diſtinctione, & perſpicuitate firmemus, præſuppoſita quæſiti probemus ſequentibus Concluſionibus.

93 I. Quilibet Sæcularis poteſt prorogare Iuriſdictionem cuiuslibet Iudicis, & Magiſtratus, docent Gloſſ. Bartol. Bald. Paul. Imòla, Roman. Alex. Iaſ. Iſernia, Capyc. Afflict. Foller. Maranta, Petr. Barb Ant. de Butr. Marian. Soccin. Ant. de Math. & Federic. Martin. adducti, & ſequuti à Carleual. *dict. ſect. 2. num.* 1074. cui addo Ioan. Sichard. *in l. Si procurator. 10. C. de Procurat. & conſ. 2. nu. 24. & ſeqq. inter Conſilia Contractuum.* Herman. Vvltej *in l. 1 num. 66. C. de Iuriſd.* Felin. *in cap. Cum olim. de Offic. & Poteſt. Iud. Deleg.* Arnold. Vinn. *dict. cap. 10. num. 4.* ex Text. *in l. 2. §. 1. ff de Iudic.* quibus omnibus annecti poſſunt, Gloſſ. & Panorm. *in cap. Si diligenti verb. Pacto, de For. Comp.* Syluеſ. Tabiena, Angel. & Sanct. Anton. relati à Thom. Sanch. *Conſilior. Moral. tom. 2. lib. 6 dict. cap. 1. dub. 6. num. 6.* Barb. *dict. allег. 122. num. 2.* vbi Didac. Perez, Decian. & Petr. Barb. allegat, & aliqua jura, & non ſolum Laici Magiſtratus prorogare Iuriſdictionem quilibet poteſt, ſed Eccleſiaſtici etiam Magiſtratus, ſinè Superioris licẽtia, *l. Siqui, & l. Epiſcopale,* vbi DD. *C. de Epiſcop. Aud.* & ex Barb. Abb. Dec Franc Marc Gratian. Oſaſco, & Alberico Ioann. Maria Bellet. *dict. §. 2. num. 30.* vbi quod Iudex Sæcnlaris nequit prohibere Laicis, ne coram Eccleſiaſtico Iudice litigẽt optimè docet, in Regnis autem Caſtellæ eſt huiuſmodi Prorogatio prohibita grauiſsimis in Iudices, Partes, & Tabelliones pœnis ſtabilitis, *l. 1. 2. & tit. 8. lib. 1. Nou. Recop* de cuius prohibitionis juſtificatione, alibi fortè dicam.

94 II. Clericum prorogare non poſſe Iuriſdictionem alterius

lu-

Iudicis Eccleſiaſtici ſinè proprij Epiſcopi Licentia prohibetur expræſſe *in cap. Significaſti, de For. Comp.* ubi communiter Canoniſtæ, *& in cap. 1. in princip. eod. in 6.* & ex eis Bart. Aretin. Couarr. Anton. de Math. Vivio, & Petr. Barb. Carleual. *dict. ſect. 2. numer.* 1075. cui addo Gloſſ. fin. *in cap. Non liceat 3. q. 6.* & cum ea Abb. Soccinio, Alex. & Rolan. à Valle Ioan. Mari. Bellet. *dict. §. 2. num.* 35. & ex Narbona, Piaſecio, & alijs Iurib. Salgad. *de Supplicat. ad Sanctiſ. p. 2. cap. 5. num. 5.* & cum Soccino, Abb. Bar. Couarr. Boſſio, Didac. Perez, Soar. de Paz, Rolan. à Valle, Gail. Petr. Surd. & Tyber. Decian. Auguſt. Barb. *dict. alleg.* 122. *num.* 1.

95 Hodieque fortiùs procedet Regula hæc attento Tridentini Decreto *Seſſ.* 24. *de Reform. cap.* 20. quo prima Inſtantia reſeruatur Ordinario, Salg. *de Supplic. ad Sanctiſ. dict. p. 2. cap. 1. à princip.* motus ex eo, quod Decretũ illud eſt fauorabile non ſolum Subditis, ſed etiam immediatis Superioribus Ordinarijs, ut conſtat *ex Conſtitut. Leon. X. in Concil. Lateranenſ.* ab ipſo Salg. relata *dict. p. 2. cap. 3. num. 7.* ubi idem, quod Concil. Trid. ſtatuere volens, ſic præfatur: *Ordinariorum Iuriſdictioni (quantum cum Deo poſſemus) fauore, &c.* Quod autem Ius duobus cõplicatum eſt, & conjunctim pertinet abſque Vtriuſque conſenſu renunciari non poteſt, quod ex Text. *in l. 1. & 2. ff. de Iudic. & l. 1. §. Poſt operis,* ubi Iaſ. *num.* 11. *ff. de nou. oper. nunciat.* & ex Iul. Clar. Cancer. Giurba Nouar. Romano Card Afflic. Gratian. Ioan. Bapt. Coſta, Rouito, Did Perez, Caſtrenſ. Gail. Tuſch. Zened & Rot. Rom. probat idem Salgad. *dict. cap. 5. num. 3. & num. 4. qui num.* 7. concludit: quod deficiente Ordinarij conſenſu eius primam lædi inſtantiam, vulnerarique Concil. Trid. Decretum, poſſeque Regem protectiue vi prorogationem illam vitare, & ad Decreti illius obſeruantiam omnes adſtringere, in comprobationemque ſe remittit *2. p. cap. 3. per tot.* De quo nunc haud diſputamus.

96 Amplianda hæc regula eſt, ut locum habeat non ſolum in Sacris Ordinibus initiatis; ſed etiam in minoribus conſtitutis Ordinibus Beneficium Eccleſiaſticum, ſeu Capellaniam, vel qualitates à Concil. Trid. præſcriptas habentibus; nam, quum eodem modo, ac alijs fori gaudeant priuilegio. Concil. Trid. *Seſſ.* 23. *de Reform. cap.* 6. ubi Barb. *à num.* 3. *ad* 50. plura cũmulat, *l. Regia* 1. *tit.* 4. *lib.* 1. *Recop. Caſtell.* Bellet. *diſq. Cleric. dict. §.* 2. *num.* 29. ubi declarationem Emin. Card. adducit, quamuis Beneficium, ſeu Capellaniam in titulum tantum, commendam, ſeu adjudicationem poſsideat. Noſque bis ſic declaratum eſſe à Regia Chancellaria Granatenſi experti ſumus dum Vicarij, & Viſitatoris Generalis Ciuitatis Regiæ totiuſque Calatrauẽſis Campi Munere fungeremur, in una ſtupri, & violatæ domus Cauſa, & in altera Parricidij, Vtriuſque enim delicti

Rei

rei erant Clerici in Minoribus conſtituti, ad judicatam tantum Cappellaniam habentes, & cauſæ erant plene probatæ, & Sæculares Iudices præuenerant in Oppido de Mançanares, quumque in eos Inhibitionibus procederẽ, ut Reos, & acta originalia ad Me remitterent, tamquam proprium, priuatiuumque eorum Iudicem Ordinarium, ipſique Sæculares Iudices ad Regiã Granat. Chãcellariam recurriſſent declaratũ eſt: Me nullam vim facere, cauſaſque ad Me remittẽdã illius Iudices judicarunt, quarũ prima declaratio fuit anno 1662. eiuſque Actuarius fuit Step. de Meco Notarius illius Audientiæ Archiepiſcopalis. Altera anno 1666. Alexandro de Rada Notario. Nec obſtat Gloſſ. fin. *in cap. tuæ, de Apoſtat.* dicens, *Clericum in minoribus conſtitutum poſſe Clericali ordini renuntiare*; reſpondemus enim id de facto (exercendo ſcilicèt negotia ſæcularia) procedere, juxta *cap. fin. de Vit. & honeſt. Clericor.* non autem verbo, Ioan. And. *in eod. cap. Tuæ*, Cæpola *conſ. 11. num. 16.* Bellet. *dict. nu. 29.* vel rectiùs reſponderi poſſe judico, intelligẽdam eſſe Gloſſ. illam de facto, dimittendo ſcilicèt, habitum Clericalem; hinc enim Iudici Laico ſe ſubjicere poſſe docet Thomas Sanch. *Conſil. Mor. dict. cap. 1. dubit. 6. num. 3. in fine.*

97 III. Concluſio Clericus priuilegio fori gaudens, ratione officij, vel Beneficij ei renuntiare, taciteque, vel expreſſe prorogare Iuriſdictionem Sæcularis Iudicis nequit. Can. *Nullus 11. q. 1.* Can. *Clericorum 40. ead. cauſ. & q.* Concil. Pariſ. relat. *in cap. 2. de For. Comp.* ubi cauetur: *Nullus Iudicum, neque Diaconũ, aut Clericum ullum, neque Iuniores Eccleſiæ ſine permiſſu Pontificis per ſe diſtringere, vel condemnare præſumat.* & licèt Iudicibus tantum prohibitio iſta impoſita videatur, Clericos etiam cõpræhendere perſpicuum eſt, Decretum illud omninò à Iudicibus Sæcularibus facultatem judicandi Clericos generaliter denegauit; Pontifex enim Lege cauere valet, nè Subditi alterius prorogent Iuriſdictionem, tum Iudicibus, tumque Subditis prohibitionem iſtam apponendo, ut ex pluribus docet Mar. Cutell. *de Recen. & Priſc. Eccleſ. Immunitate, lib. 2. q. 3. num. 19. & ſeqq.* Thom. del Bene *de Immun. Eccleſ. tom. 1. cap. 1. dub. 14. ſect. 1. num. 6.*

98 Prohibentque expreſſe Clericis huiuſmodi prorogationem Iuriſdictionis facere Textus *in cap. ſi diligenti, & cap. Significaſti*, ubi Gloſſ. fin *de For. Comp. cap. Cum non ab homine*, ubi Gloſſ. pen. & Abb. *cap. at ſi Clerici, de Iudic. cap. Cum contingat, de Sent. excomm.* docet ex Marian. Soccino, Aretin. Petr. Barb. Iaſ. Couarr. & Azeued. Carleual. *dict. ſect. 2. num. 7026.* cui addo plures Gloſſ. Abb. Alex. Imolam, Cæpol. Alex. de Næuo, Rolan. à Valle, Gratum, Barbat. Honded. Couar. Aflic Grammat. Foller. Deci. Bernard. Diaz, & Ricc. adductos à Ioan. Maria Belleto *dict. §. 2. num. 22.* eique annectendi Ant. Gomez, Mari. Cutell. Proſper. Farin. & Franc. Suarez,

apud

apud del Bene *dict. sect. 1. num. 7. & cap. 4. dub. 31. & cap. 5. dub. 12. & 13.* & alios *in Tract. de Parlam. dub. 4. sect. 19. subsect. 27. 28. & 32. Corolar. 6. num. 10. & dub. 27. sect. 8. subsect. 3.* eique adiungendi quoque Sylvest. S. Antonin. Tabien. Armill. Angel. Didac. Perez, & Turrecrem. quos referens sequitur Thom. Sanch. *dict. dub. 6. num. 2.* Hostien. Archidiac. Bellam. Dominic. à S. Gemin Petr. de Ancharr. Speculat. Foller. Iul. Clar. Bajard. Vant. Petr. Aurelian. Ioan. Bapt. Asin. Menoch. Steph. Gratian. Petr. Caball. Marta. Bald. Butrigar. Feder. de Sen. Natta. Guid. Pap. & Alvar. Valasc. quos, post varios à se conglomeratos in comprobationem Text. refert, & sequitur Franc. Ansald. *de Iurisd. p. 2. tit. 11. cap. 1. num. 3. 4. 5. 6. & 7.* & alij quam plurimi libenter omissi, ex quorum communi consensu rejiciendus omninò est Steph. Aufrer. *de Potest. Iud. Sæcul. reg. 2. num. 20.* asserens posse in aliquibus casibus Ecclesiasticos prorogare Sæcularem Iurisdictionem.

99 I. extendenda est regula, ut procedat licèt propriij Episcopi consensus accedat, cum enim præstare non potest, & si præstiterit erit nullus, & contra Iuris regulas, ut ex Text. *in dict. cap. Si diligenti, de For. Comp.* notat Marian. Soccinus *in dict. cap. Significasti, num. 42. in fine.* Aretin. *in §. Idem Iuris est, num. 42. instit. de Act.* Petr. Barbos. *in l. 1. art. 3. ex num. 173. ff. de Iudic.* Carleual. *d. sect. 2. nu. 1076.* cui addo Ægid. Bellam. *in dict. cap. Si diligenti, num. 1.* Abb. *in princip.* Felin. *num. 1.* Bajard. *ad Clar. in praxi, q. 36. num. 10.* Alexand. *cons. 8. num. 1. lib. 1.* Bartholom. Soccin. *Reg. 56. verb. Clericus.* Petr. Caball. *resol Crim. cent. 3. cas. 235. num. 6.* Gramat. *decis. 29. num. 10.* Ansald. *dict. cap. 1. num. 40. & 41.* Gloss. *in cap. Significasti, verb. Clerici, de For. Compet.* Rolan. à Valle *cons. 4. num. 8. & seqq. vol. 1.* Petr. Surd. *cons. 196. num. 15. & decis. 129. num. 6.* Belletus *dict. §. 2. num. 24.* & præter istos idem docent Farin. *in Prax. Crim. lib. 1. q. 8. num. 13.* Scaccia *de Iudic. lib. 1. cap. 11. num. 28.* Suar. *contr. Reg. Angl. lib. 4. de Immunit. cap 31. num. 4.* Thom. del Bene *dict. cap. 1. dubit. 14. sect. 1. num. 9. 10. 11.* ubi ex Marta, Grass. & Mar. Cutell. rationem adducit, & repetit, *cap. 5. dubit. 13. & de Parlam. dict. dub. 4. sect. 19. subsect. 27. & cit. dubit. 27. sect. 8 subsect. 3.* Arnold. Vin. *dict. cap. 11. num. 11.*

100 Sed obstat Text. *in Can. Clericum el 1. 11. q. 1.* ubi Marcellinum Pap. *Epist. 2.* rescripsisse cõstat; *Clericum cuiuslibet ordinis absque Pontificis sui permissu nullus præsumat ad Sæcularem Iudicem attrahere, &c.* Quod ipsum cauetur in Concil. Aurelian. III. *cap. 31.* & in Concil. Agatens. *cap. 32* relato *in Can. Clericum el 2. 17. 11. q. 1.* ubi legitur: *Clericum nullus præsumat apud Sæcularem Iudicem, Episcopo non permittente, pulsare, &c.* Ex quibus rectè infertur Episcopum huiusmodi consensum præstare posse, nam prohibitio illa præcedens dictioni *absque* operatur, quod

quod sub ea facultas illa includatur, vt ex Text *in cap.2. de Decim. in 6. Can. Non est nostrum 23. quæst. 5.* Cosm. Guimier, & Zenedo docet Barb. *Dict.2.num.3.*

101 At Textus illos obstare negamus, respondemus enim, quod licèt Epistolæ ex quibus Textus illi desumpti leguntur essent in dubitatæ fidei, de quo non parum dubitant grauissimi DD. *Fund. 3. tom. 2.* exhibendi. Quid quid sit de illorum Canonum dispositione; nunc eos abrogatos esse constat posterioribus sanctionibus, & quidem generalibus, & præcipuè Text. *in cap. Si diligenti de For. Comp.* quo illicitam, & contra bonos mores esse hanc prorogationem, declaratur, vt optimè respondit Gloss. *in cap. Qualiter, de Iudic.* & ab ea Delbene *dict. cap. 1. dubit. 14. sect. 1. num. 12.* & ratione manifesta euincitur, nàm Decisio Text. *in dict. cap. Si diligenti*, ex præallegatis iuribus posterior, illisque omninò contraria, vndè pro tùnc alios derogatos mansisse constat ex generali Regula contenta, & sæpiùs repetita, quod posterior lex contraria derogat omnes anteriores *l.26.27. & 28. ff. de Legibus*, cum multis alijs congestis ab Hulric Hann. *in Encyclopæd. Iur. part.1. tit.2. cap.5. num.6.*

102 Sub amplianda ideò vlterius venit prohibitio hæc, vt tolli nequeat, etiam si Clericus cum consensu, & licentia Episcopi jure jurando adhibito consenserit, vel consentire promiserit *d. cap. Si diligenti*, vbi Bellarmin. Abb. & Felin. Roland. à Valle *cons. 4. & cons. 23. in causa præsenti, num. 15. vol.2.* Farin. *dict. quæst. 8. num. 10.* Alex. de Næuo *cons. 56. nu. 1.* Bajard. *dict. quæst. 36. num. 10.* Caball. *dict. cas. 225. num. 7. vbi num. 15. 16. & 17.* extendit ad Religionem quamcumque etiam Militarem à Papa approbatam Ansald. *de. cap. 1. num. 42. & 43.* cui addo Gloss. fin. & ibi Abb. *num. 25. in cap. Significasti de For. Comp.* Alex. *cons. 8. col. 1. vol. 1.* Iul. Clar. *in §. Feudum, quæst. 90. num. 10.* Bellet *dict. §. 2. num. 28.* annectendi Couarr. *PP. QQ. cap. 10. num. 5. & cap. 31. num. 2.* Guid. Pap. *decis. 77. num. 2.* Gail. *lib. 1. obseru. 37. num. 1.* Surd. *decis. 26. num. 4.* Damhauder. *in Pract. Ciu. cap. 124. num. 12.* Gomez *var. tom. 3. cap. 10. num. 3.* Gram. *decis. 29. num. 5. & 7. & decis. 61. num. 14.* Marta *part. 2. cap. 9. nu. 40.* Scacia *de Iudic. lib. 1. cap. 11. nu. 38.* Camil. Borre *in Sum. decis. tit. 43. nu. 60.* Ant. de Burgos *in cap. At si Clerici, num. 54. de Iudicijs.*

103 III. Denique nostra hæc ampliatur Regula, quo ad Rom. Pontificem, qui quamvis, justa aliqua impellente causa, vel vtilitatis, vel necessitatis Clericis alicuius Diœcesis facultatem hanc prorogandi Iurisdictionem in Iudices laicos possit; Delbene *dict. cap. 1. dub. 2. sect. 3. & dub. 14. sect. 1. num. 14. & lib. de Parlam. cit. dub. 27. sect. 12.* Suar. *dict. lib. 4 cap. 31. num. 8.* Gloss. *in cap. Tua verb. de Spiritualibus de Decim.* & pluribus alijs in locis relatis à Franc. Ansald. *dict. cap. 1. à num. 18. ad 29* vbi eas Abb. Ioann. Andr. Felin. Bald. Modest. Polenton. Couar. Casan. Ioan.

Ioan. Monach & Prob. allegat; nõ poteſt tamen generali ſanctione hanc facultatem Clericis concedere, nec Fori priuilegium tollere, eſſet enim perturbare vniuerſalem Statum Eccleſiæ, quod eſt Papæ prohibitum, *Can. Et ſi illa* 23. 1. *quæſt.* 7. Abb. *in cap.* 2. *de Maior. & Obed. num.* 2. *verſ. Item præſuppoſito.* Felin. *in cap. Eccleſia S. Mariæ* 10. *de conſtit. num.* 8. Modeſtin. Polenton. *inter Concil. Crim. diuerſ. tom.* 2. *conſ.* 49. *num.* 25. & ex eis Roland. à Valle, Natta, Iul. Clar. Farin. & Gramat, Anſal. *dict. cap.* 1. *nu.* 17. quibus addendi Surd. Vigian. Zeuall. Suar. Diana, & alij penes Thom. Delbene *dict. dubit.* 2. *ſect.* 3. *& dub.* 14. *ſect.* 1. *nu.* 16. *& ſeqq. & cap.* 5. *dubit.* 11. *& de Parlam. dict. dub.* 27 *ſect.* 8. *ſubſec.* 3. *& ſect.* 12. vbi ex ea ratione, & quia Adminiſtrator tantùm, & nõ Dominus eſt Eccleſiaſticæ Poteſtatis, nec Concilium Generale hanc poſſe generaliter concedere facultatem, vel tollere immunitatem latè probat.

104 Clerici autem, qui contra tot Canonicas Sanctiones tacitè, vel expreſsè adhibito Iuramento, vel abſque illo, accedente, vel recedente Epiſcopi conſenſu Sæcularem prorogauerint Iuriſdictionem, & coram laico Magiſtratu comparuerint, forum non declinando, etiam ſi per Statutum laicale huiuſmodi declinatio prohibeatur, extraordinaria eſt pœna puniendus, Bald. *in l.* 1. *num.* 3. *C. de Indic. Vid. toll.* Gram. *dec.* 29. *num.* 7. *& dec.* 61. *num.* 18. Follet. *in Prax. Crim. verb. Audiantur Excuſatores, num.* 38. Ioan. Baptiſt. Bajard. *ad Clar. in Prax. Crim. lib.* 5. *§. fin. quæſt.* 36. *nu.* 11. Proſper. Farin. *Prax. Crim. lib.* 1. *quæſt.* 8. *de Inquiſit. num.* 10. Pet. Caball. *dict. caſ.* 225. *num.* 1. *&* 10. Anſald. *de Iur. part.* 11. *titul.* 11. *dict. cap.* 1. *num.* 44. *&* 45. cui addo Scaciam *de Iudic. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 46. Delbene *dict. dub.* 14. *ſect* 4 *nu.* 1. quibus omnibus addo Menoch. *de Arbitr. lib.* 2. *caſ.* 430. Roland. à Valle *conſil.* 4. *num.* 15. *vol.* 1. Marth. *de Iur p.* 4. *caſ.* 126. *nu.* 2. Camill Borrel. *dict. tit.* 43. *de For. Comp. num.* 86. Bernard. Græueu. *lib.* 1. *pp. cc. cap.* 37. *n.* 1. Hulric. Hunn. *in Encyclopæd. Iur. part.* 2. *tit.* 37. *num.* 12. qui in diſtinctè, ſic abſolutè docẽt. Noſque diſtinctè magis procedendo aſſerimus, quod

105 Si Clericus in cauſa criminali forum laicale non declinauerit, ſed ſponte ei conſenſerit, à loco ſuo deturbetur, *Can. Placuit* 43. 11. *quæſt.* 1. vbi Gloſſ. *verb. Locum*, & Archidiacon. *num.* 1. deponendum eſſe intelligunt, eiſque acquieſcit Anſald. *dict. cap.* 1. *num.* 46.

106 In Ciuili autem cauſa ſponte comparens Clericus corã Sæculari Magiſtratu, ſi propria eſt cauſa, perdet omne, quod ex illo Iudicio euicit, ſi deponi noluerit, iuxta Text. *in dict. cap. Si diligenti, de For. Comp.* Archidiacon. *in dict. cap. Placuit, num.* 1. & non diſſentit Federic. *de Seniſ. conſ.* 90. *num.* 2. ſubjungens, quod ſi Clericus inuitus trahatur ad Iudicium Sæculare, in illoque condemnetur, pro abſoluto habetur in odium trahen-

hentis,& ſubſcripſit Anſald. *dict. cap.2.num.47.& 49.*& in expenſis condemnandus Couarr. *PP. QQ. cap.33. num.2. verſ. Clericus verò.* Salced. *in Prax.cap 62. num. 6.* Farin. *dict.q.8. cap.16.* Scaccia *dict.cap.11. num.46.* Delbene *de Imm.dict.cap.1. dub.4. ſect.4.nu.3.* ubi optimè contra Ioan. Gutierr. ſubdit: *Condemnationem hanc à Iudice Eccleſiaſtico, non verò Sæculari faciendam.* Limitat autem rectè hanc concl.Franc.Anſald. *dic.cap. 1.qui intermedio num.48.* ait ſecus eſſe, ſi cauſa ſit Eccleſiæ, quæ ex malitia agentis detrimentum pati non debet, *cap. ſi Epiſcopum 3.16.q.6. cap.2.de Donat. cap.Cum venerabilis,de excep. in 6.* attamen extraordinaria, aut Depoſitionis pœnà mulctandum eſſe cẽſemus.

107 Quum verò Clericus fuerit Actor, & Clericum quocumque prætextu aut quęſito colore Clericum ad Forum Sæculare trahere tentauerit, cauſam per ſententiam ciuilem perdet,& cõmunione efficietur extraneus, *cap.In olita 42. q.1.* & ibi Archidiac. *num.2. cap.Si diligenti verſ. Cum igitur* hoc Ius. Iũcta ibi Gloſ. *verb.Cauſam,*& Abb.*num.6.* Gloſ. *in figuratione caſus, cap.Nullus Clericus 6.11.q.1.* Federic.de Sen. *dict. conſ.90.num.2.* de comunni atteſtans opinione Anſald. *dict.cap.1. num.50.*

108 Et nè aliquod intactum relinquamus generale principiũ huc conducens, etiam firmamus: Proceſſum coram Sęculari Iudice contra Clericum efformatum eſſe omninò nullum. Guid. Papa *deciſ.450.num.2.* Couarr. *PP.QQ. cap.33.num.2.* Math.de Aſſic. *deciſ.85.num.1.* Gram. *deciſ.29.num. 6.* Scaccia *dict.cap.11. numer.45.* Hulric.Hunn. *in Encyclop.Iur.p.2. tit.37.num.13.*

109 His ſic minutatim explicatis, reſtat nunc rationem omnium iſtorum perquirere, in quo non modicum laboraſſe Authores noſtros video ad diſparitatem aſſignandam inter facultatẽ competentem cuilibet Laico ad prorogandam omnem Iuriſdictionem Sæcularem, vel Eccleſiaſticam,Clericis autem cur tam ſtrictè prohibeatur in alienam conſentire Iuriſdictionem, etiam Eccleſiaſticam? Et quoad Secularem.

110 Multas recenſet Marian.Soccin. *in dict.cap.Significaſti, nu.45.* quas examinat, rejicitque Barb *in l.1.ar.3 ex num.186.* Imola autem, Alex. & Felin. relati à Carleual. *dict.ſect.2. num.1078.* nullam credit eſſe demonſtratiuam,& concludentem, ſed omnes à DD. adductas perſuaſiuas, ſeu probabiles eſſe, ex eis nihilominus aliquas ipſe adducit, approbatque *num.1079. 1080.& 1081.& ſeqq.* quas ferè eaſdem exhibet etiam Barb. *dict.alleg.122. num.4.& 5.* ubi concludit ex Alex. primariam,& formalem rationem huius Prohibitionis firmandam eſſe in Deciſione Sacrorum Canonum,à quibus ipſa pendet,nullamque aſsignari poſſe formalẽ, efficacemque aliam Prohibitionis iſtius rationem, licèt, quæ cõmuniter circumferuntur ſimul

collectæ juvent. Tres adducit rationes Ioan. Mar. Bellet. *dict. §. 2. à num. 27.* quarum I. est, quod per Prorogationem efficitur Iurisdictio Iudicis progati propria, quæ respectu Ecclesiasticorum numquam potest concedi Sæculari Magistratui, tùm ob incapacitatem, quam ipse *dict. p. 1. §. 2.* Latè fundauerat, tùm quia Prorogatio non datur de una specie ad aliã Iurisdictionũ, & multo minus (addo) ab uno, ad aliud Genus prout sunt Ecclesiastica, & Sæcularis, quia nõ iam Prorogatio, sed nouæ Iurisdictionis concessio esset, Abb. *cons. 33. num. 1. p. 2.* & notatur *in cap. P. & G. de Offic. & Potest. Iudic. Deleg.* & per Cyn. *in l. Testamenta, C. de Testam.*

111 II. autem ratio est, quia priuilegium fori est introductum non in fauorem Personæ, sed totius Ordinis Clericalis, cui renuntiari non potest, *cap. Si diligenti 12. de Foro Comp.* ibi: *Quum non sit Beneficium hoc personale, cui renuntiare valeant, sed potius toti Collegio Ecclesiastico sit publice indultum, cui Priuatorum pacto derogari non potest &c.* junctis, quæ docto calamo congessit D. Emman. Gonçalez *in huius Textus Notis, num. 7. & in Commentario, num. 9.* omninò videndus, & Nos addimus latè cõprobantem Bellet. *dict. §. 2.* ex Gloss. Abb. Felin. Alex. Calcan. Alex. de Næuo, Rolan. Couarr. Foller. Scaccia, Gallesi. & Surdo, eique adnectendi Gail *1. obseru. 40. num. 7.* Farin. *lib. 1. Prax. Crim. quæst. 8. num. 10.*

112 III. autem ratio ab ipso adducta est, quod, quũ Clericus sit maior quouis Laico, nam, & Vicarij Christi, & Angeli Dei Clerici vocantur, *cap. 1. in fine 17. dist. cap. Quis dubitet 96. dist. cap. Duo sunt, & cap. quia verò, de Sacr. Vnction.* Bar. *cons. 180.* Ias. *in l. Generaliter, ff. de in ius voc.* cum adductis à Dionys. Paul. Valentin *de Sacerdot. Excellen. p. 2. §. 13.* idem Bellet. *d. p. 1. §. 1. num. 4. & §. 2. num. 28.* Indecorum est, quod Maior judicetur à Minori, *cap. Submittitur, & cap. inferior. 21. dist.* nam sunt à Iudicibus Sæcularibus honorandi Clerici, & non judicandi, *cap. Sacerdotibus 11. q. 1.* & Laicis obsequendi Clericis manet Necessitas, non Imperandi Authoritas, *cap. Bene quidem 96. dist. cap. Eccles. S. Mariæ, de constit. cap. Solitæ, de Maioritat. & Obedient.*

113 Alias rationes adducit Innocen. III. *in dict. cap. si diligenti, de For. Comp.* Quod videlicèt Prorogatio hæc iam tùnc erat contra Sac. Canones; Mileuitani scilicèt, siue Toletani, & Carthaginensis Concilij relatos *in Can. 41. & 42. 11. q. 1.* cui arridenti rationi Alex. & alij apud Barb. *d. alleg. 122. nu. 5.* nullam aliam rationẽ istius prohibitionis inueniẽtes, quam quod ipsa à Iure est inducta, non verò distinguunt, an intelligat prohibitionem ab Innocent. indictam, seu ab alijs Canonibus.

114 At rationes istas paruipendendas esse docet Iacob. Cujac. *tom. 4. Posthù. ad Text. in cap. si diligenti, & ad Text. in l. Ius publicũ, ff. de Pact. & in l. Traiectitia, ff. de oblig. & Act. tra. 7. ad African.* Petr. Fab.

Fab. *in l.27. de Reg.Iur.* Acurſ. *in l.1. verb. Conſentiat, ff. de Iudic.* Vultej. *in l.1. C. de Iuriſd. omn. Iud. à num.125.* I quia initio Contractus Clericus renuntiando Præſcriptione Fori, Iuri non derogat publico, Iuſve publicum non mutat, quo Clericis datta eſt Præſcriptio Fori Eccleſiaſtici, ſed proprium, & priuatum Ius, quod ſtatim ab initio contractus habet, ut ſecum ex contractu alibi non agatur, quam in Foro Eccleſiaſtico, eo Se abdicat, & non uſurum paciſcitur, quæ conuentio etiam Iure Ciuili probata eſt Legibus nominatam loquentibus de præſcriptione fori, quæ competit ob Sacerdotij prærogatiuam, *l. Siquis in conſcribendo, & l.pen. C. de Pact.* ea igitur conuentio Iure Ciuili probata eſt, & Iure Canonico ante Innocentium III. improbata non eſt, ergò non eſt contra Ius Publicum, ergò non derogat Iuri Publico. Antec. probatur. Iuri publico non derogat alias qui ſe Iudicis non ſui Iudicio ſe ſubjicit Proprio dimiſſo, *l.1. & 2. ff. de Iudic.* & latè diximus ſupra. Si non alius ergò nec Clericus.

115 *II.* autem probat, ex quo Clericus, qui ſe ſubjicit alienæ Iuriſdictioni, & ſuo Foro renuntiat Iuri, & commodo ſuo detrahit, non Iuri Publico, ergò ei renuntiari poteſt. Conſeq probatur ex vulgari Iuris Regula, Iuri pro ſe introducto quilibet renuntiare poteſt, de qua indiuidualiter loquitur, *l. Siquis in conſcribendo, C. de Pact. cap. Apoſtolicam, de Regular. cap. Quam periculoſum 7. q 1.* Antec. autem probo. I *ex cap.2. cum ibi congeſtis* ab Scribentibus *de Iudic.* imo plerumque eſt ſecundatio in fauorem Clericorum hæc prorogatio, & primatio in Commodum Adverſarij alioqui cum eo non contracturi, & ſine ullo alterius incommodo, vel injuria procedit aliorũ Clericorũ, quibus in ſuis cauſis integrũ eis reſeruatur Ius. Ergò non eſt quur in præiudiciũ Iuris publici cedere hanc præſcriptionem dicatur, & licèt priuatorum conuentione nihil ex Iure publico cõuelli, immutarivè poſſe ſtatuatur *in l.27. ff. de R.I.* contractũ tamen actionũ, & obligationũ priuatorum cauſæ, prout conuentum inter partes fuerit ab initio cõtractus efformari, & mutari poſſunt, pro earum Libito, ut ex plurib̃ probat Canonibus Gloſſ. ibidem, & Aſcon Pædian. *in 3. verr.* ab ipſo Cujac. *ibidem* adductus.

116 Quod autem contra Sacros non ſit Canones probare nititur exinde, quod d. Canon.41. ſolum vetat: Nè Clerici con Clericos ſuos, dimiſſo proprio Epiſcopo trahant ad Iudicem Sæculare, ſed non vetat etiam nè in contrahendo Clericus ſe ſubjiciat Iuriſdictioni Iudicis Sæcularis, maximè ſi jure jurando illa ſit firmata Subjectio, quia jus iurandũ tũnc non ad Ius publicũ, ſed ad priuatũ reſpicit Contractũ, eiq; urgentius addi poſſunt Text. *in cap. Cum contingat 28. de Iur. Iur. cap. Quamuis pactũ, de pact. in 6. Auth. Sacramenta Puberum, C. Si adverſus vendi-*

tionem. Quibus cauetur, quod etiã si actus de se sit prohibitus, & inualidus adhibito Iuramento, legitimus efficitur, & validus. Seraph. de Seraph. *de priuileg. Iuram. priuileg. 73. num. 176.* Canone autem 42. 11. *quæst.* 1. hoc tantum Clericis prohibetur nè Iudicio Criminali, vel Ciuili pulsatus prouocatus à Iudice Ecclesiastico rem pertrahat ad Iudicem Sæcularem, quod manifestum esse asserit. Cujac. Si nulla Se conuentione obstrinxerint de sequendo, vel subeundo Foro Sæculari, vndè infert ipse Duos Canones illos conuentionem non improbare, & consequẽter conuentionẽ non esse cõtra Canones antiquos, esse tamen hodie contra Canones fatetur, ex *dict. cap. Si diligenti de For. Comp.*

117 Priuilegium Fori, quod Clerici habent, non cuilibet, seu certæ personæ datum fatetur, ex *dict. cap. Si diligenti, & ex cap. pen. de Iudic. in 6* non tamen inferri ex eo asserit, non posse singulos in sua causa hoc priuilegio non vti secundum fidem conuentionis, habitæ cum alio, quia nihil ea Res præjudicat priuilegio vniuersali, & singulorum non est eadem ratio, quæ Vniuersitatis, *l. 2. & l. 7. §. 1. ff. Quod cuiusque Vniuers.*

118 Hæc sunt vrgentiora, quæ nostro objicium nt Priuilegio omnes ferè Scribentes, volentes hinc inde aliquas pernicioſas sub inferre consequentias, quas, vt radicitùs vitemus his satisfacere curabimus, quod, vt commodiùs assequamur sit.

## §. IX.

## Diuino, an Humano Iure sit Fori Ecclesiastici introductum priuilegium? & an illud ad Ius Publicum referri debeat?

119 QVum Aduersariorũ robur, eorumque vim ad instantias in Nos sibi sumẽdas duobus principaliter niti perspexerim I. Prescriptionem scilicèt Fori Ecclesiastici nõ esse Diuino introductũ Iure, sed Imperatorũ indulgẽtia. II. Fori istius priuilegiũ ad Ius publicũ nõ pertinere, ista diluere proposui, vt nugas istas facile vitare possimus.

120 Præsuponendũ I. est priuilegium hoc propriùs *Immunitatem* vocari, quasi sinè vllo munere, aut onere erga laicos à principio existens, non verò debet *Exẽptio* appellari, quia verbũ hoc supponit præcessisse Subiectionem, quàm nusquam erga Temporales Dynastas verificari posse, respectu Personarũ, & Rerũ Ecclesiasticarũ, quoties Sæculares Principes legitimè operati sunt, attẽto Diuino, & Humano Iure, ex mox dicendis liquidò constabit, & alibi non leuiter probamus, Obseruatque à rigorosa vocabuli significatione Franc. Bord. *dec. Pisc. 106. tom. 4. suor. oper. in nouiss. edit. Lugdun. 1665.*

121 II. Præsupponenda, & reuocanda huc est Iuris Vniuersi Diuisio à nobis proposita

hac

hac *ead. quæſt. §. 4.* eaque retenta præmonemus: Quod omnes Iuris publici partes principaliter agũt de Publica Vtilitate, etiam ſi illi hinc plurimum emolumenti ad priuatos ſingulos deriuetur. Balduin. *in dict. §. 4.* Ioan. Corraſ. *in d. l. 1. §. huius Studij, verb. Spectat. ff. de Iuſt.* eà nimirum de cauſa quia illarum rerum ad Ius Publicum pertinentia, proprietas penes Rẽpub. vſus verò Priuatorum commodis deſeruit, annotante Vinnio *dict. cap. 1.* vt patet in Eccleſijs, quas omnium intereſt, in Rep. eſſe *Nouell. 17. cap. 4.* Sacerdotes habere Sacra miniſtraturi *l. Interclaras 8. C. de Summ. Trinit. & Fid. Cath.* quamvis in ipſorũ cedat Sacerdotum vtilitatem; nullum etenim poteſt Ius Publicum aſsignati, quod in Priuatorum vtilitatem ſecundariò non reſultet.

122 Quod vt commodiùs omnibus innoteſcat præſupponimus III. ex Chriſtophoro de Anguiano *lib. 3. de Legib. controu. 1. nu. 23.* & ex Franc. Valente *in Concord. Iur. Pont. part. 2. diſp. 3. quæſt. 1. ſect. 1. num. 5. pag. 160.* dupliciter accipi poſſe bonum commune Publicum, & Priuatum. I. quatenus Communitati primariò deſeruit, ſecundariò autem membris, quibus conſtat, in quà conſideratione Dominium boni, ſeu Iuris illius non eſt in Perſonis, ſed in Communitate, *§. Sacræ, & §. Vniuerſitatis, Inſtit. de Rer. Diuiſ.* II. autem, quando primariò perſonas reſpicit particulares, & deinde Communitatem, cuius illæ exiſtunt membra, quod exemplificant in Sacerdotibus, Magiſtratibus, propulſatione violẽtiarũm, calumniarum, & falſitatum inter litigantes, quæ quidem omnia ad Bonum Cõmune, & Ius Publicum referunt, ex *l. 3. & 5. ff. de Iuſt. & Iur. §. 4. Inſt. eod.* & probatur ex illo *Gen. 47. 20.* ibi: *Quibus* (Sacerdotibus) *& ſtatuta cibaria horreis publicis præbebantur.*

123 Nùnc autem ex hoc nuper firmato principio facillimè probamus Fori Eccleſiaſtici priuilegium ad ius ſpectare publicum, nàm ad illud Sacerdotium pertinere, jam vidimus. Ergò quidquid ad ipſius Sacerdotij conſeruationem, & augmentum pertinere conſtiterit, ad Ius publicum ſpectare in comperto eſt, argument. Text. *in l. Quod bonis 5. §. fin. ff. ad l. Falc. & in l. Si optio, ff. Qui, & à quibus.* Eidem Tribuentium Iuri augmentum, & Dominationem rei, ad quod eſſentia, & exiſtentia ipſius ſpectat, vndè ad idem pertinere Publicum Ius Sacerdotum priuilegium perſpicuè ſequitur, quia ad illud Sacerdotium pertinet. Videnda. Thom. Delbene *de Immun. tom. 1. cap. 1. dub. 2. ſect. 2. à num. 19.* plures referens. Cui nouiſsimè addimus D. D. Eman. Gonçalez *in dict. cap. Si Diligenti, num. 2.*

124 Secunda autem tituli pars (à Iure videlicèt Diuino Priuilegium hoc immediatè procedere) vt liquidò demonſtretur, reuocanda huc quoque eſt à nobis ſupra §. 4. facta Diuiſio Iuris in Diuinum, & Humanum, rurſuſque Ius Diuinum in Na-

turale sub diuidi, & Positiuum; hinc que Ius Diuinum in hoc sensu dicetur semper, quod per ipsum Deum, aut Christum, siue mediatè, siue immediatè sancitum est, quia non à subjecta materia, sed à Iure denominationem sumit. Ius verò Humanum est, quod principijs naturalibus, aut Ciuilibus, hominibus innotescit. Quibus hic iterum breuiter prælibatis sit.

125 I. Conclusio Priuilegium Fori Personis, & Rebus competens Ecclesiasticis, à Iure Diuino Positiuo prouenit immediatè. I. Probamus ex adductis §. 4. nunc que ex Text. *in cap. Quanquam, de Censibus in 6.* ibi: *Cum igitur Ecclesiæ, Ecclesiasticæque Personæ, ac res ipsarum non solum Iure Humano, quinimo, & Diuino à Sæcularium Personarum exactionibus sint immunes, &c. cap. Non minus, de Immunit. Ecclesiar.* cum alijs infra referendis.

126 II. Autem ratione probatur. Priuilegium Fori ab eodem prouenit Iure, à quo Potestas ipsa deriuatur, cui illo gaudens subjicitur, sed Personæ, & Res Ecclesiasticæ Potestati sub sunt Ecclesiasticæ, ipsaque subjectio à Iure Diuino Positiuo immediatè emanat. Ergò Forum hoc à Iure isto immediatè prouenit. Consequentia ex præmissis sequitur, minor ex secunda concl. perspicua redditur, & ex luculenter supra adductis Maj. probo ex Philip. Decio *in l. ult. num. 1. ff. de Iurisdict. & cons. 283. num. 8.* & ex eo Aym. Crauetta, Gozadin. Petr. Surd. Bouer. Andr. Gail. Anton. Thesaur. Alderano Maschard. Card. Tuscho, & Carol. de Grass. Thom. Carleual *de Iudicys, tom. 1. libr. 1. tit. 1. disp. 2. q. 2. num. 128. vers. Secundum item caput*, cui addo Innocen. *in Rubr. de Consuet.* ubi Ant. de Butrio *vers. & nota.* Cuman. *cons. 139. col. 2. in princ.* Paul de Castro *cons. 64. col. 2.* & cum alijs Ioan. Petr. Monet. *de Commutat. vltim. volunt. cap. 5. q. 2. num. 116.*

127 III. autem probamus Conclusionem nostram ex ipso Diuino Iure, ex quo apertissima dedi Testimonia *hac eod. q. §. 4.* quibus annecto Gen. 47. 20. ubi refertur. *Emit igitur Ioseph omnem terram Ægypti, vendentibus singulis possessiones suas præ magnitudine famis, subjecitq; eam Pharaoni, & cunctos Populos eius à nouissimis Terminis Ægypti, usque ad extremos fines eius, præter Terram Sacerdotum, quæ à Rege tradita fuerat eis, quibus, & statuta cibaria ex horreis publicis præbebantur, & idcirco non sunt compulsi vendere possessiones suas.* Cuius rationem reddens Franc. Bord. *tom. 4. suor. oper. decis. Miscell. 106.* eam esse tradit, quia eo ipso, quod ad Dominium translata fuerunt Sacerdotum, Iura Immunitatis possessiones illæ acquisierunt, Iure Diuino, quo prohibente venum ire compellere non poterat; contra Ius namque Diuinum nulla potest Humana cadere dispositio, ut ipse optimè adnotauit.

128 Vlteriusque probatur Iure Diuino Immunitas hæc clariùs *ex Num. 3. 45.* ibi: *Eruntque Leuitæ mei.* Leuitæ autem Ecclesiasti-

ſiaſtici erant ex Diuina Inſtit. ut *ex eod.cap.verſ.6* & paſsim patet, quibus annecto 1.*Eſdr.*7.23. ubi Opulentiſsimum illum Monarcham Artaxerxem, quamuis Cæca obrutum Idololatriâ, ſic Eſdræ Sacerdoti ſcripſiſſe refertur: *Omne, quod ad Ritum Dei Cæli pertinet, tribuatur diligenter in domo Dei Cæli, nè fortè iraſcatur contra Regnum Regis, & filiorum eius: Vobiſque notum facimus de Vniuerſis Sacerdotibus, & Leuitis, & Cantoribus, & Ianitoribus, & Nathinæis, & Miniſtris domus Dei huius, vt Vectigal, & Tributum, & Annonas, non habeatis Poteſtatem imponendi ſuper eos, &c.*

129 II. Idem probamus Priuilegium Iuris Canonici, Sanctorumque Patrum repetitis Teſtimonijs. Hieron. relatus *in cap. Duo ſunt* 7.12.*q*.1. refert duo genera Chriſtianorum, ſub I. que ponit Clericos, ſub ſecundo Sæculares, & Laicos: Clerici ſunt ſignificati per Abel, qui erat Paſtor Ouium, & inter Clericos præcipuus Sacerdos Paſtor vocatur, quia verbo Dei, & Sacramentis habet educere, & paſcere Fideles, qui illius Oues ſunt ſecundum Spiritum, quam obrem Chriſtus D. dixit Petro: *Tu es Paſtor ouium, paſce Oues meas, &c. ut Tract.*3. Intiùs dicam. Munera ergò Abel benedixit, & ſingulari Priuilegio Sibi dicauit, dicandoque à quocumque exemit uſu Laico, declarauitque immunes eſſe ex natura rei à quocumque onere, & Poteſtate Laica, neque enim ſemel Deo dicata profanis uſibus applicari poſſunt, *cap. Eccleſiæ de Immunit.* expreſſeque Immunitas hæc deciditur de Iure Diuino *in dict.cap. Quamquam, de cenſ. in* 6. ibi: *Eccleſiæ, Eccleſiaſticæque Perſonæ, & res ipſorum non ſolum Iure Humano, quinimo, & Diuino à Sæcularium Perſonarum exactionibus ſint immunes, cap. ſi Imperator.* & ibi Gloſſ. *verb. Diſcuti* 96.*diſt. cap. Sacerdotibus, & cap. Sylueſter.*11.*q*.1. *cap. Tributum* 23.*q*.8. *cap. Nimis*, & ibi Abb. *in fine, de Iur. Iur.* Concil. Trid. *Seſſ.* 25.*cap.*20. ubi decernitur Immunitatem hanc Dei ordinatione, & Canonicis Sanctionibus inſtitutam eſſe, cum alijs conſultò omiſsis.

130 III. Hanc ſententiam non ſolum veriorem eſſe cenſemus, ut quam plures docent apud Dianam *par.*1. *tract.*2. *de Immun. reſol.*1. & communem inter Theologos, & Canoniſtas atteſtante Cabedo *par.*2. *deciſ.*83.*num.*10 & Rot. Rom. *in una Albanen. Gabellæ* 28.*Iunij* 1630. coram Merlino, ſed probabiliter eſſe de Fide ex adductis Sacr. Scripturæ auctoritatibus exiſtimamus. Bordon. *dict. deciſ.*106. *num.*3. Communiorem autem eſſe noſtram hanc ſententiam, & ab omnibus ſequendam fidelibus ſinceram veritatē amantibus, & nugas Hæreticorum fugientibus, eorumque cauilationes, & technas odientibus comprobamus ex adductis *Fundam.*1. *q*.3.§.1. *verſ. Hinc jam.* & docent quam plures adducti à Zenedo *Collect.*57. *ad Decretum, num.*1. & prope in numeri laudati à Farin. *de Inquiſit.q*.8.*num.*2. Bovadilla *in Polit.*

*Polit. lib. 2. cap. 18. num. 17.* Zeuall. *Commun. Opin. q. 550. in princ.* Seſſe *de Inhibit. cap. 8. §. 1. num. 11.* Anaſtaſ. Germon. *de Sacr. Immunit. lib. 3. cap. 15.* Martha *de Iuriſdict. p. 2. cap. 6. à num. 1. ad 26.* Boetius Epoü Friſius *in Commentar. de Iur. Immunitat. Eccleſ. num. 11. & 12.* Iodocus Coccius *in Theſaur. Catholico, 1. p. lib. 7. art. 22.* plura ex Sacris Canonibus,& Patribus adducens ad comprobandam Fori Eccleſiaſtici introductionem à Iure Diuino emanare, addendique ſunt Gloſſ. Felin. Gofred. Ioan. Andr. Abb. Alciat. Decius, Oldrad. Barbatia, Rolan. à Valle, Burſatus, Couarr. Nauarr. Petr. Rebuff. Stephan. Aufrerius, Alvar. Pelag. Ferdinand. Vazq. de Menchaca, Roman. Ioan. Garcia, Alderan Maſchard. Tyber. Decian. Bellarmin. Bozius, Viuius, Azor, Duard. Ioan. Franc. Fagnan. adducti à Ioan Maria Bellet. *Diſquiſit. Clericalium, par. 1. tit. 1. de Fauor. Clericor. perſonal. §. 1. num. 18. & ſeqq.* cui addo Bellug. Ioan. Oroſc. Camill Bortell. Ioan. Gutierr. Azeued. Carol. de Graſ. Anaſtaſ. Germon. Petr. Barboſa, Ioan. Azor, Alexand. Ambroſin. Mart. Scaccia, Bovadill. Cabed. Surd. & Franc. Suarez, relatos à Carleual. *de Iudic. tom. 1. lib. 1. tit. 1. diſp. 2. q. 6. ſect. 1. num. 395.* eique annecto copioſam, & celebrem deciſ. S. R. Rom. *in una Barchinon. exemtionis 13. Iunij* 1646. coram Corrado, ubi quam plures alias Deciſsiones, Iura, & DD. allegat *verſ. Quia inconcuſſum*, quæ eſt apud Dian. *p. 8. poſt tract. pag. mihi* 683. videndusque eſt ipſe Diana *par. 1. tract. 2. reſol. 1. & p. 4. tract. 1. reſol. 21. & p. 5. tract. 1. de Immunit. reſol. 21. & p. 7. tract. 1. reſol. 2. & 7. Summ. oper.* Dian. *verb. Immunitas Eccleſiaſtica, num. 2. & 3.* Delbene *de Parlam. dubit. 27. ſubſect. 2. verſ. Sexto denique.* Martin. Bonacina *tom. 2. diſp. 10. p. 2. §. 1. num. 3.* Barb. *voto 120. num. 19. tom. 2.* & cum innumeris Alex. Sperel. *Deciſ. 37. num. 1. & ſeqq. p. 1. & deciſ. 181. per tot. p. 2.* & licèt apud iſtos alij aliter ſentiant, quoad bona temporalia, & Bona Clericorum, affimantes Iure Pontificio Poſitiuo tantũ exemta eſſe à Sæculari Poteſtate. Soto *in 4. diſt. 25. q. 2. art. 2.* Couarr. *Pract. QQ. cap. 31. num. 2. & 3.* Franc. Victoria *de Poteſt. Eccleſ. Relect. 1. q. vltim.* Ioan. Medina *in C. de Reſtit. q. 1.* Bellarm. *tom. 2. controuerſ. 2. Gen. lib. 1. cap. 28.* Bovadill. *in Politica, lib. 2. cap. 18. numer. 35.* Seſſe *de Inhibit. cap. 8. §. 1. num. 21.* Ioan. Garc. *de Nobilit. gloſſ. 9. nu. 1.* Omnia congerens teſte Zeuall. *q. 550. in fine*, noſtra tamen ſententia ab eis optimè corroboratur.

131 Rationem autem eius adducit Bellet. *dict. §. 1. num. 40. in edit. 1655.* in alijs autem deeſt, ubi ſic ait: *Cur autem exemtio Perſonarum Eccleſiaſticarum quoad omnia ſit de Iure Diuino, ea eſt ratio præcipuè, quod quum Eccleſiaſtica Poteſtas ſit à Chriſto Ieſu D. N. Lege Euangelica conſtituta ſupernaturaliter, & Petro Principi Apoſtolorum, eorumque Succeſſoribus, non autem Principibus Laicis commiſſa, eaque*

circa

*circa ſpiritualia verſetur.* Nauarr. *in Relect. cap. Nouit. de Iudic. not. 3. tit. Poteſtas Eccleſiaſtica, & Laica ut differant. num. 96. conſequens eſt ut ad Eccleſiaſticam, non Laicam pertineat Iuriſdictio in Perſonas Eccleſiaſticas, quæ corpus, & animam in ſortem Domini tranſtulerunt, & Dei ſeruitio dedicarunt 12. q. 1. cap. Cui portio, & ſic res ſpirituales, & de eius foro effectæ ſunt. Qua ratione uſus eſt Hoſtien. in cap. 2. de Maior. & Obed. quæ à Ioan. Andr. Imola, & alijs probatur, & à nemine ibidem improbatur: eandem adducunt Oldrad. conſ. 83. num. 5. Marian. Soccin. in cap. 2. num. 3. de For. Compet. & alijs hanc opinionem comprobarunt firmis rationibus, & ex pluribus Sacræ Scripturæ locis deduxerunt. quæ, quum ex ſupradictis, & ex alijs auctoribus peti poſſint, in præſenti libenter prætermittuntur, quum apud Viros luſtos, æquique obſeruantes ſufficere debet hanc eſſe probatiſsimam, & receptiſsimam opinionem, eamque exploſis cauillationibus, callidiſque interpretationibus probari in cap. Si Imperator. 96. diſt. in cap. Quamquam, de cenſ. in 6. & in Concil. Lateranſ. ſub Leon X. Seſſ. 9 de Reform. verſ. Cum à Iure, & nouiſsimè ex Concil. Trid. Seſſ. 25. de Reform. cap. 20 uli dicitur, Immunitatem Eccleſiæ à Perſonarum Eccleſiaſticarum Dei ordinatione, ac Canonicis Sanctionibus conſtitutam eſſe, &c.* hucuſque Doctiſsim. ille, & Illuſtriſs. Hieracenſ. Epiſcopus.

132 Et licet opponi poſsit non eſſe locum Sacrum expreſſe hanc Fori Immunitatem concedentem, non tamen obſtat. Reſpondetur enim, non omnia ad ſalutem, & Eccleſiæ Statum neceſſaria in Scripturis haberi, ut patet de Materia, & Forma aliquorum Sacramentorum, quæ non niſi per Traditionem ab Apoſtolis ad Nos peruenerunt, & tamen illas de Iure Diuino eſſe, nemo ex Catholicis hucuſque negauit, quod ipſum de fori priuilegio venit affirmandum, ut veritati Conciliorum conſulatur, aſſerunt enim eſſe de Iure Diuino Granad. *in 3. par. contr. 9. tract. 4. diſp. 4. ſect. 2. num. 16.* Diana, & *Summa eius operum locis ſupra citatis.*

133 II. autem etiam poteſt opponi aſſertio Grauiſsimorum in Sacra Theologia DD. expreſsè docentium ab Imperatoribus hãc Fori Immunitatem immediatè procedere nam Mich. de Palat. *in 4. diſt. 25. diſp. 5.* priuilegium hoc Fori, primum conceſſum eſſe à Conſtantino Piiſsimo Imperatore, aſſerit, quam eandem ſententiam attribuit Subtiliſsimo D. Scoto Paul. Comitolus è Soc. Ieſu *lib. 1. Reſp. Moral. q. 93 in illis verbis: Grauiter errauit Scotus in 4. ſent. diſt. 13. quæſt. 2. qui priuilegium exemtionis à Foro Laico in cauſa ſanguinis aut Eccleſiæ datum eſſe à Conſtantino,* à quo Scotum vindicat Franc. Bordon. *Deciſ. Miſcell. 107. dict. tom. 4.* qui ipſius Scoti verbis relatis ex eis (concludenter ni fallor) ſubtiliſsimum D. contrarium omninò docuiſſe, demonſtrat, quem adi; alij autem, & à Iuſtiniano emanare docent prædictum priuilegium. Salgad. *de Reg. Protect. tom. 1. part. 1. cap. 1. prælud.*

*prælud.* 1. *num.* 51. & suadentur *ex Auth. Statuimus, C. de Episcop. & Cleric. Auth. ut Clerici apud proprium Episcopum,* cum alijs prope innumeris.

134 Quæ non obstare adserimus; Respondetur enim illa, & omnia Iura alia sæcularia, quæ in illius opinionis comprobationem adduci possunt esse ipsius fori declaratoria, non verò denuo concedentia priuilegium, quod ab Imperatoribus non fuit indultum dispositiuè, sed declaratiuè, *cap. Sacerdotibus* 11. *q.* 1. Gloss. *in cap. si Imperator. verb. Discuti* 96. *dist.* Abb. *in dict. cap. Siquis, num.* 2. ubi etiam Felin. *num.* 1. & communiter DD. *de Maior. & Obed.* Barbatia *dict. cons.* 45. *num.* 1. Alex. de Næuo. *cons.* 50. *num.* 2. Surd. *cons.* 396. *num.* 14. *vol.* 2. cuius duplex est ratio. I. adducta à Gloss. nuper allegata, quod scilicèt, antequam emanasset Constitutio Imperialis erant Clerici exemti, & liberi à Iudice Sæculari. Bald. *in dict. cap. Siquis, num.* 5. Rolan. *dict. cons.* 4. *num.* 7. Surd. *dict. num.* 14. Bellet. *dict. §.* 1. *num.* 25. cui addo Prosper. Fagnan. *in cap. Cum contingat à num.* 19. *usque ad* 72. *& seqq.* & precipuè *num.* 128. *& in cap. Nullus, num.* 4. *de For. Compet.* & meliùs *in cap. Cum non ab homine, num.* 66. 79. *& seqq.* ubi præcipuè probat ex Gloss. *in cap. si Imperator* 96. *dist.* Bal. *in Auth. statuimus in princip. C. de Episcop. & Cleric.* & Rota Rom. *in Lucana Iuris Patronat.* 4. *Iunij* 1607. *coram Coccin.* apud Farin. *decis.* 241. Nosque intrinseca ratione probamus, attenta nimirum Donationis natura, quam in liberali alicuius rei propriæ datione absque aliqua obligatione consistere docemur ex Text. *in l. Senatus* 35. *ff. de Don. caus. mort.* & explicat Bonac. *in Summ. tom.* 2. *de Contract. disp.* 3. *q.* 13. *punct.* 1. *prop. unica.* Molina *de Iust. & Iur. tom.* 2. *tract.* 1. *disp.* 273. *numer.* 1. Filluc. *tract.* 34 *cap.* 2. *q.* 1. *num.* 28. Sed Potestas hæc nusquam legitimè Imperatoribus competit, ut latè millenis in locis per opus probamus. Ergò non potuerunt ipsi eam concedere, & si aliquando eam habuerunt tyrannicè fuit, restituereque proprio Domino tenebantur, ut salui facti essent, undè Donatio argui non potest, tùm quia Donatio præsupponit Iustum Dominium, quod Tyranni non habent, ut etiam probabo alibi, tùm, & quia quum restitutionis causa facta sit vera nequit appellari Donatio ex traditis ab Illum. Moron. *resp.* 6. *num.* 4. *& seqq.* Bellarm. *contra Paul. Seruitam, fol.* 7. *ex* 1. *ad Timoth.* 5. ubi probat, quod quamuis à Constantino priuilegium hoc acceptatum primo appareat, tamen in Concil. Aquil. & Matisconen II. dicitur ortum eam habuisse à tempore nascentis Ecclesiæ.

135 II. autem ratio est, quia si vera esset opinio affirmantium priuilegium hoc ab Imperatoribus prouenire, falsas necessario affore tot Sacrorum Conciliorum, & Patrum assertiones à Nobis supra adductas, quibus passim inculcatur priuilegium esse de Iure Diuino, nam eo ipso, quod

Im-

Imperatoribus hanc Omnimodã Donationem attribuunt, Poteſtatis iſtius Auctorem eſſe Chriſtum denegant, quia vera donatio poſſeſsionem rei donatæ pleno Iure competentem Donatori præſupponit, vt nuper diximus, qui autẽ pleno poſsidet Iure, Dominus rei priuatiuus, & abſolutus eſt, *l.1. C. de reuocat. donat.* Menoch. *de recuper. Poſſ. rem. 13. num. 9. & 10.* ſed eiuſdem rei poſſeſsio pleno jure competens penes Duos in ſolidum ſtare nequit, *l. Duo, ff. de præcar. l. 3. §. Ex contrario, ff. de acquir. poſſeſſ. l. Si vt certo, §. fin. ff. commodati*, Bald. *conſ. 486. circa fin. vol. 1.* Calder. *conſil. 5. de cauſ. poſſeſſ. & propri.* Ial. *in l. Stipulatio iſta, §. Hoc quoq. num. 2. ff. de Verb. Oblig.* Ergò ſi Imperatores hanc Fori præſcriptionem Eccleſiæ, Eccleſiaſticiſque perſonis conceſſerunt, eis priuatiuè, primariò, & in ſolidum Poteſtas Eccleſiaſtica competebat. Ergò Chriſto numquam Iure proprio competijt. Conſeq. vltimam probo. Ideò hanc Fori præſcriptionem Iuri Diuino præcipuè attribuimus in Lege Gratiæ, quia ab immediata Chriſti D. conceſſione prouenit, vt *tract. 1.* latè probatum eſt. Ergò Negantes à Iure Diuino procedere Poteſtatem Eccleſiaſticam, Præſcriptionemque Fori, negant hanc Chriſto competijſſe Poteſtatem, eamque Fori præſcriptionem conceſsiſſe, aut concedere potuiſſe.

136 Nec inſtantiam obuiabunt Reſpondentes Poteſtatem Eccleſiaſticam Chriſto D. competentem fuiſſe habitualem, non verò actualem, & potuit ideò penes Chriſtum D. manere directũ ipſius Poteſtatis Dominium, manente Imperatoribus plena eius poſſeſsione perpetua, quà mediãte ad libitum diſponere de illa potuerunt, reſeruato ſemper Chriſto Supremo illo directo, ſeu habituali Dominio, nàm cenſetur quaſi Feudum perpetuum, quod redigitur ad inſtar Proprietatis, & appellatur Francum, de eoque liberè Feudatarius diſponit. Proſper. Fagnan. *in cap. Quod in Eccleſiarum, num. 54. de Conſtit.*

137 At non ſatisfacturos Aduerſarios reſpondeo, negando Suppoſitum, Chriſtus enim D. fuit verè Pontifex Max. exercuitque Supremam Eccleſiaſticam Poteſtatem, & eam conceſsit Petro, & Succeſſoribus legitimis, vt *tract. 3.* latè probabo. Nec difficultatem Sacrorum Canonum euadent Molinam ſequentes, *de Iuſtit. & Iur. tom. 1. tract. 2. diſput. 31. num. 6.* vbi reſpondet: Concilia, & Patres ſumere Ius Diuinum latè pro Canonico, nàm præterquàm, quod Ius Diuinum *citatis locis* diſtinguitur ab Humano, & conſequenter à Canonico (ex præmiſsis) hæc reſponſio nullo pacto aptari poteſt Concilio Tridentino, Diuinam Ordinationem à Canonicis Sanctionibus expreſsè diſtinguente, vt rectè adnotauit Summ. Oper. Dian. *dict. verb. Immunitas Eccleſiaſtica, nu. 2. circ. finem in vlt. edit. 1660.* cuius ſolutio, irrefragabilis eſt attento Iuridico principio, quo docemur, nullum eſſe, aut Iota in Legibus, De-

cre-

cretis, aut Constitutionibus, & præcipuè Conciliaribus Verbum otiosum, & quod propriam, & peculiarem significationem nõ habeat. Roman. *cons.* 295. *col.* 2. *vers. Præterea.* Paul. de Castro. *cons.* 164. *colum.* 2. *vers. Et si dicatur, lib.* 2. Aym. Crauetta *cons.* 84. *num.* 12. Tusch. *PP. Concl. tom.* 7. *litt. S. concl.* 895. *num.* 16. *& tom.* 8. *litt. V. concl.* 85. *num.* 29.

138 II. Conclusio Priuilegiũ hoc Fori Ecclesiastici, accidentalem formam, & extensionem ab extrinseco informantem, à Iure Humano Positiuo accepit, quę ex suprà adductis facilè probatur; nam Ius Humanum Positiuum diuiditur (vt vidimus) in Ius Canonicum, & Ciuile, sed vtrumque illud Fori priuilegium ampliarũt, ergò, &c. Minorem minutatim per partes probo.

139 Quoad Ius Canonicum probatur ex tota 11. *q.* 1. ubi plurimæ Pontificum Decretales Epistolæ, & Conciliorum Decreta istud explicantia Forum, adducuntur, addendique sunt Text. *in Can. Denique, & omnibus ferè alijs* 96. *dist. cap. Decernimus* 2. *cap. & si Clerici* 4. *cap. Cum non ab homine* 10. *cap. Qualiter* 17. *de Iudic. cap. si diligenti* 12. *cap. Significasti* 18. *de For. Compet. cap. Seculares eod. in* 6. *cap. si Iudex laicus* 12. *de sent. excom. in* 6 Concil. Trid. *Sess.* 25. *de Refor. cap.* 20.

140 Iure verò Ciuili Auth. *Statuimus, C. de Episcop. & Cleric.* Auth. *apud quos oporteat causas dicere, tit.* 8. *Collat.* 6 Auth. *Vt Clerici apud proprios Episcopos, tit.* 12. *ead. coll.* per quæ correcta esse omnia Iura Ciuilia Iurisdictionẽ laicis in Clericos, seu eorum bona concedentia ibidem docuit Bald. quem communiter Scribentes sequuntur.

141 Summi Pontifices priores fuerunt in confirmanda Immunitate suis Clericis, quàm Reges, & Imperatores, nam Cajus Pap. *l. in Epistol. ad Felicem, anno* 283. hæc scribit: *Nemo vnquam Episcopum apud Iudices Seculares, aut alios Clericos accusare audeat.* Marcellin. qui ei successit de anno 296. hæc habet: *Clericum cui iuslibet Ordinis absque Pontificis supermissu nullus præsumat ad Seculare iudicium trahere, nec Laico quemlibet Clericum accusare liceat,* inter Imperatores, qui primo Catholicæ Ecclesiæ detulit fuit Cõstantinus, qui in Concilio Nicæno, anno 325. edito hanc immunitatem confirmauit, dum nonnullis Sacerdotibus eorum causas, & lites coram ipso decidendas offerentibus, hæc respondit, tanto Principe digna verba: *Deus Vos constituit Sacerdotes, & Potestatem Vobis dedit de Nobis quoque Iudicandi ideò Nos à Vobis rectè iudicamur; Vos autem non potestis ab hominibus iudicari, propter quod Dei solius inter Vos expectate Iudicium, vt vestra, iurgia quæcumque sunt ad illud Diuinum reseruentur examen: Vos enim Nobis à Deo dati estis Dij; conueniens non est, vt homo Iudicet Deos, sed ille solus, de quo scriptum est: Deus stetit in Synagoga Deorum, in medio autem eos dijudicat, & ideò his omissis, alia, quæ ad Fidem Dei pertinent*

abs-

*absque ulla animarum contextione discutitie.* Hæc Carranza *in Summ. Concil. ad Concil. Nicænum*, meminitque Ioan Bapt Fulgosius *lib. 1. de Relig. Cultu.* Rebuff. *in Rubric. de Protect. Concord.* Thom. Bozius *de Iur. Natur. & Diuin. Eccles. Libert. & Potest. libr. 2. cap. 17. pagin.* 205. ubi alios refert, ex quibus patet Fori præscriptionem Iure Diuino concessam esse Clericis, & primo confirmatam à Constantino Pijssimo Imperatore, ad cuius imitationem, & exemplum eam subsequentes corroborarunt suis Constitutionibus, nimirum Valentinianus, & Theodos. Can. *Continua* 4. 11. *quæst. 1. anno* 387. item Martianus anno 453. *l. Cum Clericis, de Episcop. Cleric.* & alibi pluribus. Igitur Imperatores propriè non concesserunt Clericis Immunitatem, Sed à Deo iam concessam suis procurarunt Constitutionibus confirmare, & extendere, ut optimè ratiocinatur, Bordon. *dict. decis. 107. num. 2.*

142 Quibus omnibus sartam, tectamque manere hanc Fori præscriptionem apparet, Imperatoresque Catholici istud Fori Priuilegium Diuino inniti Iuri agnoscentes, ab eo, quod usurpatum Priores habebant, Sese Posteriores abstinuerunt, illudque ità ampliari curarunt, ut ipsis, aliqui eius tribuant concessionem, ut vidimus, quum reuera tamen declaratio, & restitutio tantum sit, ut iam diximus.

143 Diuino ergo, & Humano Iure Positiuo Clericorum Personæ, & Bona à Principum Sæcularium Iurisdictione, & Potestate omninò exemtæ, vel rectiùs immunes sunt, undè nullus Princeps, vel Iudex Sæcularis Clericum quouis modo judicare potest, ut ex præallegatis juribus, & ex *l. 50. titul. 6. part. 1.* tradunt omnes Scribentes ad illa, quibus addi possunt Aufrer. Chasan. Guillelm. Benedict. Couarr. Bellug Borrel. Menchac. Tusch. Ioan. Garcia, Stephan. Gratian. Salced. Bouadilla, Menoch. Maranta, Tyber. Decian. Scacia, Farin. Boz. Ambrosin. Martha, Zened. Carol. de Graf. Bernard. Diaz, Ioan. Gratian. Dominic. Soro, Michael. Salon. *Molina*, Franc. Suarez, Leonard. Læs. & Sayr. relati à Carleual. *dict. sect. 11. num.* 392. quorum aliquos Grammatic. Alex. Roland. Guid. Pap. Aflict. Rot. Rom. & Tusch. allegat Bellet. *dict. §. 1. numer. 2.* addenduque est Prosper. Fagnan. *in cap. Eccles. S. Mariæ, num. 1. de Constit.* eique annecto Thom. Grammat. *Menchac.* Rot. Rom. Rebuff. & alios adductos à Thom. Boz. *de Iur. Natur. & Diuin. Eccles. Libert. & Potest. lib. 2. cap. 17. per tot.* Ex quibus Menchaca præcipuè *libr. 2. de Success. Creat. §. 22. limit. 28.* multis ampliat Conclusionem hanc, luculenterque ampliationes probat, quas per strictim Nos adhibebimus.

144 I. est in Clericis primæ Tonsuræ, quos eodem Diuino Iure Sæculari Potestati non subjici probat ex Batr. Abbat, Felin. Decian. Alciat. &

Alex. quam sub ampliat, licèt fuerit Vxoratus, vel bis Matrimonium contraxerit, *cap. vnic. de Cleric. coniug. in 6.* principalemque ampliationem colligunt *ex cap. Nullus, de For. Compet.* quam plures relati à Prosper. Fagnan. *ibidem num. 4.* qui *num. 16. & pluribus sequentib.* multipliciter hanc sub ampliat regulam, ad Ecclesiarum videlicèt seruitio deputatos, Familiam Clericorum, & alios.

145 II. ampliatur hæc Fori præscriptio quoad Clericos non incedentes cum habitu Clericali, & enormibus se delictis immiscentes, quos eo gaudere docet ibidem Menchaca ex Imola, Alciat. Alexand. & alijs Prosper. Fagnan. *in cap. Contingit el 2. num. 14. de Sent. excom.* ubi ob hanc causam ad Ecclesiasticum Iudicem mox remittẽdum esse; dummodo tamen Clericus à competente Iudice monitus habitum reassumere noluerit, tùnc namque Fori priuilegium perdere docet Menchac. & ab eo Thom. Boz. *dict. cap. 17. pag. 202.*

146 Hæ sunt principales ampliationes, aliæ namque non efficiunt generales regulas, sed sunt quasi illationes ab istis deductæ. Ampliandum videlicèt. III. in Clerico minoris ordinis se negotijs Sæcularibus immiscẽte, & enormibus delictis. IV. Quamuis Clericus captus à Iudice exceptionem non alleget. V. Tametsi Clericus in Minoribus Fori priuilegio renuntiet. VI. Licèt Testator Clericum in minoribus hæredem constituens coram Sæculari conueniri statuat. VII. & si adsit Consuetudo, quod renuntiante Clerico in minoribus constituto Laicus de eo cognoscat. VIII. Quamuis Ecclesiasticus negligens sit in Clerici punitione. IX. Denique ad Ecclesiasticum semper pertinere cognoscere, an sua sit Iurisdictio.

147 III. Conclusio præcedentium explicatiua, & corroboratiua. Clerici sunt de Iure Diuino immediatè subditi Ecclesiasticæ Potestati, quam sic probamus. Eo ipso, quod quis in Clericum ordinatur efficitur res Sacra, & Spiritualis in Sortem, ac seruitium Domini transfertur, ab omnique Laicali separatur usu. *dict. Can. cui Portio 12. quæst. 1.* Gloss. pen. *in dict. cap. si Imperator 96. dist.* Abbas *in dict. cap. Solitæ, numer. 4. & in dict. cap. 2. numer. 1.* ubi etiam Hostiens. *numer. 6. de Maior. & Obedient.* Soccin. Sen. *cons. 12. numer. 16. volum. 1.* Alexand. *cons. 8. numer. 1. vol. 1.* Roman. *sing. 414.* Azor. *dict. cap. 12. vers. & in dictis Capitibus.* Prosper. Fagnan. *in cap. Nullus 4. numer. 4. de For. Compet.* eisque in remunerationem fuit à Deo priuilegium hoc concessum, ut Potestati subderentur Ecclesiasticæ. Can. *Cum ad verum 96. dist. cap. Quanto,* & ibi Gloss. fin. *de Iudic.* Innocen. *in cap. Nouerint. circ. princip. de Sentent. excommun.* Bellet. *dicto §. 1. numer. 19.* Sed Potestas hæc immediatè pro-

prouenit à Deo, Can. *in nouo* 21. *diſt.* Can. *Legimus* 93. *diſt.* Can. *Sacroſancta*, §. *hæc verò* 22. *diſt.* Can. *Nouit. poſt med.* ubi Gloſſ. *verb. Iuriſdictionem*, & Abb. *num.* 11. 12. Dec. *numer.* 63. Nauarr. *numer.* 147. *extra de Iudic.* idem Nauarr. *de Spolijs Cleric.* §. 2. *ſub num.* 1. Sylueſt. *verb. Papa.* Iacobat. *de Concil. lib.* 6. *art.* 1. *num.* 4. Grammat. *conſ.* 1. *numer.* 34. *poſt Deciſ.* Soto *de Iuſt. & Iur. libr.* 4. *queſt.* 4. *art.* 1. *concl.* 1. *&* 2. Couarr. *PP. QQ. cap.* 1. *numero* 2. *concl.* 2. *& in Relect. Reg. Peccatum, par.* 2. § 9. *numer.* 6. *de R. I. in* 6. Rationemque adducit Bellet. *dict.* §. 1. *num.* 26. ex Abb. Petr. de Mont, Ioan. Capiſtran. Nauarr. & Couarr. & Nos fuſius alibi probamus. Ergò Clerici ſunt Iure Diuino Eccleſiaſticæ Poteſtati ſubditi, ergò Fori priuilegium eorum Bonis, & Perſonis competens eſt de Iure Diuino; Ergò nequit Iure Humano introductum eſſe, prout fatendum eſſet, ſi à Principibus Sæcularibus conceſſa eſſet ipſius Fori præſcriptio, ipſi etenim non à Deo immediatè ſed à Rep. ſuam acceperunt Poteſtatem, ut ſupra latè probaui, & nunc in his rigoroſis terminis loquentem addo Bellet. *dict.* §. 1. *num.* 28. ubi S. Thom. Sot. Caietan. Lel. Zech. Couarr. Nauarr. & Iacobatium adducit.

148 Conſequentias iſtas irrefragabiliter, & fortè ſingulariter probamus: Poteſtas in perſonas, & res Clericorum Iure Diuino, ex immediataque Chriſti participatione, & conceſſione à primo Militantis Eccleſiæ exordio, penes Eccleſiæ Prælatos, Supremoſque eius Magiſtratus priuatiuè reſedit. Ergò non potuit Imperatoribus, alijs ve competere Principibus Secularibus. Antec. liquet ex hucuſque dictis. Conſeq. probatur. Iuriſdictio eſt indiuidua, & non poteſt ideo integraliter uno, eodemque tempore, apud Duos Iudices, & Magiſtratus manere, ut ex Text. *in l.* 4. §. *Cato. ff. de verb. obligat.* tradunt communiter Legiſtæ. Abb. & Canoniſtæ *in cap. ut debitus honor. de Appellat. cap.* 1. §. *Paſtoralis, de reſcrip.* idem Abb. *in cap. Prudentiam, num.* 2. *de Offic. Delegati.* Felin. *in cap. Cum ex officio, numer.* 2. *de Præſcript.* Crauetta *conſ.* 411. *numer.* 1. *&* 6. & plures alij relati à Menoch. *conſ.* 1156. *num.* 50. *vol.* 12. Marth. *de Iuriſdict.* 1. *part. cap.* 18. *numer.* 1. Petrus Gregor. *Partit. Iur. Canonic. tom.* 2. *titul. de Elect. cap.* 5. *&* 6. *de Republic. lib.* 5. *cap.* 5. Salgad. *de de Reg. Protect. part.* 2. *cap.* 10. *num.* 89. Solorçan. *de Indiar. Gubernat. tom.* 2. *libr.* 3. *cap.* 17. *numer.* 44. quum non ſit Iuriſdictio vilioris, ſed ſublimioris conditionis qualibet alia re, eiſdem ſiquidem regulis, ac vita propria metitur: Oſaſc. *Deciſ.* 180. *numer.* 17. Mar. Giurba *Conſ. Crimin.* 49. *numer.* 16. & faciunt plura tradita à Capic. Galeot. *Reſp. Fiſcal.* 1. *numer.* 20. Sed nullius rei Dominium, & Poſſeſsio penes duos in ſolidum reſidere poteſt, ut ſupra probaui, nuncque addo Text. *in l. Si inter Me, & Te, ff. de Excep. rei judic.*

in illis verbis: *Quod si post rem judicatam à me petere caperis, interest, utrum meam esse hæreditatem pronuntiatum sit? An contra? Nam si meam esse, nocebit tibi rei judicatæ exceptio, quia eo ipso, quod meam esse pronuntiatum sit, ex diuerso pronuntiatum videtur tuam non esse.* Quem exornat copiosè Capic.Galeota *lib.2. controv. 35. per tot.*& conducunt tradita à Salgad. *de Reg. Protect. p.4. cap.9. à num.21. cum seqq.*

149 Quum ergò toties à Sacrosanctis Concilijs,& Patribus à Iure Canonico, & Sacris Expositoribus pronuntiatum sit priuilegium hoc esse de Iure Diuino, ex diuerso pronuntiatum est non posse de Iure Humano esse, ut ex nupero constat Textu.

150 Ex hucusque per hos *quinque §§.* sequitur, & ea re capitulando deducimus, nulla Cæsarea, vel Regia Constitutione priuilegium hoc tolli, imminui, aut infringi posse, quod apertè docent D.Couarr. *PP.QQ.cap.51. num.5.* Thom. Gram. *decis.29. num.12.* sed nec consuetudine ulla aboleri valet, quantacumque etiam vetustate nitatur. Marth. *de Iurisdict. part.4 cent.1. cas.24. num.6.* Rolan.à Valle *cons.4. num. 13. volum.1. & cons.23. num.9. vol.2.* Steph.Gratian. *discep.Forens. tom.2. discep.340. num.38. & 39.* Præ omnibusque probauit Rot.Rom. *decis.10. in Antiq. alias 839.* cuius verba ad litteram adducit Thom. Boz. *de Iur. Natur. & Diuin. Ecclesiast. Libert. & Potest. lib.2 cap.17 pag.206.* ubi pluribus hanc reprobat consuetudinem, invalidamque esse ostendit, & nullam.

151 Quinimo nec ipsum Pont Max. Priuilegium hoc Clericorum ordini in totum auferre valet, & Clericos in uniuersum omnes Iurisdictioni Magistratus Sæcularis subjicere haud quaquam potest Card.& Abb. *in cap. Perpensimus in repetit. de sent. excom. Rom. in singular. verb. Papa, vers. Quæro nunquid*, & ab eis Thom.Gramm. *Decis. Neapolit. 61. num.10.* Thom.Boz. *dicti.cap. 17.pag.199.* addentes,quod si Papa talem facultatem Sæcularibus concederet, adeo nullam, & invalidam affuturam, ut ex ea à peccato non excusarentur Sæculares Magistratus, vel etiam Principes, ut iam supra,& Nos diximus, nuncque comprobantes addo Petrũ Anton. Petram. *de Potest. Princip. cap.27. num.24. & 46.* Hieron. Schutfium *cons.44. numer.2. cons.1.* Matth. *de Iurisdict. part.2. cap.6. numer.26. & 30.* Thom. Gram. *dict. decis.29. numer. 11.* cuius ratio est, quia quamuis Summus Pontifex possit quoad aliquos Clericos priuilegium hoc derogare, eosque Sæcularibus subjicere Magistratibus, ut ipsi supponunt,& docet Prosper. Fagnan. *in cap. Cum non ab homine, num.66. & pluribus sequentibus*, tũncque non proprie derogare fori priuilegio dicetur, sed interpretãdo permitere,nam, quũ huiusmodi præscriptio à Iure Diuino(ut sępius repetitũ manet)

Papa

Papa nequit ei derogare, ſed tantùm interpretatiuè procedere, ut ratiocinatur Vazq. *in Opuſc. de Benefic. cap.4.§.2. art.1.numer.120.* Molfeſ. *in Summa, tract.6. cap.11. num.16.* Barboſ. *de Poteſt. Parrochi, p.1. cap.8. num.2.* Eruditè noſter Moez. *ſuper lib.1. Sexti Decretal. tit.4. & in cap. Conſuetudinem 1. num.6.25. & 26.* ubi dilucidè rem per tractat. Sed interpretatione nequit Ius, aut lex interpretata perimi, aut tolli. Bal. Din. Angel. Felin. & Tull. quibus ſubſcribit And. Tiraq. *in l. Si unquam, verb. Libertis, num.14. C. de reuoc. don.* & ab eo Franciſc. Carpio *de Executor. teſtam. lib.2. cap.5 num.6.* Ergò non poterit omninò Fori præſcriptionem Papa tollere.

## §. X.

## Quæſtionis titulo ſatisfaciens.

152 EXpeditiores nũc Quęſtionis reſolutionem aggredimur, firmatis omnibus, quæ ad eius intelligentiam conducere poterant, eamque ideo ſingillatim adhibere conabimur, non tamen minutatim, & ex profeſſo, hoc enim juſtum abſumeret Volumen non paruũ; Neceſſariaque ideo tantum præliḃabo.

153 Iudicijs ergò multipliciter differunt Eccleſiaſtica, & Sæcularis Iuriſdictio. I. agendi modo, judicat enim Eccleſiaſtica Poteſtas Spirituales cauſas, ut probatur ex tota 11.q.1. & ex copioſè adductis *§. proximè præced.* Sæcularis autem, Temporales, *cap. Nouit. de Iudic. cap.1. & cap. Cauſam quæ Qui filij ſint Legitimi.* II. Pœnarum impoſitione, Sæcularis enim, corporales infert pœnas primario, & directè, ut per *tot.23.q.5.* Eccleſiaſtica verò directè, & præcipuè Spirituales, *tota 11.q.3.* eleganter probat duas has differentias Greg. II. adverſ. Leon. Iſauric. Imper. ſcribens *Epiſt.2. quæ eſt ante editionem VII. Synodi*, dicens: *Si quiſpiam Te offenderit, Domum eius publicas, & ſpolias, ſolam illi vitam relinquens, tandemque illum ipſum, vel ſuſpendio necas, vel capite truncas, vel relegas, eumque longè à liberis, & ab omnibus cognatis, & amicis ſuis amandas. Pontifices non ita, ſed ubi peccarit quis, & confeſſus fuerit, ſuſpendij, vel amputationis capitis loco, Euangelium, & Crucem eius Ceruicibus circum ponunt, eumque tamquam in carcerem, in Secretoria, Sacrorumque vaſorum æraria conjiciunt in Eccleſiæ Diaconia, & in Cathecumenia ablegant, ac viſceribus eorum jejunium, oculiſque vigilias, & laudationem ori eius indicunt, cumque probè caſtigauerint, eumque fame afflixerint, tùm pretioſum illi demum corpus impertiunt, & Sancto illum Sanguine potant; & quum illum vas electionis reſtituerint, ac immunem peccati, ſic ad Dominum pium, inſon-*

*remque transmittunt. Vides Imperator, Ecclesiarum, Imperatorumque discrimen.*

154 Hinc Spirituale Gladium Ecclesiasticæ Potestati primariò, & actu competere dicitur. Can. 16. *quæst.* 2. Temporali autem Gladiũ materialem, Can. *non solum* 23. *quæst.* 5. Can. *Inter, ead. caus. quæst.* 2. Idem Greg. *ead. Epist.* 2. vbi prosequitur: *Persequeris Nos, ac tyrannicè vexas militari, carnalique manu: Nos inermes, ac nudi, qui terrenos, ac carnales exercitus non habemus, in vocamus Principem exercitus omnis creaturæ sedentem in Cœlis Christum, qui est super omnes exercitus supernarum Virtutum, vt immittat Tibi Dæmonem, sicut dicit Apostolus; tradere huiusmodi Satanæ in interitum carnis, vt Spiritus saluus sit. Nam vbi præclara commonitione adhibita, & doctrina Pontifices Deo exhibuerint Imperatores irreprehensibiles, & mundos à peccatis, & delictis, magnam apud Deum laudem, & gloriam obtinent in Sanctam Resurrectionem magnam, quo tempore res ipsas occultas, opera nostra in lucem prolaturus est in confusionem nostram coram Angelis suis.*

155 Ex cuius Sanctissimis Verbis tria Nobis obseruatione digna occurrunt I. Potestatem Ecclesiasticam numquam mortem naturalem rei, sed eius quærere Spiritualem vitam. S. Aug. *Epist.* 54. *ad Mac.* scribens: *Quãto magis Nobis displicet vitium, tantò minus volumus in emendatum interire vitiosum.* Optimè Bald. *in cap. Cum non ab homine de Iudicijs*, vbi ait, ex hac ratione Ecclesiam gradatim emendando procedere, & non fulminare degradando. Nec obstat Ananiæ, & Saphiræ exemplum communiter adductum, ex quo Heterodoxi crudelitate à principio Ecclesiã operatam esse, dicunt. Respõdet enim S. Hieronym. *Epist.* 8. *ad Demetr.* Correctionis exemplo diuinitus accidisse; *nam, & Apostolus* (ait Eminentior Purpura) *Petrus nequaquã eis mortem imprecabatur, vt stultus Porphyrius calumniatur, sed Dei Iudicium prophetico Spiritu anuntiat, &c.*

156 II. est proximo consonum; pœnas nimirum esse Spirituales. I. namque intellectum conuincere studet Ecclesiastica Potestas, quam corpus affligat, vt latè probat Guillelm. Beyer. *de Eccles. Hierarch. quæst.* 2. *cap.* 8 illud in comprobationem Apostoli subinducens 2. *ad Timoth.* 4. *Argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina*, inferensque præcipuam Ecclesiasticæ Potestatis efficaciam à doctrina pendere, quod eleganter pluribus comprobat Patribus. Potestas verò temporalis non à Scientia Diuina, & Prudentiali doctrina suum recipit vigorem, & auctoritatẽ, sed à materiali tantum coercitione, quàm latissimè prosequitur differentiam Guillelm. Beyer *dict. cap.* 8. vbi quàm plures adducit PP.

157 III. denique deducimus, eos, qui in Fide tepidiores sunt, vel suæ salutis negligentiores, ab Ecclesia nulla alia ratione

vrgeri, quàm excommunicationis comminatione, quæ Spiritualis eſt pœna, quàm vtique impœnitentibus inferendam, monent Apoſt. 1. *ad Corinth.* 12. Clemen. *Conſtit. Apoſt. lib.* 2. *cap.* 41. Cypr. *Epiſt.* 10. *& alibi paſsim.* Ambroſ. *lib.* 1. *de Pœnit. cap. vlt.* Hier. *cap.* 3. *Comment. in cap.* 6. *ad Galat. & in cap.* 5. *Zachar.* Aug. *Hom.* 50. & in numeri propè Conciliorum Canones, teſte Guillel. Beyer *dict. c.* 8 *pag.* 558. *Vbi autem excommunicationem Eccleſia inflixit* (inquit Cœleſt. III. *in cap. Cum non ab homine de Iudic.*) *Si excommunicatus in profundum malorum venerit, quũ Eccleſia non habeat vltra quid faciat, nè poſsit eſſe vltra perditio plurimorum, per Sæcularem comprimendus eſt Poteſtatem.* Vbi adnotanda eſt clauſula illa: *Quum Eccleſia non habeat vltra quid faciat, &c.* Quam de facto intelligendã eſſe, vt quam plures docent adducti à Proſpero Fagnano *in dict. cap. Cum non ab homine, num.* 30. At non rectè eos intelligere cenſeo, nam tùnc Pontifex, non de facto, ſed de jure locutus eſt, & pœnam, quam Eccleſia imponere poteſt in ſumo gradu ſuperiorem excommunicationem eſſe cenſuit, alijſque pœnis temporalibus hanc præpoſuit, & meritò, quia teſte Aug. *lib. de Correct. & Grat. cap.* 15. cuius ſententia refertur *in cap. Corripiant.* 24. *quæſt.* 3. Excommunicationis pœna in Eccleſia, nulla major eſt, vt fatetur Proſper. ipſe Fagnan. *in cap. Nuper, num.* 30. *de ſent. excommun.* eamque, annumerando omnes alias præceſsiſſe ſupponit, nam eſt incluſiua aliorum, quæ neceſſario præmitti debent, *l. Si vltra, C. de Fideicom.* & ex pluribus adductis à Barboſ. *Dict.* 428. *num.* 1. minora ergò, vel ſupponendo, vel paruipendendo, maiora, præcipuaque Eccleſiæ ſupplicia annumerauit Pontifex, poſtquæ nihil vltra conſideratione dignum in remedium adhibendum rectè cenſuit, quamvis enim exilia, triremes, & alia quam plurima poſsit imponere annumerata à Proſper. Fagnan. & eius Anteſignanis, quum tamen Carnalia ſint, eis Eccleſia non attendit, quia ipſius arma non carnalia, ſed ſpiritualia eſſe Cyril. Alex. docuit *lib.* 2. *in cap.* 6. *Ioann.* explicans Petri verba: *Domine ad quem ibimus, verba vitæ æternæ habes?* Vbi hac eleganti comparatione facta inter Arcam Domini à Sacerdotibus ſolemniter circumlatam tubarum ſonitu, & clamantium voce per Hiericuntina mœnia, & Chriſtum D. cuius Euangelium, & ſana doctrina ab Apoſtolicis viris per vniuerſum diffuſa eſt, ait: *Ipſe enim* (Chriſtus) *eſt, qui à Sanctis viris portatur, & omnem Diaboli vim euertit, non armis, ſed Clamore, & tuba, hoc eſt, Euangelica prædicatione, & conſenſu omnium populorum in rectitudine Fidei Dominum confitentis. quod in myſticis quoque rerum Diuinarum Celebrationibus impleri videmus, Pontificali tuba, hoc eſt miniſtrantis voce populo præunte: ità verò cadit, & conteritur Aduerſariorum vis, arma enim noſtra non ſunt carnalia,*

*ſed*

*ſed Potentia Deo.*

158 Et quamvis obſtare videatur, S. Aug. *de Fid. & oper. cap.* 4. docens: Peruerſiſsimam ſecuritatem Præpoſitis tribuere, vt ad eos non pertineat, niſi docere, quid cauendum, quid vè faciendum ſit, quodlibet autem faciat quiſque non curare. Cõtendenſque in Eccleſia malos tolerandos, quando corrigi non poſſunt, ſubdit ibidem: *Quum verò eis, per quos Eccleſia regitur, ad eſt ſalua pace Poteſtas Diſciplinæ, aduerſus improbos, aut nefarios exercendæ, tùnc rurſus, nè ſocordia, ſegnitiaque dormiamus, alijs aculeis præceptorum, quæ ad Se veritatem coercitionis pertinent excitandos Nos eſſe admonens.*

159 Aſſertioni noſtræ non obſtare Auguſtinum, reſpondetur, quippe, quum nequaquam Nos ab Eccleſia Iuriſdictionem coercitiuam excludere velimus, ſed ſolum Publicam Poteſtatem ei denegamus, quà videlicèt mox ſeuerè puniendo Sontem proceditur, nam Eccleſia priùs omnia remedia ſpiritualia lenitate adhibet, quumque illa non proficiunt grauiores adauget corporales pœnas, dùm verò, nec iſtæ ad emendationem ſufficiunt, vltimum, maiuſque remedium experitur, Excommunicationis videlicèt maioris, mucronem, quod ſi tam immedicabile ſcelus ſit, vt nec iſto reus conualeſcat, Sæculari tradit Poteſtati, vt eo ſublato membro, Chriſtianæ Reip. corpus eius contagione putreſcere deſinat. Quam ſolutionem, licèt cõfusè adhibitam, conciſsèque cõceptam adhibere voluiſſe video Guillelm. Beyer. de Eccleſ. Hierarch. *quæſt.* 12. *cap.* 8. *pagin.* 557. eamque ad æquatam eſſe Praxi Eccleſiæ cenſemus, & Verbis Aug. non leuiter repugnare apparet, adhùc enim inſtantiam dari in ſolutionem video, ſed quia latius alibi quæſtionem hanc ex profeſſo ſumus rurſus excitaturi, nùnc ab ea ſuperſedemus, reſpondendo breuiter, dupliciter Dom. commiſiſſe Petro Gubernium Eccleſiæ, aliter enim circa Agnos, & circa Oues aliter, illos paſcere tantum voluit floribus, & ſuaui doctrina, has paſcuis, bacculo, & funda, vt latiſsimè probat Ioſeph. Stephan. Valent n. *de Poteſt. Coactiua Rom. Pont. cap.* 2. ex qua benè intellecta diſtinctione, optima adſignatur, ni fallor, ſolutio, Clariorque ex infra adducendis, *§. Proximè ſequenti.*

160 Differunt III. Poteſtates ordinario Gubernio; nam licèt Vtrique paſcere conueniat; ſed Temporalis paſcit corporaliter, ſicut Chriſtus pauit turbas, Ioan. 6. Matth. 14. *&* 15. Marc. 8. Luc. 9. Gratian. *in Summ.* 39. *diſt. §.* 1. Regemque ideò Temporalem illum acclamare voluerunt, Ipſeque renuit, vt iam alibi dixi. Eccleſiaſtica verò Poteſtas paſcit ſpiritualiter 1. *Petr.* 5. *Paſcite, qui in vobis eſt, gregem.* Can. *Eſto* 95. *diſt.* Aliquando tamen corporaliter quoque paſcere debet, quum poteſt Eccleſiaſtica Poteſtas, vt *d. §.* 1. 36. *diſt.* dicitur.

His

161 His sic summatim, & quasi ad synopsim redactis, clariùs ea explicare decreuimus, vndè Potestates istas, materia, forma, modo procedendi, Pœnarum impositione, & personis differre sigillatim probamus.

## §. Final.

### Quomodo hæ differant Potestates Materiâ, Forma, & modo Iudiciario?

162 MAteria Iudicij has distingui Potestates constat I. quia inter ipsas magnum esse discrimen ait Iustin. Nouell. 82. & 86. ex quo Sacerdotium Diuinarum rerum Administratio; Imperium verò Humanarum rerum Gubernatio, Moderatioque sit. II. Ecclesiastica Iurisdictio, & Potestas est rerum ad doctrinam, & disciplinam Ecclesiæ pertinentium. Ciuilis, siue Politica rerum ad ciuilem societatem, vt jam abundè supra probaui, illa concernit animam, hæc verò priuatam, vel publicam vtilitatem in temporalibus. Iurisdictio, vt est Iuris dicendi Potestas in Ciuilibus negotijs, sine Iure Ciuili expediri non potest, at Ecclesiastica, siue Potestas Spiritualis est personarum, & rerum Sacrarum in Ecclesia, secũdùm Canones, vndè Ius illud, prout in eo Regulæ Ecclesiasticæ continentur, Canonicum vocatur. Can. *Nulli* 38. *hac* 25. *quæst.* 1. *cap.* 1. *de conſ.* cum alijs *alio Fundam.* latè adducendis.

163 Hinc quum Ciuilis Potestas, siue Iurisdictio corpori, & rebus; Sacerdotium verò animæ, ac spiritui potissimum seruiat. Can. *Duo sunt* 96. *dist.* harum Gubernatio vulgo dicitur Spiritualis, quia scilicèt spiritus, & animæ primariò tantùm est curatio; altera temporalis, quia non æternarum rerum, ac Spiritualium administratio est, sed externarũ potiùs, & corporalium, quæ ad temporariam hanc vitam pertinent, & pro tempore mutationem recipiunt. Can. *Valentinianus* 63. *dist.*

164 Quo ad modum, & formam procedendi etiam differentia est inter causas Sæculares, & Ecclesiasticas. Hinc I. tradit Grammat. *cons.* 42. *in princip.* quod Iudex Ecclesiasticus non tenetur stare processui Iudicis Sæcularis, quando ad ipsum delinquens remittitur, & est originalis doctrina Bald. *in Auth. Clericus quoque, n.* 11. & ibi Addit. *litt. A. & B. C. de Episcop. & Clericis.* II. Nam acta coram Iudice Sæculari facta etiã contra laicum, nullam faciunt Fidem coram Ecclesiastico Iudice, Martha *de Iurisd. part.* 4. *cent.* 2. *cas.* 169. *num.* 11. & generaliter Acta cuiuscumque causæ, & Iudicij facta coram Sæculari, nullam Fidem facere in Ecclesiasticis Tribunalibus, docent Alvar. Va-

Valasc. *Consult.* 65. Marth. *d. cent.* 2. *cas.* 139. *&* *cas.* 169. *num.* 7. *&* 8. III. de Iure Ciuili, quilibet esse potest testis siue vir, siue fœmina sit in causis criminalibus, dùm tamen examinis tempore idoneus sit. Steph. Aufrer. *in Tract. de Testibus, num.* 93. Roland. à Valle *consil.* 7. *num.* 13. *vol.* 1. Vldaric. Zas. *cons.* 3. *num.* 40. *vol.* 2. Paris. *cons.* 59. *num.* 4. *vol.* 4. Regner. Sixtin. *Consil. Marpurgens.* 10. *nu.* 48. *vol.* 2. Franc. Curt. *de Testib. concl.* 49. *num.* 37. de Iure autem Canonico, nedum Fœminæ, sed Laici aduersus Clericos non admittuntur. Felin. *in cap. At si Clerici, de Iudic. num.* 1. Thom. Grammat. *dict. cons.* 42. IV. quia differunt Instantiæ tempore, quod non esse idem de Iure Canonico, ac Ciuili, & obseruandum esse Clerico litiganti in foro Sæculari Instantiæ tempus Sibi de Iure Canonico debitum docet Marth. *loc. cit. casu* 32.

165 Est, & alia celebris diuersitas, quo ad modum procedendi inter vtramque Potestatem; Sæcularis namque extrema prolata sententia, mox, immediatèque eam executioni mandat, per suos Ministros, & apparitores. Ecclesiasticæ verò Potestati, postquam Excommunicationis maioris extremam profert sententiam, nihil in plurimum supereſse exercendum à Se dicitur, nisi, vt vel eos lugeat, ac pro ijs ingemiscat, quatenus ad saniorem mentem redeant, juxta Chrysosth. *Hom. vlt. in Epist. ad Hebr. &* *Hom.* 1. *in Epist. ad Titum*, & probatur ex Text. in Can. *Conuenior.* 23. *quæst.* 8. *&* *ex tota causa* 24. *ead. quæst.* 8. *cap. Ex multa de voto, &* *voti redem.* Concinuntque Apostoli verba 2. *ad Corinth.* 10. 4. *Aut Satanæ contentores istos tradat*, quem admodum Incestuosum Corinthium tradidit Paul. 1. *ad Corinth.* 5. Qua de re Interpretes *in illud*, cap. Nosque supra jam innuimus.

166 Dixi: *Nihil vt in plurimum à se exercendum Ecclesiæ supereſse*, vt adnotandi locus nobis esset Ecclesiam Incorregibiles, post Censuras impositas, incorregibili adhuc Reo permanēte, Sæculari eum Potestati tradere posse, vt materiali eum coerceat gladio, prout consuluerunt August. *Epistolis ad Bonfac. Maced. &* *alios plures*, Conc. Anthioc. PP. *Can.* 5. Vernens. *Can.* 9. Turon. III. *Can.* 4. Ticin. anno 855. *rescripto ad Ludou. Pium.* Greg. IX. *in cap. Statuimus de Maled.* Celes. III. *cap. Cum non ab homine de Iudic.* Hincmar. Rem. *apud Flodoard. Histor. Rem. lib.* 3. *cap.* 18. Lup. Ferrar. *Epist.* 80. *&* 81. & alij passim. *Can. Siquis Episcop. &* *sequentibus* 23. *quæst.* 1. *cap.* 1. *de Offic. Ordin. Verb. cum opus est*, & Clement. *quia contingit.* juncta Gloss. *Verb. remedijs, de Religios. Dom.*

167 Hic tamen recursus, seu remissio ad Iudicem Sæcularem, non ad præjudicandum, sed potius ad ea, quæ Deo sunt placita, prosequendum valere debet, vt præmonet Text. *in cap.* 1. *de Offic. Ordin.* & Nos supra adnotauimus. *Ob hoc enim Vir tempe-*

*rans*

*rans* (Marcianus) *Imperator* (ait Facundus *lib.* 12. *cap.* 3.) *Suo contentus Officio Ecclesiarum Canonum executor esse voluit, non conditor, non exactor.* Quod clarissimè probatur ex ipsius Imperatoris Verbis relatis, *Actor.* 6. Concil. Chalcedon. Estque notissimum Principium sæpiùs à Nobis inculcatum, latissimèque exornatum, Principibus videlicèt Sæcularibus, circa res, & Iudicia Sacra, exequendi solùm, non verò statuendi Potestatem esse, quod nùnc his August. Verbis *Epistol.* 159. *ad Marcel. Tribunum*, comprobamus: *Si non audis amicum petentem, audi Episcopum consulentem: quamvis, quoniam Christiano loquor, maximè in tali causa non arroganter dixerim, audire Te Episcopum conuenit lubentem.*

168 Vt hanc in offenso pede quæstionem percurramus, reuocanda hùc iterum distinctio est, à nobis, *§ Proximè præcedenti* adducta in solut. ad August. qui coercitiuam Potestatem ab Ecclesia omninò auferre videbatur, quam rursus repetere cogimur, nè aliàs eam, & nos tollere videamur, breuiterque admonemus, Ecclesiam Paternali potius, quam publica procedere Potestate, vt adnotat Aug. *Epist.* 259. *Marcell. Tribuno* scribens, vbi ait: *Modus coercitionis, & à Magistris Liberalium Artium, & ab ipsis Parentibus, & sæpè etiam in Iudicijs solet ab Episcopis adhiberi, quam ex prima sui institutione exercere prius Magistratus Ecclesiastici debent, & in Primitiua exercuerunt Ecclesia, postea verò, quum temporum injuria multi audacter Christi Institutis obsistant, eisque temerè se opponant, quum leuis jam animaduersio spernatur, deponi paulisper Humanitatis, & Benignitatis studium debet ab Ecclesiæ Prælatis, sumoque Imperio Sceleſtos coercere homines, vt supplicis metu, grauitateque pœnæ à delictis arceantur, & in proprio contineãtur Officio.* Quod ex Christi D. præcepto operandum esse fusè probat Ioseph. Steph. *de Potestat. Coactiu. Rom. Pont. cap.* 2. *à num.* 2. *vers. Sed benè.*

169 Hinc aliqua non inutiliter inferenda esse censemus. I. Temporales Principes auxilium suum impertiri Ecclesiæ debere, non solùm tamquam Filij Parentibus, & multis ab Ecclesia beneficijs affecti, verùm inexcitabili obligatione proueniente à Christi immediata Institutione, qua Fidei Christianæ susceptione adstringũtur, vt illud propheticum ad impleatur Esaiæ 49. *Erunt Reges Nutritij tui, &c. & cap.* 60. *Surge illuminare Hierusalem, &c. Reges in splendore ortus tui, & Ps.* 71. *& adorabunt eum omnes Reges, &c.* Quæ latiùs alibi probaui.

170 Docentque Aug. *Epist.* 59. *Bonifacio Comiti de moderate coercend. Hær. & lib.* 3. *contr. Cresc. cap.* 51. Bonif. *ad Honor. Imp.* Leo Magn. *Epist.* 85. *ad Leon. Imperat. cap.* 3. Turib. Astur. Episc. *in Præfat. ad Isid. de Summo Bono, cap.* 53. Concil. Paris. *sub Ludouic. & Lothar. cap.* 1. *propè fin.* Conc. Aquisgran. II. *sub Ludou. part.* 4. *cap.* 2. Concil. Holon. *in Synod. Melden.*

Can.

*Can.*11.ipsaque Meldens. Synod. *Can.*28 *&* 81. Concil. Later. *sub Alex. III. Can.*27. Quæ, & alia alibi deduxi, deducitque Guillelm. Beyer. *de Eccles. Hierarc. quæst.*12. *de Sacro, & Politico Principatu, ca.* 9 *pag.*560.

171 II. autem infero quod quamvis Ecclesiastica Potestas per se immediatè non exerceat materialem gladium in extrema Incorrigibilium correctione, sed inuocato Sæcularis Brachij auxilio, Supremum tamen Imperium, quod tùnc in Facinorosos incorrigibiles animaduertitur Ecclesiæ proprium est dijudicandũ, eisque omninò attribuendum, vt probatur ex Text. *in cap. Vt Fama. de Sent. Excom.* Augustin. *Epist.* 160. *ad Apring. Iudicem*, vbi hæc scribit: *Time ergò Nobis cum Iudicium Patris Dei, & commenda mãsuetudinem Matris* (Ecclesiæ) *quũ enim Tu facis, Ecclesia facit, propter quam facis, & cuius filius facis, &c.* Ex vana ergò præsumptione inter aliquos orta Iudices Sæculares priscis illis temporibus non defuerunt aliqui PP. huiusmodi relaxationem, & recursum damnare, pernicios̃issimi exempli illud putantes, vt attestatur Guillelm. Beyer *de Eccles. Hierarch. q.* 12. *cap.*9 *pag.*559.

172 III. inferenda est inter vtramque Potestatem differentia, à facultate pœnam imponendi, nam Sæcularem euadunt delinquentes, vel se substrahendo, occultandoque à Satellitum manibus, vel denique moriendo, si comprehendantur, morteque Rei expirat Sæcularis Potestas, non enim habet amplius quid agat, vt Christi testimonio patet, Luc. 12. Beda *in Luc. lib.* 4. *cap.* 52. vbi inaniter in Cadauera sæuire Sæcularem Potestatem docet. Ab Ecclesiastica verò Potestate, nec viuus, nec mortuus liberari potest Reus. I. nam, quum ex Christi promissione, quodcumque hæc ligauerit Potestas in terris ligatum sit, & in Cœlis, Matt. 16. *&* 18. Eo ipso, quod quis ab Ecclesia ligatur, Diuino adstringi Iudicio perspicuum est, & affirmat Chrisost. *de Sacerdot. cap.* 5. Guillelm. Beyer *de Eccles. Hier. quæst.*13. *cap.*9. *pag.*615. Hoc autem effugere Nemo potest, juxta illud, *Psalm.* 138. *Quo ibo à Spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? Si ascendero in Cœlum tu illic es, si descendero in Infernum ades, si sumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris, etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua.* II. nam, & in mortuos etiam exercere potest Ecclesia merum Imperium, eos Ecclesiasticà sepulturà priuando, & nè Fideles suffragijs animas eorum jouent, prohibendo, vt latiùs alibi probamus.

173 IV. denique infero magnam differẽtiam inter vtrãque Potestatem fine, seu intentione pœnas imponendi; Politicæ namque Potestatis vnicum esse scopum, exterminationem vitiosi, nè Remp. corrumpat, aut Publicã turbet societatem, ut patet omnibus; mauult enim vnum perire, quam totam. Ab Ecclesiasti-

tica verò primariò intentus finis est Emendatio peccatoris, vndè non tam supplicium, quam beneficium debet appellari, vt eleganter docet Aug. *Ep. 59. Marcell. Tribuno*, vbi ait: *Quis non intelligat magis Beneficium, quam supplicium nuncupandum, vbi nec sæuiendi relaxatur audacia, nec puniendi medicina subtrahitur? vel si supplicium pœna ista dicitur, beneficio coniunctum dici debet, vbi iustitia vltio cum misericordia, seueritas cum indulgetia copulatur. Sanctissimo namque ipso asserente D. in Psalm. 50. Misericordia est, vt ignoscat Sacerdos peccanti, Iustitia est, vt puniat peccatum.*

174 Ex quibus apparet coercitionem, quâ vtitur Ecclesia præstare efficacia, vtilitate, & modo; sæpiùs etenim ad temperat, miscetque misericordia vindictam, pace Iustitiam, juxta Proph. Regis Vaticinium: *Vniuersæ Viæ Domini misericordia, & veritas, &* 1. *Reg.* 2. *Dominus mortificat, & viuificat, deducit ad inferos, & reducit, &c.* Sic interpretatum à Guillelm. Beyer. *dict. quæst.* 12. *de Sacr. & Polit. Princip. cap.* 10. *pagin.* 563.

175 Iudicibus quoque, & Magistratibus has differre Potestates patet, ex quo separatos esse Laicorum, & Clericorum Iudices supponunt, Text. *in cap. Licèt ex suscepto* 10. *cap. Si diligenti* 12. *cap. Significasti de For. Comp.* cum alijs passim adductis, quibus addo Damasc. *lib.* 2. *de Imagin: Regum* (inquit) *partes non sunt, vt Ecclesiæ Leges præscribant: Considera enim, quid Apostolus dicat, & quos quidem in Ecclesia posuit; primum Apostolos, deinde Prophetas, tum Pastores, & Doctores ad Ecclesiæ Constitutionem, non adhibuit Reges, & rursum: Obedite* (prosequitur) *Præpositis vestris: Verbum non locuti sunt vobis Reges, sed Apostoli, & Prophetæ, Pastoresque, & Doctores, &c. Paremus Tibi Rex in ijs, quæ ad vitæ Ciuilis negotia pertinent, &c.* Exemplificat, & subdit: *Ecclesiasticis rebus statuendis, ac decernendis habemus Pastores, qui nobis locuti sunt Verbum, & Leges, atque instituta Ecclesiastica tradiderunt.*

176 Adiungendique sunt Nicolaus I. *Epist.* 8. *ad Michael. Imperat.* apud Guillelm. Beyer. *d. quæst.* 12. *cap.* 11. *pag.* 564. *&* 565. vbi Sæculari Potestati circa res Fidei, & Ecclesiæ decernendi auctoritatem denegat, Ciuiliũque administrationem tantùm negotiorum, vnicam rem suæ Potestati subiectam monet. Quæ omnia Gallicanorum corroborantur testimonio Episcoporum, quorum auctoritate his temporibus maximè opus est, & ideò non grauabor referre adductos à Guillelm. Beyer *dict. cap.* 11. qui quũ post omnes nouissimè scripserit breui volumine multa vtilissima sanè congessit huc maximopere conducentia.

177 In primisque produco Agobard. Lugdunensem *in opusc. de Comparat. Vtriusque Regim. Eccles. & Polit. dicato Imper. Ludouico Pio. Neque* (inquit) *ignorare debueratis maius esse Regimen*

*Animarum, quod est Pontificale, quam Imperiale, quod est Temporale.* Plura alia ibidem cummulat de Excellentia Iurisdictionis Sacræ, quæ non sunt huius instituti.

178 Hincmar. Remens. *Epist. 4. ad Episcop. Franciæ, statim ab init: Doctrina est Christiana secundum Sanctarum scripturarum tramitem, prædicationemque Maiorum, quà Deo, ac Domino nostro Iesu Christo, Conditore, & Redemptore nostro, qui simul solus Rex, & Sacerdos fieri potuit, &c.* moxque subdit Verba Gelasij relata in Can. *Duo sunt* 96. *dist.* eum allegans Pontificem. Quibus memoratis sic pergit. *Sed tanto grauius pondus est Sacerdotium, quātò etiam pro istis Regibus hominum in Diuino reddituri sunt examine rationem, & tantò est Dignitas Pontificum maior, quam Regum, quia Reges in culmen Regium sacrantur à Pontificibus, Pontifices autem à Regibus consecrari non possunt, & tanto in humanis rebus Regum cura est propensior, quam Sacerdotum, quanto pro honore, & defensione, & quiete S. Ecclesiæ, & Rectorum, & Ministrorum ipsius, ac Leges promulgando, ac militando à Rege Regum est eis curæ onus impositum.*

179 Plura ibidem Hincmar. ex quibus vtriusque Potestatis discrimina colliguntur, quemadmodum, & *Epist. 6. cap. præsertim* 33. & 34. ex Leon. *Epistol. 54. ad Marcian.* Gelas. *Epist. ad Anast.* ex Legibus Valentin. Theodos. & Arcad plura congessit, quod ipsum facit *in Epistol. nomine Carol. Calu. Imp. ad Adrian. II.* scripta, quæ habetur *in Actuar. Bibliothec. PP. Paris. tom. 2.*

180 Hildebertus quoque primo Cænoman Episcop. dein de Turon. Archi. Presbyt. accinit, dum *Epist. 40. ad Herlon. Sagiens. Episcop. Membrum* (scribit) *Christi Rex, membrum Christi Sacerdos, scienti loquor, nosti gladium Regis, nosti gladium Sacerdotis, gladius Regis censura Curiæ, gladius Sacerdotis Ecclesiasticæ rigor disciplinæ. Hoc Euangelistam figurasse legisti, dicentem, Domine, ecce gladij duo hic: Si esset qui in gladio Regni liberaret nos, non peteretur educi gladius Sacerdotis propter nos.* Arnulph. Lexou. *Epist. 68. ad Alex. III. Summ. Pontif.* scribens: *Dignitas Ecclesiastica Regiam prouehit, & Regalis Dignitas Ecclesiasticam conseruare potius consueuit, quam tollere; libertatem, etenim quasi quibusdam sibi inuicem Complexibus Dignitas Ecclesiastica, & Regalis occurrunt, quum nec Reges salutem, sinè Ecclesia, nec Ecclesia pacem, sinè Regia protectione consequatur.*

181 Quibus addendi sunt, & Abbates Galliæ Lup. Ferrarien. Abbas *Epistol. 81. ad Amal. Episcop. ex parte Guenil. Episcopi, & Germ. Comit.* Bernard. *lib. 1. de Considerat. ad Eugen. III. cap. 6.* Hugo de Sanct. Vict. *de Sacram. Fideli. lib. 2. par. 2. cap. 4.* & ex Anglia. Anselm. Cantuar. *Comment. in Cap. 27. Matth.*

182 Improbaturque ideò, vt irrationabilis consuetudo, quà causæ Ecclesiasticæ præsentibus, & sententiam dicentibus Lai-

Laicis judicabantur, *cap. Ad noſtrum 3. de conſuet.* Laicus namque de Spiritualibus non ſolum non poteſt conſtitui Iudex, ſed nec Arbiter. *cap. Contingit 8. de Arbitr. cap. Later. Qui filij ſint legitimi*, latè Petr. Greg. *Partit. Iur. Canonic. lib. 2. tit. 8. cap. 5. per tot.* Vndè etiã Iudicium aliud eſt Eccleſiaſticũ, & aliud Sæculare, & Iudex alius eſt Eccleſiaſticus, alius Laicus. Iudicium Eccleſiaſticũ eſt, quod coram Iudice Eccleſiaſtico de rebus Spiritualibus, & Eccleſiaſticis peragitur, *toto tit. C. de Epiſcop. Aud. cap. 2. de Iudic.* Sæculare, quod coram Iudice Laico inter perſonas Sæculares agitur, *cap. 4. de Iudic. cap. 4. cum ſeq. de For. Comp.* Marant. *part. 4. diſt. 11.* & jam ſupra latè probauimus.

183 Pœnis quoque has differe Poteſtates, manifeſtum eſt, aliæ etenim ſunt in Eccleſiaſticis, quam in Sæcularibus Iudicijs, ratione Criminum, & Delictorum, quæ committuntur, atque etiã ratione finis ab vtraque intenti Poteſtate, vt elegantèr oſtendit Petr. Damian. *lib. 7. Epiſt. 3. ad Henricum Henrici II. Imp. filium*, ſcribens: *Vtraque præterea Dignitas Regalis, ſcilicèt, & Sacerdotalis, ſicut principaliter in Chriſto ſibimet inuicem ſingularis Sacramenti veritate connectitur, ſic in Chriſtiano Populo, mutuo quodam ſibi fœdere copulatur: vtraque videlicèt alternæ inuicem vtilitatis eſt indiga, dum, & Sacerdotiũ Regni tuitione protegitur, & Regnum Sacerdotalis Officij Sanctitate fulcitur. Ille* (Rex) *conſtitutus, vt nocentes, atque Sceleſtos Legalium Sanctionum cenſura coerceat: Iſte* (Sacerdos) *ad hoc ordinatus eſt, vt per Claues Eccleſiæ, quas accepit, alios zelò Canonici rigoris adſtringat, alios per manſuetudinem Eccleſiaſticæ pietatis abſoluat.* Plura congerit Card. Bertrand. *in diſcep. aduerſus Petrum de Cugneris Regium Conſiliarium*, quæ varijs in locis impreſſa reperitur, incotruptior tamen *in Biblioth. Veter. PP. tom. 4. part. 1.* Guillelm. Beyer. *dict. quæſt. 12. cap. 12. verſ. Ex his verò*, vbi quam plurimas infert differentias apud ipſum videndas, Nobis enim hæc dixiſſe ſufficiant, vnum tantum addendo.

184 Quod videlicet in Eccleſiaſticis Iudicijs Fiſci ratio habenda non ſit, vt Imperator Gratian. reſcripſit *in l. 1. C. de ſecundis Nupt.* & numquam Iudex Eccleſiaſticus immediatè pœnam irrogat ſanguinis, *cap. Clericus 5. & cap. pen. extra nè Clerici, vel Monachi*, nam quando eam irrogari opus eſt ad Poteſtatem remittit Sæcularem, *cap. 4. de Raptor. cap. fin. nè Cleric. vel Monach. in 6.* & proſequitur Caniſius *in Summ. Iur. Can. lib. 3. tit. 22. litt. H. S. & K.* Noſque jam ſupra probauimus.

185 Latiùs Diutiuſque, quam exiſtimauimus in his jaciendis Fundamentis immorati ſumus exiſtimantes nihil otioſum, aut ſuperfluum additum eſſe, ſed omnia ad ſcopum, in quẽ collimare animus eſt conducere. Vndè Baſim noſtram quam à prin-

principio vnico volumine comprehensam edere proposueramus in duo partirico acti sumus, tum propter innumeras Additiones, quæ in ipso impressionis tempore emerserunt, tum, & quia characteres corpulentiores, quam par erat adhibiti sunt, quod commoditati legentium proficere non dubitamus. Dum aliud ergò volumen tibi offerimus hoc percurre, & isto qualecumque sit, opere fruere.

FINIS.

BIBLIOTECA PROVINCIAL SORIA

Signat. Tod.
Est. 42
Tab. 5
Num. 1

3147